N
B

UNIVERSITAS
O. M. I.
OTTAWIENSIS

Don
de l'Institut Catholique
DE PARIS

SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUÈ HABITIS,
ET A MAGNA PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM
EUROPÆ CATHOLICÆ,
UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,
UNICÈ CONFLATUS,

Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.

ANNOTARUNT VERO SIMUL ET EDIDERUNT

FR. J.-P. ET V.-S. M**.**

TOMUS DECIMUS.

IN SECUNDUM ET TERTIUM REGUM LIBROS COMMENTARIUM.

PLURIMÆ ANNOTATIONES.

Universitas
BIBLIOTHECA

PARISIIS,

APUD EDITORES,

IN VIA GALLICÈ DICTA

RUE DES MAÇONS-SORBONNE, N° 7.

1838.

UNIVERSITAS
O. M. L

ELENCHUS
AUCTORUM ET OPERUM
QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

SANCTIUS.

In secundum Regum librum commentarium (à capite octavo usque ad finem).

CORNELIUS A LAPIDE. — CALMET. — SACY. — DUCLOT.

Variæ annotationes.

SANCTIUS.

In tertium Regum librum commentarium.

CORNELIUS A LAPIDE. — CALMET. — SACY. — DUCLOT.

Variæ annotationes.

BS
610
.L3M5
1837
v. 10

INDEX RERUM.

EXCUDEBAT E.-J. BAILLY, IN FORO SORBONICO, 2.

SEQUITUR SANCTII
IN LIBRUM II. REGUM COMMENTARIUM.

CAPUT VIII.

1. Factum est autem post hæc, percussit David Philisthiim et humiliavit eos, et tulit David frenum tributi de manu Philisthiim.

2. Et percussit Moab, et mensus est eos funiculo, coæquans terræ; mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendum et unum ad vivificandum : factusque est Moab David serviens sub tributo.

3. Et percussit David Adarezer filium Rohob, regem Soba, quando profectus est ut dominaretur super flumen Euphraten.

4. Et captis David ex parte ejus mille septingentis equitibus et viginti millibus peditum, subnervavit omnes jugales curruum, dereliquit autem ex eis centum currus.

5. Venit quoque Syria Damasci ut præsidium ferret Adarezer regi Soba ; et percussit David de Syriâ viginti duo millia virorum.

6. Et posuit David præsidium in Syriâ Damasci, factaque est Syria David serviens sub tributo. Servavitque Dominus David in omnibus ad quæcumque profectus est.

7. Et tulit David arma aurea quæ habebant servi Adarezer, et detulit ea in Jerusalem.

8. Et de Bete et de Beroth, civitatibus Adarezer, tulit rex David æs multum nimis.

9. Audivit autem Thou, rex Emath,

CHAPITRE VIII.

1. Après cela, David battit *encore* les Philistins, les humilia, et affranchit Israël de la servitude du tribut qu'il leur payait *depuis long-temps.*

2. Il défit aussi les Moabites, *et en fit plusieurs captifs;* et, les ayant fait coucher par terre, il les fit tirer au sort, les divisa en deux parts, dont il destina l'une à la mort et l'autre à la vie : ainsi Moab fut assujéti à David et lui paya tribut.

3. David défit aussi Adarézer, fils de Rohob, roi de Soba, lorsqu'il marcha *dans la Syrie* pour étendre sa domination jusque sur l'Euphrate.

4. David lui prit mille sept cents cavaliers et vingt mille hommes de pied, coupa les nerfs des jambes à tous les chevaux des chariots, et n'en réserva que pour cent chariots.

5. Les Syriens de Damas vinrent au secours d'Adarézer, roi de Soba, et David en tua vingt-deux mille.

6. Il mit des garnisons dans la Syrie de Damas, et la Syrie lui fut assujétie et lui paya tribut. Et le Seigneur le conserva dans toutes les guerres qu'il entreprit.

7. Il prit les armes d'or des serviteurs d'Adarézer, et les porta à Jérusalem.

8. Il enleva encore une prodigieuse quantité d'airain des villes de Bété et de Béroth, qui appartenaient à Adarézer.

9. Thoü, roi d'Emath, ayant appris que Da-

quòd percussisset David omne robur Adarezer.

10. Et misit Thou Joram filium suum ad regem David ut salutaret eum congratulans, et gratias ageret eò quòd expugnâsset Adarezer et percussisset eum; (hostis quippe erat Thou Adarezer,) et in manu ejus erant vasa aurea et vasa argentea et vasa ærea,

11. Quæ et ipsa sanctificavit rex David Domino cum argento et auro quæ sanctificaverat de universis gentibus quas subegerat,

12. De Syriâ et Moab et filiis Ammon et Philisthiim et Amalec, et de manubiis Adarezer filii Rohob, regis Soba.

13. Fecit quoque sibi David nomen, cùm reverteretur captâ Syriâ in valle Salinarum, cæsis decem et octo millibus.

14. Et posuit in Idumæâ custodes statuitque præsidium, et facta est universa Idumæa serviens David. Et servavit Dominus David in omnibus ad quæcumque profectus est.

15. Et regnavit David super omnem Israel : faciebat quoque David judicium et justitiam omni populo suo :

16. Joab autem filius Sarviæ erat super exercitum; porrò Josaphat filius Ahilud erat à commentariis;

17. Et Sadoc filius Achitob et Achimelec filius Abiathar erant sacerdotes, et Saraias scriba;

18. Banaias autem filius Joiadæ super Cerethi et Phelethi; filii autem David sacerdotes erant.

David avait défait toutes les troupes d'Adarézer,

10. Envoya Joram son fils lui en faire compliment, pour lui témoigner sa joie, et lui rendre grâces de ce qu'il avait vaincu Adarézer et taillé son armée en pièces; car Thoü était ennemi d'Adarézer. Joram apporta avec lui des vases d'or, d'argent et d'airain,

11. Que le roi David consacra au Seigneur avec ce qu'il lui avait déjà consacré d'argent et d'or pris sur toutes les nations qu'il s'était assujéties,

12. Sur la Syrie, sur Moab, sur les Ammonites, sur les Philistins, sur Amalec, avec les dépouilles d'Adarézer, fils de Rohob *et* roi de Soba.

13. David se fit aussi un grand nom dans la Vallée des Salines, *à l'extrémité de la mer Morte,* où il tailla en pièces dix-huit mille hommes, lorsqu'il revint *de l'Idumée, dont il fit la conquête,* après avoir soumis la Syrie.

14. Il mit de plus des officiers et des garnisons dans l'Idumée; et toute l'Idumée lui fut assujétie. Le Seigneur le conserva dans toutes les entreprises dans lesquelles il s'engagea.

15. David régna donc sur tout Israël; il jugeait les différends de tout son peuple, et rendait la justice à tous.

16. Joab, fils de Sarvia, était général de ses armées; Josaphat, fils d'Ahilud, avait la charge des registres.

17. Sadoc, fils d'Achitob, et Achimélech, fils d'Abiathar, étaient prêtres, *et en faisaient les fonctions;* Saraïas était secrétaire;

18. Banaïas, fils de Joïda, commandait les Céréthiens et les Phéléthiens, *qui composaient la garde du roi;* et les enfants de David étaient grands officiers de la couronne.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Factum est autem, post hæc percussit David Philisthiim, et humiliavit eos, et tulit David frenum tributi de manu Philisthiim (1). Cùm jam à Deo doctus didicisset David alterius curæ templi molitionem, de quâ ipse cogitare cœperat, esse relictam, eò animum appulit, ut regnum hæredi traderet pacatum, et bellorum causas, et semina, quàm

(1) « On est bien étonné, dit Voltaire, que « David, après la conquête de Jérusalem, ait « payé encore tribut aux Philistins. » Les Jébuséens que David chassa de la forteresse de Sion n'avaient rien de commun avec les Philistins. D'ailleurs la difficulté qu'on propose n'est fondée que sur la traduction que la Vulgate donne du mot hébreu *metegammah*, qu'elle rend par *frenum tributi;* mais *ammah* ne signifie jamais *tribut.* Si *metegammah* n'est point un nom propre, on ne peut mieux le rendre que par la *barrière, la frontière,* comme ont fait les Septante. On trouve dans les Paralipomènes un texte parallèle à celui-ci, qui porte que *Da-*

posset ocissimè, præcideret; ne quid filii retardaret studium, quominùs diligenter ac tutò in sacri templi fabricam incumberet. Et quia majus à Palæstinis et propiùs impendebat periculum, cum illis statuit primùm esse pugnandum. Quare gravi plagâ concidit Palæstinos, et tributi frenum, quod ad illud usque tempus molestum acciderat, omninò dissolvit.

Ubi Vulgatus, *frenum tributi*, Hebraicè est *metheg ha hamah*. Quod variè reddunt et exponunt interpretes. Septuaginta : *Et accepit David segregatam de manu alienigenarum*. Chaldæus, *commoditatem rivi*. Plures alii vocem ipsam immutatam relinquunt : *Metheg Ama*. Ita Pagninus et Hispanica translatio. Alii *frenum aquæductûs;* alii *frenum cubiti;* alii *stimulum*. Dicam primùm, cur varia hæc à variis indita sint nomina, ut deinde quid mihi probetur magis, commodiùs ostendam. De explicatione ac traductione Septuaginta agemus postea commodiore loco. Existimatur à quibusdam civitatem à Davide subactam appellari *frenum aquæductûs*, sive *commoditatem rivi*, quia per illam aqua deducebatur, quæ Palæstinis agris fœcunditatem et speciem inducebat. Aquæductus verò, seu canalis, ideò *aquæ* dicitur *frenum*, quia sicut canalis, seu alveus aquam facilè obsequentem in quamcumque partem inducit et derivat, sic etiam frenum in quamcumque partem inflectit et versat equum non reluctantem.

Alii *frenum* reddidêre *cubiti*, quia frenum imperium sonat, ut constat, quia sicut, qui equo insidet, illum coercet freno, et ducit quocùmque fert voluntas, sic qui cum potestate est, subditos sibi populos quasi injecto freno pro suo arbitratu moderatur et versat. In *cubito* verò mensura intelligitur et modus; et quia vicina est significatio, ex proximo ponitur etiam pro numero. Cùm autem tributum in certo numero, aut mensurâ pendatur, fit ut *cubitus* pro tributo usurpetur, quodcumque illud sit. Aliam rationem nominis refert Pagninus in dictione *Metheg*, ex Rab. Heliezer in Midras, dignam sanè Rabbinorum cerebro. « Quando venit, inquit, Abimelec (is erat rex « Palæstinorum) ad Isaac, et dixit ei, Gen. « 26, v. 28 : Videndo vidimus, quòd sit Domi- « nus tecum, etc., dixerunt : Novimus, quòd « Dominus daturus est tibi et semini tuo om- « nes has terras; pange nobiscum pactum « juramenti, quòd semen tuum non possideat « terram Palæstinorum. Et pepigit cum eis « pactum juramenti. Tunc Isaac incidit cubi- « tum unum freni, sive chami, id est, capistri « asini, super quo equitabat, et dedit illis, ut « esset in manu illorum signum pacti jura- « menti. Cæterùm cùm rex David vellet in- « gredi terram Philisthim, non poterat, prop- « ter vim pacti juramenti Isaac. Sed cùm ab « illis pactum abstulit (quia scriptum est : *Et « tulit David frenum, vel chamum cubiti*) tunc « accepit terram Philisthinorum. » Paulò aliter refert Abulensis q. 3, hoc Heliezeris merum somnium, qui pro *freno*, seu *chamo*, *stimulum* ponit, quasi Isaac partem stimuli asini dederit Abimelec quasi signum et tesseram jurati fœderis. Utcumque accipias, res est planè ridicula; ut enim promiserit Isaac terram illam nunquàm fore à suâ posteritate possidendam, quod sanè Scriptura non docet, cujus esset prudentiæ, imò et pudoris, Palæstinorum regi tradere aut partem freni, seu capistri, quo regebatur, aut partem stimuli quo adigebatur asinus? Utrumque ego Heliezeri traderem, donumque putarem illius maximè accommodatum naturæ, ut cohiberet ingenium à tam præcipiti temerariâque licentiâ, aut mentem excitaret ac pungeret omninò dormientem et tardam, ut expenderet vigilans, quod dormiens somniârat.

Ego quid in hâc translatione et sententiarum varietate sentiam, paucis exponam. Et primùm puto nostrum interpretem tam hic quàm l. 1 Par. c. 18, ubi idem tractatur argumentum, optimè convertisse, licet verba sint omninò diversa, neque unum locum alteri esse contrarium. Habemus hic : *Tulit David frenum tributi de manu Philisthiim*, et l. 1 Paral. c. 18 : *Et tolleret Geth, et filias ejus de manu Philisthiim*. Hic civitates exprimuntur à Davide captæ, illic aliquis explicatur civitatum usus, et quoddam illorum adhibetur epitheton. Nam civita

vid enleva aux Philistins Geth et les autres villes de sa dépendance. Geth était sur la frontière des Philistins; David en la leur enlevant leur enleva leur *barrière*. (Duclot.)

Après cela David battit les Philistins. Il défit aussi les Moabites. l'Ecriture nous a voulu marquer dans un chapitre exprès les différentes victoires de David, pour nous faire comprendre que, quand les hommes s'appliquent au culte de Dieu, Dieu de son côté prend le soin de les protéger et de les soutenir contre tous leurs ennemis. C'est le sentiment dans lequel était David au milieu de tant de victoires. Il n'attribuait ces heureux succès de ses armes, ni à la force de son bras, ni au grand nombre de ses troupes. C'est ce qu'il reconnaît dans un de ses psaumes, lorsqu'il dit que *tout le secours que l'on attend des hommes est vain, mais que la victoire vient de Dieu : Vana salus hominis; in Deo faciemus virtutem*. (Sacy.)

tes illæ, quæ propiores erant Hebræorum finibus, illum habuerunt usum, postquàm à Davide subactæ sunt, ut quasi frenum continerent Palæstinos in officio et fide, ne quid contra Hebræos jam Palæstinæ dominos molirentur hostile, et ut tributum sibi impositum statis temporibus integrè atque fideliter rependerent. Sic puto Palæstini in Hebræorum regione civitates habuerunt, quæ vocari potuerunt Hebræorum *Matheg*, id est, *frenum*, sive *stimulus*, quibus arcerentur Hebræi, et ad pendenda tributa adigerentur. Talis erat, opinor, illa civitas, quæ l. 1 Reg. c. 13, vocatur *statio Philisthinorum*, quam nos arcem, seu stativa castra vocare possumus; unde sic angustè premebantur Hebræi, ut neque fabrum permitterentur habere, non solùm à quo cuderentur arma bellica, sed etiam neque à quo exacueretur vomer et ligo, aut stimulus corrigeretur obtusus. Illæ igitur civitates, de quibus l. 1 Paral., à Davide in provinciam redactæ, quia et ipsæ munitæ erant, et totius Palæstinæ claustra videbantur, tùm quia in ipso erant duarum regionum positæ confinio, hunc Hebræis præstiterunt usum, quem quondam Palæstinis statio illa, quæ fuisse dicitur in Gabaa Benjamin, l. 1, c. 13. Hinc constat, non malè vertisse Septuaginta, qui pro *freno tributi*, *segregatam* reddiderunt, quia reverà Geth segregata fuit à Palæstinorum habitatione, quia in eâ stationem habuerunt Hebræi. Neque contrarium habet locus ex Paral. citatus : ille enim nominat civitates, in quibus frenum tributi injectum est genti Palæstinæ; hic verò usum exprimit, quem civitates illæ contra Palæstinos habuerunt. Neque ullus est locus, à quo plus habeat lucis hic in quo nostra laborat commentatio. Quod dixerunt Hebræi, neque displicet Hieronymo in Traditionibus Hebraicis ad hunc locum : « Frenum, inquit, tributi « quinque erant civitates Philisthinorum, quæ « frequenter Israel sibi tributarium faciebant, « quas ab eis tulit David, et humiliavit eos, fe- « citque eos sibi tributarios. Unde et in Para- « lipomeno legitur : Percussit David Philis- « thiim, et humiliavit eos, et tulit Geth et « filias ejus de manu eorum. » Ubi, ut vides, à nostrâ cogitatione dissentit, quia ille captis civitatibus ablatum dicit esse tributum, quod ab Hebræis exigebant Palæstini; nos verò Palæstinis dicimus eo loco impositum esse tributum. Illud fortassè verius, hoc tamen videtur expeditum magis. Neque aliud, meo judicio, fecit David cum Palæstinis, quàm quod fecisse traditur statim cum Moabitis et postea v. 6, cum Syris, ubi posuisse traditur præsidium in Syriâ, et Syros sibi fecisse vectigales.

Vers. 2. — Et percussit Moab, et mensus est eos funiculo coæquans terræ (1). Hoc est secundum prælium, quod subactâ Palæstinâ, contra Moabitas suscepit David, eòque adegit, ut quotannis imposita penderent vectigalia. Modus dicendi, quo Moabitarum exprimitur strages, subobscurus est, sed qui optimè magnam indicat et celerem cladem, neque citra proverbialem figuram. Stravit David Moabitas, ita ut illorum cadaveribus terram sic constraverit, ut non viderentur extare super terram, sed illi prorsùs esse coæquata, sicut fruges in areâ. Ut ergo nos terram funiculo metimur, non numeramus glebas, quia longus ille esset et inutilis labor, sic etiam David quasi pulverem dimensus est Moabitas, aut jam cæsos et exanimes, aut ita subjectos, ut quasi mortui essent, mutire non auderent, aut se contra victoris nutum commovere. Ut autem funiculo metimur agros, et variis illos usibus destinamus, illos armentorum pabulis, hos serendis frugibus, aut vinearum plantationi, et illi quamcumque in sortem dati neque metatori, neque aratori resistunt, sic etiam strati, et quasi coæquati terræ Moabitæ veluti funiculo subjiciebantur mensorio, sive ad mortem essent, sive ad servitutem miseram destinati. Hanc puto esse hujus loci obscurissimi sententiam.

Alii sic hunc locum accipiunt, ut nihil hìc esse putent de hominibus, sed tantùm de agris, quos tam liberè ac facilè quibuscumque vellet, adhibito mensorio funiculo divisit, quàm agros suos verus antiquusque possessor ad varios usus dividere ac destinare solet. Sed huic explicationi multa obstant. Cajetanus suspicatur non esse viros coæquatos terræ, sed illorum turres et propugnacula, ita ut non tam viderentur civitates munitæ, quàm agri inculti et vasti. Quod expressè sequitur Lyra. Theodoretus q. 23, propriè accipit, sine ullâ figuratâ locutione. « Tanta, inquit, erat vis « victoriæ, et tanta erat multitudo eorum qui « capti erant vivi, ut eos numerare non per- « mitteret. Quare jussit eos pronos dejici in « terram divisos trifariàm, et duas quidem

(1) Causam belli hujus narrant Rabbini, ultionem scilicet exigendam de Moabitis, qui necessarios et fratres Davidis neci tradiderint. Minimâ tamen verisimilitudine. (Calmet.)

« partes occidit, unam verò vivam reserva-« vit. » Hæc Theodoretus. Sed, ut dixi, hic aliquid est metaphoricum ac proverbiale, quare subaudiri debet similitudinis nota in hunc modum : Quemadmodùm aliquam subjectam terram funiculo metitur, deque eâ liberè suo arbitratu disponit, sic Moabitæ quasi coæquati terræ et illi persimiles, id subierunt, quod victori Davidi visum est, qui quominùs cogitata atque constituta compleret, nullum ab hoste jam subacto et domito habuit impedimentum. Sanè metaphoram agnoscunt Vatablus, Cajetanus, Lyra, Serarius, licet non eodem omnes explicent modo.

Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendum et unum ad vivificandum (1). Divisit David in duas partes eos quos habuit adversarios in acie, ut putat Abulensis q. 3; alteram addixit ferro, alteri vivendi facultatem concessit. Neque tamen hi funiculi fuerunt æquales; multò enim plures reservati sunt et redditi vectigales, quàm occisi. Quod indicat non obscurè textus Hebraicus, qui plenum esse dicit funiculum eorum quibus vitæ usura concessa est.

Hebraicus textus obscurus est, et nisi attentè expendas, duos videtur assignare funiculos morituris, unum tantùm his quibus gladius hostis et furor ignovit. Sic enim habet : *Mensus est duos funiculos ad occidendum, et plenitudinis funiculum ad vivificandum.* Sed si ita dispungas, ut post *funiculos,* addas divisionem, et *unum* addas, quod sine ullâ distorsione ac vi addidit Vulgatus interpres, quod Abulensis et Cajetanus faciendum esse dicunt, nihil habebit Vulgata lectio impedimenti ab Hebraico textu. Sic enim habebit : *Mensus est duos funiculos : ad occidendum,* subaudi, *unum ; et unum plenitudinis funiculum ad vivificandum.* Porrò *vivificare* ex Hebraici sermonis proprietate non est, quod propriè apud Latinos valet, ad vitam illum revocare, cui ablata est; sed non adimere illi, cui auferri poterat; ut pluribus diximus ad illud l. 1, c. 27 : *Virum et mulierem non vivificabit David.* Ex eo tempore Moabitæ imposita Israeli pensitârunt tributa.

Vers. 3. — Et percussit David Adarezer, filium Rohob, regem Soba (2), quando profectus est, ut dominaretur super flumen Euphratem (1). Tertium jam aggreditur bellum, eâdem cum reliquis facilitate atque exitu. Hic Adarezer, ut habes ex textu, rex erat Soba, contra quem videtur pugnâsse aliquando Saül,

(1) Tropol. Angelomus: David, id est, Christus, in die judicii Matth. 25, faciet duas sortes, unam salvandorum et beandorum, alteram damnandorum. Nam, ut ait Psaltes psal.30, 16 : *In manibus tuis sortes meæ.* (Corn. à Lap.)

(2) Adarezer.... regem Soba. In textu Hebræo hic appellatur *Adadezer*, sed in 1 Paralipomenon 18, 3, legitur *Adarezer.* Genuinum ejus nomen erat *Adadezer. Adad* enim nomen erat commune regibus omnibus Syriæ, vel saltem cum nominibus regum ejus gentis componebatur; ita, e. g., occurrit inferiùs *Ben-Adad.* Adad numen erat ejus gentis maximum, eoque nomine solem innuebant. Recitat Josephus fragmentum Nicolai Damasceni, quo bell. hujus historia narratur. Legimus autem ibi, Adad imperium suum per omnem latè Syriam et Damascum, exceptâ Phœniciâ, prorogâsse; gravia autem expertum fuisse in se Davidis arma; post plura verò certamina denique à Davide superatum ad Euphratem, eximia tamen eo in prælio virtutis specimina exhibuisse; nomen ejus transîsse in successores, ut nomen Ptolomæi à regibus Ægypti servatum est : successores illos regnâsse in Syriâ ad quintam usque et decimam generationem; inter quos Adad, à priore illo tertius, probrum victoriæ à Davidè de abavo suo relatæ deleturus, Samariam aggressus est, totamque latè regionem vastavit. Hic bellum intulit in Achabum regem Samariæ. (Calmet.)

Et percussit David Adarezer filium Rohob, regem Soba. Additur 1 Paral. 18, 3, *regionis Hemath,* id est, Syriæ. *Soba* sive *Suba* et *Subal* est pars Syriæ, quæ inter Libanum et Antilibanum ac Hermon interjacet, et Græcè Cœlesyria, id est, cava Syria dicitur ob demissam à declivitate montium planitiem. Κοίλη enim est cavum, idemque Hebr. innuit *Soba*, quod Pagnin. interpretatur *abscondens,* eò quòd hæc planities inter montes se abscondat. Potiùs Soba Hebr. idem est quòd *tumida,* eò quòd *Soba* montibus vicinis elevetur et intumescat, cùm ipsa regio interjecta sit campestris, humilis, depressa et concava, utpote altissimis montibus quaquaversùm vallata. Verùm *Soba* non est tota Cœlesyria, sed pars ejus duntaxat. Nam Cœlesyria latè sumpta multas regiones, imò omnes quæ inter Libanum et Hermon montes interjacent complectitur, ait Ptolomæus. *Soba* ergo erat trans Jordanem, confinis dimidiæ tribui Manasse, pergendo ad Euphratem fluvium, juxta Palmyram, ac Amana et Hermon montes ac Trachonitidem regionem, non longè à Damasco. Unde et Salomon, cùm ad Palmyram condendam pergeret, hùc ducens exercitum, urbem et regionem hanc sibi ascivit. Sed cùm in senio à Deo ad idola deflexit, Deus suscitavit Razon fugitivum servum regis *Soba,* qui Israelem infestavit, 3 Regum 11. Postremò Holophernes, Judith 5, populabundus per Syriam *Sobal* exercitum traduxit. Ex *Sobal* ortus est Igaal, unus ex fortissimis militibus et heroibus Davidis, 2 Regum 23, 36. (Corn. à Lap.)

(1) Hebræus ad litteram : *In eundo ipsum ad convertendum manum suam in flumine Euphrate.* (Calmet.)

Hinc patet *Soba* fuisse mediam inter Jordanem et Euphratem, ideòque comprehensam fuisse inter limites terræ promissæ Judæis à Deo assignatæ; hujus enim limites erant mare

ut est verisimile, ex c. 14, l. 1, ubi bellum gessisse dicitur cum rege Soba. Ubi fuerit Soba, non constat. Sophenorum hunc Josephus regem fuisse tradit, lib. 7, c. 5. Sed est certum regnâsse in Syriâ, non procul ab Euphrate, quando civitates quasdam suæ voluit adjungere ditioni, quæ erant ad Euphratem. Quæ civitates, licet tunc non essent in Hebræorum potestate, ad Hebræorum tamen sortem pertinere constat ex illis locis, quæ terminum terræ promissionis in Euphrate flumine constituunt, ut Deut. 1, v. 7, et c. 11, v, 27, et mille aliis. Hæc verò, ut putat Abulensis q. 8, causa præcipua fuit, licet aliæ plures non defuerint, cur David aggressus bello fuerit Adarezer, quia regionem in Hebræorum fines contributam noluit in illius venire potestatem. Non facilè ex textu deduces, an David proficisceretur, ut civitates occuparet quæ sunt ad Euphratem, vel Adarezer, quia dicendi modus non huic magis quàm illi favet : pro Adarezer stant Dionysius et Hugo, pro David Abulensis, Vatablus et Mariana. Et huic posteriori sententiæ libentiùs subscribo, quia Hebraicè est *leasib*, id est, *ut reduceret*, quia fortassè defecerat; et ita vertunt Tigurina et Isidorus. Sed regio illa non defecerat ab Israel, quia nunquàm ab eo possessa fuerat.

Vers. 4. — Et captis David ex parte ejus mille septingentis equitibus, et viginti millibus peditum, subnervavit omnes jugales curruum. Attulerat, ut apparet, ad debellandas civitates illas, quæ erant ad Euphratem, magnum apparatum militarem Adarezer, quem totum convertit contra Davidem, qui illius voluit occurrere consiliis, sed alio exitu quàm ipse sibi proposuerat. Nam totus ille exercitus, quà cæde, quà fugâ, quà denique captivitate in servitutem adductâ, dissolutus est. Numerus tam equitum, quàm curruum ac peditum, satis est expressus tam hìc, quàm l. 1 Paral. c. 18. Sed est illud obscurum valdè et explicatu difficile, quia cùm eadem narretur historia libro citato Paralip., non tamen idem ponitur equitum numerus, qui captus esse dicitur à Davide : hìc enim mille ac septingenti equites dicuntur esse capti ; in libro tamen Paral., septem equitum millia. In componendo hoc tam dispari captivorum numero multus est Abulensis q. 13. Et statuit primùm in libris Par. multa addi, quæ in libris Regum fuerant omissa, explicari plurima, quæ ibidem tradi videbantur obscuriùs. Quod sanè verum est, ut probant exempla quæ eo loco Abulensis adducit. Hoc ergo loco nihil audimus de quadrigarum numero; sed illum ex Paralipomenis citatus locus expressit, dùm dicit, quadrigas fuisse mille; in quibus necesse fuit plurimos equites esse portatos, qui in l. Regum prorsùs omittuntur. Quis autem dubitet in quadrigis mille, quinque mille et tercentos equites vehi posse? Quibus si addideris mille et septingentos, quorum liber ille Regum meminit, septem mille numerabis, quos in libro legis Paralipomenon. Meminit autem liber Regum eorum tantùm equitum, qui singularibus equis vehebantur, non junctis ad currum; et hi tantùm fuêre mille ac septingenti. Porrò illos, qui quadrigis vehuntur, *equites* appellari non est in Scripturâ sacrâ inusitatum. Sic sanè vocantur Isaiæ c. 21, v. 7 : *Vidi currum duorum equitum*, id est, in quo duo vehebantur. Et v. 9 : *Vir bigæ equitum*. Et c. 22, v. 6 : *Currum hominis equitis*. Neque verisimile est, cùm Hebræos fugientes currus insequerentur et equi, Pharaonem regem non tam insedisse equo, quàm vectum esse curru; et tamen Exod. c. 15, v. 19, *eques* dicitur ingressus esse mare. Et nisi *equites* dici possent, qui vehuntur in curru, non diceretur Cant. 1 : *Equitatus in curribus Pharaonis*.

Subnervavit omnes jugales curruum (1); dereliquit autem ex eis centum currus. Fuisse dicuntur in castris Adarezer currus, quo tamen numero non audimus; neque sciremus, nisi in libro Paralipomenon esset expressus. Ex mille curribus centum tantùm sibi reservavit, reliquos perdidit, et currules equos suffractis cruribus reddidit inutiles. Cur verò tam equos quàm currus alios perire voluerit, aut ideò fuit, quia in ipso conflictu diffracti fuerant currus et equi saucii, et utrique sic malè vexati atque concisi, ut nullum possent usum præbere rei bellicæ aut rusticæ. Aut quia Deut. c. 17, v. 16, interdicitur regi equorum mul-

Mediterraneum ad Occidentem, et Euphrates ad Orientem, ut patet Deut. 1, 7, et cap. 11, 24. Quare quidquid inter mare hoc et Euphratem interjacebat, jure divino ad Judæos pertinebat. Hæc ergo justa belli causa fuit Davidi invadendi *Soba*, tanquam ad se et Judæos pertinentem. (Corn. à Lap.)

(1) Incertum est autem, utrùm ita iis equis nervos succiderit, ut cuilibet usui inepti efficerentur, vel ita impedierit, ut bello quidem impares essent, agriculturæ tamen, aliisque operis sufficerent. Si enim ineptos cuilibet rei reddere voluisset, necâsset potiùs quàm nervos succidisset. Aquila : Ἐξόρισεν, omninò illos delevit. Septuaginta Παρέλυσε, *infirmavit eos*. Symmachus : Ἐνευροκόπησε, succidit illis nervum femoris. (Calmet.)

titudo : *Cùmque fuerit constitutus* (rex) *non multiplicabit sibi equos.* Et hoc puto verius. Neque alio consilio arbitror, Josue c. 11, v. 6, jussum esse à Deo Josue, ut inimicorum subnervet equos, et currus igne comburat, nisi ut servet legem eo loco Israelitarum regi præscriptam Quod reipsà, ut imperatum fuerat, præstitit Josue, de quo dicitur statim v. 9 : *Equos eorum subnervavit, currusque combussit igne.*

Vers. 5. — Venit quoque Syria Damasci, ut præsidium ferret Adarezer. Syria latissima regio est, quæ multas continet, amplissimasque provincias, quarum una est, quæ Soba dicitur, seu Sophena, in quâ regnavit Adarezer; alia ea, cujus caput erat Damascus, ut habes Isaiæ c. 7, quæque ideò hoc loco Syria vocatur Damasci. Syri itaque Damasceni cùm vicinum regem malè viderent esse concisum à Davide, et suo sibi capiti è vicino detrimento metuerent, exercitum comparant copiosum, illumque pro Adarezer instruunt contra Davidem, non tamen exitu meliori. Nam et victi sunt, et quotannis vectigalia dependere coacti. Et sicut Palæstinis frenum imposuit, seu stimulum tributi, constituto apud illos militari præsidio, sic etiam in Damascenâ Syriâ præsidium constituit militare, quo gentem illam in officio ac fide contineret.

Vers. 7. — Et tulit David arma aurea (1), quæ habebant servi Adarezer. *Arma* nomen est commune : caput ex Paralip. sæpiùs citatum speciem expressit, dùm ait, fuisse pharetras aureas, quas secum gestabant servi Adarezer, illi videlicet, quibuscum eo tempore congressus est David, aut quæ ad illum usum in armamentario regio servabatur : unde constat, quàm opibus et deliciis affluerit rex ille, cujus tam esset splendida bellica supellex. (2)

Vers. 9. — Audivit autem Thou rex Hemath quòd percussisset David omne robur Adarezer. *Hemath* eadem est, quæ Epiphania, vel Antiochia dicitur Syriæ, ut dicit Hieronymus in Zachariam cap. 9, quod illi nomen imposuit Antiochus Epiphanes. Hujus rex Thou vehementer est lætatus, cùm vidit prostratum Adarezer, quia cum illo longas habuerat et graves inimicitias. Quare gratulatus est per filium de victoriâ, à quo ut gratiam iniret, et cum illo fœdus societatemque componeret, dona misit tanto principe atque victoriâ non indigna, vasa nempe pretiosa ex auro atque argento et ære. Quæ omnia David consecravit Domino ad templi ministeria, ad cujus fabricam jam antea animum adjecerat : sicut etiam quæcumque alia de variis provinciis, quas armis debellârat, erepta, ex quibus postea conflavit Salomon vasa, quorum usus erat ad templi ministeria necessarius, ut habes Paralip. lib. 1, cap. citato. Porrò, quod Hebræi putant, ut docet Hieronymus in Tradit. Hebr. super Paral., filium Thou oneratum muneribus missum esse cum dolo, nescio undenam sibi persuadere potuerint, quomodò his subesse possit dolosum aliquid (1).

Vers. 13. — Fecit quoque sibi David nomen, cum reverteretur capta Syria in valle Salinarum (2). *Vallis Salinarum* extra Syriam est, non longè à mari, quod Mortuum appellatur, vel Salsissimum, et pertinet ad Idumæorum terminos. Cùm igitur spolia secum referret ex Sy-

(1) Syriacus : *Pharetras aureas.* Arabs : *Balteos aureos.* Chaldæus : *Scuta aurea.* Aquila : Κλοιοὺς χρυσοῦς, *torques aureos.* Alius interpres : Ὅπλα τὰ χρυσᾶ, *arma aurea.* (Calmet.)

(2) Bete et Beroth. Bete facilè est urbs Bathæ vel Bathnæ in Syriâ, inter Beroeam et Hierapolim, è quâ 21,000 passibus, teste Itinerario Antonini, abest. Beroth eadem fortassè est cum Beroeâ Syriæ, inter urbes Cyri et Chalcidis, et à Chalcide 18,000 passibus remota. Collocat illam Plinius inter Arethusam et Epiphaniam. Numquid est *Berytus*, sive *Barutus*, ad septentrionem Sidonis, urbs mediterranea? Beroea etiam valdè multùm distat.

Vers. 10. — Joram. Alio nomine *Adoram*, 1. Paralip. 10. (Calmet.)

(1) Vers. 11. — Quæ sanctificavit rex David. Exuviarum partem Domino consecrare solebant victores. Quem morem nemo religiosiùs quàm David servavit. Legimus in 1 Paralipomenon 26, 26, suum fuisse præfectum custodem sacri ærarii, quò David et principes tribuum, duces et præfecti militares spoliorum hostilium ditissima intulerant. Erant inter cætera, munera à Samuele, Saüle, Abnero, et Joabo collata. (Calmet.)

David consacra au Seigneur des vases d'or et d'argent, avec l'or et l'argent qu'il lui avait dejà consacré de toutes les nations qu'il s'était assujetties. Le même chapitre qui nous décrit les victoires de David, nous marque par deux fois qu'il consacrait à Dieu les dépouilles de ses ennemis. Ces deux choses sont liées ensemble, et l'une dépend nécessairement de l'autre. Si nous ne combattons que pour Dieu, et si nous lui rapportons tout l'honneur de la victoire que nous aurons reçue de lui, il combattra pour nous, et il nous rendra invincibles dans cette guerre spirituelle que nous avons avec des ennemis qui sont mille fois plus à craindre que ceux de David. (Sacy.)

(2) Septuaginta legunt hic *Idumæam* pro *Syriâ*, eamque lectionem confirmat, qui proximè sequitur, versiculus, ferens Davidem præsidia constituisse in Idumæâ, totamque regionem ejus imperio subditam paruisse. In Paralipomenis, ubi hæc historia recitatur, nonnisi de Idumæâ mentio est; nec aliter etiam legit titulus psalmi 59. Plura occurrunt in textu He-

riâ jam subactâ, et victoriarum cursu alacres reddidisset militum animos, aggressus est etiam Idumæos; qui licet cognati essent, non tamen ab illis minùs vexabantur hostiliter Hebræi, quàm ab aliis quibuscum nulla intercedebat sanguinis communitas. Ex quibus cùm octodecim hominum millia peremisset, magnum sibi nomen apud omnes obtinuit. *Vallis Salinarum* Idumæorum cædibus et Israelitarum victoriis celebris fuit : nam post hanc Davidis victoriam postea Joab in eâdem valle duodecim Idumæorum millia occidit, ut in Tradit. Hebr. ad lib. Reg. colligit Hieronymus ex titulo Psal. 59, qui sic habet : *Cùm succendit* (David) *Mesopotamiam Syriæ, et Sobal, et convertit Joab, et percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.* Deinde Amasias, de quo 4 Reg. c. 14 : *Porrò Amasias confidenter eduxit populum suum, et abiit in vallem Salinarum, percussitque filios Seir decem millia ; et alia decem millia virorum ceperunt filii Juda,* etc. De hoc iterùm lib. 2 Paral. c. 25. Hoc tempore, et in hos intentos præclaros rerum eventus cecinit David Psalmum 59, qui incipit : *Deus, repulisti nos.* Huic bello videtur fuisse præfectus Abisai frater Joab, ut habes loco sæpiùs ex Paral. citato,

bræo exempla, quibus nomen *Aram* Syriæ, pro *Edom,* Idumæa, exhibetur. Litteræ, quibus utrumque nomen scribitur, persimilem figuram in originali referunt.

Vallis Salinarum excurrere fertur in extremam oram meridionalem maris Mortui; nomen autem suum debet vel nitro quo abundat, vel bitumini quo scatet, vel denique proximo mari Mortuo quod Hebræi *mare salis* appellant, uti et vallem hanc, *Vallem salis.* Verùm cùm alibi à nobis animadversum sit, opus esse ut Idumæa, quæ à Davide, cùm è Syriacâ expeditione reverteretur, subacta est, ad orientem terræ sanctæ statuatur, in eâdem pariter regione vallis Salinarum quærenda est. Occurrit autem in Palmyrenâ, quæ intra Syriam Soba continetur, ter mille circiter passibus à Palmyrâ, vel Thadmor ad meridiem, Idumæam versùs procedendo, ingens planities salis, ex quâ universæ Syriæ sal sufficitur. Ibi fortè David fregit Idumæos, quos habuit obvios, cùm è bello Syriaco regrederetur. Jacet ea vallis duorum circiter dierum itinere à Bosrâ, Idumææ orientalis metropoli. Hanc autem tenebat viam David è Syriâ Sobâ Jerosolymam revertens. (Calmet.)

Mysticè S. Greg. 3 Mor. 14 : « David, inquit, « valles Salinarum percussit, quia videlicet « Redemptor noster suæ distinctionis examine, in his qui de illo prava sentiunt, stultitiam immoderati saporis extinguit, juxta « illud Roman. 12 : *Non plus sapere quàm « oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* » Vallis ergo Salinarum repræsentat *calorem immoderatæ sapientiæ.* Verba S. Gregor. more suo transcripsêre Eucherius et Angelomus. (Corn. à Lap.)

v. 12 : *Abisai verò filius Sarviæ percussit Edom in valle Salinarum decem et octo millia.* Qui etiam ibi dicitur constituisse præsidium, quod in l. 2 Regum adscribitur Davidi. Neque novum est in omni natione, ut quæ ab exercitu gesta sunt, illa ab imperatore summo gesta esse dicantur.

Porrò in *valle Salinarum* tot Idumæorum millibus occisis nomen sibi fecisse dicitur David. Quale verò illud sit, dubitant interpretes, Lyra tradit Hebræis visum esse à Davide triumphalem arcum in valle Salinarum esse constructum, in quo rerum ab ipso gestarum esset æternum monumentum, quale è saxorum firmitate sperari posset. Quod Lyra ipse non probat, quia id ambitiosius videbatur, quàm Davidis religionem et modestiam deceret. Quare fornicem illum et ambitiosum spiritum non minùs respueret Dominus, et improbarent homines, quàm improbârunt illum quem lib. 1, cap. 15, subactis Amalecitis excitavit Saül. Quæ ratio Dionysio non videtur habere plurimùm momenti, cùm excitari potuerit his additis notis et argumentis, ut ad divinam gloriam spectaret, et nullo modo intueretur humanam. Qualia nunc videmus magnis sumptibus à mortali manu ad divinam laudem erecta monumenta. Neque est improbabile, si modò fornicem erectum esse fateamur, descriptum esse à Davide in triumphali fornice Psalmum illum 59, cujus titulus harum meminit victoriarum, post quas David dicitur fecisse sibi nomen. Quare illam cogitationem de fornice non improbat Abulensis q. 16, neque Dionysius et Hugo ; tenet expressè Glossa interlinearis.

Propter hoc magis videtur probare, quod de Davidis nomine censuit Rab. Salomon, quòd nempè consecutus est magis propter pietatem, quam in Idumæos exercuit, quàm propter bellicam virtutem, quâ tot sibi provincias subjugavit. Neque enim Idumæos, quos ferro confecerat, insepultos reliquit, sed quasi cognatos et fratres sepulturæ mandavit. Quæ res majorem Davidi gloriam peperit, quàm rerum bello gestarum magnitudo.

Ego potiùs existimo, *nomen,* quod sibi fecisse dicitur David, neque esse erectum fornicem, neque aliquod aliud bellicæ virtutis monumentum et signum, sed res ipsas bello gestas : nam cùm multa prælia habuisset secunda, neque aliquid in tanto ac tam vario inimicorum instructu militari accidisset adversi, magni ducis et principis nomen consecutus, quem timerent omnes, et quocum vellent inire sociale fœdus.

In quam sententiam inclinant Abulensis, Vatablus, Dionysius et Hugo. Et quidem id in Scripturâ valet, *facere sibi nomen*. Certè non alium sensum habet illud capitis proximi v. 9 : *Fecique nomen grande juxta nomen magnorum, qui sunt in terrâ*. Et illud 1 Machab. 5, v. 57 : *Faciemus et ipsi nobis nomen*. (1)

Vers. 15. — Et regnavit David super totum Israel (2). Non solùm regnâsse dicitur David super totum Israel, quia duodecim illi tribus suberant, cùm tantùm priùs uni præesset tribui Juda, sed quia quidquid ad Israelis possessionem pertinebat, obtinuit; quod neque judices antiqui populi, neque proximè Saül, sibi ac populi juri vindicaverant. Nam regiones, quæ erant ad Euphratem, qui terminus erat terræ promissionis, alieni possidebant; item Palæstinorum regio et magna pars Syriæ, neque Jebusæi ad tempus usque Davidis è suis fuerant sedibus expulsi : hos tamen populos, qui aliorum antea parebant imperio (si unum aut alterum excipias), aut expugnavit David, aut reddidit Israeli tributarios. Quæ verò exigua sunt, et aliorum comparatione instar obtinent nihili, non faciunt, quominùs alia *totius* sibi compellationem assumant. Toti ìtaque Israeli imperavit David, quia ad terminos à Domino descriptos extendit Israelis imperium.

Faciebat quoque David judicium et justitiam cuncto populo suo. Magnus existimatur Caius Cæsar, quia non solùm armis subjecit gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, sed quia eo fuit ingenio, ut moderari optimè nôsset rempublicam, et quòd rationem astronomicam ita cognoverit, ut cursus quodammodò cœlestes metatus digesserit tempora, et novam toti mundo temporum dispensationem induxerit. Hanc sibi laudem noster quoque comparavit David, qui incredibili virtute ac celeritate confecit bella, regiones subjugavit eò usque subjugatas à nemine. Et ad hanc laudem illud adjecit, ut rem constitueret profanam et sacram : ita ut in eo nullus aut in præliando virtutem et audaciam, aut in religione pietatem, aut in republicâ optimè administrandâ prudentiam desideret. Quâ de re alio loco pluribus. Nunc summatim, quæ, et quorum fidei ac curæ credita fuerint publica ministeria describit.

Vers. 16. — Joab autem filius Sarviæ erat super exercitum (1). Ordinavit primùm, aut

(1) Vers. 14. — Posuit in Idumæa custodes, ut provinciam suo nomine gererent. Misit præfectos, ut jus dicerent; cæsis decem et octo millibus, de quibus modò actum est, Joab eò venit, trucidavitque quoscumque obvios habuit ex Idumæis toto sex mensium spatio, quo ibi moratus est. (Calmet.)

Facta est universa Idumæa serviens David. Hic impletum est oraculum et benedictio Isaaci dicta Jacobo 27, 29 : *Esto Dominus fratrum tuorum, et incurventur ante te filii matris tuæ*. Idumæi enim ex Esaü fratre Jacobi prognati, hìc servierunt Davidi ex Jacob descendenti. Ita Procop. et Theodor. Unde tunc David composuit psalm. 59, ubi inter cætera ait : *In Idumæam extendam calceamentum meum;* id est : Idumæam quasi victor possidebo, subjiciam et calcabo. Adibant enim possessionem impositione calcei, sive calceo calcando rem possessam; unde Chald. vertit : *Super Edom projeci calceum meum*. R. Emmanuel vertit : *In Edom projeci chirothecam meam*, quia, inquit, mos erat regum, cùm urbem aliquam munitam obsidebant, ut chirothecam in urbem projicerent, quò significabant se ab urbe non recessuros, nisi eâ captâ, et chirothecâ receptâ. Et hoc est, quod dixit Cicero in Philip. : « Solet enim ipse citò accipere « manicas (chirothecas) nec diutiùs obsidionis « metum sustinere. » Hæc ille. Verùm Hebr. *naal*, calceum, non chirothecam significat.

Tropolog. David, id est, Christus, regnat in Idumæâ, id est, rubeis et carnalibus gentium cordibus, dùm per gratiam ea efficit spiritualia et cœlestia. Ita S. Augustin., S. Hieron. et alii in psalm. 59. (Corn. à Lap.)

(2) *David régnait sur tout Israël, et dans les jugements qu'il rendait, il faisait justice à tout son peuple*. Après que l'Ecriture a représenté le courage de David dans ses combats, et sa reconnaissance dans ses victoires, elle ajoute aussitôt le soin qu'il avait *de rendre justice à tout son peuple*. Car c'est là proprement le devoir des rois : ils sont les arbitres des hommes sur la terre comme Dieu l'est dans le ciel; Dieu diffère quelquefois à l'autre vie à faire justice, mais les princes la doivent faire présentement, et ils deviennent les imitateurs de celui qui leur a mis la couronne sur la tête, lorsqu'ils aiment à être comme lui le soutien de leurs peuples, la terreur des méchants, l'appui des bons, l'asile des faibles et des opprimés (Sacy.)

(1) Joab arcto necessitudinis vinculo cum Davide junctus erat, utpote natus à Sarviâ Davidis sorore. Ingenio vir ambitioso, in vindictam præcipiti, audaci, aulicis et bellicis artibus excultissimo, omnia viribus et armis tribuens, nihil æquitati atque officio. Achillem tum bonis, tum malis dotibus omninò dixeris : *Jura negat sibi data, nihil non arrogat armis*. Non uno nomine benè de Davide meritus fuerat, nemo enim majori usui sive ad conferendum, sive ab asserendum illi regnum fuerat. Ejus tamen superbiam ac sævitiem ipse David oderat. Cùm summum in copias Israelis imperium gereret, ipse David illum verebatur. Jam olim copias Juda moderabatur, quo tempore David Hebrone regnabat; at idem sibi manus in omnem latè Israelis exercitum sibi tum confirmavit, cùm egregio militaris virtutis facinore primus in Jerosolymorum mœnia evasit, dùm ab armis Davidis, regnum tunc ineuntis, cingebantur. (Calmet.)

potiùs ratum habuit, quod ordinârat ante de re bellicâ, quæ rebus publicis admodùm necessaria est ad arcendos hostes, et propellendam vim et injuriam. Rei itaque bellicæ curam credidit Joab, cujus ante virtutem et prudentiam sæpiùs explorârat.

Porro Josaphat filius Ahilud erat a commentariis. Quid sit hoc loco *à commentariis*, obscurum est. Hebraicè est *masquir*, quæ vox curam indicat ejus qui circa hominum rerumque memoriam occupatur, qualis esse potest, qui regi suggerit, quid quoque tempore fieri debeat, aut qui supplices exhibet libellos, aut singulorum dierum ac rerum instituit commentarios, ex quibus postea conficiuntur annales, aut denique notarii, qui scriptis mandant publica negotia, quibus à consuetudine et lege publica inest et certa fides. Ego quid certum dicam, nihil habeo definitum. Eò magis inclinat animus, ut putem huic id à Davide datum esse negotii, ut res gestas traderet monumentis; quam curam alios habuisse observavimus supra, prolegomeno 1, ex quibus observationibus diariis, quæ etiam *ephemerides* dictæ sunt, collectæ sunt historiæ. Hæ verò observationes illæ sunt, quæ dicuntur *verba dierum*, quorum nomen in historiâ sacrâ sæpiùs occursat. Qui hanc curam susceperunt, dicuntur esse *à commentariis;* sicut qui alia curant, *à secretis*, *à poculis*. Lege quæ nos in horum Commentariorum principio diximus, prolegomeno primo.

Vers. 17. — Et Sadoc filius Achitob, et Achimelec filius Abiathar erant sacerdotes. Hic multus est Abulensis, qui eâ de re varias instituit quæstiones. Quomodò duo esse potuerint pontifices summi, cùm lex stet contra sacra, et perpetua à conditâ Israeliticâ republicâ consuetudo. Dicitur tamen Davidis tempore divinâ dispensatione factum, et ita pontificatum illum summum esse divisum, ut per vices alterni, ut habes l. 1 Paral. c. 24, sacris et tabernaculo præessent. Fuit quidem Abiathar sacerdos, et eo loco habitus à Davide, quia filius erat Achimelec, quem cum aliis multis sacerdotibus minoribus interfecit Saül: neque videbatur depositus esse legitimè, aut deponi potuisse, cùm nihil ab ipso, aut à parente illius videretur esse peccatum. Quare secum habuit ephod, quod unus habere poterat summus sacerdos, et per illud Deus sæpè dedit oraculum, quod non videbatur fore daturus, nisi ritè tanquàm sacerdos summus interrogâsset. Quòd verò Sadoc, quem pro Achimelec sacerdotem summum voluit esse Saül, sacerdos fuerit eodem tempore, quo Abiathar, collegit Abulensis ex eo quòd Deus approbâsse videatur sacerdotium Sadoc, cùm dixerit ad Heli, sacerdotis, quem esset ex aliâ familiâ vocaturus ad summum illum gradum, fidelem futuram esse domum, et in eâ æternum sacerdotium; et quod magis ad rem præsentem facit, visurum esse, scilicet filium Heli, æmulum suum in templo, nempe Sadoc ex genere Eleazari. Vide quid nos supra ad illud cap. 2, v. 32: *Et videbis æmulum tuum in templo.* Vide Abulensem q. 21.

Est item hic valdè difficile, quòd Achimelec sacerdos esse dicitur cum Sadoc, et filius Abiathar, cùm potiùs Abiathar filius fuerit Achimelec et sacerdos. Respondet Abulensis q. 24, esse quidem Abiathar sacerdotem summum et patrem Achimelec; Achimelec tamen vocari sacerdotem, et sacerdotis summi fungi ministerio pro parente Abiathar, non quia usque adeò esset Abiathar ætate provectus, ut illius sacerdotii laborem sustinere non posset, cùm ad tempus usque Salomonis vitam produxerit, ut apparet, robustam et vegetam, quando contra Salomonem partibus adhæsit Adoniæ, et eam ob causam è sacerdotio excidit à Salomone depulsus; sed cùm Abiathar Davidi semper esset assiduus, illique operam navâsset non inutilem, illum apud se retinere voluit: cùm autem tabernaculo adesse non posset, quod tunc temporis erat in Gabaon, ad sacerdotale munus ibi pro se ministrare voluit filium Achimelec. Quod fieri posse, cùm sacerdos aut propter ætatem, aut graves alias causas non posset sacrum obire ministerium, docuit non multò ante sacerdos Heli, qui suî loco sacerdotali negotio præposuit filium Phinees, neque tamen ideò ipse sacerdos esse desiit. In hunc fermè modum Abulensis. Quòd autem Abiathar sub hæc tempora sacerdos esset summus, multa probant. Primùm, quia sacerdotis nomen, utique summi, in Abiathar sæpiùs audítur. Et 2 Regum c. 4, v. 4, Salomonis tempore duo dicuntur esse sacerdotes, Sadoc et Abiathar, qui duo aliis sæpè locis conjunguntur, quasi ejusdem consortes ministerii. Quòd autem Achimelec filius Abiathar eodem tempore sacerdotio summo fungeretur, locus hic non obscurè docet, et 1 Paral. c. 24, v. 6, ubi Sadoc et Achimelec in sacerdotio conjunguntur.

Hæc mihi videntur satis probabilia; sed occurrit mihi alia ratio non nimis impedita dissolvendi nodi. Quam indicant Beda, Theo-

phylactus et Euthymius in cap. 2 Marci, et Salmeron tomo 8, tractatu 14, qui putant Achimelec fuisse binominem, et modò vocatum esse Abiathar, quod putant esse nomen familiæ; modò Achimelec, quod erat illi proprium. Quare ille qui panes propositionis tradidit Davidi, quique ideò à Saüle interfectus, qui eo loco et pluribus aliis dicitur Achimelec, Marci capite 2, v. 25, nominatur Abiathar. Sic enim ibi Christus ad sacerdotes, qui discipulos violatæ legis accusabant: *Nunquàm legistis, quid fecerit David, quando necessitatem habuit, et esuriit ipse, et qui cum eo erant; quomodò introivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit?* Hunc quoque sacerdotem habuisse duo nomina, proprium videlicet, et sicut patrem, sic etiam ipsum ex paterno nomine, quod sæpè faciunt filii, vocatum esse Achimelec. Quare qui hoc loco dicitur Achimelec, ille est, qui aliis sæpè locis dicitur Abiathar; et qui Abiathar hoc loco nominatur, idem est, qui aliis locis dicitur Achimelec. Erit igitur sensus: Sadoc filius Achitob, et Achimelec, qui etiam dicitur Abiathar, filius Achimelec, qui etiam à familiæ communi nomine Abiathar dicebatur, sacerdotes erant. Quæ explicatio mihi facilior est; quam multò libentiùs quàm superiorem amplector. Illud hìc obiter observandum, licet duo fuerint Davidis tempore sacerdotes, Sadoc tamen fuisse præcipuum, quod probat non difficilè, quia quoties hi duo quasi sacerdotum principes nominantur, priori loco nominatur Sadoc.

Et Sarvias scriba. Hebraicè *sopher*. Hic dicitur notarius, qui publicam obtinet fidem, et publicâ auctoritate disceptantium ac contrahentium instrumenta consignat, qui Hispanorum vulgo *scribano* dicitur, quemadmodùm reddidit Hispanica translatio. Est etiam legis jurisque peritus, qui ab aliis de lege religioneque consulitur, quique etiam legitimo judicio exortas in republicâ controversias aut componit aut disceptat. Sanè *scribarum* nomen in Scripturâ majus aliquid sonat, quàm quod apud Latinos. Ut enim illi qui sapientiâ pollent, et eo nomine apud alios in honore sunt, apud Græcos *philosophi*, apud Chaldæos *magi*, apud Latinos *sapientes* nominantur, sic etiam iidem apud Hebræos appellantur *scribæ*. Quorum duo videntur esse munera: Primum, legem populo proponere, sensus ejus eruere, erutosque manifestare populo; de quibus Epiphanius hæresi 15. Qui quoniam legebant interpretabanturque legem, *lectores* quoque dicebantur. Sic sanè Esdras l. 3, c. 9, *lector* appellatur, qui sæpiùs alibi nominatur *scriba*. Alterum munus est, judicare causas, et ex illorum meritis damnare vel absolvere. Id indicat illud Matthæi 20: *Tradetur principibus et scribis, et condemnabunt eum morte;* et Joan. 8, scribæ Christum consulunt de adulterâ, et dicunt: *Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidari, tu ergo quid dicis?* Vide plura apud cardinalem Toletum in c. 18 Joan. annot. 1. Hoc puto munus obiisse Sarviam, neque puto vulgare aliquid datum Sarviæ, cùm alia, quæ aliis concessa dicuntur, vulgaria non sint.

Vers. 18. — Banasai autem filius Joiadæ super Cerethi et Phelethi. Hi absque dubio viri fuerunt, qui et corpore fuerunt robusto, et rei periti bellicæ, et quorum jam esset comperta fides, et quibus regii corporis esset credita custodia, quos nos Latino vocabulo *prætorianos* appellamus; Græci verò σωματοφύλακας, id est, *corporis custodes*. Dicuntur autem Cerethi à radice *Carath*, quæ significat inter alia *incidere*, quasi qui potenter ac facilè adversarios cædant et sternant; sive ab aliquâ civitate, seu provinciâ, unde illud satellitum genus adducebatur. De quibus nos copiosè in c. 2 Sophoniæ ad illud v. 5: *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum!* ubi pro *perditoribus*, Hebraicè est *Cerethim*. *Phelethi* quidam deducunt à *palat*, quod est *evadere*, et in hiphil, *eripere*, quasi potentes, et qui alios possent ex periculis eripere. Alii à *pala*, quasi *viri* essent *mirabiles*. Hoc mihi certum est, aliquid his vocibus significari militare; neque enim aliter diceretur *legiones Cerethi et Phelethi*. Deinde has non esse cum reliquis militum ordinibus confusas, sed tantùm regiæ custodiæ destinatas, quia aliter parerent potiùs Joab, qui princeps erat militiæ, quàm Banaiæ. Deinde quia hi comitati dicuntur Davidem, cùm fugeret à facie Absalom, cap. 15, v. 18, quasi nefas crederent, regem in eo rerum articulo deserere, cujus ipsis fuerat commissa custodia. Sanè Josephus hoc hominum genus Davidis appellat *satellitium*, dùm ait lib. 7, cap. 6, cùm hoc idem tractaret argumentum: *Banaiam Joiadæ filium satellitio suo præposuit*. Et c. 11, quos Vulgatus appellat *Cerethi* in Salomonis comitatu, ipse regiam appellat cohortem. Alii hos sagittarios esse volunt et funditores. Ita Chaldæus, Theodoretus et Procopius; neque respuunt è recentioribus alii. Et ita habet antiquissima translatio Hispanica, cujus verba libuit

hìc attexere. *E Joab fijo de Ceruya era condestable, e Josaphat fijo de Adelud era relator, e Saraia era escribano, e Banajahu fijo de Joiada era sobre los honderos y ballesteros.* Sed quod proximè dixeram, magis videtur ad veritatem.

Filii autem David sacerdotes erant. Non poterant Davidis filii sacerdotes esse, cùm id tantùm à Deo concessum esset familiæ Levi. Cur autem sacerdotes esse dicantur, diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad illud cap. 61 : *Vos autem, sacerdotes Domini, vocabimini ministri Dei nostri.* Ubi tunc cum illis loquebatur propheta, quibus nullo modo ad sacerdotium patebat accessus. Dicuntur autem tam illi, quàm modò filii David, esse sacerdotes, quia illi magno erant in honore apud omnes, et in illorum sumptus abundè suppeditabatur à populo. Neque textus ipse indicat obscurè; nam cùm paulò antea duorum sacerdotum meminisset, statim tanquàm aliquid diversum addidit, Davidis filios esse sacerdotes. Ubi ego notam similitudinis subaudio, id est, esse quasi sacerdotes, quia illos observabat et alebat populus. Septuaginta reddidère ἀυλάρχας, id est, *aulæ principes,* et 1. 1 Paral. c. 18, in fine, ubi cùm eodem ordine, filoque sermonis, superiora texerentur, de filiis David dicitur : *Porrò filii David primi ad manum regis,* id est, qui in regiâ domo familiares erant regi, et cum illo plurimùm versabantur. A quo loco et ordine excidisse videtur Absalom, cui edixit pater 2 Reg. 14, v. 24 : *Revertatur in domum suam, et faciem meam non videat,* id est, non sit mihi ut antea sacerdos, aut inter primos ad manum. Porrò sacerdotem aliquem, aut quasi sacerdotem esse, proverbiali specie dici de illo, cui omnia honestè abundèque contingunt, in locum citatum Isaiæ probavimus, ubi satis multa de hoc dicendi genere, quem tu vide.

CAPUT IX.

1. Et dixit David : Putasne est aliquis qui remanserit de domo Saül, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonathan?

2. Erat autem de domo Saül servus nomine Siba. Quem cùm vocâsset rex ad se, dixit ei : Tune es Siba? Et ille respondit : Ego sum servus tuus.

3. Et ait rex : Numquid superest aliquis de domo Saül, ut faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi : Superest filius Jonathæ debilis pedibus.

4. — Ubi, inquit, est? Et Siba ad regem : Ecce, ait, in domo est Machir, filii Ammiel, in Lodabar.

5. Misit ergo rex David, et tulit eum de de domo Machir, filii Ammiel, de Lodabar.

6. Cùm autem venisset Miphiboseth, filius Jonathæ, filii Saül, ad David, corruit in faciem suam et adoravit. Dixitque David : Miphiboseth? Qui respondit : Adsum servus tuus.

7. Et ait ei David : Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Jonathan patrem tuum, et restituam tibi omnes agros Saül patris tui, et tu comedes panem in mensâ meâ semper,

8. Qui adorans eum dixit : Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem meî?

CHAPITRE IX.

1. David *se souvint de Jonathas, son ami, et il* dit : N'est-il point resté quelqu'un de la maison de Saül à qui je puisse faire du bien, à cause de Jonathas?

2. Or il y avait un serviteur de la maison de Saül qui s'appelait Siba. Et le roi, l'ayant fait venir, lui dit : Etes-vous Siba? Il répondit : Je le suis pour vous servir.

3. Le roi lui dit : Est-il resté quelqu'un de la maison de Saül que je puisse combler de grâces? Siba dit au roi : Il reste encore un fils de Jonathas, qui est infirme des jambes.

4. — Où est-il? dit David. Il est, répondit Siba, à Lodabar, dans la maison de Machir, fils d'Ammiel.

5. Le roi David envoya donc des gens, et le fit venir de Lodabar, de la maison de Machir, fils d'Ammiel.

6. Miphiboseth, fils de Jonathas, fils de Saül, étant venu devant David, tomba sur sa face et adora. David lui dit : Miphiboseth? Il répondit : Me voici, votre serviteur.

7. David lui dit : Ne craignez point, parce que je vous ferai miséricorde, à cause de Jonathas votre père : je vous rendrai toutes les terres de Saül, votre aïeul, *qui ont été confisquées,* et vous mangerez toujours à ma table.

8. Miphiboseth se prosternant devant lui, lui dit : Qui suis-je, moi votre serviteur, pour avoir mérité que vous regardiez un chien mort tel que je suis?

9. Vocavit itaque rex Sibam puerum Saül, et dixit ei : Omnia quæcumque fuerunt Saül et universum domum ejus dedi filio domini tui.

10. Operare igitur ei terram, tu et filii tui et servi tui, et inferes filio domini tui cibos ut alatur ; Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. (Erant autem Sibæ quindecim filii et viginti servi.)

11. Dixitque Siba ad regem : Sicut jussisti, domine mi rex, servo tuo, sic faciet servus tuus. Et Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi unus de filiis regis.

12. Habebat autem Miphiboseth filium parvulum nomine Micha : omnis verò cognatio domûs Sibæ serviebat Miphiboseth.

13. Porrò Miphiboseth habitabat in Jerusalem, quia de mensâ regis jugiter vescebatur ; et erat claudus utroque pede.

9. Le roi fit donc venir Siba, serviteur de Saül, et lui dit : J'ai donné au fils de votre maître tout ce qui était à Saül et toute sa maison.

10. Faites donc valoir pour lui ses terres, vous et vos fils et vos serviteurs, afin que le fils de votre maître ait de quoi subsister ; mais *pour* Miphiboseth, *lui-même,* fils de votre maître, *il* mangera toujours à ma table. (Or Siba avait quinze fils et vingt serviteurs.)

11. Et il dit au roi : Votre serviteur, ô roi mon seigneur, fera comme vous lui avez commandé. Et *David répéta : Pour* Miphiboseth, *il* mangera à ma table, comme l'un des enfants du roi.

12. Or Miphiboseth avait un fils encore enfant, appelé Micha. Toute la famille de Siba servait Miphiboseth.

13. Ainsi Miphiboseth demeurait à Jérusalem, parce qu'il mangeait toujours à la table du roi : or il était boiteux des deux jambes.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET DIXIT DAVID, PUTASNE EST ALIQUIS, QUI REMANSERIT DE DOMO SAUL, UT FACIAM CUM EO MISERICORDIAM PROPTER JONATHAM (1) ?

(1) *David dit alors : N'est-il point resté quelqu'un de la maison de Saül, à qui je puisse faire du bien, à cause de Jonathas?* Les premiers soins de David ont été pour Dieu, pour son arche et pour la construction de son temple. Après qu'il a satisfait à ce premier de tous nos devoirs qui regarde Dieu, il passe au second, qui enferme l'amour du prochain, et il cherche dans la famille de Saül quelqu'un à qui il puisse faire du bien. Il n'attend pas que Miphiboseth vienne se présenter lui-même pour le secourir. Il le prévient, il le cherche, et il emploie du monde pour s'en informer. Si David avait consulté en cette rencontre une politique tout humaine, elle lui aurait sans doute représenté que son règne étant encore peu affermi, il était dangereux de faire revivre la mémoire de Saül, et de s'exposer ainsi à donner sujet à de nouveaux troubles. Mais ce prince était trop éclairé du ciel pour se laisser surprendre aux raisons basses de cette fausse sagesse. Il sait ce qu'il a promis à Jonathas, et ce qu'il aurait voulu rendre à la mémoire de son amitié, quand même il ne lui aurait rien promis. Il est persuadé que rien ne lui assurera plus la couronne, que de se conduire d'une manière qui fasse voir à tous ses sujets qu'il en est très-digne. Et il sait que des actions de clémence et de bonté sont souvent plus capables d'attirer aux princes l'amour et la vénération de leurs peuples, que les victoires les plus éclatantes. C'est ce que l'Ecriture semble marquer en rapportant cette histoire aussitôt après le dénombrement qu'elle fait des peuples et des rois que David avait vaincus.

Cet exemple est grand, non seulement pour les princes, mais encore pour tous ceux qui veulent rendre à Dieu ce qui lui est dû. Car la piété, selon saint Augustin, consiste principalement *à n'être pas ingrat envers Dieu.* Et si l'on n'est pas reconnaissant envers les hommes que l'on voit de ses yeux, et dont on éprouve sensiblement la bonté et les bienfaits, il est difficile que l'on le soit envers Dieu, dont les grâces sont beaucoup plus spirituelles et plus cachées. (Sacy.)

Totum hoc caput apertum est, neque magnâ indiget interpretis operâ. Dicendum tamen aliquid, quia aliquid etiam est expeditum minùs. Multa fuerunt, quæ Davidis impulerunt animum, ut Saülis recordaretur, neque nomen illius pateretur extingui, aut familiam aliorum expositam ludibrio incommodis laborare, quibus tenuiorum et miserorum hominum fortunæ jactantur. Primùm, ipsa naturæ bonitas, ad miserendum prona, injuriarum immemor, et à Deo ad omne pietatis genus instituta : illa fecit, ut viventi regi, cùm maximo in Davidem inflammaretur furoris æstu, non semel ignosceret, cùm tutò posset et facilè vitam eripere ; hæc ut lugeret occisum, et illi quàm potuit officiosissimè parentaret ; hæc eadem nunc ingenuum cogit, et verè regium animum, ut si qui ex regiâ familiâ forent ab ingenti et

quasi fatali cæde superstites, illorum consuleret rationibus, et de rebus ad vitam necessariis provideret. Sed erat præterea gravissima ratio, cur regiæ familiæ tam impensè consulere debuerit, quia id exigebat et amicitiæ fidelitas, et interposita juramenti religio. Quàm arcto Davidis et Jonathæ necessitudinis vinculo fuerint animi constricti, ille dicendi modus satis explicat, qui lib. 1, cap. 18, ait, animam Jonathæ conglutinatam esse animæ David. Ex quâ animorum conjunctione ortum est, ut pro Davidis salute non semel Jonathas vitæ periculum adierit. Accedebat præterea gravis inprimis, et fœderis ratio, et interpositi juramenti religio, ut constat lib. 1, cap. 20 et 23. Hæc igitur præter alia causa fuit, cur non solùm domui Jonathæ, sed etiam toti Saülis familiæ commendare voluerit. Et ideò addidit : *Ut faciam cum eo misericordiam propter Jonatham.*

Vers. 2. — Erat autem de domo Saul servus nomine Siba (1). Hic assiduus esse putabatur in domo Saülis, atque ideò ab illo, qui nôrat omnia quæ ad regiam illam familiam pertinebant, sciscitatur David, ecquis reliquus fuerit ex illâ domo, in quem officiosus esse possit, et facere cum illo Dei misericordiam. Loquebatur autem de totâ Saülis domo, non, ut alii putant, tantùm de Jonathæ familiâ. Neque obstat, quòd de uno tantùm Jonathæ filio responderit Siba, quia ille servus videtur fuisse Jonathæ, ut constat v. 9 : *Universam domum Saülis dedi filio domini tui.* Et quò illi à regiâ liberalitate consuleret, aliorum nomina suppressit : neque enim valdè erat fidelis aut verax, ut satis constat ex cap. 19, v. 26. Deinde, quia si qui erant alii, ut filii quinque Merob, qui cap. 21 à Gabaonitis acti sunt in crucem, illis satis erat provisum à Michol uxore Davidis, quæ illos sibi in filios adoptaverat. Duo verò fuerunt alii filii Saülis ex Resphâ concubinâ, qui propter concubitum non legitimum, et maternas sordes, judicabantur alieni.

Adde, quòd cùm de Saülis posteris ageret David, dixit ad Sibam : *Ut faciam cum eo misericordiam Dei. Dei* porrò *misericordia* ad ipsius inimicorum beneficium extenditur, quibus spiritum largitur et vitam : et cùm illos posset à se procul abjicere, cumulat tamen donis ; neque illorum merita Dei impediunt mitissimam naturam, quominùs solem suum oriri faciat super bonos et malos, et pluat super justos et injustos. At hæc misericordia, si non spectaret Saülis intestinum odium, et rabidam sitim Davidici sanguinis, in eo, quem dixi, sensu, non diceretur misericordia Dei, quia potiùs erat David Jonathæ provocatus meritis, quàm offensus injuriis ; atque ideò habuit potiùs in Jonathâ, quod compensaret antidorali officio, quàm quod studio ulcisceretur hostili. Neque alio, ut opinor, sensu dixit Jonathas lib. 1, capite 20, vers. 14 : *Facies mihi misericordiam Domini.* (1)

Vers. 6. — Cum autem venisset Miphiboseth filius Jonathæ filii Saul ad David, corruit in faciem suam, et adoravit. Hic fuit, de quo supra, cap. 4, v. 4, cecidisse dicitur ex nutricis ulnis, et debilitatis cruribus claudus effectus. Id porrò accidit eo ipso tempore, quo Saül et Jonathas ceciderunt in montibus Gelboe, cùm ipse quintum ageret ætatis annum. Unde optimè colligit Abulensis, hanc historiam, seu hanc misericordiam Davidis erga Miphiboseth accidisse, quo tempore ab historico sacro proponitur, nempe subjugatis his

(1) Judæi scriptores, quorum sententiam interpretes plures sequuntur, docent, Sibam servum fuisse Chananæum, quippe qui post obitum Saülis manumissus non fuerit. Leve tamen est argumentum. 1° Nulla Moysis sanctio libertatem decernit servo Hebræo post heri obitum ; quin et verisimillimum videtur, servos fuisse partem hæreditatis filiorum. 2° Servis integrum erat non uti privilegio libertatis anno sabbatico sibi concessæ ; cur igitur eodem non uti privilegio non potuissent, hero obeunte, si quod privilegium illis mos et consuetudo contulisset, quanquàm est incertissimum ? Familiare est Rabbinis leges ad arbitrium rogare, ac deinde torquere Scripturam, ut eam cum legibus hisce suis componant. Igitur Siba Hebræus servus Saülis constituendus est, sed inter servos munere et dignitate maximus. Fortè in familiâ Saülis eumdem obtinebat locum, quem Eliezer in domo Abrahami, et Josephus apud Putipharem. Denique eo erat apud Saülem loco, quo *villici* et rei rusticæ curatores apud Romanos, de quibus agunt rei agrariæ scriptores. Servis hisce summa erat auctoritas apud herum suum in fundos et servos, quorum curam et regimen herus illis commiserat. Sibæ huic erant quindecim filii, et viginti servi, qui in familiâ heri sui servientes, sub Sibæ imperio erant ; denique ex iis servis erat, quos Christus ab hero suo *super familiam constitutos* esse dicit, ut distribuant conservis *mensuram tritici*, quæ pro more servis dabatur. (Calmet.)

(1) In domo Machir..... in Lodabar. Creditur *Lodabar*, vel *Ladabar*, jacuisse trans Jordanem in regione, quam celebris ille Machir possidebat. Sed certus ejus situs ignotus est, et nonnisi temerè in tabulis collocatur. Neque illud exspectandum est ut doceamus, cur Miphiboseth sese in domum Machir filii Ammielis recepisset. Cæterùm hæc minora sunt, quàm ut ea n ôsse lect or um intersit. (Calmet.)

provinciis, de quibus proximè præcedenti capite. Nam habuisse tunc dicitur Miphiboseth filium nomine Micha, v. 12. Quare annos natum esse viginti verisimile est. A morte autem Saül, quando quinquennis erat Miphiboseth, ad hoc tempus anni videntur intercessisse quindecim, quibus anni Miphiboseth viginti complentur. Ubi ergo Miphiboseth Davidis subiit aspectum, procidit supplex ad illius genua, et tanquàm aliquid in eo majus et augustius agnosceret, illum solitâ regum adoratione prosecutus est.

Vers. 7. — Et restituam tibi omnes agros Saul patris tui, et tu comedes panem in mensa mea semper (1). Quædam habent principes privata bona à parentibus accepta, quæ neque jus attulit regni, neque regio nomine ab aliis acceperunt; qualia sunt quæ quisque habuit, antequàm regnum seu jurisdictionem obtineret. Nam olim omnia quæ regium comitantur nomen, ad successorem cum nomine ac titulo transmittuntur. Habuerunt reges propria quædam bona, quæ aut acceperunt à parentibus, aut aliis modis ipsi quæsierant. Qualia fuerunt illa, quæ Zachar. cap. 14, v. 10, dicuntur *torcularia regis*. Et quæ sibi ad delicias comparavit Salomon, de quibus ipse Eccles. cap. 2, v. 4 : *Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, et plantavi vineas, feci hortos et pomaria, et consevi ea cuncti generis arboribus*. Talia, opinor, aliqua habuit Saül, antequàm ad regiam dignitatem ascenderet. Sanè asinarum habuisse greges habemus lib. 1, cap. 9, et agros coluisse, cap. 11, v. 5 : *Ecce Saül veniebat sequens boves ex agro*. Hæc igitur Saülis bona dedit David Miphiboseth, quæ non videntur fuisse luculenta, quia neque diù Saül cum potestate fuit, cùm biennio tantùm regnum obtinuerit, et illa omnia Siba cum filiis et servis colere potuerit. Habuisse tamen vineas et agros, ipse indicat Saül, cap. 22, v. 7, dùm ait : *Nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros et vineas?* Ac si dicat : David non poterit, quia pauper est : ego facilè potero, quia his omnibus abundo. Promisit quoque David regios cibos, quos eidem secum accumbens mensæ quotidiè sumeret.

(1) Inter summos à rege honores illud habebant subditi, ut regiæ mensæ convivæ adhiberentur. Jesus Christus, ut discipulis gloriam significaret quam illis destinabat, parare se illis dixit idem regnum quod sibi Pater constituerat, et convivas illos mensæ suæ in eodem regno habiturum pollicetur. Servos manumittendi ratio quædam apud Romanos obtinebat, ut mensæ convivas illos adhiberent; eaque appellabatur *manumissio per mensam*. Mensæ regum simul omnia imponebantur, quæ dein in familiares distribuenda erant. In Oriente, non diversis, sed uno ferculo omnia apponuntur. Iter è Moscoviâ in Persidem t. 1, passim, et p. 233. (Calmet.)

Vers. 8. — Respexisti super canem mortuum similem mei. *Canis*, et multò magis *canis mortuus* (1), proverbiali specie, pro re sumitur vilissimâ et execrabili, quia et canis odiosus est, et cùm mortuus fuerit, gravissimum ex se halitum aspirat. Capite 24, v. 15, lib. 1, iisdem verbis locutus est de se David ad Saülem, ex quo fortassè didicit Miphiboseth, et dicendi modum, et humilitatis spiritum. Vide quæ nos ibi hâc de re pluribus.

Vers. 9. — Omnia quæcumque fuerunt Saul, et universam domum ejus dedi filio domini tui. Hic duos agnosco dominos Sibæ, alterum Jonatham, alterum Miphiboseth, cui patre mortuo famulatus est Siba. Dominum hoc loco Miphiboseth, intelligo, cujus filio Michæ adjudicata sunt à Davide Saülis bona; nam licet attributa fuerint Miphiboseth, tamen quia illi omnia abundanter sunt à Davide provisa, neque ad vitæ subsidium, neque ad dignitatis ornamenta ullo alio egebat adjumento, omnes qui ex Saülis agris capiebantur proventus, ad Michæ sumptus et alimentum dicuntur esse conferendi. Hoc autem idem est, ac si Miphiboseth accepisset omnia, quia ab illo in alendo filio sumptus illos factos oportuit. Quare non sine causâ addidit David : *Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam*. Ac si dicat : Nolo tibi id imponere negotii, ut dominum tuum Miphiboseth

(1) *Miphiboseth, se prosternant devant David, lui dit : Qui suis-je, moi, votre serviteur, pour avoir daigné regarder un chien mort comme je suis?* Nous pouvons voir, dans cet exemple, quelle est la puissance de Dieu quand il lui plaît de faire justice à ses serviteurs dès cette vie, et de les élever au dessus de ceux qui les persécutaient avec le plus de fureur et de violence. David, en s'humiliant devant Saül, lui dit ces paroles : *Qui poursuivez-vous, ô roi d'Israël? Vous poursuivez un homme qui n'est qu'un chien mort*. Et Dieu ayant élevé ensuite David sur le trône du même Saül, fait que le petit-fils de ce roi si superbe vient se prosterner devant David, étant abandonné de tout le monde, et qu'il s'appelle devant lui *un chien mort*. Ceci nous fait voir que, quand Dieu dans la loi nouvelle laisse accabler ses serviteurs par la violence de leurs ennemis, ce n'est pas qu'il ne les puisse élever au dessus d'eux, comme il a fait voir en la personne de David et de tant d'autres, mais c'est parce qu'il les veut rendre ainsi conformes à Jésus-Christ dans sa vie et dans sa mort, en les sanctifiant par leur humilité, et les couronnant par leur patience. (Sacy.)

alas, quia hanc in meipsum curam recepi; satis habebo, si filium ejus Micham percepto ex agris fœnore sustentes. (1)

VERS. 11. — DIXITQUE SIBA AD REGEM: SICUT JUSSISTI, DOMINE MI REX, SERVO TUO, SIC FACIET SERVUS TUUS. ET MIPHIBOSETH COMEDET SUPER MENSAM MEAM, QUASI UNUS DE FILIIS REGIS (2).

(1) VERS. 10. — INFERES FILIO DOMINI TUI CIBOS, UT ALATUR. Curæ tuæ sit, ut alatur Micha filius Miphibosethi ex proventibus agrorum quos ego patri illius, vel quos illi restitui. Mentem regis assecutus esse Siba non videtur, quippe qui censeret alendos sibi esse Miphibosethum et Micham tam lautè, quàm si regiæ mensæ assiderent. (Calmet.)

Miphiboseth mangera toujours à ma table. Si nous cherchons dans cette histoire un sens plus spirituel, nous pouvons considérer ce que fait ici David à l'égard de Miphiboseth, comme la figure de ce que Dieu fait à l'égard de quelques âmes, qui l'avaient long-temps oublié, et qu'il retire enfin de la bassesse et de la poussière pour les mettre au nombre de ses enfants: ces personnes ont bien plus de sujet de dire à Dieu ce que Miphiboseth dit ici à David : *Qui suis-je devant vous, ô mon Dieu, pour avoir daigné regarder un chien mort comme je suis?* Elles doivent se représenter que le véritable David appelle, comme il dit lui-même dans l'Évangile, les boiteux et les personnes faibles à sa table et à son festin; mais qu'il y a cette grande différence entre la figure et la vérité, que David faisant venir Miphiboseth à sa table, n'avait pas le pouvoir d'ôter à son corps ce qui le rendait faible et difforme, au lieu que Jésus-Christ ne nous invite à sa table que pour guérir l'âme de toutes ses maladies, et pour lui rendre la force et la beauté par la vertu de cette viande céleste, qui est tout ensemble notre nourriture et notre remède. De plus, Miphiboseth n'avait jamais désobligé David en la moindre chose, et David avait de très-grandes obligations à Jonathas, son père. Mais pour nous, nous avons été comblés de bienfaits par le Fils de Dieu, et nous l'avons offensé en mille manières. C'est pourquoi nous avons bien plus de sujet de dire au Sauveur ce que ce prince disait à David : *Comment daignez vous jeter les yeux sur un chien mort comme je suis?*

La Chananée se compare *à une chienne,* mais au moins à une chienne vivante, qui peut encore plaire à son maître. Elle se croit indigne du pain des enfants; mais elle prétend au moins aux miettes. Miphiboseth, au contraire, se compare *à un chien mort,* qu'on ne regarde qu'avec horreur, et il témoigne lorsqu'il est réduit à cet état, qu'il se croit indigne des miettes mêmes. (Sacy.)

(2) Alleg. David extollens abjectum et claudum Miphiboseth, repræsentat Christum, qui infirma et contemptibilia mundi eligit, ut confundat fortia, 1 Corinth. 1, cùm scilicet ipse, ut ait Angelom., « eum quem ad seculi ministeria et mundana negotia exercenda, sermone et actione debilem conspicit, ad divinum ministerium eligit, quia quem mundus per fastum elationis spernit, hunc Deus propter devotionem humilitatis acquirit. Interpretatur enim Miphiboseth, decor ignominiæ. Is ergo, cujus loquelam et præsentiam superbia mundi despicit, Dei dono utilis ad spiritale ministerium in Ecclesiâ apparebit. » Et pluribus interjectis : « *Suscitat de pulvere egenum, et de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus, et gloriæ solium teneat.* Contemptibiles personas de mundo auferens, possessores virtutum efficit, et scientiâ spirituali super mensam Scripturarum sanctarum quotidiè secum reficit. Unde evenit, ut tales sobolem gignant, qui vocetur Micha. Micha enim, *quis est,* Latinè resonat, quia frequenter et in admirationem populi tales veniunt, quia nuper è despectu mundi ablati, gloriosi in Ecclesiâ Dei dono apparebunt. » (Corn. à Lap.)

Faciam, inquit Siba, quodcumque abs te de Michâ Miphiboseth filio mihi mandatum est et si tibi visum fuerit, Miphiboseth etiam in mensam meam, et curam accipiam, illumque sic tractabo luculenter ac splendidè, quemadmodùm filii regum tractari solent. Quomodò Genes. 24, v. 18, dicit Rebecca : *Bibe, domine mi,* etc., *quin et camelis tuis hauriam aquam, onec cuncti bibant.* Hic mihi sensus facilis et germanus videtur. Alii aliter et legunt et exponunt, alii aliquid supplendum putant; quod mihi non videtur necessarium, cùm sensus hic facilis sit et planus; maximè si, quod millies in Scripturâ occurrit, *et* sumatur pro *imò,* in hunc sensum : Alam Micham filium domini mei Miphiboseth, imò et ipsum Miphiboseth.

Quidam codices *super mensam tuam,* legunt, ut notat Hieronymus in Tradit. Hebr. ad hunc locum, quemadmodùm etiam legit Abulensis, quasi dicat Siba, quando rex sibi curandum esse dicit de Miphiboseth alimento, curaturum se, ne quid illius filio Michæ desit. Sed textus Hebræus *meam* habet. Quem sic accipiunt aliqui, ut verba putent esse Davidis, et suppleant : *Et dixit David,* iterando videlicet dictum, et eâ repetitione confirmando magis quod promiserat. Sed sanè hoc valdè distorquet textum, et ad hanc sententiam prorsùs trahit invitum. Ita Hieronymus supra, Cajetanus, Lyra et nonnulli alii. Alii verba quidem dicunt esse Sibæ; ita tamen ut dicat, mittendos esse cibos à rege, quos in mensâ Sibæ comedat Miphiboseth. Quam cogitationem omninò convellit, quòd statim v. 13, *ideò mansisse dicitur Miphiboseth in Jerusalem, quia de mensâ regis jugiter vescebatur;* alioquin esset eo in loco, ubi Siba morabatur, utique extra Jerusalem. Septuaginta *super mensam regis* transtulerunt. Sed Vulgata translatio, et Hebraicus textus habent *mensam meam.*

Vers. 12. — Habebat autem Miphiboseth filium parvulum nomine Micham. Hoc additum puto, ut explicetur, quinam sit ille domini Sibæ filius, cujus commodis servire debuerunt Saülis agri, quos Jonathæ filio restituit David, quemque alere Siba jussus est, et sedulò servire.

Omnis verò cognatio domus Sibæ serviebat Miphiboseth. Amplexus est David filium Jonathæ quasi filium regis; atque ideò jussit, ut qui parenti priùs florente fortunâ, illi iidem filio Miphiboseth, eodem studio ac sedulitate servirent. Quare licet aliqui alio in loco de Michæ alimento atque educatione curarent, alii fuerunt in Jerusalem, qui assisterent Miphiboseth, ne quid illi deesset ad dignitatem, quæ regium adolescentem, et regis amicum et alumnum decebat. Quare verisimile est, ex agrorum proventu non parùm in illius comitatu et cultu fuisse consumptum.

CAPUT X.

1. Factum est autem post hæc ut moreretur rex filiorum Ammon, et regnavit Hanon filius ejus pro eo.

2. Dixitque David : Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater ejus mecum misericordiam. Misit ergo David consolans eum per servos suos super patris interitu. Cùm autem venissent servi David in terram filiorum Ammon,

3. Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum : Putas quòd propter honorem patris tui miserit David ad te consolatores? et non ideò ut investigaret et exploraret civitatem, et everteret eam, misit David servos suos ad te?

4. Tulit itaque Hanon servos David, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, et præscidit vestes eorum medias usque ad nates, et dimisit eos.

5. Quod cùm nuntiatum esset David, misit in occursum eorum (erant enim viri confusi turpiter valdè), et mandavit eis David : Manete in Jericho donec crescat barba vestra, et tunc revertimini.

6. Videntes autem filii Ammon quòd injuriam fecissent David, miserunt et conduxerunt mercede Syrum Rohob et Syrum Soba, viginti millia peditum, et à rege Maacha mille viros et ab Istob duodecim millia virorum.

7. Quod cùm audîsset David, misit Joab et omnem exercitum bellatorum.

8. Egressi sunt ergo filii Ammon, et direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ : Syrus autem Soba et Rohob, et Istob et Maacha seorsùm erant in campo.

9. Videns igitur Joab quòd præparatum esset adversùm se prælium et ex adverso et post tergum, elegit ex omnibus electis

CHAPITRE X.

1. Quelque temps après, le roi des Ammonites vint à mourir, et Hanon, son fils, régna en sa place.

2. Alors David dit : Je veux témoigner de l'affection à Hanon, fils de Naas, comme son père m'en a témoigné. Il lui envoya donc des ambassadeurs pour le consoler de la mort de son père. Mais lorsqu'ils furent arrivés sur les terres des Ammonites,

3. Les plus grands du pays dirent à Hanon, leur maître : Croyez-vous que ce soit pour honorer votre père et pour vous consoler que David vous a envoyé des ambassadeurs? Et ne voyez-vous pas qu'il *ne* l'a fait *que* pour reconnaître la ville, pour y remarquer toutes choses et pour la détruire?

4. Hanon fit donc prendre les serviteurs de David, leur fit raser la moitié de la barbe, et couper la moitié de leurs habits *depuis les pieds* jusqu'au haut des cuisses, et les renvoya.

5. David ayant reçu cette nouvelle (car ils étaient dans la confusion), envoya au-devant d'eux, et leur donna cet ordre : Demeurez à Jéricho jusqu'à ce que votre barbe soit crue, et après cela vous reviendrez.

6. Or les Ammonites, voyant qu'ils avaient offensé David, envoyèrent vers les Syriens de Rohob et de Soba, et firent lever à leur solde vingt mille hommes de pied; ils prirent aussi mille hommes du roi de Maacha et douze mille d'Istob. *Tous ces gens vinrent camper vis-à-vis de Médaba sur l'Arnon; et les Ammonites se joignirent à eux.*

7. David, en ayant été averti, envoya *contre eux* Joab avec toutes ses troupes.

8. Les Ammonites, s'étant mis en campagne, rangèrent leur armée en bataille à l'entrée de la porte *de la ville de Médaba;* et les Syriens de Soba et de Rohob, d'Istob et de Maacha, formaient un corps séparé dans la plaine.

9. Joab, voyant donc les ennemis préparés à le combattre de front et par derrière, prit

Israel, et instruxit aciem contra Syrum,

10. Reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem adversùs filios Ammon.

11. Et ait Joab : Si prævaluerint adversùm me Syri, eris mihi in adjutorium ; si autem filii Ammon prævaluerint adversùm te, auxiliabor tibi.

12. Esto vir fortis, et pugnemus pro populo nostro et civitate Dei nostri ; Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo.

13. Iniit itaque Joab et populus qui erat cum eo certamen contra Syros : qui statim fugerunt à facie ejus.

14. Filii autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt et ipsi à facie Abisai, et ingressi sunt civitatem. Reversusque est Joab à filiis Ammon, et venit Jerusalem.

15. Videntes igitur Syri quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter.

16. Misitque Adarezer, et eduxit Syros qui erant trans fluvium, et adduxit eorum exercitum ; Sobach autem, magister militiæ Adarezer, erat princeps eorum.

17. Quod cùm nuntiatum esset David, contraxit omnem Israelem, et transivit Jordanem, venitque in Helam. Et direxerunt aciem Syri ex adverso David, et pugnaverunt contra eum.

18. Fugeruntque Syri à facie Israel, et occidit David de Syris septingentos currus et quadraginta millia equitum ; et Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est.

19. Videntes autem universi reges qui erant in præsidio Adarezer se victos esse ab Israel, expaverunt et fugerunt quinquaginta et octo millia coram Israel. Et fecerunt pacem cum Israel, et servierunt eis ; timueruntque Syri auxilium præbere ultra filiis Ammon.

l'élite d'Israël, et marcha en bataille contre les Syriens.

10. Il donna le reste de l'armée à Abisaï, son frère, qui marcha pour combattre les Ammonites.

11. Et Joab dit : Si les Syriens ont de l'avantage sur moi, vous viendrez à mon secours, et si les Ammonites en ont sur vous, j'irai vous secourir.

12. Agissez en homme de cœur, et combattons pour notre peuple et pour la cité de notre Dieu ; et le Seigneur ordonnera de tout comme il lui plaira.

13. Joab attaqua donc les Syriens avec les troupes qu'il commandait, et aussitôt les Syriens fuirent devant lui.

14. Les Ammonites, voyant la fuite des Syriens, s'enfuirent aussi eux-mêmes devant Abisaï, et se retirèrent dans la ville. Joab, après avoir battu les Ammonites, s'en retourna et revint à Jérusalem.

15. Les Syriens, voyant qu'ils avaient été défaits par Israël, s'assemblèrent tous,

16. Et Adarézer envoya demander du secours aux Syriens qui étaient au-delà du fleuve *de l'Euphrate*, et amena leurs troupes, que Sobach, général de l'armée d'Adarézer, commandait.

17. David, en ayant reçu nouvelle, assembla toutes les troupes d'Israël, passa le Jourdain, et vint à Hélam. Les Syriens marchèrent contre David, et lui livrèrent bataille ;

18. Mais Israël les mit en fuite, et David tailla en pièces sept cents chariots de leurs troupes et quarante mille cavaliers, et frappa Sobach, général de l'armée, qui mourut sur-le-champ.

19. Tous les rois qui étaient venus au secours d'Adarézer, se voyant vaincus par les Israélites, furent saisis de frayeur, et s'enfuirent devant eux avec cinquante-huit mille hommes. Ils firent ensuite la paix avec les Israélites, et leur furent assujétis ; et depuis ce temps-là les Syriens appréhendèrent de donner du secours aux Ammonites.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Factum est autem post hæc, ut moreretur rex filiorum Ammon. Hic rex lib. 1 Paralip. cap. 19, appellatur Naaz, qui sine dubio ille fuit, de quo lib. 1, cap. 11, contra quem primum bellum suscepit Saül. Ita putat Abulensis q. 2. Neque huic cogitationi incommodat, quòd hic amicus esse dicatur Davidis, qui hostis priùs acerrimus fuerit Israelis, quocum eâ tantùm lege dicebat ineundum fœdus, si dextros sibi oculos erui pateretur Israel ;

hoc, inquam, non nimis urget, quia longo tempore mutari potuerunt animi, et benè in illos affici, à quibus ante fuerant alieni. Præsertim, quia cùm Naaz, et regio illa Ammonitis malè fuerit à Saüle vexata, non durè se haberet ad Davidem, eo maximè tempore, cùm hostili animo illum ad cædem expeteret Saül, vel eo tantùm nomine, quòd Saülis illum hostem existimaret.

Vers. 2. — Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naaz, sicut fecit pater ejus mecum misericordiam (1). Quænam fuerit hæc misericordia, quam à Naaz acceperit aliquando David, quærunt interpretes; neque quod ego viderim, ullum habent in Scripturâ vestigium, quod sequantur : quòd si aliqua se ostentat conjectura, illa incerta est, et quæ aut nihil aut certè parùm afferat lucis. Lyra duas adducit Hebræorum sententias. Altera est, regem Ammon fuisse quoque sub hæc tempora regem Moab, et illius fidei credidisse Davidem patrem suum ac matrem, quibus nihil putabat tutum in terrâ Israelitide, quo tempore Saül ardenti ipsum insectabatur odio. De quo lib. 1, cap. 22. Hanc igitur misericordiam consolationis officio agnoscere voluit, et compensare David. Hanc tamen sententiam neque ipse probat Lyra, et multis confutat Abulensis q. 4. Et quidem si ante hoc tempus accidit bellum Moabiticum, de quo cap. 8. v. 2, in quo David coæquâsse dicitur terræ Moabitas, et illorum plurimos ad cædem esse dimensus, non benè convenit cum hâc in Ammonitas misericordiâ illa in Moabitas tanta severitas.

Alteram sumpsit ex Rab. Salomone, quam ipse tandem sequitur. Ait enim regem Moab illum esse, apud quem patrem suum et matrem manere voluit, dùm ardens Saülis defervesceret æstus, aut pacatior esset, et melior regis regnique conditio. Cùm autem præsente Davide se benignum præbuisset, illo inde profecto mutavit animum, aut certè prodidit, quod ante celaverat, odium et invidiam in Israelitidem gentem. Nam occidit patrem et matrem Davidis, et alios nonnullos, qui cum Davide erant sanguine aut amicitiâ conjuncti, præter aliquos qui ab illâ se cæde subduxerunt, et ad vicinum Ammonitarum regem contulère, quos ille accepit benevolè, et tandem ab hoste vicino servávit incolumes. Hanc regis gratiam, quam sibi impensam existimabat David, remetiri voluit consolationis officio. Quæ explicatio eo laborat incommodo, quòd nullum habet in Scripturâ sacrâ fundamentum; neque habet aliquid aliud, quàm mera hujus Rabbini somnia, quorum habet fœcundissimum cerebrum. Hujus cogitationis refutationem vide apud Abulensem q. 4.

Alia est sententia, quæ licet in Scripturâ fundamentum non habeat, minùs tamen habet quod reprehendas et damnes. Quam tenent Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert, neque improbat Hieronymus, et historia Scholastica, Angelomus, Glossa et Abulensis, q. cit. Sic autem Hieronymus ex Hebræis, et cum eo alii : « Quando fugit David à facie Achis regis Geth, « venit ad Naaz regem Ammon, qui fecit cum « eo misericordiam, multa impertiens ei bona. « De Naaz itaque venit in speluncam Odollam, « ubi venerunt ad eum pater ejus, et mater, et « omnis domus ejus. Inde venit ad Moab, et « dimisit apud eum patrem et matrem, et om- « nem domum suam. » Hoc nos etiam sequamur, quia nihil occurrit verisimilius. Optamus aliquid ab aliis probabilius afferri ; interim communiori hâc sententiâ contenti simus.

Misit ergo David consolans eum. Vetus fuit consuetudo, quæ nunc etiam piè, et quodammodò religiosè servatur, ut mutuò sibi homines gratularentur, si quid aliquando successisset ex voto; aut solarentur, si quid accidisset durius. Hinc ortæ gratulationes et consolationes, quæ in Epist. officiosis numerantur; et quod per epist. sæpè fit, non minùs sæpè fit per legatos. Sanè Thou rex Hemath gratulatus

(1) *Alors David dit : Je veux témoigner de l'affection envers Hanon, fils de Naas, comme son père m'en a témoigné.* David n'est pas seulement reconnaissant envers un prince, fils de son ami, il l'est encore envers un roi des Ammonites, qui étaient les ennemis du peuple de Dieu. Lorsque David s'enfuit de la cour d'Achis, roi de Geth, parce qu'il n'y trouvait point de sûreté pour sa personne, il se retira vers Naas, roi des Ammonites, dont il reçut beaucoup de faveur. Il voulut donc témoigner à Hanon, son fils, sa reconnaissance, en lui envoyant des ambassadeurs, pour l'assurer de la part qu'il prenait à la mort du roi, son père. Mais on vit en cette rencontre jusqu'où peut aller l'égarement de l'esprit humain, et que les âmes basses sont incapables, non seulement d'agir avec générosité, mais même de comprendre les sentiments de cette vertu. Ces ministres du roi des Ammonites jugent de David par eux-mêmes. Comme ils n'étaient point touchés des mouvements de l'honneur, et que la seule vue de l'ambition et de l'intérêt était capable de faire impression sur leur esprit, ils s'imaginaient que David ne pouvait envoyer des ambassadeurs au roi leur maître, que dans le dessein de reconnaître l'état de sa principale ville pour s'en rendre maître un jour, et qu'ainsi il cachait une haine véritable sous la montre spécieuse d'une amitié feinte. (Sacy.)

est Davidi per filium de victoriâ contra Adarezer supra cap. 8. Sic Babylonis rex Merodach per legatos Ezechiæ de restitutâ valetudine gratulatus est, Isaiæ cap. 39. Quod usque adeò usitatum atque legitimum fuit, ut consultandum ante victoriam dixerit Isaias, cap. 14, quid respondendum sit gentium legatis, qui gratulatum venerint de victoriâ. Hoc igitur officium non putavit sibi prætermittendum esse David, sed suum in morte Naaz dolorem per viros ex suis non infimos Hanoni filio significavit.

VERS. 3. — DIXERUNT PRINCIPES FILIORUM AMMON AD HANON DOMINUM SUUM : PUTAS QUÒD PROPTER HONOREM PATRIS TUI MISERIT DAVID CONSOLATORES? Misera vocatur terra cujus rex puer est, Eccles. cap. 10, v. 16, quia ipse utpote multarum rerum ignarus, quarum scientiam affert usus et experientia, facilè aliorum consiliis abducitur. Regum autem consiliarii, cùm ex suo sensu alios fingant et judicent, neque tam quid rei expediat publicæ spectent, quàm quid ad privata faciat commoda, ex quo rerum honestatem et utilitatem metiuntur, fit ut dùm suam captant utilitatem, publicam prodant atque contemnant. Sic sanè expertus didicerat Assuerus, Esther cap. 16, v. 6, dùm docet, improborum hominum consiliis, qui principum abutuntur simplicitate, gravia res publicas subiisse detrimenta : *Dùm aures*, inquit, *principum simplices, et ex suâ naturâ alios æstimantes callidâ fraude decipiunt*. Expertus est hoc Roboam, qui dùm aures dat consiliariis, quales reges pueri audire solent libentiùs, optimam regni partem temerarius amisit. Testis est Hanon, qui dùm aliis se facilem et credulum præbet, violato gentium jure, et legatis regiis per ludibrium inhonestè tractatis, seipsum et regnum penè perdidit. Cùm enim regii legati officiosum ad Hanonem mandatum attulissent, persuaserunt adolescenti, qui illi à consiliis aderant, insidiosum illud esse artificium hostis, non amici benevolentis officium : neque aliud agere per legatos, imò veriùs per exploratores Davidem, quàm ut terram Ammonitidem penitùs dispicerent, ac viderent quid in eâ regione apertum esset, vel munitum, quàque inferri possent castra commodiùs. Hoc autem artificium frequens tunc esse et antiquum in Hebræorum populo, suadet quòd supra cap. 3, vers. 25, hoc ipsum de Abner Davidi voluit persuadere Joab. Et Genes. 42, vers. 9, Joseph ex eo, quod erat usu frequens, hoc ipsum fratribus crimen insidiosum objecit. Quibus cùm fidem habuisset, tam ingenio stupidus, quàm facilè credulus adolescens, pro tam pio benevolentiæ et commiserationis officio, insignem retulit ignominiam.

VERS. 4. — TULIT ITAQUE HANON SERVOS DAVID, RASITQUE DIMIDIAM PARTEM BARBÆ EORUM (1). Sanè

(1) Alleg. Hanon repræsentat Judæos, qui Christi in passione genas vulserunt, Isaiæ 50, 6.

Tropol. Hanon est diabolus, qui subinde benefacere volentibus,, barbam abradit, id est, fortitudinem adimit : barba enim virilitatis et fortitudinis est symbolum. Audi Eucherium : « Sicut Hanon, ita et diabolus princeps hujus « mundi, plerosque religiosos et prædicantes « per subrepentia vitia deturpare consuevit. « Qui dùm eorum latentia mala, in apertâ et « flagitiosâ perpetratâque luxuriâ detegit, quasi eorum indumenta usque ad nates abscissa, « nudos à dignitate castitatis derelinquit, et in « oculis hominum turpia facta, quæ ipse persuaserat, revelat. Et dùm pristinam eorum « fortitudinem eripit, velut barbam radit. Quos « tamen verus David, Dominus scilicet et Salvator noster, clementi respectu, per pœnitentiam, ab indulgentiâ non excludit; quos « et in Jericho, hoc est, sub anathemate pœnitentiæ, et opprobrio meliorum residere jubet; « donec sacramenta spiritualia, et fortitudinem « mentis, quam peccato perdiderant, satisfaciendo recipiant, et sic demùm in conspectu « ejus stare valeant. » Hæc omnia ad verbum ex Eucherio (veriùs Beda) transcripsit Angelomus, qui et addit : « Sed Christus vindicat suorum injuriam, cùm non solùm adversarios « suos, nunc per sanctorum suorum victoriam « confundit, sed etiam in extremo judicio per « justam sententiam, perpetuis ignibus cruciandos tradet. » (Corn. à Lap.)

Hanon donc fit prendre les serviteurs de David, leur fit raser la moitié de la barbe, et leur fit couper la moitié de leurs habits. Il est dangereux d'être en une place où la seule sagesse doit présider, et d'avoir en même temps si peu de lumière et de raison, que l'on prenne sa fantaisie pour l'unique règle de sa conduite, et des conjectures frivoles pour des vérités indubitables. Mais ceci est encore bien plus dangereux, lorsque des pensées vaines sont suivies d'outrages effectifs, et que l'on est aussi insolent dans l'action, que l'on a été aveugle et précipité dans les conseils.

La personne des ambassadeurs a toujours été sacrée. On ne les peut blesser sans violer le droit de toutes les nations. Quand même ils porteraient une parole qui serait fâcheuse en elle-même, on doit néanmoins respecter en eux le souverain dont ils ne sont que la voix et les interprètes. Mais, dans cette rencontre, non seulement il ne se trouve rien d'offensant, mais au contraire c'est un grand roi qui en prévient un autre par une déférence d'honneur. Quand même on aurait pu douter si les témoignages de son amitié étaient sincères, on aurait dû néanmoins les recevoir avec respect, et éprouver dans la suite si les paroles seraient suivies des effets. Mais on oublie en cette occasion tout ce que la prudence devait conseiller,

verum est, quod in Romanis Problem. q. 13, docet Plutarchus, in luctu et funere illa adhiberi solita, quæ alibi molesta et indecora judicantur. Quare qui in pacatâ lætâque fortunâ candidis utuntur vestibus, illi iidem in luctu atrati incedunt, sicut faciunt Romani. Alii contra vestes assumunt candidas in funere, quibus erant in honore nigræ. Alii barbam crinesque in luctu crescere sinunt, quæ in lætiore statu atque fortunâ detondent. Alii promissam comam et barbam in honore gestant atque lætitiâ; in fortunâ tristi ad cutim usque radunt. Denique quod in luctu fit, ita videtur à politiori cultu alienum, ut qui in luctu sunt, illi etiam dicantur in squalore ac sordibus jacere. Quare quæ in luctu et funere honesta sunt, eadem aliis locis atque temporibus indecora judicantur et sordida. Deponebant è gentilibus plurimi in suorum funere cæsariem et barbam; quales fuêre Ægyptii, de quibus Herodotus lib. 2, et Assyrii, de quibus Strabo lib. 16. Quod in funere Germanici fecisse barbaros quosdam tradit Suetonius in Caligulâ cap. 5. Sed illi iidem in detonsâ barbâ, aut ab aliis quoquo modo vulsâ, vel tractatâ ab alienâ manu, sic ferebant molestè, ut in eo summam putarent ignominiam et intolerabile ludibrium. Unde apud illos frequens et proverbiale, *barbam vellere*, et similia, pro subsannare, illudere, et eum tandem in modum accipere, quo accipiuntur illi in quibus nihil est mentis, nihil pudoris. Sic Horatius lib. 1, satyrâ 3 :

Vellunt tibi barbam
Lascivi pueri.

Persius in satyris :

Idcircò stolidam præbet tibi vellere barbam
Jupiter.

Hinc etiam illud : *Leoni mortuo barbam vellere;* id est, insultare, et illo ludibrii genere insectari, quo nihil est turpius. Hoc convicium tulit Christus ab insanâ et barbarâ Judæorum turbâ; de quo Isaias cap. 50, v. 6 : *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus.* Raserant in dolore barbam Sichimitæ, cùm parentare vellent Jerosolymæ à Chaldæis eversæ, Jerem. cap. 41, v. 7. Hoc ipsum minatur Isaias Moab cap. 15, v. 2, et Jeremias cap. 48, v. 37. Denique hoc luctuosum est et triste, et nisi in dolore ac funere voluntariè susceptum, ignominiæ plenum. Apud Hispanos summæ ignominiæ loco ponebatur, si quis hostis sui barbam apprehendisset; quare in minis hoc quondam in hostes jactabatur. Et Alexander, ne hoc Macedonibus accideret, jubebat ut milites prælium inituri barbam raderent. Ita Plutarchus in Apophthegm. Alexandri.

Est quidem durum et ignominiosum, barbam alicujus per ludibrium aut radere, aut vellere; sed est multò ad ignominiam gravius, et ad pudorem acerbius, eam in facie aut barbâ speciem relinquere, ut aliis sit prorsùs irridendus, quemque ideò lascivi pueri conviciis exagitent jocularibus et lapidibus appetant. Tales omninò videbantur legati illi Davidis, viri utique honesti, cùm dimidiam habuêre barbam erasam; novum sanè spectaculum, et ejusmodi, ut pueris opportunos præberet ludos, et otiosorum hominum turbam ad sannas et cachinnos excitaret. In lib. 1 Paralip. cap. 19, dicuntur etiam hi nuntii decalvati, quod novum fuit irrisionis genus; et ut dimidia tantùm barba rasa fuit, sic etiam existimo dimidium quoque caput fuisse ad cutim quoque detonsum. Cur autem hanc potiùs Ammonitæ Hebræis, quàm alia irrogârint injuriam, hanc causam esse suspicor, quia hoc tempore (nam de posterioribus seculis alia ratio, in quibus multa Hebræorum populo ex moribus adhæsêre gentilicis), Israelitæ illud horrebant tanquàm impium, quod gentibus erat usu frequens, maximè in luctu ac funere, nempe tondere caput aut barbam radere, quia id didicerant Levit. 19, v. 27 : *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Quod præcipuè servandum esse sacerdotibus dicitur Levit. cap. 21, v. 5 : *Non radent caput, neque barbam, neque in carnibus suis facient incisuras.* Cùm igitur hunc habitum tanquàm à lege prohibitum abominarentur tunc temporis Hebræi, probroque ducerent, imò et prodigio simile putarent, cum deformato capite ac facie suorum oculos subire, quod non ignorabant Ammonitæ, ideò eam legatis irrogârunt plagam, quam majus videbant apud suos habituram dedecus. Quod ne legati subirent apud suos, monuit David, ut tamdiù subsisterent in Jericho, donec cresceret barba, ne deformatâ facie et ipsi pudefierent, et alios afficerent mœrore.

Et præcidit vestes eorum medias usque ad nates. Lib. 1 Paral. cap. 19 : *Præcidit tunicas eorum à natibus usque ad pedes.* Novum ignominiæ genus, et fortassè gravius quàm raso capite et dimidiatâ barbâ deformari faciem. Quod ut appareat esse verum, observo, quod etiam

et l'on traite les ministres de l'autorité royale avec des insultes que l'on ne voudrait pas faire aux derniers des hommes. (Sacy.)

notavit Lyra, et à me pluribus probatum est ad illud Cant. 5 : *Crura illius columnæ marmoreæ*, Hebræis nullum esse fœmoralium usum, nisi sacerdotibus, cùm operam darent sacrificiis atque altari; ne fortè dùm cum victimis luctantur, reductâ laciniâ, et sublatâ tunicâ, illorum appareret turpitudo. Reliqui nullum habebant tegumentum, quo partes illas proximè velarent, quas naturalis pudor maximè voluit ab aliorum oculis submovere. Quare necesse erat, si à natibus ad pedes usque vestes essent ab omni parte præcisæ, ut illa spectanda proponerentur aliorum oculis, quæ nudari horret ingenuus pudor et honestatis amor. Quam ignominiam pertulerunt, quamdiù fuerunt apud Ammonitas, in regiâ saltem urbe et totius regni primâ sede, ubi satis et puerili turbæ, et aulicæ nobilitati, et toti denique multitudini fuêre ridiculi. Ita putat Lyra et Abulensis q. 4, Dionysius et Hugo.

Hic libet adhibere regulam, quam tradidit Rab. David in radice *aphah*, quæ sanè vera est, et ad hunc locum non importuna, nempe rem interdùm denominari non ab eo quod est, sed à fine, aut ab eo quod futurum est. Isaiæ 47, v. 7 : *Tolle molam, et mole farinam ;* non farina molitur, sed granum, unde farina fit. Job. 22, v. 6 : *Nudos spoliâsti vestibus;* id est, spoliâsti vestitos homines, ita ut relinqueres nudos. Dan. 2, v. 21 : *Dat sapientiam sapientibus;* id est, rudibus, ut fiant sapientes. Deut. 17, v. 6, ubi Vulgatus : *In ore duorum vel trium testium peribit, qui interficietur;* Hebraicè : *Occidetur mortuus;* id est, occidetur, ut sit mortuus. Sic ergo nunc vestes mediæ dicuntur esse præcisæ, quia id ex præcisione consecutum est, ut tantùm pars esset media ex vestibus relicta.

Vers. 5. — Manete in Jericho, donec crescat barba vestra (1). Docuerunt legati per tabellarios, ut dicitur 1 Paralip. cap. 19, quid passi fuissent ab Ammonitis; neque enim ipsi facie adeò indecenter deturpatâ venire in suorum conspectum ausi sunt. Qui jussi sunt manere in loco, qui non procul aberat à Jerosolymâ, donec adultâ barbâ sine pudore possent in patriam remigrare. Ex quo intelligimus, ignominiosum esse Israelitis barbam habere nudam à naturali vestitu, nisi fortè in dolore ac luctu, quando inhonestum facit familiaris et quasi legitima populi consuetudo. Nam si tota turpitudo foret in dimidiatâ barbâ, facilè sublatâ parte, quæ supererat intacta, tolleretur illa tota deformitas, neque necesse esset spectare, donec crescente barbâ ad deformatam faciem honestas redirct.

(1) Jericho igitur invitis minis dirisque ab Josue pronuntiatis restituta fuerat: seu potiùs condita stabat alia eodem in agro, ac propè eum locum ubi olim vetus surgebat. (Calmet.)

Vers. 6. — Videntes autem filii Ammon, quòd injuriam fecissent David, miserunt et conduxerunt mercede Syrum (1). In lib. 1 Paralip. cap. 19, conductum esse dicitur externum auxilium tam ab Hanone, quàm à toto populo: quam ad rem mille argenti talenta collecta sunt; auxiliares autem copiæ ex variis Syriæ provinciis evocatæ fuerunt. Nam Syria, ut alio loco diximus, latissimè patet. Vide Melam lib. 1, cap. 11. Reliqua ad finem usque capitis obscura non sunt. Tantùm enim habemus sic acies suas instruxisse Ammonitas, ut conductum militem ex Syriâ in campum producerent et apertum locum; patrium verò exercitum ad portam civitatis considere jusserint, ibique inimicorum appulsum expectare : qui tamen omnes aut cæsi, aut in fugam conversi; illi ab Abisai fratre Joab, hi ab ipso Joab principe Israeliticæ militiæ. Cùm autem Syri, quod non putârant, tam gravem ab Hebræis accepissent plagam, quam consecuta fuerat, ut apparet, Syrii nominis apud alios populos non levis ignominia, enitendum sibi existimârunt, ut fœdam illam notam à suo nomine depellerent. Quare majores undecumque conscribunt copias, et illas in Hebræos recenti victoriâ exultantes invehunt. Sed non meliori, quàm ante successu. Transmisit enim Jordanem David, excepitque hostem usque adeò alacriter et fortiter, ut cædem illius ediderit maximam, et vires eò usque plus satis insolentes attriverit. Alii porrò reges, qui Adarezer, qui in repetendo bello princeps et auctor fuerat, aut subditi erant, aut fœderati, ingenti pavore concussi fugerunt primùm ex acie, et deinde societatem cum Davide, et fœdus inierunt, neque Ammonitis ultra Syri præbuerunt auxilium.

Illud hìc observandum, expediendumque, quod in totâ hâc narratione videtur implexum. Nam v. 18, ubi nos legimus : *Fugeruntque Syri à facie Israel, et occidit David de Syris septin-*

(1) Syrum Rohob, et Syrum Soba. Syrorum Rohob metropolis erat Rohob, sita ad extremam oram vallis inter Libanum et Antilibanum. Syri Soba parebant Adarezero.

Maacha, regio erat circa montem Hermon, trans Jordanem, in Trachonitide.

Istob. Nota est in montibus Galaad regio Tob, quò Jephte sese recepit; quæ pariter regio *Tubin* appellatur in 1 Machab. v. 13. (Calmet.)

gentos currus, in lib. 1 Paralip. cap. 19, v. 18, legimus : *Interfecit David de Syris septem millia curruum.* Sed est solutio non difficilis, juxta ea quæ diximus cap. 8, ad v. 4. Nam hoc loco currus tantùm numerantur, qui fuerunt septingenti; in lib. Paralip. milites qui vehebantur in curribus, qui fuerunt septem millia. Dicuntur autem *currus*, qui in curribus vehuntur, per metonymiam, quæ in re continenti rem contentam intelligit; et contra per eumdem tropum in iis qui vehuntur curribus, currus significantur, quia non rarò res continens in re significatur contentâ.

Illud difficilius, quia in hoc capite quadraginta equitum millia dicuntur occisa ; in libro tamen Paralip. illa quadraginta millia peditum esse dicuntur. Sed est dicendum, juxta illa, quæ supra, cap. 8, observata sunt, neque in libro Regum, neque in libro Paralipomenon omnia fuisse numerata. Aliquid enim omissum est in libro Regum, quod addidit liber Paralipomenon ; cujus id est præcipuum, juxta sui nominis notationem, ut omissa adjiciat ; quare addidit *peditum quadraginta millia*, quod omiserat in libris Regum historia sacra ; neque equitum meminit, quia de illorum numero in libris Regum disertis verbis actum videbat. Quare in eo bello ceciderunt septem hominum millia, qui in septingentis vehebantur curribus, et insuper quadraginta equitum, et totidem peditum millia. Quare in eo congressu ex Syrorum castris octoginta et septem millia desiderata sunt. Alii alias afferunt solutiones, quas omitto, quia impeditæ sunt, et non admodùm faciunt ad textum. (1)

(1) Vers. 8. — Direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ urbis Medabæ, ubi prælium commissum est. E re suâ esse non duxerunt Ammonitæ, sive obsidionem exspectare, sive in apertum venire, sed aciem sub ipsis mœnibus instruxêre. Legimus in Paralipomenis, præter ea triginta tria millia, de quibus supra v. 6, et copias ex Ammonitis ejus regionis collectas, ex auxiliaribus è regione transeuphratæâ accitis, bellicorum curruum triginta duo millia accessisse. (Calmet.)

Vers. 11. — *Joab dit à Abisaï : Si les Syriens ont de l'avantage sur moi, vous viendrez à mon secours, et si les Ammonites en ont sur vous, je viendrai vous secourir.* Joab est ici l'image de deux sortes de personnes bien différentes. Si nous considérons sa conduite extérieure, et ces belles paroles qu'il dit à son frère, il est l'image des âmes les plus humbles et des plus grands saints : *Agissez*, dit-il, *en homme de cœur, et combattons pour notre peuple et pour la cité de notre Dieu; et le Seigneur ordonnera de tout comme il lui plaira.* C'est là l'excellent avis que les saints docteurs nous ont donné si souvent. Travaillons pour Dieu, disent-ils, avec toute l'application de notre esprit et de notre cœur, comme si tout dépendait de nous, et en même temps implorons sa grâce, comme étant très-persuadés que nous ne sommes qu'impuissance et que péché; que c'est Dieu qui nous donne et la volonté et l'action, et qu'il est seul toute notre force. Mais si nous considérons l'intention de Joab et le secret motif qui le fait agir, il peut être l'image de ceux qui font des actions éclatantes pour Dieu, et dont le cœur néanmoins n'est point droit devant ses yeux. Car on peut dire de lui qu'il parle et qu'il agit en cette rencontre comme David lui-même aurait pu faire. Rien n'est plus ferme que son cœur, ni plus respectueux envers Dieu que ses sentiments et ses paroles. Et néanmoins nous voyons, par le meurtre d'Abner, que son ambition lui a déjà fait commettre, et par celui d'Amasa, qu'il assassinera dans la suite de cette histoire, que c'était un homme plein du monde et de lui-même, et qu'il ne cherchait qu'à satisfaire son ambition dans cette générosité avec laquelle il soutenait l'éclat de sa charge. Car il était proprement de ces Juifs dont parle saint Augustin, qui ne donnaient à Dieu que le dehors et les apparences, et qui dans la vérité ne travaillaient que pour contenter la passion dont ils étaient possédés, qui était le premier objet et comme l'idole de leur cœur.

C'est ainsi que Dieu se sert des pasteurs mercenaires, comme les saints nous l'enseignent. Ils usent mal pour eux-mêmes des dons qu'ils ont reçus, mais Dieu se sert d'eux très-utilement. Il les destine, ou pour combattre les ennemis de son Eglise, ou pour nourrir ses enfants de sa vérité; mais, par un malheur qu'on ne peut assez déplorer, comme ils ne cherchent que leur propres intérêts, et non ceux de Jésus-Christ, ils se blessent par les mêmes armes dont ils combattent pour le service de Dieu, et ils se perdent eux-mêmes en contribuant au salut des autres. (Sacy.)

Vers. 16. — Misit Adarezer, et eduxit Syros, qui erant trans fluvium, Euphratem. Profligatus *Adarezer* superatusque à Davide, ut supra 8, 5, narratum est, neque audens in apertum fœdus cum Ammonitis venire, misit clam legatos in Mesopotamiam cum legatis regis Ammonitarum, qui copias auxiliares pretio conducerent, quibus Sobachum legionum suarum imperatorem præfecit. Cùm autem validissima essent auxilia, ipse per se David exercitûs sui imperium exercere statuit. Vide 1 Paralipom. 18, 16.

Vers. 17. — David transivit Jordanem, venitque in Helam. Urbis hujus situs non satis est exploratus. Meminit Ptolomæus *Alamatæ* in Syriâ ad Euphratem, quod cum hâc Helam satis congruit. Vertunt alii Hebræum : *Venit ad exercitum eorum;* sed mendum esse amanuensium meritò reputamus. Vide 1 Paralip. 19, 7. Vertendum autem malumus : *Venit ad aggrediendum illos*, pro : *Venit in Helam*, legentes in Hebræo : *In Lehem*, pro *in Helam*.

Vers. 19. — Videntes universi reges, qui erant in præsidio Adarezer. Hebræus, Chaldæus et Septuaginta : *Reges servi Adarezer, videntes quia ceciderunt ante Israel, et confugerunt ad Israel, et servierunt eis.* Reges hujusmodi,

CAPUT XI.

1. Factum est autem, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab et servos suos cum eo et universum Israel, et vastaverunt filios Ammon, et obsederunt Rabba; David autem remansit in Jerusalem.

2. Dùm hæc agerentur accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domûs regiæ; viditque mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valdè.

3. Misit ergo rex, et requisivit quæ esset mulier; nuntiatumque est ei quòd ipsa esset Bethsabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi.

4. Missis itaque David nuntiis tulit eam. Quæ cùm ingressa esset ad illum, dormivit cum eâ: statimque sanctificata est ab immunditiâ suâ,

5. Et reversa est in domum suam concepto fœtu. Mittensque nuntiavit David, et ait: Concepi.

6. Misit autem David ad Joab dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitque Joab Uriam ad David.

7. Et venit Urias ad David. Quæsivitque David quàm rectè ageret Joab et populus, et quomodò administraretur bellum.

8. Et dixit David ad Uriam: Vade in domum tuam, et lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius;

9. Dormivit autem Urias ante portam domûs regiæ cum aliis servis domini sui, et non descendit ad domum suam.

10. Nuntiatumque est David à dicentibus: Non ivit Urias in domum suam. Et ait David ad Uriam: Numquid non de viâ venisti? quare non descendisti in domum tuam?

11. Et ait Urias ad David: Arca Dei et Israel et Juda habitant in papilionibus, et dominus meus Joab et servi domini mei super faciem terræ manent; et ego ingre-

Adarezeris servi, reges sunt Syriæ, imperio illius obnoxii; nulla enim suppetunt argumenta, quibus Adarezer subditos habuisse trans Euphratem reges ostendatur: si qui tamen fuerunt, ii cum cæteris ultrò sese Davidi dedentes, tributa solverunt. Addit Vulgata de Syris: *Expaverunt, et fugerunt quinquaginta et octo millia coram Israel;* frustra autem hoc quæras in Hebræo, Septuaginta, et veteri S. Hieronymi versione. Hinc verò constat, Davidem populos habuisse subditos, ac tributa pendentes vel trans Euphratem; quod planè animadversione dignum est. Vide titulum psalmi 59. (Calmet.)

CHAPITRE XI.

1. Un an après ce combat, au temps où les rois ont coutume d'aller à la guerre, David envoya Joab avec ses officiers et toutes les troupes d'Israël, qui ravagèrent le pays des Ammonites, et assiégèrent Rabba, *qui en était la capitale;* mais David resta à Jérusalem.

2. Pendant que ces choses se passaient, il arriva que David, s'étant levé de dessus son lit après midi, se promenait sur la terrasse de son palais. Alors il vit une femme vis-à-vis de lui, qui se baignait sur la terrasse de sa maison; et cette femme était fort belle.

3. Le roi envoya donc savoir qui elle était; on lui dit que c'était Bethsabée, fille d'Eliam, femme d'Urie, Héthéen.

4. David, ayant envoyé des gens, la fit venir. Et, étant venue vers lui, il dormit avec elle; et aussitôt elle se purifia de son impureté, *selon l'ordonnance de la loi,*

5. Et retourna chez elle ayant conçu. Dans la suite elle envoya dire à David: J'ai conçu.

6. Après quoi David manda à Joab de lui envoyer Urie, Héthéen. Joab le lui envoya.

7. Quand il fut venu, David lui demanda en quel état était Joab et toute l'armée, et ce qui se passait à la guerre.

8. Et il dit à Urie: Allez-vous-en chez vous; lavez-vous les pieds, *et reposez-vous.* Urie sortit du palais, et le roi lui envoya des mets de sa table;

9. Mais Urie coucha devant la porte du palais du roi avec les autres officiers, et il n'alla point en sa maison.

10. David en ayant été averti, dit à Urie: D'où vient que, revenant d'un voyage, vous n'êtes pas allé chez vous *vous délasser de vos fatigues?*

11. Urie répondit à David: L'arche de Dieu, Israël et Juda demeurent sous des tentes, et Joab mon seigneur et les serviteurs de mon seigneur demeurent sur la terre; et moi cependant j'irai en ma maison manger et boire, et dormir avec ma femme? Je jure par la vie

diar domum meam ut comedam et bibam, et dormiam cum uxore meâ? Per salutem tuam et per salutem animæ tuæ! non faciam rem hanc.

12. Ait ergo David ad Uriam : Mane hìc etiam hodiè, et cras dimittam te. Mansit Urias in Jerusalem in die illâ et alterâ.

13. Et vocavit eum David ut comederet coram se et biberet, et inebriavit eum; qui, egressus vespere, dormivit in strato suo cum servis domini sui, et in domum suam non descendit.

14. Factum est ergo manè, et scripsit David epistolam ad Joab, misitque per manum Uriæ,

15. Scribens in epistolâ: Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium, et derelinquite eum ut percussus intereat.

16. Igitur cùm Joab obsideret urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.

17. Egressique viri de civitate bellabant adversùm Joab, et ceciderunt de populo servorum David, et mortuus est etiam Urias Hethæus.

18. Misit itaque Joab, et nuntiavit David omnia verba prælii.

19. Præcepitque nuntio dicens : Cùm compleveris universos sermones belli ad regem,

20. Si eum videris indignari, et dixerit : Quare accessistis ad murum ut præliaremini? an ignorabatis quòd multa desuper ex muro tela mittantur?

21. Quis percussit Abimelech filium Jerobaal? Nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, et interfecit eum in Thebes? Quare juxta murum accessistis? dices : Etiam servus tuus Urias Hethæus occubuit.

22. Abiit ergo nuntius, et venit, et narravit David omnia quæ ei præceperat Joab.

23. Et dixit nuntius ad David : Prævaluerunt adversùm nos viri, et egressi sunt ad nos in agrum; nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis.

et par le salut de mon roi que je ne le ferai jamais.

12. David dit à Urie : Demeurez ici encore aujourd'hui, et je vous renverrai demain. Urie demeura donc à Jérusalem ce jour-là et le lendemain.

13. David le fit venir pour manger et pour boire à sa table, et il l'enivra; mais Urie, s'en étant retourné au soir, dormit dans son lit avec les officiers du roi, et n'alla point chez lui.

14. Le lendemain matin, David envoya à Joab par Urie même, une lettre écrite en ces termes :

15. Mettez Urie à la tête d'un bataillon, à l'endroit où le combat sera le plus rude, et faites en sorte qu'il soit abandonné et qu'il y périsse.

16. Joab, continuant donc le siége de la ville, mit Urie vis-à-vis le lieu où il savait qu'étaient les plus vaillants hommes.

17. Les ennemis ayant fait une sortie chargèrent Joab, et tuèrent quelques-uns des gens de David, et parmi ceux-ci tomba Urie, Héthéen.

18. Joab envoya donc à David pour lui faire savoir tout ce qui s'était passé dans le combat.

19. En donnant cet ordre au messager : Lorsque vous aurez achevé de dire au roi tout ce qui s'est passé à l'armée,

20. Si vous voyez qu'il se fâche, et qu'il dise : Pourquoi êtes-vous allés combattre si près des murs? ignorez-vous combien on lance de traits de dessus une muraille?

21. Qui tua Abimélech, fils de Jérobaal? Ne fut-ce pas une femme qui jeta sur lui *du haut* de la muraille un morceau d'une meule à moudre, et le tua à Thèbes? Pourquoi vous êtes-vous approchés si près des murs? vous lui direz : Urie, Héthéen, votre serviteur, a aussi été tué.

22. Le messager partit donc, et vint dire à David ce que Joab lui avait commandé.

23. Et il lui parla en ces termes : Les assiégés ont eu quelque avantage sur nous; ils sont sortis de la ville pour nous charger, et nous les avons poursuivis avec grande vigueur jusqu' la porte de la ville;

24. Et direxerunt jacula sagittarii ad servos tuos ex muro desuper; mortuique sunt de servis regis, quin etiam servus tuus Urias Hethæus mortuus est.

25. Et dixit David ad nuntium : Hæc dices Joab : Non te frangat ista res ; varius enim eventus est belli ; nunc hunc et nunc illum consumit gladius. Conforta bellatores tuos adversùs urbem, ut destruas eam, et exhortare eos.

26. Audivit autem uxor Uriæ quòd mortuus esset Urias vir suus, et planxit eum.

27. Transacto autem luctu misit David, et introduxit eam in domum suam ; et facta est ei uxor, peperitque ei filium. Et displicuit verbum hoc, quod fecerat David coram Domino.

24. Mais les archers ont lancé leurs traits contre nous du haut des murailles ; quelques-uns de vos gens y ont été tués, et Urie, Héthéen, votre serviteur, y est demeuré mort entre les autres.

25. David répondit au courrier : Vous direz ceci à Joab : Que cela ne vous étonne pas ; car les événements de la guerre sont journaliers, et tantôt l'un, tantôt l'autre périt par l'épée. Relevez le courage de vos soldats, et animez-les contre la ville, afin que vous puissiez la détruire.

26. La femme d'Urie, ayant appris que son mari était mort, le pleura ;

27. Et, après que le temps du deuil fut passé, David la fit venir en sa maison et l'épousa, et elle lui enfanta un fils. Or, cette action qu'avait faite David, déplut au Seigneur.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Factum est autem vertente anno, eo tempore, quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab. Post tot victoriarum gloriam, et magnarum virtutum illustria documenta, lapsus est graviter, et mutatus à seipso David, qui non minùs peccando nobis utilis fuit, quàm ante fuerat justè religiosèque vivendo. Docuit enim lapsus non esse temerè fidendum vitæ superiùs integrè castèque traductæ, ut nos liberos existimemus à lapsu ; et quàm potens sit pulchra feminarum species, ut magnorum etiam heroum spiritus et constantiam debilitet. Et quantùm expediat cohibere oculos, ne per illos blandæ et illudentes species in animum irrumpant, quæ cogitationes priores, imò et priorem mentem penitùs expectorent. Exhibuit præterea optimum animi verè pœnitentis exemplum, quod nobis sæpè proponunt antiqui Patres, ut in illud intenti inolitas ex animo nostro labes deleamus.

Annus vertens dicitur illud tempus, quod novum annum inchoat, et exacto annuo circulo, in se ipsum iterùm recurrit, et talem orditur cursum, qualem exactus annus nuper absolverat. *Vertens annus* passivè ponitur, sicut alia participia non pauca temporis præsentis, ut *volvens, præcipitans, vehens ;* id est, quod vehitur, præcipitatur, volvitur ; sic etiam *vertens,* quod vertitur, aut convertitur. Est autem *annus vertens,* qui vertitur, et in seipsum redit ; quæ explicatio est Græci nominis ἐνιαυτός. Sic sæpè vocatur annus à Cicerone, cùm annus completus est, et circularem periodum absolvit. Cùm autem anni finis cum alterius anni principio conjungatur, sicut extrema circuli, si tamen extremum est aliquid in circulo, fit ut annus vertens dici possit vel extrema pars antecedentis, vel sequentis prima. Sed quia varia sunt apud varios annorum principia et fines, fit ut non eadem apud omnes anni pars dicatur *annus vertens.* Quidam ineunte januario, apparere dicunt ineuntem, id est, incipientem annum. Qui annus dicitur civilis, quia eo tempore serviles operæ, pensiones et usuræ complentur. Alii ab æquinoctio vernali. Et sanè hoc est apud astrologos anni principium, à quo reliqui menses et numerum sumpserunt et nomen. Hoc apud Hebræos anni principium est, qui nisan, id est, martium primum numerant mensem in anno, juxta illud Exod. 12, v. 2 : *Mensis iste nobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Et quidem Josephus lib. 7, cap. 7, ineunte vere dicit ad bellum missum esse Joab.

Cur autem *anno vertente,* id est, sub initium anni ad æquinoctium vernum, reges ad bella procederent, ea ratio est, quia hibernum tempus incommodum est illis qui aliis voluerint inferre bellum, quia cùm in alienam regionem castra moveant, neque commodam ad arcendas hiberni temporis injurias habitationem habeant, necesse est humi quamplurimi cubent sub cœlo, et ubi cum aliis actum est optimè, sub pellibus. Sic sanè hoc ipso capite, v. 11, dixit Urias : *Dominus meus Joab, et servi domini mei super faciem terræ manent.* Cùm autem durum sit, cùm riget cœlum et venti

perflant frigidi, et frequentes sunt imbres, illa temporum incommoda subire, continentur milites in hibernis, id est, in locis tectis et apricis, ubi minùs molestæ sint illæ temporum injuriæ. Cùm verò primùm sub vernam lucem, vertente anno, cœlum intepuit, prodeunt ex hibernis acies, et bella moliuntur ad illud usque tempus intermissa.

Ubi Vulgatus : *Quo solent reges ad bella procedere;* Hebraicè est, *ad tempus egredi reges,* seu *egressionis regum,* nempe ad bellum. Quare quidam existimant tunc compleri annum, ex quo reges, de quibus proximè, nempe Syriæ, ut suorum ulciscerentur cædem, et inustam suo nomini ignominiam exurerent, ad bellum processissent. Ita Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus. Sed quia et Hebraicus textus nostram admittit expositionem, et ad hæc accedit Vulgatæ translationis auctoritas, de aliorum sententiâ non laboramus, licet fieri posset, ut ab aliorum regum egressu compleretur annus : nam et illi etiam sub æquinoctii tempus prodierunt ab bellum.

Et vastaverunt filios Ammon, et obsederunt Rabbath. Totus ille bellicus apparatus eò spectabat, ut reliquias persequeretur Ammonitici belli. Cùm ergo filii Ammon, qui aut occurrerunt in viâ cum infensis signis, aut qui regionem illam incolebant, per quam esset transiturus exercitus, essent vastati, totum belli pondus in regiam sedem regnique metropolim incubuit. Hæc autem erat Rabbath, quæ ut ipsum præ se fert nomen, civitas erat lauta et nobilis, et civium multitudine frequens. Hanc Josephus vocat lib. 7, c. 7, Rabbatha, quam Hieronymus de Locis Hebraicis suo tempore Philadelphiam appellari dicit. Vocatur autem c. 12, v. 27, *urbs Aquarum,* quia abundabat aquis aut jugiter manantibus, aut in piscinis abundanter collectis. De quâ fortassè est illud Cant. 7, v. 4 : *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in portâ filiæ multitudinis. Filia multitudinis,* quæ descriptio est frequentissimæ civitatis, videtur esse Rabbath, quæ *multitudinem* sonat.

Vers. 2. — Dum hæc agerentur, accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem. Non constat, quo tempore acciderit hæc Davidis tam subita ac lamentabilis offensio atque ruina. Nam illud, *dùm hæc agerentur,* ad longum tempus explicari potest, quia plurimùm intercessit temporis inter exercitûs progressum ad bellum et inter regiæ civitatis obsidionem. Quare quo longi hujus temporis articulo contigerit, incertum est. Captârat, ut apparet, David pomeridianos somnos in stragulo et lecto, quod mollioris jam animi et fracti deliciis atque otio, nonnullum argumentum est; quod fuit quasi pronubus illius consuetudinis flagitiosæ, et illius incendii prima ac potentissima fax. Contigit ergo, ut è cubili surgeret et per solarium deambularet, per locum videlicet sublimem et apertum, qui ideò *solarium* appellatur, quia solem excipit, et illius lumine completur.

Viditque mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum. Illud, *solarium suum,* non erat Bethsabee, sed Davidis : neque enim credibile est, honestam feminam ad opus illud, quod non censetur omnium honestissimum, elegisse locum excelsum et apertum, ubi ab omnibus liberè videri posset. Neque textus Hebraicus id admittit nisi admodùm durè, qui sic habet : *Vidit mulierem lavantem, meal hagag,* id est, *desuper solario.* Vidit itaque David mulierem lavantem, cùm esset super solarium suum, ad quod exurgens è lectulo conscenderat. Eodem modo locutus est proximè, cùm dixit, *ut surgeret David de strato suo,* Hebraicè *meal miscabo.* Licet locum Bethsabee secretum elegisset, in eo tamen videtur peccâsse, quòd non accuratè circumspexit, an aliquâ ratione aliorum oculis patere posset, et an esset aliqua fenestra, aut etiam rima quæ curiosos et lascivos oculos admitteret. Sanè si id, prout pudicam decebat, providisset, neque cepisset regis oculos, neque ipsa passa fuisset pudoris sui tam turpe detrimentum. Quodnam fuerit illud Bethsabee lavacrum, seu lotio, quærunt interpretes. Quidam dicunt sanitatis, alii voluptatis gratiâ lotam fuisse toto nudatam corpore. Alii tantùm menstruum eluisse sanguinem, quod mundæ et elegantes feminæ faciunt non indecorè. Alii purificari voluisse ab illâ menstruâ illuvie, quod non modò potest et licet, sed etiam fieri necessariò debet, quia lege cautum est, Levit. cap. 15, à v. 19, ubi de hoc sanguine, et de illius purificatione sermo est. Sed neque turpe existimabatur lavacrum in balneis, valetudinis, aut etiam recreationis gratiâ.

Sanè balnea non horrebant etiam honestæ feminæ, quia valdè putabant ad corporis valetudinem conferre. Admirabilis fuit Susannæ pudor et honestas, et tamen balneum iniisse dicitur, Dan. cap. 13. Non disputo, an totum nudaverint corpus aut hæc, aut Bethsabee, quod fortassè non fecerunt : sed id dico, hoc

etiam pudicis et honestis inusitatum non esse. Sanctum Joannem Evangelistam lavandi gratiâ ingressum esse balneum, tradunt Epiphanius hæresi 30; Irenæus lib. 3, cap. 3; Eusebius lib. 4 Historiæ, capite 13; Tertullianus in Apologet. cap. 42, Christianorum in se mores et consuetudinem describit : *Non lavor,* inquit, *diliculò saturnalibus, ne etiam noctem et diem perdam : attamen lavor honestâ horâ et salubri, quæ mihi et calorem et sanguinem servet.* Et quidem Augustinus epist. 109, sanctimonialibus quibusdam permittit, ut semel in mense balneis utantur : *Lavacrum,* inquit, *corporum, ususque balnearum non sit assiduus; sed eo, quo solet intervallo temporis, tribuatur, hoc est, semel in mense.*

Docemur hoc loco Davidis exemplo, quanto studio nobis curandum sit, ne quid per oculos ad animum irrepat, quod pudorem nobis et mentem eripiat. Nôrat hoc optimè Job cap. 31, qui fœdus pepigit cum oculis suis, ne virginem aspiceret, quia verebatur ne in animo postea scintillam conciperet, quæ durum excitaret incendium. Multa à Patribus, multa etiam à profanis dicuntur, de vago hominum liberoque oculorum conjectu, de quibus nos ad illud Ezech. 6 : *Et oculos eorum fornicantes.* Clemens Alexandrinus lib. 6 Stromatum cap. 1, visum esse dicit amoris principium. Quod etiam cecinit quidam ex profanis :

Si nescis, oculi sunt in amore duces.

Et lib. 3 Pædag. c. 11, ad medium : « Lascivi « autem aspectus, et versatilibus, et tanquàm « conniventibus oculis intueri, nihil est aliud, « quàm oculis mœchari, cùm per eos cupiditas « ineat prima pugnæ præludia. » Et Petrus Epist. 2, c. 2, v. 14, oculos intemperantes et vagos, plenos vocat adulterii. Basilius de verâ Virginitate, libidinis pronubos et quasi lenas oculos appellat. Idem Cyprianus de Cœlo et Invidiâ : *Offert,* inquit, *dæmon oculis formas illices et faciles voluptatis, ut visu destruat castitatem.* Seneca de Remediis fortuitorum, oculos irritamenta vocat vitiorum, et scelerum duces, et partem innocentiæ dicit esse cæcitatem.

Exemplum optimum hujus tanti periculi nobis est David, qui cùm illustratus esset à Deo prophetiæ dono, et oculos suos fortassè è pomeridiano strato extulisset madentes lacrymis, ex oratione, cui multam dabat et frequentem operam, inopinato tamen captus mulieris aspectu, mentem abjecit non solùm piam, sed etiam pudicam aut humanam. Quare hoc exemplum sæpè nobis proponunt Patres, ne vana nos superioris vitæ confidentia decipiat. Augustinus hâc de re multa atque præclara tom. 8, in Ps. 50, in principio : « Dicam ergo non « quod volo, sed quod cogor, dicam non ex- « hortans ad imitationem, sed instruens ad « timorem. Uxoris alienæ pulchritudine captus « rex et propheta David, ex cujus semine « secundùm carnem Dominus venturus erat, « eam adulteravit. » Et longiusculè ab hoc loco, exemplo Davidis monet, ne etiam procul mulierem intueamur, quia in nobis est, quod etiam è longinquo feminarum species inflammat : « De longè vidit David illam, in quâ captus « est. Mulier longè, libido propè. Alibi erat quod « videret, in eo undecaderet. » Vide Chrysostomum homil. 1 in Ps. item 50, et Gregorium lib. 21 Moral. cap. 2.

Vers. 3. — Misit ergo rex, et requisivit eam, quæ esset mulier (1). Amavit rex, quam

(1) Bethsabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi. Pater Bethsabee appellatur *Ammiel* in Paralipomenis, sede unius litterulæ turbatâ, quod tamen litteralem vocis hujus significationem non mutat. *Eliam* et *Ammiel* æquè sonant : *Populus meus est Dei.* (Calmet.)

David envoya savoir qui était cette femme qu'il avait vue, et on lui vint dire que c'était Bethsabée, femme d'Urie, Héthéen. La chute de David, dit saint Augustin, est un objet terrible, et néanmoins elle est pleine d'une admirable instruction pour ceux qui la considéreront par la lumière de la foi, et par les sentiments de la piété. Si David avait été toujours innocent, son exemple nous aurait été moins avantageux, selon la pensée de saint Ambroise. Sa grandeur nous aurait paru inaccessible, et sa piété inimitable ; et nous l'aurions plutôt considéré comme une merveille de la grâce qui aurait dû être respectée de tout le monde, que comme une règle qu'on aurait pu suivre. Mais maintenant les innocents apprennent de lui ce qu'ils doivent craindre, et les pécheurs, ce qu'ils doivent imiter. Il étonne les premiers, il console les seconds, et il est un excellent maître des uns et des autres.

Il est utile de remarquer tout ce qui a contribué à la chute de David, afin d'apprendre ce que nous devons faire pour prévenir les maux où il est tombé. L'Ecriture nous marque d'abord *qu'il était demeuré dans Jérusalem au temps où les rois avaient accoutumé d'aller à la guerre et d'y commander les armées.* Elle ajoute *que David ayant dormi après midi, se leva et s'alla promener sur sa terrasse.* Tout ceci nous marque une vie oisive et relâchée. Et néanmoins il n'y a rien en cela que de très-innocent, surtout dans une personne aussi innocente qu'était David. Mais nous devons nous souvenir de ce que Dieu nous a appris par la bouche du Sage, *que l'oisiveté est la mère de tous les maux.* C'est en ce sens que le Fils de Dieu nous a enseigné dans l'Evangile, que lorsque l'âme qui était nette du péché et or-

non noverat, neque quidquam habuerat de illius moribus ac nobilitate compertum. Quare quod priùs inquisiisse debuit, de illius genere, nomine atque conjugio, per servos, quos eâ de causâ miserat, doceri voluit; ac tandem cognovit vocari Bethsabee, et uxorem esse viri omnium fortassè fidelissimi atque optimi, quorum operâ in bellis utebatur. Hic porrò Eliam, cujus filia dicitur Bethsabee, ut ex traditione Hebræorum docet Hieronymus, filius fuit Achitophel, et eâ fortassè de causâ contra David postea conjuravit cum Absalome, ut illatam nepti suæ ulcisceretur injuriam.

Vers. 4. — Missis itaque David nuntiis, tulit eam (1). Jam incipit David ostendere,

née des vertus n'est point sur ses gardes et qu'elle se relâche, le démon y entre avec sept autres démons sans qu'il y trouve de résistance, et qu'il s'en rend maître : *Invenit eam vacantem... Et ingressi habitant ibi.* Il n'est pas besoin pour cela que nous ouvrions volontairement au démon la porte de notre cœur, en nous abandonnant à des désordres visibles. Il suffit que nous laissant aller au relâchement et à la tiédeur, notre négligence lui donne une petite ouverture par laquelle il se glisse sans être aperçu. C'est pourquoi saint Augustin remarque, après l'Ecriture, que David tombe pour avoir seulement vu cette femme, et qu'un seul regard lui donne la mort. « On s'imagine, « dit ce saint, qu'on n'est point obligé de re- « tenir ses yeux par une circonspection sage « et modeste, et qu'on peut voir toutes choses « indifféremment et innocemment; et cepen- « dant David se perd pour avoir été trop libre « dans ses regards. Ceux qui sont conduits « par la prudence de Dieu, ajoute ce saint, « ne dédaignent pas de s'instruire par un si « grand exemple. Ils évitent la compagnie et « la vue même de tout ce qui leur peut être « dangereux, et sachant que David était très- « fort et eux très-faibles, ils ne se croient pas « en sûreté dans le même péril où il s'est « perdu. *Sit ergo lapsus majorum, tremor mi- « norum.* »

Mais la première cause de cette chute, qui n'est pas exprimée clairement en cet endroit de l'Ecriture, est marquée excellemment par S. Augustin en ces termes : « David, dit ce « saint, était alors dans un plein repos. Dieu « l'avait rendu victorieux de tous ses ennemis. « Et aussitôt qu'il cesse d'être dans l'affliction « et dans la crainte, il s'élève, et son orgueil « est suivi de sa chute. *Factus est securus de- « victis hostibus; pressurâ caruit, tumor excrevit.* » Car c'est une règle constante, que le Saint-Esprit nous a apprise par la bouche du Sage, *que l'âme s'élève avant qu'elle tombe. Ante ruinam exaltatur spiritus.* Et saint Jean Climaque, dit en ce même sens, « que le démon de l'or- « gueil entre premièrement dans l'âme, et « qu'après qu'il s'en est rendu maître, il ou- « vre la porte au démon de l'impureté. » C'est donc avec grande raison que le même saint Augustin dit sur le sujet de ce saint prophète : « David est tombé, parce qu'il est devenu su- « perbe, et il est devenu superbe parce qu'il « s'est vu comblé de bonheur. Lorsqu'il était « persécuté par Saül, lorsqu'il était contraint « de se cacher sous la terre, dans les grottes « les plus profondes, pour se dérober aux yeux « et à la cruauté de ce prince, lorsqu'il se « voyait réduit à demeurer parmi les Philis- « tins et les infidèles, sans pouvoir trouver « aucun lieu de sûreté dans toutes les terres « d'Israël, bien loin de s'abandonner à des « désirs criminels, il s'humiliait sous la main « de Dieu, qui était toute sa force, et il se « tenait d'autant plus attaché à lui, qu'il était « plus abandonné du secours des hommes ; « *Tantò in Deum intentior, quantò miserior.* » Le même saint admire avec grande raison « l'illusion des hommes qui ne craignent que « l'adversité et qui désirent toujours la pros- « périté, au lieu que la prospérité est telle- « ment à craindre qu'elle est souvent l'écueil « des plus grandes âmes. » C'est en ce sens qu'on pouvait dire avec vérité que David n'était point à plaindre lorsqu'il paraissait si malheureux, puisque son malheur ne servait qu'à conserver et à faire croître sa vertu. Mais il est devenu vraiment digne de compassion lorsqu'il est monté sur le trône, et qu'il a paru le plus heureux de tous les hommes, puisque sa grandeur lui a inspiré des pensées de complaisance, et que son orgueil a causé sa chute.

(Sacy.)

(1) S. Epiphan. in vitâ Nathan prophetæ, et ex eo Abulens., asserit, Nathan abeuntem in spiritu prævidisse concupiscentiam Davidis; quare ut ejus peccatum impediret, festinanter perrexisse Hierosolymam; sed Beliar, vel potiùs Belial, id est, diabolum ei objecisse remoram, nimirùm mortuum quemdam nudum, quem dùm sepelit Nathan, David adulterium commisit. Cujus rei fides sit penès S. Epiphan.

Mysticè (quod novum et mirum est) Patres plerique adulterium Davidis interpretantur de Christo Ecclesiam gentium sibi desponsante. Unde S. Ambros. lib. 3 in Lucam : « Mysterium « ait, in figurâ, peccatum in historiâ; culpa « per hominem, sacramentum per Verbum. » Quasi totum mysterium in eo fuerit, ut Verbum alienam naturam ad suam hypostasin, sicut David alienam uxorem ad suum thalamum conjugârit; deinde idem typum gesserit Christi Domini Ecclesiam sibi ex gentibus in sponsam cooptantis. Ita quoque D. August. lib. 22 contra Faustum cap. 87 : « Iste, in- « quit, David graviter sceleratèque peccavit; « verumtamen ille desiderabilis omnibus gen- « tibus adamavit Ecclesiam super tectum se « lavantem, id est, mundantem se à sordibus « seculi, et domum luteam spiritali contem- « platione transcendentem atque calcantem. » Ac si diceret : Quamvis David alienam sibi uxorem assumendo graviter deliquerit, tamen Christum Dominum sibi Ecclesiam pro Synagogâ desponsantem significavit. Addit S. August., et ex eo Beda, David occidisse Uriam, id est, Christum occidisse diabolum, eique extorsisse sponsam, scilicet Ecclesiam gentium. Tertiò, S. Gregor. lib. 3 Moral. cap. 21 : « David, ait, est Christus; Bethsabee est « lex vetus, quam Christus ab Uriâ, id est, à « Judæis abstulit sibique conjunxit, quia per

quemadmodùm libido, quæ vitium est præceps omninò et cæcum, illum expectorato pudore atque prudentiâ, cæcum reddiderit et excordem, quandoquidem non dubitat animi vulnus tam fœdum atque olidum nuntiis aperire, neque sit verecundatus ostendere se muliebri succubuisse pulchritudini, quem neque leo et ursus, neque postea Hebræorum terror, Goliath, neque mille deinde tela frangere aut domare potuêre. Neque enim credibile est, ignorâsse nuntios, quid animo designâsset David, cùm ad se feminam evocavit ignotam antea, aut nesciisse nobilissimi viri copulatam conjugio. Quare in rege desiderarent et constantiam in cohibendâ libidine, et justitiam, cùm innocentis viri thalamo violenter illuderet. Tulit illam David non vi, ut apparet, et quasi armatâ pro regiâ potestate manu; sed suasione, aut prece, qualibus utuntur, quos cæcus instimulat amor. Neque enim benè conveniunt majestas et amor, et dùm suam expleant cupiditatem, non admodùm aut curant, aut expendunt amantes, quid majestas exigat, aut dignitatis ratio. Neque illa videtur reluctata diù, aut admodùm ægrè tulisse interpellari se de adulterio, quando de eâ dicitur: *Cùm ingressa esset ad illum, dormivit cum eo.* Qui loquendi modus non indicat illam feminam ad regis votum fuisse difficilem.

STATIMQUE SANCTIFICATA EST AB IMMUNDITIA SUA. Mirum est, quàm in hâc sanctificatione explicandâ varii sint auctores, quorum opiniones refert Abulensis q. 7, et Dionysius in hunc locum. Quidam sanctificationem esse putant, quia illa, cùm lavavit se, menstruam patiebatur illuviem, quam lotione à se munditiæ gratiâ detergere voluit; cùm autem fuit primùm à Davide cognita, cessavit menstruum illud sanguinis profluvium, quod sistit fœtus in utero conceptus. Quare opinio non est omninò contemnenda. Nam rediit domum concepto fœtu; deinde cùm ex menstrui sanguinis cessatione (neque enim tempore consueto rediit impurus ille sanguis), cognovisset se concepisse, quod antea deprehendere non poterat, significavit Davidi se concepisse. Cessante autem illius impuri sanguinis illuvie, sanctificata, id est, purificata dicitur, id est, non polluta aut immunda: quo sensu vivificatus ille dicitur, qui non est mortuus; et ille hominem vivificâsse, qui illi, cùm posset, vitam non eripuit. Hæc est omnium penè interpretum sententia. Cui ego etiam, ne illis adversari videar, lubens subscribo.

Alii dicunt, sanctificatam esse Bethsabee in illo nocturno congressu cum Davide, quia sterilis ante fuerat, et tunc concepto fœtu, sterilitatis deposuit opprobrium. Alii dicunt ab immunditiâ suâ fuisse sanctificatam, quia semel tantùm cum David illicitam illam consuetudinem habuit. Quasi dicas: Sanctè se deinceps et castè gessit. Hebræi, ut refert Abulensis q. 7, sic exponunt, sanctificatam esse, id est, lotam ab immunditiâ scilicet menstruâ, antequàm esset ad Davidis consuetudinem adducta; quod fecit illâ lotione, quâ suam Davidi pulchritudinem prodidit.

Ego potiùs crediderim, hanc sanctificationem lotionem esse, quâ usa fuit Bethsabee, postquàm reliquit adulteri cubile: nam sanctificatio, seu purificatio legalis per lotionem sæpè fit. Exod. 19: *Sanctifica populum in diem tertium, et lavent vestimenta sua.* Observat autem Abulensis q. 7, virum aut feminam statim à concubitu sive cum proprio, sive cum alieno

« se illam prædicari declaravit. » Idem ex S. Gregorio descripserunt Eucherius, Angelom. Rupert. et alii; ac similia habet S. Ambros. Apolog. 1 Davidis, c. 3. Pergit S. Gregor.: « Urias ad Joab cum epistolis, ex quibus occidi debeat, mittitur, quia idem ipse Judaicus populus legem portat, quâ convincente moriatur. Dùm enim mandata legis retinens, implere renititur, ipse defert judicium, unde damnetur. » Unde concludit: « Quid per factum istud Davide scelestius? quid Uriâ mundius dici potest? Sed rursùm, per mysterium, quid Davide sanctius, quid Uriâ infidelius invenitur? Quando et ille per vitæ culpam, prophetiæ signat innocentiam, et iste per vitæ innocentiam, in prophetiâ exprimit culpam. » Verùm hæ allegoriæ non sunt propriæ et primæ classis, sed secundæ et impropriæ, quia laxiores sunt, nec ex æquo respondent litteræ et historiæ. Est enim in eis aliqua quidem proportio et analogia, at non per omnia similis, sed in multis dissimilis. Quod enim David fecit cum peccato, hoc Christus fecit ex sanctitate et misericordiâ. Quare in his allegoriis David non tam spectandus est, ut initio adulterans cum Bethsabee, quàm ut postea eam sibi copulans matrimonio. Sic enim repræsentavit Christum despondentem sibi Ecclesiam ex gentibus.

Rursùm Urias vir fortis, fidelis et pius, non aptè repræsentat diabolum, nisi quatenùs ipse fuit Hethæus. Si enim per Hethæum accipias Gethæum oriundum ex Geth, urbe Philisthinorum, vel Hethæum, id est, oriundum ex Hethæis, qui erant una ex septem gentibus Chananæorum, quas Deus deleri jusserat, uti nonnulli accipiunt, sic rectè Urias repræsentat diabolum, utpote patrem impiorum et infidelium, quales erant Hethæi et Chananæi. Simili modo Osee jussu Dei cap. 1, meretricem duxit in uxorem, ut repræsentaret Deum et Christum, qui in Ecclesiâ sibi copulavit idololatras, qui antea cum idolis mysticè fornicabantur. (Corn. à Lap.)

conjuge, lotione purificari; adducitque Levitici caput 15, quod tamen ego in eo loco non invenio. Existimo tamen id fieri solitum, quia inter Hebræos, ut multæ erant immunditiæ legales, sic etiam multæ legales erant purificationes, illæque plerùmque ex aquâ. Quòd si à lege cautum non est, ut se statim viri sive feminæ à nocturno congressu lotione purificent, at id saltem fuit consuetudine receptum, quia maxima putabatur ex eâ nocturnâ copulâ pollutio. Cui consuetudini ut pareret Bethsabee, se statim recens à coitu purificavit lavacro. Id sanè facere consuevisse gentiles, cùm aliquid molirentur sacrum, docuimus alibi. Sanè ad orationem et sacrificia solere gentiles, si nocte rei conjugali dedissent operam, mane se ablutione purificare, docuit Persius, Satyrâ 2 :

Hæc sanctè ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
Manè caput bis terque, et noctem flumine purgas.

Hanc sententiam videntur secuti illorum aliqui, quibus superior sententia de menstruo sanguine non improbatur. Abulensis q. 7, Dionysius, Hugo. Et favet huic cogitationi, quòd ubi Vulgatus habet, *sanctificata est*, Hebraicè est, *mith cadeseth;* quod non tam significat purificationem, quæ est à naturâ, qualis est cessatio à menstruo sanguine concepto fœtu, quàm aliquo artificio, aut operâ extrinsecùs allatâ ab illo qui purificatur. Conjugatio enim septima hithpael actionem aliquam indicat reciprocam, quam in seipso aliquis exercet. Quare idem est atque *purificavit seipsam Bethsabee*. Et ita translulerunt Pagninus, Tigurina et Hispanica translatio.

Vers. 5. — Mittensque nuntiavit David, et ait : Concepi. Cùm abesset diù Urias, neque existimaretur vulgò habuisse cum uxore consuetudinem, apparerentque in utero plus solito tumente conceptionis signa, in suspicionem venire poterat Bethsabee violatæ conjugalis fidei, cui flagitio lapidatio erat à lege constituta. Hoc igitur supplicium et infamiam ut declinaret Bethsabee, maturè admonet Davidem, ut videat quid facto opus sit, et quâ ratione velit suæ saluti ac nomini esse consultum.

Vers. 6. — Misit autem David ad Joab, dicens : Mitte ad me Uriam Hethæum. Non minùs timebat David, quàm Bethsabee, ne qua in hominum vulgus tanti tamque indigni flagitii fœtor erumperet. Licet enim nihil è legis severitate timeret, quam regum potestas sæpiùs eludit, at timere poterat infamiam, quæ regium nomen obscurat, et subditorum movet et inflammat invidiam. Quod si aliquando contingat, neque pacatus esse potest regnorum status, neque vita regum à periculo tuta. Uterque ita timet, uterque de quærendâ tanti mali medicinâ laborat, quia et metus urget, et scelerum conscientia urit et instimulat. Pulchrè hæc Chrysostomus, hom. 1 in Ps. 50, tom. 1, ponderat et amplificat : « Concepit, inquit, « mulier, et rex putabat posse latere : nam « etsi propheta erat, tamen concupiscentia « obcæcaverat eum. Prægnans ergo facta mu- « lier vadit ad regem, et dicit ei : O rex, perii. « Et ille ait : Quid habes? Prægnans, inquit, « sum. Peccati mei pullulat fructus, accusato- « rem intrinsecùs habeo, et in ventre profero « proditorem. Si venerit, et viderit vir meus, « quid dicam? quid loquar? quam excusatio- « nem prætendam? Inveniet me gravidam, « et occidet me accusatore clamante. Videte, « et admiramini fratres, quantum malum sit « delictis et peccatis obnoxium fieri; rex mi- « litem timet, et formidat subditum. Impera- « tor coronam capite gestabat, et confusionis « opprobria metuebat. Nonne tu imperator? « nonne gladii potestatem habes? Habeo in- « quit, sed conscientiam peccati mei timeo « formidinis matrem. » Vide reliqua, quæ planè sunt Chrysostomo digna.

Vers. 8. — Vade in domum tuam, et lava pedes tuos. Paruit Joab regio mandato, statimque Uriam abire jussit Jerosolymam. A quo cùm levia quædam interrogâsset David, ne frustra è castris evocâsse videretur, tandem domum abire jussit, non alio consilio, quàm ut scelus suum artificio tegeret; et fœtus, qui tunc celabatur in uxoris utero, à legitimo putaretur, non ab adulterino concubitu conceptus. Illud, *lava pedes tuos*, consuetudinem indicat regionis illius, in quâ eorum, qui excipiuntur hospitio, lavantur pedes, et alia impenduntur ab amicis humanitatis officia. Lotionis porrò in Palæstinâ propter loci naturam frequens est, et fortassè necessarius usus. Unde neque mirum est, neque eo loco indecorum, quòd laverit se domi Bethsabee, neque in eâ re si cautionem adhibuisset, ne ab aliquo videri posset, quidquam esset reprehensione dignum.

Vers. 9. — Dormivit autem Urias ante portam domus regiæ cum aliis servis domini sui, et non descendit in domum suam. Quia nomen suum militiæ dederat Urias, et juramento sese obstrinxerat militari, noluit etiam, dùm esset

extra castra, videri otiosus à militari negotio. Quare adire noluit domum, ibique cessare ab eo, quod obire in castris milites solent. Ut enim excubias agunt nocturnas, ne quid inopinatum securos opprimat, sic etiam in pace, ad urbis principisque custodiam invigilant. Cum aliis igitur prætorianis militibus invigilare voluit ad portam domûs regiæ, et regii corporis fidelem adhibere custodiam, officii potiùs et pudoris memor, quàm voluptatis et otii. Et fortassè Urias de numero eorum erat, qui dicuntur *Cerethi* et *Phelethi*, id est, qui è regio satellitio sunt, quique à regiâ domo recedere neque debent, neque solent. Suarum itaque partium duxit bonus Urias, non captare delicias ex uxorio complexu lectique mollitie; sed cubare humi, et videre ne quis regis aut turbaret otium et quietem, aut aliquid insidiosum moliretur.

Vers. 11. — Arca Dei, et Israel, et Juda habitant in papilionibus; et dominus meus Joab, et servi domini mei super faciem terræ manent. Non illum exitum habuit consilium Davidis, quem ipse expectavit, dùm ex castris accerseret Uriam. Nam tam longè aberat, ut ab uxoris sinu delicias captaret amatorias, ut neque domum adire voluerit, neque in lecto cœlibe cubare molliter. Cùm autem severæ illius disciplinæ ab eo causam exquireret David, respondit, neque boni esse militis, neque ejus, in quo esset ingenuus pudor, indulgere voluptati et in molli stragulo lentos captare somnos, cùm dux Joab, et qui illius sequuntur signa, humi cubent, et vitam habeant repentinis propositam periculis, quorum quietem interrumpit et turbat buccinarum clangor, et hostilis fremitus. Sed illud hìc notandum, primo loco posuisse æquè fidelem, ac fortem, et religiosum virum arcam Dei, quam cùm videret esse sub papilionibus militari more, indignum putabat, ut ipse vitam profiteretur nisi militarem. Atque ideò non decere, domum habitare stabilem et firmam, cùm in tabernaculo infirmo et naturâ suâ facilè transmutabili, maneret arca fœderis, quo in Israelitico populo nihil erat augustius. Quæ ratio homini christiano debet esse gravissima, cùm illi aut caro intemperantiùs blanditur, et diabolus, qui animos à crucis et severioris vitæ disciplinâ deterret, blandimenta suadet, et mollioris instituti delicias. Tunc autem Christianus, si sapit, et illum pudor tangit ingenuus, dicet cum Bernardo serm. 1 in Nativitate : « Quid « magis indignum, quid detestandum ampliùs, « quid graviùs puniendum, quàm ut videns « Deum cœli parvulum factum, ultrò apponat « magnificare se homo super terram? Intole- « rabilis impudentia est, ut ubi sese exinani- « vit majestas, vermiculus infletur et intume- « scat. » Eodem, quo Urias, spiritu dixit David capite 7, ad Nathan : *Videsne quòd ego habitem in domo cedrinâ, et arca Dei posita sit in medio pellium?* Vide locum illum, ubi multa accommodatè ad hunc locum. Simile aliquid dixit Ovidius ex honestarum feminarum more in epistolâ Laodamiæ ad Protesilaum, ut videre est supra in hujus libri cap. 7, v. 6. Ut autem arca Dei, ut adderet bellatoribus vires et audaciam, adducta fuerat in exercitum, lib. 1 Reg. cap. 4, quando capta fuit à Palæstinis, et cap. 14, tempore Saül v. 18, sic etiam nunc allata videtur à Joab, ut sicut illa olim, quando gloriosas populus victorias obtinuit, erat in castris, quasi dux, sic etiam nunc eodem fungeretur munere, et Hebræis adderet, Ammonitis adimeret spiritus et robur. Ita putant Dionysius et Lyra. Arca verò in castris sub pellibus reddebat, ut opinor, expeditum et leve, quod militibus videri solet austerum et difficile. Sicut ducis exemplum ad superandas difficultates omnes potentissimum est.

Per salutem tuam, et per salutem animæ tuæ non faciam hanc rem. Juramentum interponit Urias, quod magni apud regem debuit esse momenti, cùm per ipsius vitam et animam esset conceptum, quo nihil homini esse solet charius et optabilius. *Per salutem tuam, et per salutem animæ tuæ,* idem omninò valent, neque hìc aliquid est aliud, quàm eadem bis iterata sententia : per *animam* etenim ille circumscriptè significatur, cujus est anima. Quare *anima mea* idem est quòd *ego; anima regis* idem quòd *rex,* ut mille declarant exempla, quæ nos sæpiùs adduximus. Erit ergo sensus : *Per salutem tuam, per salutem iterùm tuam, ô rex, juro,* etc.

Vers. 13. — Et vocavit eum David, ut comederet coram se, et biberet, et inebriavit eum. Quod ab Uriâ sobrio non potuit impetrare David, id putavit extorquendum ab ebrio, quia ebrietas oblivionem inducit, juxta illud Proverb. 31, v. 6 : *Date siceram mœrentibus, et vinum his qui amaro sunt animo : bibant, et obliviscantur egestatis suæ.* Et dùm vino æstuaret Urias, existimabat fore ut nulla subiret interpositi juramenti memoria. Deinde quia ebrietas libidinem evocat et inflammat, et quos illecebræ nullæ domuerunt, eosdem vi-

num ad luxuriem, et, quam sobrius horrebat animus, intemperantiam adduxit. Notum est illud, despumare in libidinem ventrem æstuantem vino; *friget* enim, ut dixit optimè Comicus, *Venus sine Baccho*. Sanè Hieronymus epist. ad Oceanum observavit, ad unius horæ ebrietatem nudâsse femora sua Noe, quæ per sexcentos annos contexerat. Sed nihil perfecit David hoc tam efficaci telo, ut à priore sententiâ commoveret animum : nam licet ebrius esset, non tamen de quiete et somno cogitavit, et multò minùs de illo, cujus est ebrietas magistra; sed ibi cubuit, ubi superiori nocte.

Vers. 14. — Factum est ergo manè, et scripsit David epistolam ad Joab (1). En quò David sua præcipitavit consilia, dùm celare vult, quod turpiter admiserat. Inebriârat hominem modestissimum Uriam, quâ in re illi majorem videtur injuriam irrogâsse, quàm cùm vitam eripuit, non solùm quia, ut in hoc eodem casu notavit Augustinus serm. 231 et 232, qui alterum cogit, ut se, plus quàm opus est bibendo, inebriet, minus malum ei erat, si carnem ejus vulneraret gladio, quàm animam ejus per ebrietatem necaret. Sed si humana hæc tantùm, et philosophicâ ratione pensemus, multò gravius est hominibus sobriis et honestis à mente dimoveri vino, quàm à vitâ ferro. Sed cùm priùs ante malum intulisset Uriæ, mortem etiam attulit, ut sui sceleris testem et accusatorem submoveret. Mittit enim litteras ad militiæ principem Joab, jubetque, ut in illam certaminis partem conjiciat innocentem, ubi majus ab hoste sese periculum ostentat, illumque deserat in eo loco, unde evadere non possit incolumis, quasi in eo magnum aliquod deprehendisset flagitium, quod eo mortis genere expiari oporteret. Ecce alteram injuriam. Nam non satis habuit abstulisse uxorem per adulterium, et deinde mentem per inebriationem; sed nunc etiam honorem adimit, dùm jubet quasi magni sceleris reum hostilibus telis obvium opponi, et perfidiosè deseri ab illis, qui fortassè eum ab illis angustiis extraxissent incolumem. Adde, quod novum est injuriæ atque miseriæ genus, eumdem Uriam suæ sibi necis auctorem esse voluit : ille enim litteras à rege accepit, et tulit ad Joab, quibus seipsum in laqueos et insidias inducit.

Ex hoc facto tam celebri ac noto, natum est proverbium inter Hebræos olim, quod etiam nunc apud nostros in usu est, ut cùm quis litteras fert, aut mandata contra se, ille dicatur secum afferre litteras Uriæ. Latini dicunt eodem sensu litteras secum ferre Bellerophontis : nam, ut est in fabulis, talia illi contigerunt à rege Præto, qualia Uriæ à Davide. Prætus enim litteras dedit Bellerophonti ad Jobatam, quas Bellorophon commendatitias putabat, cùm tamen in illis mandatum esset, ut illum quamprimùm extinguendum curaret. Nomen autem Jobatas, ad quem datæ dicuntur litteræ de cæde Bellerophontis, suspicari nos facit, fabulam illam ab Uriæ historiâ duxisse principium; Jobatas enim non procul dissidet à Joab. Neque novum est, aut infrequens, poetas in suis fabulis veras, imò canonicas historias includere. Sanè ex uno Jonâ ad tres fabulas suo more fingendas sumpsêre materiam, et Noe totidem, ut nos diximus in nostris Commentariis in Jonam cap. 1, et ex verissimâ Samsonis historiâ multâ gentiles falsò in sua commenta transtulerunt. Plura hâc de re Clemens Alexandrinus lib. 2 Stromatum. Nos hâc de re pluribus in cap. 1 Jonæ n. 21, quæ tu vide.

Antequàm hinc emigro, duo mihi de Uriâ observanda sunt. Alterum est, appellari *Hethæum*, cùm tamen constet esse Jerosolymitanum, ut patet, quia uxorem habuit, et domum Jerosolymæ, illamque, ut apparet, splendidam, sanè optimo ædificatam loco, utpote proximam regiæ, quando Bethsabee ex regio solario videri, et illius species notari potuit à Davide. Quod sanè indicat Uriæ domum regiæ domui fuisse conjunctam; neque enim aliter tanta feminæ pulchritudo explorari posset. Dici tamen potuit *Hethæus*, sicut dicebantur illi qui à filiis Israel è suis sedibus olim expulsi sunt, aut quia erat ex eâ gente proselytus, aut quia in loco, ubi habitaverunt quondam Hethæi, aliquandiù commoratus est. Quo modo Judæi in Actibus Apost. dicuntur *Græci*, *Cretes*, *Arabes* et *Ælamitæ*, quia in illis regionibus domicilium habuêre. Cujus rei exemplum habemus recens; nam c. 15, v. 18, sexcenti viri, qui fuerunt in Geth, aut in civitate, quæ ad illam pertinebat metropolim, vocati sunt *Gethæi*. *Egressusque est rex* (David fugiens Absalomem) *et omnis Israel pedibus suis : et universi servi ejus ambulabant juxta eum : et regiones Cerethi et Pheleti, et omnes Gethæi pugnatores validi*

(1) Mysticè Rupert. lib. 11 de divin. Offic. cap. 1 : « Tulit David uxorem, inquit, Uriæ « Hethæi, ipsumque Uriam fecit occidi ferentem in manu suâ scriptam mortis suæ sententiam, grave quidem committens piaculum « secundùm rem gestam, sed grande præsignans mysterium per Christum regem vitæ, « manu fortem atque desiderabilem, suo tempore peragendum. » (Corn. à Lap.)

sexcenti viri, qui secuti fuerant de Geth. Aut certè Hebræus appellatus est, quia ibi aliquod facinus edidit illustre. Quo modo Scipio vocatur *Africanus;* Marcus, *Coriolanus;* Marcellus, *Cretensis;* quia in illis locis præclara sui nominis monumenta reliquerunt.

Alterum, Uriam, licet justus fuerit, et David in hoc opere crudelis, turpis et injustus; tamen illum in hoc ipso facto figuram esse peccatoris, hunc verò Dei, in quo summa est honestas, summa justitia. Ita hic latè sentit, et disputat Angelomus. Tenet Glossa, Gregorius l. 3 Moral. cap. 21; Isidorus l. 2 Reg. c. 1; Dionysius hìc, Rupertus l. 11, de divinis Offic. c. 1, et in l. 2 Reg. cap. 34. Est autem certum, homines malos etiam in actione non bonâ, rerum sanctissimarum, atque adeò ipsius etiam Dei esse figuram; et contra, bonum in re etiam non malâ figuram esse rei non bonæ, imò ipsius diaboli. Contrarium senserat ante Hieronymus in cap. 45 Isaiæ, et in cap. 10 Oseæ, et in cap. 12 Ezech., sed mutavit postea sententiam epist. 131 ad Rufinum, ubi ait, duas filias Loth et duas uxores Oseæ significare utrumque Testamentum : et Loth, et Oseam in eo etiam actu, in quo uxores et filiæ figuræ fuêrè Synagogæ, Christi fuisse typum. Idem putat Augustinus l. 22 contra Faustum Manichæum, et adducit incestum concubitum Loth cum duabus filiabus, et Judæ cum Thamar. Et Gregorius lib. 3 Moral. cap. 21, ubi fusè tractat hoc exemplum Davidis et Uriæ. Theodoretus dialogo 3, Beda in quæst. super lib. 2 Reg. cap. 1.

Quid porrò significet typicè hoc Davidis opus, explicuêre hi fermè omnes hoc modo. Primùm in Davide, qui *desiderabilis,* aut *amabilis* sonat, Christus exprimitur. Ut enim David ex solario vidit Bethsabee se lavantem, quam accersivit ad se ereptam ab Uriâ priori conjuge, sic Christus quasi in solario deambulans, quia *in sole posuit tabernaculum suum*, adamavit Ecclesiam super tectum se lavantem, id est, mundantem se à sordibus seculi et domum luteam spirituali contemplatione transcendentem atque calcantem : et inchoatâ cum illâ primæ conventionis notitiâ, postea ab eâ penitùs separatum diabolum occidit, eamque sibi perpetuo connubio copulavit. Ita fermè Beda, et paulò aliter Gregorius, Isidorus, Angelomus. Gregorius in Uriâ populum etiam intelligit Judaicum, quem Deus cum litteris mittit, quæ illum violatæ religionis, et proditæ fidei accusant, et damnant : « Urias, in« quit, ad Joab cum epistolis, ex quibus oc« cidi debeat, mittitur. Quia idem ipse Judai« cus populus legem portat, quâ convincente « moriatur. Dùm enim mandata legis retinens « implere renititur, ipse nimirùm defert ju« dicium, unde damnetur. Quid ergo per fa« ctum istud David scelestius? Quid Uriâ « mundius dici potest? Sed rursùs per myste« rium, quid David sanctius, quid Uriâ infi« delius invenitur, quando et ille per vitæ « culpam prophetiæ signat innocentiam; et « iste per vitæ innocentiam in prophetiâ expri« mit culpam ? » Hoc posterius docet S. Thomas in præfatione ad epistolas canonicas, ubi litteras et doctrinam in litteratis hominibus, qui tamen illas ad morum emendationem non conferunt, litteras appellat Uriæ. « Istæ, in« quit, sunt epistolæ, sive litteræ Uriæ, de « quo loquitur l. 2 Reg. c. 11, quòd *portavit « litteras mortis suæ.* Litteras mortis suæ por« tant viri litterati, qui sciunt, et docent, et « non faciunt. Istæ sunt litteræ sine sigillo, id « est, scientia sine vitâ. » Et statim : « Istæ « litteræ in peccatoribus sunt scriptæ, Jere« miæ c. 17 : *Peccatum Juda scriptum est stylo « ferreo, ungue adamantino exaratum*, etc. » (1)

(1) Vers. 15. — Ponite Uriam ex adverso belli. Ubi hic David, eâ animi clementiâ princeps, ut adversario suo Saüli parceret, cùm ille tradente Numinis providentiâ in manus suas devenisset? Quantam in viro mutationem fecit turpis et vitiosa libido? Heu quàm facilè, si semel errare cœperis, è scelere in scelus ruis! Quid causari poterat David, ut fidelissimi hominis vitam discrimini exponeret, cujus præsentiâ liberatus, commodiùs impiæ libidini satisfaceret? Quàm gravis autem criminis reus est Joab, iniquæ adeò jussioni obtemperans, si veras illius causas non ignorabat? Heu! quàm verè Tacitus scripserat: *Proprium humani ingenii est odisse quem læseris!* Facere non potuit David, ut præsentem sibi deinceps intueretur hominem, quem grandi adeò injuriâ læserat. (Calmet.)

Mettez Urie à la tête de vos gens, où le combat sera le plus rude, et donnez ordre qu'il soit abandonné, et qu'il y périsse. On voit ici clairement de quelle manière le vice transforme les hommes en quelque sorte, et comme il éteint dans leur cœur tous les sentiments, non seulement de la piété, mais même de la raison et de l'humanité naturelle. David n'est pas reconnaissable en cette rencontre. Il sait qu'Urie est un serviteur très-fidèle; il est persuadé de son grand courage. Il voit de ses yeux son attachement opiniâtre à son devoir, et il éprouve que tout roi qu'il est, il n'a pas assez de pouvoir sur son esprit pour lui faire rien relâcher de cette humeur guerrière dont il est possédé, et qu'il est résolu de vivre parmi les délices de la cour comme dans le camp. Cependant David, au lieu de récompenser de si

grandes qualités, s'en sert pour le perdre. Il le traite comme un criminel, parce que sa générosité ne lui a pas permis de faire ce qui aurait pu couvrir le crime de ce prince; et il le punit pour avoir été trop chaste, au lieu de se condamner lui-même de ne l'avoir pas éte assez. Il ne se contente pas de lui avoir ravi l'honneur, il lui ôte la vie, et il expose ses gens à la fureur de ses ennemis, pour l'envelopper dans cette défaite.

Après cela, qui ne reconnaîtra que les hommes, quelque saints qu'ils soient, sont toujours hommes; que tout ce qui paraît de grand dans eux dépend uniquement de celui dont ils l'ont reçu, et que si Dieu retire tant soit peu sa main toute-puissante qui les soutient, ils sont capables de se précipiter dans des désordres dont la seule pensée leur aurait auparavant causé de l'horreur? « Il se trouve quelquefois « des personnes, selon la remarque de saint « Augustin, à qui le vice a tellement renversé « l'esprit, qu'ils se servent de l'exemple de ce « saint pénitent, non pour imiter sa conversion, « mais pour pécher avec plus de hardiesse. Ce- « pendant, ajoute ce saint, l'Ecriture nous « propose David en sa chute, *non comme un « exemple du péché, mais comme un modèle de la « pénitence.* David *non peccandi forma, sed pœni- « tendi.* Si vous aimez le péché, continue ce « saint, parce qu'il s'est trouvé dans David, « vous aimez en lui ce qu'il y déteste. »

Il n'y a que le démon qui nous puisse dire : Ne craignez pas de pécher; David lui-même a péché, puisqu'il est certain que toutes les grandes qualités de ce saint prophète n'auraient nullement excusé sa faute, et que si Dieu ne l'avait tiré de cet abîme, il se serait perdu éternellement. Mais nous devons écouter plutôt la voix de David, qui nous dit en quelque sorte par ses soupirs et par ses larmes : Fuyez l'écueil où je suis tombé. Haïssez les crimes qui ont tué mon âme, et aimez la pénitence qui m'a guéri. Tremblez devant Dieu. Humiliez-vous comme j'ai tâché de faire sous sa main puissante, dans tous les maux qu'il pourra vous envoyer, et espérez en sa bonté, puisque la miséricorde qu'il m'a faite vous doit être un gage de celle qu'il vous veut faire. (Sacy.)

Vers. 16. — Posuit Uriam in loco, ubi sciebat viros esse fortissimos. Addit Joseph, Joab Uriæ commendâsse fidem et strenuitatem, ut usque ad mortem pro Davide et Israele pugnaret, ac socios Uriæ secretò monuisse, ut eum in pugnâ desererent, atque ab hostibus cingi cædique permitterent. Quid hâc re magis proditorium aut scelestum dici fingique potest? Porrò S. Hieron. lib. 1 contra Jovinianum, asserit Davidem propter homicidium Uriæ à Deo prohibitum ædificatione templi, sed graviores ejus pœnas audiemus cap. seq. (Corn. à Lap.)

Vers. 17. — Et mortuus est etiam Urias. Ecce hic consummatum Davidis ingrati homicidium, cujus indignitatem graphicè depingit et exaggerat Abulens. hic quæst. 5 in cap. 12. Porrò permisit Deus tam graviter labi Davidem, primò, ut eum humiliaret, ut scilicet ipse sciret se, licet per gratiam esset sanctus propheta et psalmographus, tamen per naturam esse hominem fragilem et proclivem in peccata, uti sunt cæteri. Unde ipsi idipsum jam lapsus confitetur in Psal. 50 : *Ecce,* inquit, *in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.* Secundò, ut in ejus lapsu et erectione Deus suam justitiam æquè ac misericordiam ostenderet; justitiam in peccati castigatione, misericordiam, in culpæ condonatione; sicut quò major est morbus vel vulnus, eò major medici curantis peritia et efficacia ostenditur, ait S. Chrysost. in Psalm. 50. Tertiò, ad aliorum exemplum, ut omnes à Davide lapso discant cavere lapsûs occasiones, ac præsertim incautos feminarum aspectus. Audi S. Ambros. Apol. 2 David cap. 3 : « Non « te vincat concupiscentia formæ, si non vis « vinci; non congrediare peccatis, ne de te « vitia coronentur; neque capiaris oculis, ne- « que abripiaris palpebris. Vilis tibi mulier « videtur ad pretium, sed fortis ad vitium, « quæ virorum pretiosas animas capit. » Probat id ex Proverb. cap. 6 : « *Ligabit quis ignem « in sinu, vestimenta autem non comburet? vel « ambulabit quis super carbones ignis, pedes au- « tem non comburet?* Cave ergo et tu, ne intra « sinum tuæ mentis ignem libidinis et amorem « accendas. » Et inferiùs : « Si David infirmus, « tu fortis? si Salomon lapsus est, tu immo- « bilis? Si Paulus primus peccatorum, tu potes « primus esse sanctorum? » Quartò, ut, si nos labi contingat, non desperemus, sed cum Davide pœnitendo resurgamus, ac lapsus sit nobis stimulus ad majorem rigorem et virtutem. Unde S. August. homil. 21 inter 50 : « Multi, « ait, cadere volunt cum David, et nolunt sur- « gere cum David, » etc. « Audiant, qui non « ceciderunt, ne cadant; audiant qui cecide- « runt, ut surgant. Peccatum cum despe- « ratione certa mors, » etc. Et S. Prosper lib. 2 de Prædict. cap. 26 : « David, ait, posi- « tus est in exemplum fidelibus, ut discant « magis timere prospera quàm formidare ad- « versa. Periculosum enim est animæ dimitti in « voluptatibus suis, dicente Domino : *Ecce quem « diligo castigo,* » Proverb. 3, 10. Apoc. 3, 19.

Vide S. Ambros. in duabus Apologiis quas pro Davide conscripsit, ubi priore lib. cap. 2, sic ait : « Sancti sicubi fortè ut homines cor- « ruerunt naturæ magis fragilitate quàm pec- « candi libidine; acriores ad currendum resur- « gunt, pudoris stimulo majora reparantes « certamina, ut non solùm nullum attulisse « æstimetur lapsus impedimentum, sed etiam « velocitatis incentiva cumulâsse. » Et non- nullis interjectis : « Propositi enim ad imitan- « dum nobis sunt, et ideò curatum est, ut et « ipsi aliquando laberentur. Nam si inoffensum « à vitiis inter tot lubrica hujus seculi curri- « culum peregissent, dedissent nobis occasio- « nem infirmioribus æstimandi, cujusdam su- « perioris naturæ ac divinæ fuisse, ut delictum « recipere, et culpæ consortium habere non « possent. » Unde post pauca concludit : « Præ- « teriit igitur paulisper illos Dei gratia, ut no- « bis ad imitationem vita eorum fieret disci- « plina, et sicut innocentiæ, ita et pœnitentiæ « magisterium de eorum actibus sumeremus. « Ergo dùm lapsus eorum lego, consortes etiam « illos infirmitatis agnosco; dùm credo consor- « tes, imitandos esse præsumo. » (Corn. à Lap.)

(1) Abimelech filium Jerobaal, vel Gedeonis;

Vers. 12. — Quis percussit Abimelec filium Jerobaal(1)? Attulit Urias litteras doli plenas ad

Joab, quas cùm ille accepisset, statim juxta regis præscriptum, illum eo loco constituit unde certissima videbatur proponi moriendi necessitas; neque pauci cum illo ceciderunt, quibus potior fuit honesta mors, quàm ignobilis fuga. Docet autem Josephus, inimicorum impetum penè solum Uriam excepisse, et illorum interemisse non paucos, donec circumventus cum aliis paucis non inultus occubuit. Successûs illius adversi et acceptæ plagæ nuntium misit Joab ad regem, quem admonuit, ut si graviùs rex accipere videretur temerarium assultum, et accessum ad murum, adderet Uriæ cædem, quâ sciebat temperandum esse dolorem aut iram, si quam rex ex acceptâ plagâ concepisset. Nota est historia Abimelech filii Gedeonis, qui etiam vocatur Jerobaal, quomodò, quia studio pugnandi, dùm audaciùs accedit ad murum, percussus molari lapide à feminâ, subiit exitium. Hanc historiam habes Judic. c. 9, quam cognitam fuisse oportet iis qui militiæ dant operam, præcipuè illis qui præsunt, qui ab interitu Abimelech magnum habent et familiare documentum.

Vers. 25. — Non te frangat ista res: varius enim eventus est belli. Non fefellit Joab sua cogitatio: nam audito Uriæ casu minùs commotus fuit rex, quàm deberet, imò quàm tulisset, nisi turpis amor et studium celandi flagitii regium ademisset aut turbâsset spiritum. Quare ægrè non fert suorum cædem, quorum debuit providere saluti; non Israelitici nominis dedecus, quod subierunt, qui ad regis præscriptum ignobili fugâ in medio conflictu deseruerunt Uriam moriturum. Hæc non curabat is, ex cujus animo libido et metus consilium expectorârat et mentem: imò potiùs probat factum Joab, jubetque illum bono esse animo, neque existimare inusitatum esse, ut qui secundâ plerùmque est usus, aliquando adversam experiatur fortunam. Hæc est enim bellorum natura, ut modò in hanc, modò in illam partem inclinet victoria. Neque desperet de meliori eventu, etiam dùm bellicis urgetur incommodis, et exultantes victoriâ spectat adversarios.

utrumque enim nomen idem ipse vir obtinebat. Textus Hebræus pro *Jerobaal* legit *Jerobeseth;* abstinebant enim Judæi, ne efferrent nomen Baal, quod profani numinis memoriam revocaret, substituebantque nomen *Beseth*, quod sonat confusionem, infamiam, ignominiam. Miphiboseth, et Isboseth genuino nomine appellabantur Miphibaal et Isbaal, eamdem metamorphosim passi ac *Jerobeseth*. (Calmet.)

Vers. 26. — Audivit autem uxor Uriæ, quod mortuus esset Urias vir suus, et planxit eum. An lacrymas expresserit dolor, vel artificium aliquod, quale notum est, et familiare mulierculis, quæ lacrymas vendunt, et licet multùm ac diù plorent, nunquàm tamen siccantur lacrymarum scatebræ, non facilè statues. Nam sicut David non videtur ex Uriæ interitu dolorem cepisse, quia sic putabat celari posse immane flagitium, et dignitati suæ fuisse consultum, sic etiam quia illud idem assequebatur, conjuge sublato, Bethsabee, sperabatque fore, ut eo impedimento submoto, ad regium thalamum ascenderet. Non est incredibile, minùs illi conjugis cædem dolori fuisse, quàm pudicam deceret et amantem viri. Dolere se in Pompeii morte simulabat Cæsar, et ad gemitus addebat quoque lacrymas; sed neque dolebat, nec lacrymabatur seriò, sed simulatò, cùm potiùs exultaret animo, cùm videret esse nullum, qui ipsi viam ad imperium obstrueret. De quo verè Lucanus:

Lacrymas non sponte cadentes
Effudit, gemitusque expressit pectore læto.

Quidquid verò sit, planxit virum suum, id est, parentavit, aut funebres honores impendit, qui vitâ defunctis à conjugibus et aliquâ necessitudine conjunctis debentur. Planctus autem et luctus externus ille habitus est, et funeris impendium, quo vivi suam in mortuos pietatem et amorem ostendunt, quales vestes atræ et sordidæ, decalvatum caput, funereæ faces, et publicus atque domesticus fletus, etiamsi procul ab animo dolor absit. Sic Hieronymus, epist. 25 ad Paulam: « Planctus, « inquit, magnus non in plangentium exani- « matione, sed in pompâ funeris et exequia- « rum frequentiâ intelligendus est. » Denique De Jacob Scriptura sic loquitur: *Et ascendit Joseph sepelire patrem suum, et ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, et seniores domûs ejus, et seniores omnis terræ Ægypti, et omnis domus Joseph et fratres ejus.* Et post paululùm: *Et ascenderunt cum eo quadrigæ, et equites, et facta sunt castra grandia nimis.* Ac deinde: *Et planxerunt eum planctu magno et forti nimis.* « Planctus iste solemnis non « longas Ægyptiis imperat lacrymas, sed fu- « neris monstrat ornatum. » Hæc Hieronymus, qui Ægyptiorum exemplo satis probat, in quo maximè funereus ille planctus consistat. Neque enim Ægyptii habebant, cur tantoperè in peregrini, nequedùm sibi cogniti hominis obitu dolerent ac lamentaren-

tur. Neque vicini populi, qui Ægyptiorum multitudinem procul spectabant, aut audiebant gemitus, aut videbant lacrymas; sed quia accensas videbant faces et pullulatam pompam, quia hæc erant legitima parentalium signa, dixerunt Gen. c. 5, v. 11 : *Planctus magnus est iste Ægyptiis.* Hunc ego planctum impensum arbitror Uriæ à Bethsabee, licet gemitum et lacrymas intercessisse putem.

Vers. 27. — Transacto autem luctu, misit David, et introduxit eam in domum suam. Postquàm data est viro funebris opera, et impensum illud pietatis et fidei conjugalis officium, quia jam expetitis nuptiis à lege, seu consuetudine nullum opponebatur impedimentum, induxit David in domum suam Bethsabee, et habuit uxorem. Planctus autem ille, ut opinor, septemdialis fuit : nam licet in aliquos principes productus fuerit ad spatium temporis longius planctus ille, ut in funere Aaron, cui impensi fuerunt dies triginta, Num. 20, v. 30, et totidem Moysi, Deut. 34, aliis quasi legitimus planctus septem dierum fuit. Sic Jacobum septem diebus honorario planctu prosecuti sunt Ægyptii in terrâ Chanaan, licet in Ægypto in ejus parentalibus dies multò plures consumpti sint. Et hunc septemdialem luctum esse legitimum docet illud Eccl. 22, v. 13 : *Luctus mortui septem dies; fatui autem, et impii omnes dies vitæ illorum.*

Peperitque ei filium. Illum nempe, quem ex adulterio conceperat. Unde colligitur non durâsse planctum per annum, aut longum tempus, quando puer multò ante conceptus natus est in domo David.

Et displicuit verbum hoc, quod fecerat David coram Domino. In *verbo hoc* illa intelligo, quæ Dei nomine sequenti capite Davidi exprobravit Nathan, quia alienum thalamum adulterino violavit concubitu; quia occidit innocentem Uriam; quia ejus uxorem sibi conjugali vinculo sociavit. Sic autem Dei nomine Nathan ad Davidem c. 12, v. 9 : *Uriam Hethæum percussisti gladio, et uxorem illius accepisti in uxorem tibi.*

Ex hoc, opinor, loco conjectârunt Hebræi, in concubitu Davidis cum Bethsabee ante Uriæ mortem nullum fuisse peccatum, quia cùm Uriæ cædem, et cum illius uxore conjugium exprobrat Nathan, illius tamen siluit adulterium : illud verò factum hâc ratione à turpitudine atque peccato liberant, quia euntes, inquiunt, ad bellum, in quo mors ubique præsens occursat, libellum repudii dant uxoribus, quo permittunt, ut, cuicumque velint, suo arbitratu nubant, cùm solutæ jam sint à matrimonii lege. Atque ideò optimè potuit David cum Bethsabee jam omninò suâ legitimum habere congressum. Hanc Hebræorum cogitationem multis modis confutat Abulensis q. 8. Primùm, quia si semel uxorem dimisisset solemni formâ cum libello repudii, non posset iterùm ad illam redire, ut constat Deut. 24, v. 2, si repudiata alterius nuptias iniisset. Quare necesse erat, ut omnes, qui reverterentur à bello, nisi mallent vitam agere cœlibem, novas ambirent conjuges. Quòd si propter periculum mortis eo uterentur consilio, ut si marito mori in acie contingeret, ipsa posset alium sibi conjugem asciscere, frustra libellus ille porrigebatur uxori, cùm viro mortuo, nulla illi jam imponebatur necessitas non nubendi alteri, cùm alterius obitus omnia matrimonii vincula dissolveret. Neque Bethsabee uxor unquàm diceretur Uriæ, ex quo ad bellum processit; neque solemni ritu planxisset mortuum; neque jussus esset Urias à David, ut ad domum suam diverteret, et se cum uxore interim oblectaret. Vide plura apud Abulensem supra; sed in re usque adeò ludicrâ plus à nobis satis.

CAPUT XII.

1. Misit ergo Dominus Nathan ad David; qui cùm venisset ad eum dixit ei: Duo viri erant in civitate unâ, unus dives et alter pauper.

2. Dives habebat oves et boves plurimos valdè;

3. Pauper autem nihil habebat omninò præter ovem unam parvulam, quam emerat et nutrierat, et quæ creverat apud eum cum filiis ejus simul, de pane illius comedens et de calice ejus bibens et in sinu illius dormiens; eratque illi sicut filia.

CHAPITRE XII.

1. Le Seigneur envoya donc Nathan vers David, et Nathan, étant venu le trouver, lui dit : Il y avait deux hommes dans une ville *de votre royaume,* dont l'un était riche et l'autre pauvre.

2. Le riche avait un grand nombre de brebis et de bœufs;

3. Le pauvre n'avait rien du tout qu'une petite brebis, qu'il avait achetée et nourrie *avec grand soin,* qui avait crû parmi ses enfants, mangeant de son pain, buvant dans sa coupe et dormant sur son sein; et il la chérissait comme sa fille.

4. Cùm autem peregrinus quidam venisset ad divitem, parcens ille sumere de ovibus et de bobus suis ut exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ovem viri pauperis, et præparavit cibos homini qui venerat ad se.

5. Iratus autem indignatione David adversùs hominem illum nimis, dixit ad Nathan : Vivit Dominus ! quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.

6. Ovem reddet in quadruplum eò quòd fecerit verbum istud, et non pepercerit.

7. Dixit autem Nathan ad David : Tu es ille vir. Hæc dicit Dominus Deus Israel : Ego unxi te in regem super Israel, et ego erui te de manu Saül.

8. Et dedi tibi domum domini tui, et uxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel et Juda ; et si parva sunt ista, adjiciam tibi multò majora :

9. Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, et uxorem illius accepisti in uxorem tibi, et interfecisti eum gladio filiorum Ammon.

10. Quamobrem non recedet gladius de domo tuâ usque in sempiternum, eò quòd despexeris me, et tuleris uxorem Uriæ Hethæi ut esset uxor tua.

11. Itaque hæc dicit Dominus : Ecce ego suscitabo super te malum de domo tuâ ; et tollam uxores tuas in oculis tuis et dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus.

12. Tu enim fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis.

13. Et dixit David ad Nathan : Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David : Dominus quoque transtulit peccatum tuum : non morieris ;

14. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc filius qui natus est tibi morte morietur.

15. Et reversus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus parvulum quem pepererat uxor Uriæ David, et desperatus est.

16. Deprecatusque est David Dominum

4. Un étranger étant venu voir le riche, celui-ci ne voulut point toucher à ses brebis ni à ses bœufs pour lui faire festin, mais il prit la brebis de ce pauvre homme et la donna à manger à son hôte.

5. David entra dans une grande indignation contre cet homme, et dit à Nathan : Vive le Seigneur ! celui qui a fait cette action est digne de mort, *et il en sera puni.*

6. Il rendra la brebis au quadruple, pour en avoir usé de la sorte et pour n'avoir point épargné *le pauvre.*

7. Nathan dit à David : Vous êtes cet homme. Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Je vous ai sacré roi sur Israël, et je vous ai délivré de la main de Saül.

8. Je vous ai mis entre les mains la maison et les femmes de votre seigneur; je vous ai rendu maître de toute la maison d'Israël et de Juda ; si cela paraît peu de chose, je suis prêt d'y en ajouter encore beaucoup d'autres :

9. Pourquoi donc avez-vous méprisé ma parole jusqu'à commettre le mal devant mes yeux? Vous avez fait perdre la vie à Urie, Hétheen; vous lui avez ôté sa femme, et vous l'avez prise pour vous ; et vous l'avez tué par l'épée des enfants d'Ammon , *qui sont mes ennemis.*

10. C'est pourquoi l'épée ne sortira jamais de votre maison, parce que vous m'avez méprisé, et que vous avez pris pour vous la femme d'Urie, Héthéen.

11. Voici donc ce que dit le Seigneur : Je vais vous susciter des maux de votre propre maison ; je prendrai vos femmes à vos yeux, je les donnerai à votre semblable, et il dormira avec vos femmes aux yeux de ce soleil.

12. Car pour vous, vous avez fait cette action en secret, mais pour moi, je la ferai à la vue de tout Israël et à la vue du soleil.

13. David dit à Nathan : J'ai péché contre le Seigneur, *et j'en ai une vraie douleur.* Nathan lui répondit : Le Seigneur, *qui voit la sincérité de votre repentir,* a aussi pardonné votre péché : vous ne mourrez point ;

14. Mais néanmoins, parce que par votre péché vous avez été cause que les ennemis du Seigneur ont blasphémé *contre lui, en leur faisant remporter l'avantage sur son peuple* , le fils qui vous est né *de votre crime* va perdre la vie.

15. Nathan retourna ensuite à sa maison. Et le Seigneur frappa l'enfant que la femme d'Urie avait eu de David, et il fut désespéré.

16. David pria le Seigneur pour l'enfant ; il

pro parvulo, et jejunavit David jejunio, et ingressus seorsùm jacuit super terram.

17. Venerunt autem seniores domûs ejus, cogentes eum ut surgeret de terrâ; qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

18. Accidit autem die septimâ ut moreretur infans. Timueruntque servi David nuntiare ei quòd mortuus esset parvulus; dixerunt enim : Ecce cùm parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, et non audiebat vocem nostram : quantò magis, si dixerimus : Mortuus est puer, se affliget!

19. Cùm ergo David vidisset servos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus; dixitque ad servos suos : Num mortuus est puer? Qui responderunt ei : Mortuus est.

20. Surrexit ergo David de terrâ, et lotus unctusque est: cùmque mutâsset vestem ingressus est domum Domini, et adoravit. Et venit in domum suam, petivitque ut ponerent ei panem, et comedit.

21. Dixerunt autem ei servi sui: Quis est sermo quem fecisti? propter infantem, cùm adhuc viveret, jejunâsti et flebas; mortuo autem puero surrexisti et comedisti panem.

22. Qui ait : Propter infantem, dùm adhuc viveret, jejunavi et flevi; dicebam enim : Quis scit si fortè donet eum mihi Dominus, et vivat infans?

23. Nunc autem, quia mortuus est, quare jejunem? numquid potero revocare eum ampliùs? Ego vadam magis ad eum; ille verò non revertetur ad me.

24. Et consolatus est David Bethsabee uxorem suam, ingressusque ad eam dormivit cum eâ. Quæ genuit filium, et vocavit nomen ejus Salomon. Et Dominus dilexit eum;

25. Misitque in manu Nathan prophetæ, et vocavit nomen ejus Amabilis-Domino, eò quòd diligeret eum Dominus.

26. Igitur pugnabat Joab contra Rabbath filiorum Ammon, et expugnabat urbem regiam.

27. Misitque Joab nuntios ad David, dicens : Dimicavi adversùm Rabbath, et capienda est urbs aquarum;

28. Nunc igitur congrega reliquam par-

jeûna; il se retira en particulier, et demeura couché sur la terre, *implorant la miséricorde du Seigneur.*

17. Les principaux de sa maison vinrent le trouver, et lui firent de grandes instances pour l'obliger à se lever de terre; mais il le refusa, et ne mangea point avec eux.

18. Le septième jour l'enfant mourut, et les serviteurs de David n'osaient lui dire qu'il était mort, car ils s'entre-disaient: Lorsque l'enfant vivait encore, et que nous lui parlions, il ne voulait point nous écouter; combien donc s'affligera-t-il encore davantage si nous lui disons qu'il est mort!

19. David voyant que ses officiers parlaient tout bas entre eux, reconnut que l'enfant était mort; et le leur ayant demandé, ils lui répondirent qu'il était mort.

20. Aussitôt il se leva de terre, alla au bain, prit de l'huile *de parfums;* et, ayant changé d'habit, il entra dans la maison du Seigneur, et l'adora *avec une parfaite soumission à sa volonté.* Il revint ensuite à sa maison, demanda qu'on lui servît à manger, et il prit de la nourriture.

21. Alors ses officiers lui dirent: D'où vient cette conduite *si extraordinaire?* vous jeûniez et vous pleuriez pour l'enfant lorsqu'il vivait encore, et après qu'il est mort, vous vous êtes levé et vous avez mangé!

22. David leur répondit : J'ai jeûné et pleuré pour l'enfant tant qu'il a vécu, parce que je disais : Qui sait si le Seigneur ne me le donnera point, et s'il ne lui sauvera point la vie?

23. Mais maintenant qu'il est mort, pourquoi jeûnerais-je? est-ce que je puis encore le faire revivre? C'est moi plutôt qui irai à lui; et il ne reviendra jamais à moi.

24. David ensuite consola sa femme Bethsabée; il dormit avec elle, et elle eut un fils qu'il appela Salomon. Le Seigneur aima cet enfant;

25. Et lui donna par le prophète Nathan, qu'il envoya *à cet effet*, le nom d'Aimable-au-Seigneur, parce que le Seigneur l'aimait.

26. Cependant Joab continuait à battre Rabbath, *ville* des Ammonites; et étant près de prendre cette ville royale,

27. Il envoya des courriers à David, avec ordre de lui dire: J'ai battu jusqu'ici Rabbath, et cette ville environnée d'eau va être prise.

28. Faites assembler le reste du peuple; et venez au siége de la ville, et la prenez, de peur

tem populi, et obside civitatem et cape eam, ne, cùm à me vastata fuerit urbs, nomini meo adscribatur victoria.

29. Congregavit itaque David omnem populum, et profectus est adversùm Rabbath, cùmque dimicâsset cepit eam.

30. Et tulit diadema regis eorum de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas; et impositum est super caput David. Sed et prædam civitatis asportavit multam valdè.

31. Populum quoque ejus adducens serravit, et circumegit super eos ferrata carpenta; divisitque cultris, et traduxit in typo laterum : sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon. Et reversus est David et omnis exercitus in Jerusalem.

que, lorsque je l'aurai détruite, on ne m'attribue l'honneur de cette victoire.

29. David assembla donc tout le peuple, et marcha contre Rabbath, et après quelques combats il la prit.

30. Il ôta de dessus la tête du roi des Ammonites le diadème, qui pesait un talent d'or, et était enrichi de pierreries très-précieuses, et il fut mis sur la tête de David. Il remporta aussi de la ville un fort grand butin.

31. Et *en* ayant fait sortir les habitants, *il les traita comme ils traitaient eux-mêmes leurs ennemis.* Il les coupa avec des scies, fit passer sur eux des chariots avec des roues de fer, les tailla en pièces avec des couteaux, et les jeta dans des fourneaux où l'on cuit la brique. C'est ainsi qu'il traita toutes les villes des Ammonites. David revint ensuite à Jérusalem avec toute son armée.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — MISIT ERGO DOMINUS NATHAN AD DAVID, QUI CUM VENISSET AD EUM, DIXIT EI : DUO VIRI ERANT IN CIVITATE UNA (1). Multi jam fuerant exacti dies, neque tamen mens Davidi antiqua redierat, quam immoderatus carnis affectus eripuerat. Jam enim natus erat puer furtivâ venere et adulterino concubitu conceptus, ut constat ex fine præcedentis capitis; et quia Nathan hoc loco mortem puero ex adulterio nato minatus est. Quare necesse est, in peccato Davidem novem saltem mensibus hæsisse. Ad illum igitur Deus misit prophetam, qui excitaret è somno soporatum animum, et illum sceleris renovatâ et exaggeratâ memoriâ compungeret. Qui adductâ parabolâ sceleris indignitati accommodatâ, fecit ut rex ipse quasi damnaret alium, cujus proponebatur adumbrata culpa, in seipsum tulerit justum severumque judicium. Usus est autem parabolâ propheta, ut incautum regem et artificii nescium ad veritatis cognitionem, fœditatemque criminis agnoscendam, et in seipso puniendam pertraheret. Hoc porrò dicendi genus maximè est usitatum et familiare his regionibus, quæ terræ promissionis terminos attingunt, quibus Deus, ut in aliis plerùmque, dicendi stylum accommodavit. De quibus sic

(1) *Le Seigneur donc envoya Nathan vers David, qui lui dit : Il y avait deux hommes dans une ville, dont l'un était riche et l'autre pauvre.* David demeure dans son crime près d'une année, sans que la pensée lui vienne de s'en retirer. Dieu nous a voulu marquer ainsi sensiblement combien il est nécessaire qu'il agisse lui-même dans les âmes, pour les réveiller de leur assoupissement. Car sans la lumière de la grâce que Dieu nous envoie quand il lui plaît, nous ne voyons rien de nos péchés. Nous marchons dans nos ténèbres sans savoir où nous allons, et sans savoir même que nous sommes dans les ténèbres. Tout ce qu'on nous dit de bon pour nous attirer à Dieu, nous passe pour une parabole; comme tout ce discours de Nathan fut d'abord une énigme pour David, jusqu'à ce que Dieu nous dise lui-même au fond du cœur : *C'est vous qui êtes cet homme.* Si ce bon pasteur ne fût venu chercher cette brebis égarée, elle ne serait jamais revenue à lui.

Quoique le Sauveur ne parle plus maintenant par les prophètes, et qu'il se cache dans ses ministres et ses serviteurs, c'est toujours lui néanmoins qui vient nous chercher et nous guérir. C'est là ce que Dieu même nous veut enseigner, lorsqu'il nous fait voir David si longtemps tranquille dans son péché, et jouissant de cette fausse paix dont l'Évangile parle, jusqu'à ce qu'il lui vienne une lumière du ciel qui lui ôte le voile de dessus les yeux.

Nathan épargne beaucoup David dans ce discours figuré, puisqu'il ne lui dépeint, par la brebis que le riche ravit au pauvre, que le violement de Bethsabée, sans lui marquer la mort de celui auquel elle appartenait, c'est-à-dire le meurtre d'Urie. Car ce saint prophète allait à la source de la chute de David, le premier péché, qui était l'adultère, ayant été la véritable cause du second. Lorsque le prophète dit *qu'un étranger vint voir cet homme riche,* ce mot, qui marque le mauvais désir de la concupiscence, est, selon saint Augustin et Théodoret, très-mystérieux; et il nous apprend que cette faute de David *lui était comme étrangère,* et non pas d'habitude, ce qui l'aurait rendu bien plus difficile à pardonner. Car Dieu excuse bien plus les péchés qui se font comme par surprise que ceux qui viennent d'une longue accoutumance, et qui se sont comme enracinés dans l'âme par une habitude de beaucoup d'années. (Sacy.)

Hieronymus, l. 3 Comment. in Matthæum : « Familiare est Syris, et maximè Palæstinis, ad « omnem sermonem suum parabolas jungere, « ut quod per simplex præceptum teneri ab « audientibus non potest, per similitudinem « exemplaque teneatur. » In Testamento Novo occurrunt plurimæ, in Veteri non paucæ, qualis est illa c. 14, Thecuanæ feminæ in causâ Absalomis, et Jonathan Jud. c. 9. Parabola aperta est, nec difficilis accommodatio. Tantùm videndum, an aliquid in hâc parabolâ sit à consuetudine alienum ; nam parabolæ ab eo sumuntur plerùmque, quod usu venire solet. Et in hâc parabolâ necessariò dicendum, cùm Davidi fuerit non ut parabola proposita, sed ut historia vera ; alioquin non tam in illum esset stomachatus, qui suis pepercisset ovibus, et alienam ad hospitale convivium occidisset.

Vers. 3. — Pauper autem nihil habebat omninò præter ovem unam parvulam, quam emerat, et nutrierat, et quæ creverat apud eum cum filiis ejus, simul de pane illius comedens, etc. Hanc parabolam mox historiæ accommodabimus ; nunc umbram ipsam, et quasi historiæ corticem explicemus. Solent animalia quædam naturâ mitia atque domestica, aut arte cicurata in deliciis haberi, quæ si ejusmodi sunt, ut varios domino ludos et delicias afferant, magno habentur in amore et pretio. Quales sunt canes Melitenses, aviculæ loquaces et vocales, et alia verè ludicra otiosorum et delicatorum hominum oblectamenta. Inter hæc sunt alia honesta magis, quæque virorum sanctorum disciplina severa non respuit, quales sunt cicurati cervi, oves et agni, qui ad mensam veniunt, neque minùs sunt familiares ac domestici, quàm servi ac filii, quales fuêre cervus Cyparissi, de quo Ovidius lib. 10 Metam., et cervus, de quo Virgilius lib. 7 Æneidos :

Cervus erat formâ præstanti, et cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant, Tyrrhusque pater, cui regia parent
Armenta, et lati custodia credita campi.
Assuetum imperiis soror omni Sylvia curâ
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,
Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.
Ille manum patiens, mensæque assuetus herili, etc.

Sic autem à Marone ex hominum consuetudine finguntur illius cervi domini tulisse graviter occisum esse domesticum cervum, ut ideò bellum agreste dicatur excitatum, et in eo cecidisse non pauci. Hinc colligi potest, quàm justè dolere debuerit vir ille, de cujus sinu erepta est et jugulata ovis, et quàm graviter ac justè David in illum indignatus fuerit, qui occisâ ove illius dominum et penè parentem dolore non injusto tam graviter affecerit (1).

Vers. 5. — Vivit Dominus, quia filius mortis est vir qui fecit hoc (2). Perculit statim regis animum sceleris improbitas, et ex offenso animo erupit statim quasi vibratum è nube fulmen, horribile judicium, quod confirmavit David addito juramento, torsitque vehementiùs, quemadmodùm ab amente telum violentiùs adigitur. *Filius mortis* ex Hebræorum idiomate ille dicitur, qui dignus est morte, quod declaravit hoc loco David, et ut illam vir ille inclemens et avarus subiret, pro regiâ potestate decrevit : neque enim quid sentiret tantùm, sed etiam quid faciendum esse decerneret, illo dicendi genere significavit. (3)

Vers. 7. — Tu es ille vir. Postquàm in adumbratum illum virum hostilem spiritum imbibit David, et severum mortis judicium fulminavit, accommodavit Nathan inductam parabolam, et regem ipsum sui judicii gladio jugulavit. Ovis, quam homo ille barbarus et rusticus de sinu abstulit, fuit Bethsabee, quem de sinu, id est, de legitimo Uriæ thalamo abduxit David. Quam Urias emerat nuptiali more, sicut David ipse cum sui capitis periculo centum Palæstinorum præputiis emit Saülis filiam ; et Jacob septem annis duræ servitutis emit sponsam Rachel. Quomodò ab sponsis emerentur sponsæ, diximus in nostris Commentariis ad

(1) Vers. 4. — Parcens ille sumere de ovibus. Adjunctum hoc maximi in hâc re momenti erat ; idque facilè Davidem induxit, ut pronuntiaret, criminis illius reum dignum esse morte ; furti enim crimen nonnisi quadrupli pœnâ mulctatur. Quæ animi imbecillitate committuntur crimina, veniâ utcumque digna sunt ; cùm verò dolo malo atque animi perversitate peccatur, ut libido expleatur, tum utique crimen excusationem non meretur. (Calmet.)

(2) *David entra dans une grande indignation contre cet homme.* Cette disposition de David nous fait voir que l'amour de nous-mêmes possédant notre cœur, aveugle notre raison, et que nous jugeons toujours plus sainement de ce qui se passe dans les autres, que de ce qui nous regarde nous-mêmes. (Sacy.)

(3) Vers. 6. — Ovem reddet in quadruplum, ex lege Exodi 22, 1, sancientis : *Si quis furatus fuerit bovem aut ovem, quinque boves pro uno bove restituet, et quatuor oves prounâ ove.* David morte quatuor liberorum mulctatus est, prioris nempe è Bethsabee, Amnonis, Absalomi et Adoniæ, in criminis sui pœnam ; violatam tulit filiam ab Amnone filio suo ; tum et uxores suas publico Absalomi incestu pollutas. Septuaginta : *Reddet agnam in septuplum.* (Calmet.)

cap. 2 Oseæ, et in cap. 1 Cant., ad illud : *Vineam meam non custodivi.* Neque fortassè parvò stetit Uriæ Bethsabee conjugium, propter eximiam illam venustatem, quâ primùm oculos, deinde animum cepit Davidis.

Hæc autem *dormire* dicitur *in mariti sinu*, quia id proprium est sponsæ in nuptialibus sacris, ut diximus Cant. 2, ad illud : *Læva ejus sub capite meo :* usque adeò ut *cubans in sinu* proprietas sit sponsæ, et illius epitheton ; hoc enim modo sponsa describitur Micheæ cap. 7, v. 5 : *Ab eâ, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Deuteron. 13, v. 6 : *Uxor quæ est in sinu tuo,* et cap. 28, v. 54, *uxori, quæ cubat in sinu tuo.* Eccles. cap. 4, v. 1, uxor vocatur, *mulier sinûs viri sui.*

Ego unxi te in regem super Israel, etc. (1). Ut augeat criminis gravitatem beneficia Dei nomine commemorat Nathan, quibus Deus Davidem cumulatissimè complexus est. Quemadmodùm Samuel cùm Saülis vellet inobedientiam exaggerare, in memoriam revocavit, quàm multiplex à Deo beneficium acceperit. Sed hìc speciatim illorum meminit, quæ Davidem maximè arcere debuerunt à peccando. Primùm quia constitutus est rex, cujus id est proprium, ut legum sit et æquitatis custos et vindex, non eversor et proditor; cujus peccatum aliis ad peccandum et januam aperit et ingerit, atque alit audaciam. Deinde, quia si minùs vellet se ab eo temperare, quò rapit animalis natura et propagandæ sobolis appetitus, satis illi uxorum datum est, ubi amatoriam sitim ad satietatem expleret. Quare non necesse fuit, ut ex virorum sinu uxores abduceret alienas.

Vers. 8. — Dedi tibi domum domini tui, et uxores domini tui in sinu tuo. *Domus* significare potest regiam potestatem, quam à Saüle Dominus transtulit ad Davidem. Sed hìc, ut est communis fermè sententia, traditum esse dicitur Davidi quidquid ad familiam priùs pertinebat Saülis, servos puta, ancillas et uxores, et quidquid in eâ familiâ opum atque ornamentorum fuit ; maximè ex quo Isboseth filius Saülis regnum appetiit, quod Deus à parente sustulerat, propter quod privari jure optimo potuit omnibus bonis, quæ illi ex paternâ hæreditate provenire potuerunt. An verò uxores acceperit quæ fuêre Saülis, incertum est. Quidam affirmant, et in his Hebræi, qui dicunt ex uxoribus Saülis duxisse Davidem Michol, Æglam et Respham. Quod optimè q. 3, confutat Abulensis. Sed dicendum, datum, id est, permissum à Deo fuisse Davidi ut uxores jam tamen viduas Saülis conjugalis sibi nexu copularet, quas tamen etsi per legem et religionem liceret socias habere thalami, non tamen fecit. Accusatur tamen, quia cùm haberet plurimas, quas salvâ religione cognoscere potuerit maritali consuetudine, ad eam quam tangere nullo modo fas erat, animum adjecit. Dare autem in sinu, ut paulò ante dicebamus, idem est, ac tradere in legitimum rei conjugalis usum. Hoc verò est habere numerosum gregem, ex quo sibi, quam vellet ex multis, ovem eligeret, et ab illis abstinuisse omnibus, et illam abstulisse, quam habebat unicam et unicè dilectam homo pauper.

Et si parva sunt ista, adjiciam tibi multò majora (1). Hæc, opinor, dicuntur, quæ promissa Davidi fuerant, neque tamen impleta, qualia sunt in ipsius domo stabile futurum esse regnum, ex suo genere nasciturum Messiam, quæ aliis, quæ consecutus jam fuerat David, augustiora multò sunt, quæque ingenuis animis necessitatem quamdam videbantur allatura, ne unquàm nisi de divinâ voluntate præstandâ, et de referendâ gratiâ cogitarent.

Hospes peregrinus, cui comedendam obtulit alienam ovem, fuit libido et pruriens appetitus intemperantis concupiscentiæ, qui insaturabilis est, neque unquàm dicit : Sufficit, ut de feminarum luxuriâ dicitur Proverb. 30, v. 16. Est autem affectus ille immoderatus et præceps, peregrinus ab eo qui sacro est inunctus oleo, et rei præpositus publicæ, et cui tot sunt

(1) *Voici ce que dit le Seigneur : Je vous ai sacré roi sur Israël, et je vous ai délivré de la main de Saül.* Dieu traite ici David comme tous les pécheurs qu'il veut convertir. Avant que de leur reprocher leurs crimes, il leur représente toutes les grâces qu'il leur a faites, et cette peine même qu'il avait à leur en faire encore de nouvelles. Car il veut que l'opposition de sa bonté et de leur ingratitude leur fasse voir plus clairement combien ils étaient indignes d'avoir un tel père, et combien ils se sont rendus coupables d'avoir si mal répondu à tant de preuves de son amour. Ceci donc nous regarde tous, puisqu'il n'y a personne qui n'ait reçu de Dieu des témoignages de sa bonté paternelle. Il nous a donné part à un royaume plus considérable que celui de la Judée, et il nous a délivrés d'un ennemi plus redoutable que n'était Saül. C'est donc à nous aussi bien qu'à David qu'il adresse ces paroles: *Pourquoi m'avez vous méprisé jusqu'à commettre le mal devant mes yeux?* (Sacy.)

(1) Reddi posset Hebræus : *Si parva sunt ista, adjiciam tibi hæc et hæc,* rebus aliis de nomine designatis, ut vitâ diuturnâ, regno felici, sapientiâ, opibus, etc. Septuaginta : *Adjiciam tibi similia.* (Calmet.)

à Domino beneficia collata; qui domi secum arcam habet Domini, quæ potiùs *Dei domus* vocari poterat, à quâ omnis abesse turpitudo debuit, et opus omne à sanctitate peregrinum. Huic itaque hospiti, qui à diabolo legatus est, et ab eo mandata perfert planè mortifera, ovem offert alienam, qui appetitum illum impurum satiare studet veneris usu furtivo, et à lege atque pudore naturali prohibito.

Vers. 9. — Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut malum faceres in conspectu meo? Violavit David verbum Domini, quia contra Domini præceptum post adulterium homicidium admisit. Ita communiter. Ego hoc verbum Domini illud esse opinor, de quo paulò antea, nempe stabile futurum regale solium in Davidis familiâ, et Regem regum Christum è Davidicâ stirpe nasciturum. Quod verbum ille videtur contemnere, et habere vile, qui quod benefactori videt esse gratum, non præstat, neque quidquam habet pensi, quid ille aut velit, aut oderit, dummodò peregrino hospiti, id est, diabolo, aut suæ sibi libidini satisfaciat. Adde, quòd si promissio illa de Messiâ conditionata fuit, quales aliæ multæ factæ Davidi (ut illa, de quâ supra cap. 7, à v. 10), si peccatis se tam gravibus et turpibus implicuit, et tantum impedimentum opposuit peccando, ille promissionem videtur contempsisse, quasi nihili faciat, quòd irrita fuerit, aut vana promissio.

Ut faceres malum in conspectu meo. Augetur ex loco flagitii turpitudo, cùm peccatum priùs animo conceperit in eâ domo, ubi arca erat Domini; et si quod aliud in terris, illud erat præcipuum habitaculum Dei. De hoc ignominiæ genere variæ à prophetis querelæ sunt in populum, qui non est verecundatus talia in templo admittere flagitia in conspectu Dei, qualia in hominum conspectu non auderet. Mitto alia, quæ infinitis penè locis occursant, illud dico Isaiæ 57, v. 8: *Juxta me discooperuisti, et suscepisti adulterium.* Vide quæ nos in eum locum pluribus. Admisit itaque David adulterium: sanè adulter ipse adulterium admisit in conspectu Domini, et peregrinum hostem, nempè diabolum, in divini sacrarii societatem admisit, et quasi Deum fecit contubernalem. Id, puto, David dolebat, iterabatque sæpè, cùm dicebat psal. 50: *Malum coram te feci.* Repetebat nempe verbum Dei, quod ante per Prophetam audierat.

Vers. 10. — Quamobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. Non semel à nobis observatum est, *æternum*, *sempiternum*, et similia significare aliquando, non quod nullo clauditur fine, sed quod diuturnum est. Quare si quod malum diu in alicujus familiâ inveteravit, illud ex Hebraici sermonis proprietate, et Scripturæ usu æternum appellatur. Bacchatus est gladius in domo David, quia statim occisus fuit puer ex adulterio conceptus; non longè post Amnon Absalomis imperio, et Absalom ipse à Joab, qui bellum movit contra patrem, et illius domum stricto ferro hostiliter invasit. Deinde Adonias à Salomone; et omnes denique, uno aut altero excepto, à vicinis hostibus, bello tentati sunt, et vario conflictu vexati atque attriti vehementer.

Eo quod despexeris me, et tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut esset uxor tua. Despectus dicitur Deus, tùm propter illa quæ dicebamus nuper, tùm quia uxorem duxit illius quem eam ob causam fraudulenter occidit. Sed cur ideò despectus? Quia illam traduxit in eam domum, in quam non multò antea arcam traduxerat. Et licet in illius conjugio nullum videretur intercessisse peccatum, quia jam erat à conjuge viduata Bethsabee, neque lex ab altero connubio repellebat, tamen aliquid erat quod in eo connubio etiam legitimo Dominus probabat minùs, imò et apertè condemnabat. Neque enim, ut est communis interpretum sensus, à suo scelere resipuerat David, neque priorem cogitationem, aut impuræ voluptatis studium abjecerat. Quare licet post illud tempus non accederet ad alienam, non tamen alienus erat ab affectu priori; neque tam sobolis legitimæ, quàm venereæ voluptatis gratiâ, assiduam habebat consuetudinem, idque in domo, quam David habebat penè cum Domino communem. Licet autem non esset adulterinus ille congressus, affectus tamen ille venereus non longè aberat ab adulterino, quia eodem modo cùm posset, non incommodè consuetudinem haberet cum alienâ, quam toto illo tempore habuit cum legitimâ ac suâ.

Theodoretus q. 25, et Procopius hoc matrimonium, seu matrimonialem usum damnari dicunt à Deo potiùs, quàm priorem, qui fuit adulterinus, quia hic ab eo affectu primùm erupit, qui præceps est, et mentem evertit; ille magis jam pacatus et liber probare videtur et continuare, quæ cæcus amensque susceperat. « Tacitè, inquit Theodoretus, signi-« ficat oratio, quòd Deus magis succensuit ob « matrimonium, quàm ob prius admissum

« adulterium. Nam illud quidem erat vehementissimæ cupiditatis, quæ rationi torporem induxerat; hoc autem habet etiam assensum rationis, quam post iniquam cædem oportebat lamentari ac lugere, non nefario assentiri matrimonio. » Eadem fermè Procopius.

VERS. 11. — ECCE EGO SUSCITABO SUPER TE MALUM DE DOMO TUA (1). Durum est ab aliis vulnus aut ignominiam subire; at ab illis pati, qui tibi sunt necessitudine aut sanguine conjuncti, multò durius, quia ab illis injuriam sustines, à quibus expectabas gratiam, aut officium naturæ, aut liberalitati debitum. Sic sanè significabat David Psalm. 54, v. 15 : *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique,* etc. *Tu verò, homo unanimis, dux meus, et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos,* etc. Notum est illud Cæsaris, qui cùm in conjuratorum manus incidisset, gravissimo illi dolori fuit, quòd inter illos filium quoque in suam cædem conspirâsse vidit; et quasi reliqua omnia toleranda duceret, hanc unam vocem expressit dolor : Καὶ σὺ, τέκνον : *tu quoque, fili!* Hic autem, qui contra parentis caput impias armavit manus Absalom fuit, de quo postea satis multa, quæ brevi statim sermone comprehenduntur.

ET TOLLAM UXORES TUAS IN OCULIS TUIS, ET DABO PROXIMO TUO. Non violavit Absalom paternum thalamum in oculis David, id est, ipso vidente Davide, quia, ut constat ex c. 16, jam ipse David excesserat è Jerusalem, reliquerat-que, ut custodirent domum, decem concubinas, cum quibus Absalom toto spectante populo concubuit. Dicitur autem Absalom ante paternos oculos cum illâ concubinarum multitudine congressus, quia non quæsivit tenebras, quas actus ille nefarius requirebat, sed ita flagitium illud aggressus est apertè, ut nemo non aspexerit. Et cùm diù regem dedecus illud latere non potuerit, perinde censeri debuit, atque si illo spectante atque dolente, thorus esset violatus à filio. Ita Abulensis q. 9, Dionysius. Proximus dicitur Absalom, quia nemo magis cum Davide conjunctus, quàm ab illo genitus; et fortassè illo nemo charior. Quod satis probavit in filii morte tam gravis in parente dolor et planctus toties tam molliter et amanter expressus. Concubuit autem Absalom, non cum uxoribus illis quarum audivimus nomina c. 3, sed cum concubinis, quas accepisse dicitur c. 5, quas ideò David restitutus in regnum prioremque fortunam arctè conclusit, neque illas ampliùs, sicut antea, cognovit, ut habes cap. 20, vers. 3.

VERS. 12. — IN OCULIS SOLIS HUJUS. Hic dicendi modus aliquid indicat aut nimiùm justum, et in quo inveniri nihil potest, quod non probat hominum sensus: nam qui hæc faciunt, amant lucem, quia nihil habent, propter quod aliorum oculos et judicia formident. Aut certè mores indicat nimis impudentes aut fatuos, qui palam faciunt, quod neque in latebris fieri sine pudore potest. Quales sunt meretrices, quæ publicè quæstum profitentur turpem, et venalem pudorem in fornice prostituunt. Quòd si eò progrediatur impudentia, ut nihil opponatur aliorum oculis, non murus, non porta, non denique velum, aut tegumentum aliquod, quando sic apertè nudant corpus et libidini vacant, neque tantùm ex illo nefario concubitu voluptatem captant, sed etiam aliorum oculis exhibere student, illi opus illud execrandum in oculis solis, aut spectante sole facere dicuntur. Illa enim videre sol existimatur, quæ luce collustrat, aut quæ ibi exercentur, unde sol ab homine videri solet. Quare quæ nocte fiunt, aut in latebris, aut objecto velo, illa à sole videri negantur, quia eò solares radii non irrumpunt.

In oculis igitur *solis* opus exercuit Absalom, quod in tenebris, et longè intra mortuos cogi-

(1) Ut scilicet Absalom filius tuus persequatur te. Nam, ut ait S. Chrysost. in Psalm. 3 : « Unde est fons peccati, illinc est plaga supplicii; quia ergo à præcepto Domini exul fugitivusque fuerat, propterea filium fugiebat. » Et mox : « Nisi peccatorum scintillas occultâsset, domus non conflagraret. » Morale deinde documentum subdit, eos, qui in juventute cum mulieribus peccârunt, postea incidere in uxores molestas et rixosas, à quibus præterita libido per Deum castigatur, juxta illud Ecclesiast. 7, 27 : *Qui autem peccator est, capietur ab illâ,* quasi ab amorum antidoto, quod peccatorum malos humores consumat. Audi Chrysost.: « Uxor tecum bellum gerit, ingresso tanquàm fera occurrit, linguam tanquàm gladium acuit. Res quidem valdè molesta ac difficilis, quòd auxiliatrix adversaria facta est; teipsum tamen examina : numquid in juventute in mulierem novi quid attentâris, et quod mulieri à te vulnus inflictum est, curetur per mulierem, et alienum ulcus propria uxor chirurgi officio fungens medicetur; et quamvis quæ secet ignores, novit tamen Deus medicus. Ipse enim eâ tanquàm ferro adversùs te usus est, et quemadmodùm ferrum nescit quid agat, futuram autem per ferrum medelam novit medicus, ita etiam licet ignoret uxor, quæ ferit, et maritus, qui feritur, causam ictûs, Deus tamen ut medicus, novit quid conferat. »
(Corn. à Lap.)

tari pudori illi esse et horrori debuisset. Nam eo consilio paternum temeravit cubile, ut populus videret juxta consilium Achitophelis, et illius contra David conculcatum jam et despectum à filio inflammaretur studium; c. 16, v. 21 : *Et ait Achitophel ad Absalom : Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum, ut cùm audierit omnis Israel, quòd fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.* Et statim additur : *Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israel. In solario,* inquit, id est, in loco aperto, ubi neque paries, neque velum arcerent inverecundos oculos ab inverecundo, et mille nominibus execrando spectaculo. Neque mihi dubium est, in eodem solario Davidis violatas esse concubinas, in quo primùm David alienam uxorem concupivit; nam *ex solario* dicitur vidisse mulierem, cùm seipsam domi suæ lavaret.

Vers. 13.—Peccavi Domino (1). Ad hunc usque articulum excors videtur fuisse, et sine mente David, quia voluptas illa venerea, cui se sub id tempus intemperanter immerserat, sanum illi sensum et mentem eripuerat. Cùm autem

(1) *David répondit à Nathan : J'ai péché contre le Seigneur, et Nathan lui répondit : Le Seigneur a transféré aussi votre péché ; vous ne mourrez point.* Quelques-uns expliquent ces paroles de la mort temporelle, comme si Nathan avait dit à David : Dieu ne vous ôtera point la vie, quoiqu'il fût juste, selon la loi, qu'un adultère et un homicide fût puni de mort. Mais saint Augustin entend cette parole *de la mort éternelle*, et il l'explique en cette manière : « L'Esprit de Dieu, dit ce saint, « voyait le fond du cœur de David, lorsque « étant repris par Nathan, il dit : *J'ai péché.* « C'est pourquoi, aussitôt qu'il eut prononcé « cette parole, le prophète ajouta que Dieu « lui avait accordé le pardon de sa faute et « qu'il ne mourrait point, c'est-à-dire qu'il ne « perdrait point la vie éternelle. Mais il lui « prédit en même temps qu'il souffrirait de « très-grandes afflictions, qui lui devaient « naître de sa maison même. » Dieu donc était résolu de sauver David pour jamais, et néanmoins il voulait qu'il fît pénitence de son péché, et que les blessures de son âme fussent guéries par une longue suite de maux. « Car « c'est un arrêt immuable de la justice divine, « ajoute ce même saint, qu'encore que Dieu « remette les peines spirituelles et éternelles « aux vrais pénitents, il ne remet néanmoins « à personne les peines de cette vie et les souf- « frances du corps, dont il n'a pas voulu « exempter ni les martyrs mêmes, ni son « propre Fils. Aussi, lorsque David a vu sa « maison affligée en tant de manières, et que « tous les maux dont le prophète l'avait me- « nacé sont fondus sur lui, il a été très-éloigné « de se plaindre qu'il avait été trompé; et il « n'a point murmuré contre Dieu, comme si le « pardon de sa faute qu'il lui avait pro- « mis, n'avait été qu'apparent et non véritable. « Car ce prince, qui était si saint, et qui vou- « lait être grand en Dieu, et non contre Dieu, « envisageait par l'œil de la foi ces peines in- « compréhensibles où son péché l'aurait fait « tomber, si Dieu n'avait reçu sa confession « et sa pénitence. Et lorsqu'il considérait les « malheurs dont sa maison était accablée, il se « sentait infiniment obligé à Dieu, et de la mi- « séricorde éternelle qu'il lui avait promise, « et des maux temporels dont il daignait le « châtier pour le rendre digne de cette grâce. »

Aussi c'est avec raison que quelques interprètes ont remarqué qu'encore que Dieu ait fait miséricorde à ce saint prophète, qu'il appelle lui-même *un homme selon son cœur,* il a néanmoins signalé sa justice d'une manière terrible dans les plaies différentes dont il l'a frappé. Et l'on peut dire que, selon la réponse que David fit à la parabole de Nathan, Dieu lui a fait réparer *au quadruple* l'injustice qu'il avait faite à l'innocence d'Urie. Car pour un homme qu'il a tué injustement, il a perdu quatre fils; l'enfant qui naquit d'abord, Amnon et Absalom, pendant sa vie, et Adonias aussitôt après sa mort. Et comme il avait déshonoré Urie en la personne de Bethsabée, son propre fils l'a déshonoré de la manière du monde la plus outrageuse, non en une seule, mais en dix de ses femmes; non en secret, comme avait fait David, mais à la vue de tout un peuple, avec un mépris qui rendait encore beaucoup plus insupportable l'indignité d'une injure si atroce.

Ainsi la justice et la miséricorde s'accordent l'une avec l'autre dans les vrais pénitents, selon la parole du psaume. Et Dieu imprime dans leur cœur un amour humble de cette équitable sévérité avec laquelle il les traite, qui est, en effet, toute pleine de bonté et de grâces pour ceux qui en jugent par la lumière et le sentiment de la foi.

Saint Augustin fait encore cette réflexion importante sur cette histoire : « David a dit : « *J'ai péché,* et Nathan l'assure que son péché « lui est remis. Saül a dit aussi : *J'ai péché,* « et Samuël ne lui dit point que son péché lui « est remis. Il l'assure, au contraire, que Dieu « l'a rejeté, et qu'il a donné son royaume à un « autre. » Ce saint docteur démêle excellemment en ces termes cette difficulté qu'il s'est proposée : « Ces deux princes, dit-il, ont dit « tous deux : *J'ai péché;* mais ils l'ont dit très- « différemment : les hommes leur ont entendu « prononcer les mêmes paroles; mais Dieu, « qui sonde les reins, et qui pénètre les secrets « des âmes, a vu une prodigieuse différence « au fond du cœur de l'un et de l'autre : *In* « *simili voce quam sensus humanus audiebat,* « *dissimile prorsùs erat quod divinus oculus dis-* « *cernebat.* » Saül dit à Samuël : *J'ai péché,* et il ajoute : *Mais honorez-moi devant mon peuple.* Il s'abaisse en paroles, et il s'élève en effet. Il dit *qu'il a péché,* non parce qu'il ait un regret sincère d'avoir offensé celui qui l'avait comblé de biens, mais parce qu'il a peur de perdre le royaume que Dieu le menace de lui ôter. David, au contraire, dit *qu'il a péché;* mais

illi et lux oculis, et sanitas animo restituta est, statim agnovit animi sui planè horribilem speciem, quæ illum evestigiò clamare coegit : *Peccavi Domino*. In quibus verbis veram pœnitentiam agnoscunt Patres et interpretes, quia verba illa non fuerunt vacui et sine mente soni, sed magni cujusdam doloris et pœnitentis animi illustre documentum. Illud, *peccavi*, peccati indicat cognitionem et pondus, cui affinis est dolor; sed quia dolor iste multiplex esse potest, ille indicatur, dùm subditur *Domino*, qui verus est, quique à Deo veniam obtinet peccatorum.

Est enim dolor, qui humana tantùm spectat commoda, et ex eo nascitur, quia aut homo suis frustratur votis, aut privatur commodis, quæ cupit et venatur humana necessitas. Quia videlicet homini peccatori aut bonum nomen, aut patriam et dignitatem, aut humanas opes eripit lex, quæ pœnam irrogat peccato. Talis fuit dolor, quem ex peccato concepit Saül, cùm dixit, c. 15, v. 30, l. 1 : *Peccavi*. Cur verò doleret, statim explicuit, dùm ait ad Samuelem : *Sed nunc honora me coram senioribus populi mei, et coram Israel*. Timere enim tantùm videbatur, ne vilis haberetur in populo, et è regno excideret : et hic dolor prorsùs est inutilis. Simili afficiebatur dolore Antiochus, l. 1 Mach. c. 6, v. 12, qui dolebat memor malorum, quæ fecerat in Jerusalem; dolebat tamen, quia ideò putabat inflictum sibi morbum et mortem instare. Alius est dolor aliquantò nobilior, imperfectus tamen, et ab affectu natus illiberali et servili, qui aut pœnas metuit, aut bona desiderat æterna; et ideò malè afficit hominem, quia hæc amittit, et illas sibi subeundas esse videt. Cùm in his qui peccaverunt, similes sint voces et externa signa, quia tamen non similis fuit dolendi causa, effectus fuêre longè dissimiles. Vide Augustinum l. 22 contra Faustum, cap. 67.

en même temps il s'humilie profondément devant Dieu ; il accepte de tout son cœur tous les maux qu'il lui plaira de lui envoyer. Il est prêt à satisfaire à sa justice, et il espère en sa bonté infinie, étant persuadé qu'il ne lui enverra des maux que pour le guérir.

Saint Ambroise a dit, dans ce même esprit, qu'aussitôt que David eut dit à Nathan : *J'ai péché*, le prophète ajouta *que Dieu avait transféré son péché et qu'il ne mourrait point*, parce qu'il connaissait par une lumière du ciel *que sa pénitence était intérieure et profonde*; et qu'il voyait dans la disposition de son cœur comme une racine féconde d'où devaient naître les fruits d'un regret sincère, qu'il produirait jusqu'à la fin de sa vie. (Sacy.)

Alius est ingenuus dolor, qui in peccato divinam offensionem et injuriam videt, et ideò mœret, quia illius videt contemptam esse legem et offensum animum, quem amat super omnia, et à quo tam largis est cumulatus beneficiis. Id verò in illo dativo, *Domino*, significatur, quem esse offensum atque contemptum tanti facit, ut reliqua omnia tam suî ipsius, quàm Uriæ detrimenta non sentiat. Quod iterùm dixit, Psal. 50, hùc, ut opinor, spectans : *Tibi soli peccavi, et malum coram te feci*. Quod meo judicio verum est; neque alia expositio mihi videtur esse commodior tam in hunc locum, quàm in Psal. 50, ad eadem propè verba, juxta illam regulam quam in nostris Commentariis super Ezechielem adduximus ad illud c. 20 : *Dedi eis præcepta non bona*. Diximus enim ex usu Scripturæ negari aliquid esse, quod alterius comparatione existimatur exiguum. Quomodò Samaria et Sodoma, licet magnis se flagitiis implicuissent, comparatione Juda justæ vocantur, Ezech. cap. 16 : *Justificâsti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis*. In hunc ego sensum explicabam illud Lucæ cap. 14, v. 26 : *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem*, etc. Quia tantus esse debet erga Deum amor, ut ejus comparatione quicumque alius amor odium vocari possit. Quod explicuit Matth. cap. 10, v. 37, quieamdem Christi sententiam verbis propriis, et non figuratis expressit : *Qui amat patrem et matrem plus quàm me, non est me dignus*. Sic ergo cùm David peccâsset in Uriam, cujus violavit thorum; in Bethsabee, quam ad gravem adulterii culpam et infamiam induxit; in populum, cui plurimùm exemplo malo nocuisse potuit, peccâsse tamen se dicit Domino, quia comparatione offensionis divinæ, offensiones aliæ nullæ existimantur. Et ideò Psal. 50, qui hoc ipso tempore compositus fuit, ut ex illius præfixâ inscriptione constat, non solùm Domino peccâsse se dicit, sed soli Domino : *Tibi*, inquit, *soli peccavi*. Itaque non dolet David, quòd peccatum suum in omnium cognitionem veniat, quòd compressus aliquandiù ex ulcere putri fœtor erumpat, suumque nomen gravi apud omnes laboret infamiâ; quòd moriturus filius ex adulterio conceptus; quòd uxores in conspectu solis opprimantur à lascivo filio; quòd ab illius domo sit gladius recessurus in æternum; hæc, inquam, non curat David, quia multò acerbiùs divinæ offensionis aculeis exulceratur animus. Hæc Theodoretus et Basilius in Psal. 50. Audi Basilium, dùm exponit illud : *Tibi soli peccavi* :

UNIVERSITAS O. M. L.

« Cùm multis ac magnis donis tuis sim potitus, « contraria tamen rependi. Non enim hoc dicit, quòd in Uriam non deliquerit : deliquit « quidem et in illum, et in uxorem ejus; verùm maxima hæc prævaricatio adversùs « Deum præcipuè fuerat commissa, qui ipsum « elegerat, et regem constituerat. » Eodem fermè modo Theodoretus.

Hujus verò doloris maxima dedit documenta David. Primùm in Psal. 50, qui eodem tempore compositus fuit, quo peccati fuit accusatus à Nathan, in quo tot sunt gravissimi doloris indicia, quot sunt in illo verba. Addit autem historia Scholastica, cùm primùm David ab ore Nathan divinam reprehensionem audivit, descendisse de throno, sedisse in terrâ, neque erubuisse in omnium conspectu confiteri peccatum. Aliud argumentum addit Chrysostomus tom. 1, homil. 2 in Psal. 50, dùm dicit, nullâ excusatione Davidem elevâsse culpam, neque durè tulisse reprehensionem, sed quasi unus esset ex ordine plebeio caput demissum et regiam cervicem subjecisse : « Ille, « inquit, velociter rediens ad conscientiam « tanquàm fidelis et idoneus servus culpam « simpliciter confitetur, et dicit : *Peccavi Domino.* Vides et in dolore ingenuitatem animi? « Nec dixit ad eum : O ille tu, cur non consideras fragilitatem humanam? Cur non temetipsum carnalem intelligis? Aut nescis « me in culmine constitutum esse regali? Cur « mihi audacter impegisti crimen? Sed quid « dicit? *Peccavi Domino.* » De pœnitentiâ Davidis multa dicuntur à Patribus, quæ à nobis hoc loco, ne longiores simus, omitti posse videntur, cùm illa apud suos auctores videri possint facilè. Vide Ambrosium in Apologiâ pro David, Augustinum in Ps. 50, et ibidem Chrysostomum.

Hæc expositio mihi omnium placet maximè; aliæ sunt variæ tam in hunc locum, quàm in illum Psal. 50 : *Tibi soli peccavi,* qui aut idem est, aut ab eo non admodùm diversus. Chrysostomus in Ps. 50, Ambrosius epist. 7, lib. 2, ideò à Davide dictum esse putant : *Tibi soli peccavi*, quia Deus solus ipsius potest punire peccatum, et quia solus ipse novit, et quia nullam in caput suum superiorem videbat esse potentiam. Quis enim tutò regum improbare consilia poterit, aut factum condemnare? Hoc unius Dei opus est, qui neminem metuit, qui quos in regnum sustulit, eosdem, cùm libuerit, è regno dejicit. De hoc Job c. 34, v. 18 : *Qui dicit regi, apostata; qui vocat duces impios.*

Aliam Augustinus explicationem addidit Augustino dignam, q. 55 in Deut., tom. 4, quam, licet non putem esse litteralem, quia tamen maximè est ad mores, libenter adducam. Ait enim ideò dictum esse à Davide hoc loco, et Psal. 50, uni Domino se peccavisse, et Jerem. cap. 14, v. 7 : *Tibi peccavimus*, quia cùm noxium sit omnibus peccatum, soli tamen Deo quodammodò videtur esse utile, quia in eo peccato delendo, Dei ostenditur tùm misericordia atque patientia, tùm etiam potentia, quam ad opus illud infinitam esse oportet. Sic autem ille post alia multa in hoc argumento præclaro : « Hoc agitur, ut Deus ignoscendo « glorificetur, quia magna est ejus misericor- « dia super confitentes sibi, et redeuntes ad « se, qui dicit se nolle mortem peccatoris, sed « tantùm ut convertatur et vivat. Hinc et ipse « David non solùm in Psalmo, verùm etiam « cùm Deus eum argueret per prophetam, non « sine spe propitiationis Domini respondit : « *Peccavi Domino.* » Et adducit vulnerati exemplum, qui se medici manibus curandum subjicit. Ille enim tunc maximam medico conciliat gloriam, cùm morbum illi, seu vulnus subjicit, cui solus ille afferre potest sanitatem, cùm aliis ad morbum illum desperatum facultas omnis atque potentia desit. Quare si quisquam ex casu foret ita collisus, ut non nisi ab uno adhiberi posset utilis medicina, rectè illi ægrotus diceret : Tibi soli cecidi; tùm quia solus potes à morte vendicare; tùm quia tibi uni gloriam augebit casus, qui mihi tam fuit perniciosus. Hoc modo magnam alicujus sapientiam, seu fortitudinem significare solemus. Sic, cùm casus accidit à naturâ occultus et admirabilis, aptè aliquis diceret : Hic tibi, ô Plato, seu Aristoteles, casus accidit, quem explores et doceas; si quod anceps et implexum ænigma : Hoc te, ô Œdipe, postulat; si monstrum horribile : Hoc tibi, ô Hercules, monstrum natum est, quia præter te nemo illud extinguet. Hoc dixisse videtur alio loco David Ps. 40, v. 5 : *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Quasi dicat : Animam meam habeo à peccato sauciam; sana, obsecro, illam, quia tibi uni tanti vulneris medicina reservata est.

Quòd autem præter Deum nemo possit tollere peccatum, certum est; quòd autem peccatum delere et illi ignoscere, à quo offensus sit, magnam Deo præbeat materiam ad gloriam, multa probant. Numer. 14, v. 17, cùm dixisset Moyses : *Magnificetur ergo fortitudo Domini, sicut jurâsti dicens : Dominus patiens, et multæ*

misericordiæ, auferens iniquitates et scelera, etc., quasi hoc esset gloria Dei, respondit Deus ipse statim, v. 20 : *Dimisi juxta verbum tuum ; vivo ego, et implebitur gloriâ Domini universa terra.* In hunc sensum accipiunt nonnulli illud ad Roman. 3, v. 23: *Omnes peccaverunt, et egent gloriâ Dei.* In quibus sunt Ambrosius et Anselmus, et Glossa. Sic autem ibi Anselmus : « Deus « magis magisque glorificatur tribuendo bene- « ficia gratiæ suæ per remissionem delicto- « rum. » Quòd si peccata delere, et delictis ignoscere Dei gloria est, sanè ubi plura fuerint et graviora peccata, major tunc erit Dei gloria, cùm illa deleverit. Sicut major est medici gloria, cùm majorem depulit morbum, et robusti hominis, cùm fortiorem dejecit adversarium, aut horribilius monstrum ferro confecit. Erat sanè in Davide, si humanas consideres vires, desperata salus. Quis enim auderet adhibere medicinam, quæ salutaris esset tumenti et adhuc crudo vulneri (hæc enim sola est salutaris, quæ facit dolorem), cùm morbus esset in rege, cujus obsistere votis, aut turbare gaudia, digna crucis censetur audacia, et omninò illiberalis reprehensio? Mittebatur à Deo Nathan propheta, et tamen non est ausus condemnare Davidem, donec longâ usus insinuatione et artificio, eò adegit regem sui judicii prorsùs ignarum, ut suo se judicio condemnaret, suo gladio conficeret. Illum tamen sanavit optimus medicus, cùm dejecit è solio, abjecit in terram, et oblitus regii tumoris, quem medicæ horrent manus, clamavit longè à seipso mutatus : *Peccavi Domino,* ac si dicat : Adeò peccavi graviter, ut in meo peccato, quasi in gravissimo morbo depellendo, Dei possit commendari clementia, et illius gloria singularis agnosci.

Dominus quoque transtulit peccatum tuum ; non morieris. Citò est David consecutus quod optabat, obtinuit veniam, restituta est illi salus, imò revocata vita, quam amiserat. Ubi Vulgatus, *transtulit,* Hebraicè est *he ebir,* id est, *transire fecit à te,* id est, fecit ne subires peccatum, id est, peccati pœnam, quam in te ipso subire debuisti. Debuerat David vitam Uriæ, cujus vitæ insidiatus est, et Ammonitarum tandem ferro sustulit. Hoc supplicium Deus removit à Davide, postquàm illi expuncto peccato, durioris atque æternæ mortis veniam concessit. Minatus fuerat Deus mortem domui Davidis ; mortem, inquam, à ferro sive alieno, sive domestico, quod in eâ domo grassaturum dicebatur in sempiternum. Quod dicendi genus non uni, aut alteri, sed ex eâ domo plurimis portendebat exitium ; neque ipsum, ut opinor, eximebat Davidem, nisi, quod nunc fecit, à peccato resipisceret. Atque ideò cùm dixisset Nathan peccatum ab illo fuisse translatum, statim illius explicationem adhibuit, dixitque : *Non morieris.* Quasi diceret : Moriturus quidem eras, inimico ferro in domo tuâ liberè bacchante ; sed tu pœnitendo illius obtudisti aciem, et à tuo jugulo maturè repulisti. Hæc mihi explicatio facilis est, et optimè, ut mox explicabimus, cum his quæ succedunt proximè consentiens. Ita censet Abulensis, q. 12, et Lyra. Cajetanus de morte etiam accipit corporali, alio tamen modo. Non quasi propter peccatum moriturus fuisset David, sed quia id timebat, ne sibi accideret. Illius igitur timori respondet Deus, dicitque propter hoc peccatum non esse corporalem illi mortem subeundam, quam timebat.

De hâc Davidis pœnitentiâ multa Patres, quam hominibus propositam esse dicunt, tum ut discant, qualis esse debeat pœnitentia, cui à Deo salus et venia promissa est ; tum etiam ne desperent, si quando viderint se gravi peccatorum sarcinâ gravari. Vide Ambrosium in Apologiâ Davidis, cap. 2 et 4 ; Augustinum l. 22, c. 67, contra Faustum. Quid spectare debeat pœnitens verus, jam antea diximus, nempe ut unum Deum intueatur offensum, et de illius injuriâ atque offensione doleat. Et cùm sibi-ipsi et proximo peccaverit, illam præcipuam habeat dolendi materiam, quòd Domino peccaverit. Veræ porrò pœnitentiæ optima Augustinus supra, contra Faustum c. 66, argumenta proponit, dùm Davidis præclara commemorat commendatque facinora, quòd homunculo ignoverit, quem facilè opprimere potuerit, cùm conviciis lacesseret indignissimis, et Dei in illâ verborum lapidumque appetitione, non hominis manum et linguam agnosceret, cùm filium, à quo tunc expetebatur ad mortem, et spectante populo per summam ignominiam in regiâ domo atque cubili, violatas sciebat suas concubinas, et servatum vellet, et illius vitam suis commendaret vehementer et extinctum lugeret. Alia supra signa ostendimus ex Chrysostomo. Sed illud addo ex eodem in eâdem hom. 2, nunquàm peccatum illud excidisse ex memoriâ, sed semper fuisse ob oculos observatum, et non uni Domino et ejus Prophetæ Nathan voluisse apertè confiteri, sed etiam fecisse, ut omnibus esset quàm notissimum : « Non solùm, inquit, post pœnitentiam palam

« edicit vulnera sua, sed et in posterum uni-
« versæ nationi eadem manifestat, et Psalmum
« scripsit, ut non remissiores post pœniten-
« tiam efficiantur homines, et ut sciant quan-
« tam fabulam concupiscentiæ habeat tragœ-
« dia. » Idem Eucherius in hunc locum :
« Vulnus, inquit, apparuit, et sanitas rediit.
« Sed non fuit his Propheta contentus : nam
« post correctionem, post pœnitentiam, post
« peccatorum absolutionem, Psalmum ob cau-
« sam scripsit ; ita ut etiam posteræ genera-
« tioni fiat illius passio medicina, et illius
« naufragium sit aliis portus : et quibus ille
« vulneratus est, et emendavit, alii in iisdem
« incidentes ipsâ possint uti medicinâ et emen-
« datione sanari. » Psalmus verò, quem sui sceleris æternum esse voluit testem atque præconem, quinquagesimus fuit. In quo v. 5, dicit : *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper :* id est, coram me, seu in conspectu meo, ita ut quòcumque me convertero, in oculos meos semper incurrat. Hæc est multorum, et in his Augustini sententia ad versum proximè citatum.

Hæc dicta fuerint quoad pœnitentiæ formam, et exemplum, quod pœnitentibus pœnitentium maximus, aut cum maximis edidit. In cujus pœnitentiâ, Deique circa illum paratissimâ veniâ, multa videmus, quæ peccatorum desperantes animos ad spem excitent sperandæ salutis. Vixdùm ex animo, et seriò animi sui sensum et dolorem exprompserat David, dixeratque duo illa potentissima verba : *Peccavi Domino*, cùm ab eo translatum dicitur peccatum, neque illi subeundam esse mortem (cùm tamen multis causa fuerit mortis, qui simul cum Uriâ Ammonitarum gladio ceciderunt) et tandem licet non omninò mutatæ, temperatæ tamen fuerint minæ per Prophetam intortæ. Notat autem Chrysostomus, Hom. 2 in Psal. 50, quàm diversa sint Dei hominumque judicia, quàm hæc severa, quàm illa mitia. Sic autem ibi Deus ad Davidem : *Tu quidem dixisti reum gladio interimi; ego autem dico, non morieris.* Dixit David, cùm umbram quamdam videret hominis, qui neque adulterium commiserat, neque quemquam occiderat fraudulento consilio : *Vivit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc.* Convictus fuerat David adulterii, et cædis non unius Uriæ, sed multorum etiam, quos Ammonitæ gladio peremerunt; et tamen audit post duo verba, *non morieris.* Ad extremum, ne multus sim, addo, quæ de pœnitentiâ Davidis, et illius exemplo quanta debeat oriri spes veniæ in peccatoris animo, dicit Chrysostomus Hom. 77, ad Populum : « Ambulemus vigilantes, et expergefacti; vel si paulùm quis dormitaverit, illicò
« prostratus est. Non enim sumus Davide so-
« lertiores, qui cùm parumper neglexisset, in
« ipsum præcipitatus est peccati barathrum,
« sed citò surrexit. Ne tantùm itaque quòd
« peccavit, aspicias, verùm etiam quòd pecca-
« tum abstersit. Propter hoc enim historiam
« illam descripsit, non ut lapsum consideres,
« sed ut surgentem admireris : ut discas, cùm
« cecideris, quomodò surgere conveniat. Sicut
« enim medici difficillimas eligentes ægritu-
« dines describunt, talisque curationis viam
« voluminibus docent, ut in majoribus exer-
« citati minora facilè transigant : ita scilicet
« et Deus in medium peccatorum maxima
« produxit, ut in parvis offendentes, per illa
« facilem horum correctionem inveniant : si
« enim illa sanitatem acceperunt, multò magis
« et minora. Videamus igitur, qualiter et in-
« firmatus est, qualiter et illicò surrexit. »
Eadem Eucherius in hunc locum : « Culpam,
« inquit, simpliciter confitetur, et dicit : Pec-
« cavi Domino; et Propheta respondit : Et Do-
« minus transtulit peccatum tuum; velox cen-
« fessio, velocior medicina; facto peccavit,
« verbo pœnituit. » Augustinus Hom. 41 :
« David graviter increpatus post comminatio-
« nes Dei terribiles exclamavit dicens : Pec-
« cavi; et mox audivit : Dominus abstulit
« peccatum tuum. Tantùm valent tres syllabæ;
« tres syllabæ sunt : Peccavi; sed in his tribus
« syllabis flamma sacrificii coram Domino as-
« cendit in cœlum. »

Vers. 14. — Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Hæc optimè conveniunt cum explicatione, quam supra magis probabamus. Moriturus erat David, quod fortassè illi Nathan inter alias objecerat minas : licet expressè in historiâ sacrâ non habeamus (neque enim quæ dicuntur, aut fiunt, narrantur omnia) sed concessa vita fuit, quâ se privatum iri formidabat; ita tamen, ut pro suo infantis caput supposuerit, qui parentis loco morbo subito percussus interiit; ne populus, cui jam erat notum Davidis adulterium, æquitatem in Domino requireret, qui tantum scelus abire pateretur impunè; sublato verò communi filio, de utroque parente et communi adulterio supplicium sumptum est,

Neque enim minùs Bethsabee, quàm Davidi recens nati pueri accidit molestus interitus. Quare David, qui se, adhuc laborante filio, graviter afflixerat, consolatus dicitur Bethsabee, quæ magnum ex filii morte dolorem acceperat.

Sed quid est, quòd David fecisse dicitur blasphemare inimicos Dei? Quidam hos inimicos esse putant Ammonitas, qui cùm superiores essent in eo bello in quo cum aliis cecidit Urias, Hebræorum Deum infirmum esse dicebant, et qui populum suæ creditum fidei servare non potuerit. Ita Abulensis, Dionysius et Cajetanus. Aut certè gentiles omnes, qui Davidis peccatum cognoscere potuerunt (neque enim regum peccata aut celari possunt, aut angustis finibus contineri). Hi enim aut ignarum, aut certè non satis providum Deum existimare possent, qui tam injustum, ingratum, atque crudelem regem illi præposuisset populo, quem sibi ex omnibus unum elegisset. Quod etiam probabile putant Abulensis, et Hugo. Sed placet magis, quod putant Abulensis, et Lyra, intelligi nempe in inimicis Dei illos qui minùs piè afficiuntur in Deum, quâcumque illi ex religione sint, sive alieni, et idololatræ, sive Hebræi; nam et hi etiam, quâ sunt ingenii facilitate, modò illa improbant, quæ probaverant ante; et quæ horrebant priùs, momento temporis eadem amplectuntur, et colunt : denique in has, et illas religiones incredibili volubilitate labuntur. Hi ergo, cùm viderent quid à Davide fuisset admissum, neque ignorarent electum à Domino in regem Israel, aut sumpserunt occasionem, aut sumere potuerunt, qui Dei erant inimici, id est, qui parùm religiosè ac piè de Deo cogitabant, ut in Deo futurorum eventuum, et ingenii humani nulla esset cognitio, aut minùs esset de rerum humanarum prudenti atque æquâ administratione sollicitus. Videbant in Saüle levius esse peccatum; sic saltem existimare poterant, cùm nihil de Pythonissâ consultâ didicissent; illum tamen à Deo è regno pulsum esse noverant, et ejus loco suffectum esse Davidem, quem etiam audierant esse juxta cor Dei, et omnes voluntates ejus esse facturum. Quare suspicari poterant id voluisse Deum, quod vir ille divinæ voluntati concors cum tantâ bonorum offensione patravisset : probare videlicet adulterium, homicidium, et quæ proximè objecta fuerant à Nathan.

Hæc Dionysius ideò non probat, quia quo tempore populus blasphemâsse dicitur, et impiè de Deo aut meditatus, aut locutus, nondùm in hominum vulgus eruperat adulterii fœtor, aut homicidii barbara crudelitas. Sed hæc ratio infirma est, quia ex linguarum omnium consuetudine ille aliquid dicitur fecisse, qui, ut illud fieret, causam aliis ut facerent, et materiam dedit. Quod verius est, cùm reverà id, quod factum esse dicitur, talem habuit exitum, qualis prævidebatur. Quare frequenter audimus, cùm quis in vitæ aut honoris periculum conjectus est ab alio, dicere ad alium, de cujus injuriâ, aut imprudentiâ queritur : « Tu me « occidisti, tu nomen meum, et vitam obscu- « râsti. » Sic etiam hoc loco materiam populo dedit satis amplam David, ut in Deum impio baccharentur sermone, illumque ignarum, injustum, aut infidelem vocarent.

Sed credo, reverà ante hanc Prophetæ reprehensionem malè de Davide, et impiè de Deo locutum esse populum, aut etiam alios, qui alienæ se religioni devoverant. Quia ante hunc etiam articulum compertum esse arbitror, quid David contra Uriam et ejus domum destinâsset animo, et opere complêsset. Quod tamen ignorabat ipse David, quia aula non tam habet viros, qui vera principibus dicant, et si quid ab illis peccatum est, liberè objiciant, ac reprehendant, quàm adulatores, qui gratiam captant, et dùm commendant illa, in quibus apparet nihil, quod pietatem, imò et pudorem oleat, alunt in illis ad omne vitiorum genus impudentem audaciam, et in mediis flammis otiosos esse jubent, et securos. Quis dubitet, illos per quos in regiam accersiit Bethsabee, ignorâsse, quid esset in votis Davidi? Quis non videbat, cùm interfecto Uriâ, uxorem duxit Bethsabee, intumuisse illius ventrem à concepto fœtu? Et eo tempore natum infantem, quo quivis cognosceret, non potuisse generari legitimè? Neque negaret David, quicquid in utero gereret Bethsabee, esse suum; sanè apertè confessus est, cùm puero ægrotante jejunavit et flevit. Neque exiguam conjecturam præbere potuit, cùm nuptias acceleraret, et absoluto luctu, septemdiali nempè spatio, in regiam traduxerit. Quod etsi nihil eâ de re præscriptum sit à lege, pudicæ tamen feminæ non faciunt, neque viri, in quibus aliqua est pudoris atque honestatis ratio.

Quod verò ad cædem pertinet Uriæ, non desunt conjecturæ, quæ suspicionem moveant. Primùm, non ignorabat Joab, cui id à rege mandatum est, ut eo loco exponeret Uriam, unde mortem effugere non posset. Neque ipse

adeò fuit fidei, aut secreti tenax, ut non alicui suum, Davidisque consilium, et datum sibi imperium à rege prodiderit. Cùm enim viri prudentes in Joab solertiam, et consilium desiderarent, cùm eò misisset milites, unde videbatur majus imminere periculum; neque in illos, qui Uriam in ipso inimicorum congressu deseruerant, animadverteret; credibile est, quò suum nomen à populi reprehensione vindicaret, aperuisse aliis regium mandatum, ex cujus præscripto res gesta fuit; imò et regias ostendisse litteras, quò suæ fidem excusationi faceret.

Filius qui natus est tibi, morte morietur. Quomodò filii corporali morte parentum suorum peccata luant, diximus in nostris Commentariis super Ezechielem ad illud c. 18, v. 4 : *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Sed si ex hujus infantuli fratribus conjectare licet, clementer cum hoc puero actum est, cùm illi in eâ ætate, in quâ neque doli, neque peccati capax erat, erepta vita est. Quid enim de illo meliora speraremus, quàm de incestuoso Amnon; quàm de impio Absalom, qui manus armavit contra fratrem, quem incautum et seductum oppressit; qui in parentis cædem conspiravit; qui paternum temeravit lectum; qui execrabile tradidit omni posteritati nomen suum? Aut postremò, quàm de Salomone fratre, qui in extremâ senectute, non solùm sapientiam, sed etiam mentem amisisse visus est, quando sese alienæ religionis amoribus et sacris implicuit; et cùm in primis annis religiosè vixisset, ad extremum tamen, ut habes Eccl. 47 : *Inclinavit femora sua mulieribus, et dedit maculam in gloriâ suâ?* Hæc porrò, aut his similia, de hoc puero, cùm jam virilis accessisset, et liberior ætas, majori etiam ratione timeri poterant, cùm alii ex legitimo, hic verò natus esset ex adulterino congressu. Porrò quanto in periculo sit illorum salus, qui in magnis familiis orti sunt, ubi vita solutior, mala aulicorum exempla, deliciarum abundantia, quæ vires frangit, et vitiorum omnium alimenta et lenocinia præbet, et mores omnium ignominiosè corrumpit, quis non videt? Imò quis non queritur et plorat? Quâ de re nos pluribus l. 2, c. 8, ad illud : *Sed declinaverunt post avaritiam.*

Vers. 16. — Deprecatusque est David Dominum pro parvulo, et jejunavit David jejunio (1). Sicut vitam sibi à Domino impetravit David hâc unâ voce : *Peccavi Domino,* quam amissurus videbatur, ut pœnas daret Uriæ cædis; sic etiam putabat impetrare se posse vitam infanti recens nato, quam Deus illi per Prophetam negaverat. Atque ideò orationi se dedit ferventissimæ, cui addidit illa, quæ apud Deum noverat esse potentissima ad extorquendam ab offenso et indignato pectore misericordiam. Quare abjecit se in terram, secessit in locum separatum à turbâ, aulicoque strepitu, abstinuit à cibis, et adhibuit illa quæ ad expugnandum divinum pectus pondus videbantur habitura maximum. Neque mirum, si pro parvulo tam laboret sedulò, tam se constanter et obstinatò maceret et excruciet, cùm pro filii vitâ certet, quam pro suis peccatis videt in discrimen adduci.

Vers. 17. — Venerunt autem seniores domus ejus, cogentes eum, ut surgeret de terra. Qui auctoritate et gratiâ, adde etiam et ætate plus apud regem poterant, cùm viderent tam longam regem, ac duram vexationem assumere, illum adeunt, rogantque, imò et cogunt, ut de terrâ exurgat, et sordes illas abjiciat, in quibus jacet, luctu se, et lacrymis assiduè conficiens; ac tandem ut anteà solitus cibum secum sumat in regiâ mensâ, quam regio, ut opinor, more luculenter instruxerant. Ex quo loco facilè quivis intelliget, seniores, et qui in aulicis bellicisque negotiis præcipuas obibant partes, simul cum rege cibos sumere. Sicut tempore Saülis factum legimus l. 1, c. 22, ubi in regio triclinio certæ constituuntur principum sedes, v. 25. Idem omninò significari videtur verbis, quæ proximè succedunt, ubi rex dicitur noluisse surgere, neque cum aliis simul capere cibum.

Vers. 18. — Accidit autem die septima, ut moreretur infans. Dubium est, an septimus ille dies fuerit ab ortu pueri, ita ut tantùm septem vixerit dies; vel ab eo die, quo lethali puer percussus est vulnere. Quidam à die ortûs numerant, et inde conjectant damnatum esse puerum, quia ante octavum vitæ diem circumcidi non poterat. Alii à morbo pueri; et his illud objicitur incommodi, quòd durum videtur potuisse Davidem totum illud septemdiale spatium jejunum transigere. Sed quamcumque in partem accipias, non videtur esse difficile negotium. Nam ut demus, urgente necessitatis, id est, mortis articulo, non licere circumcisionis tempus antevertere; quod nonnulli negant, et in his Magister 4, d. 1, c. *Si verò quæritur* : at circumcisio non erat medium

(1) Ingressus seorsum, jacuit super terram. Hebræus : *Pernoctavit, et jacuit super terram.* (Calmet.)

ad salutem necessarium, sed sufficiebat parentum fides, et ex eâ facta pueri nondùm circumcisi et jam periclitantis oblatio. Quâ de re vide Gabrielem Vazquez in 3 p. S. Thomæ disp. 163, c. 2, et 1-2, disp. 148, c. 3.

Altera pars nihilò plus habet negotii : neque enim littera nos fateri cogit, totos septem dies Davidem habuisse jejunum. Neque enim dicitur David inchoâsse jejunium, quando percussus est puer, sed potiùs indicat jejunare cœpisse, et humi cubare, quando pueri cœpit desperari salus; quod accidere potuit uno aut altero ante obitum die. Quòd si dicamus, septem dies habuisse lugubres, et totum illud spatium jeunâsse, neque hoc videtur durum, aut insolitum : neque enim ita jejunium illud peractum est à rege, ut nihil toto illo tempore gustaverit. Jejunavit enim Hebræorum more, abstinendo videlicet à cibis lautis, et ab aliis mensarum munditiis, et illa adhibendo ad austeram, et lugubrem mensam, quæ status ille miser, et sordidus exigebat. Neque enim benè cum cinere, ac pulvere, cum oratione, et luctu conveniunt lauti, ac delicati cibi, unguenta, et coronæ, et si quid est aliud, quod molles delicias fovet, et geniales exhilarat mensas. Jejunavit sanè Daniel in mœrore, sicut modò David ; neque alio modo jejunâsse arbitror, quàm David, Dan. 10, v. 2: *Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus : panem desiderabilem non comedi, et caro, et vinum non introierunt in os meum; sed neque unguento unctus sum.* Abstinuit Daniel à vino, et carnibus, abstinuit ab unguentis; comedit quidem panem, non tamen desiderabilem, id est, delicatum, sed aridum, insulsum, parcum; qualem Deus in casu non dissimili Ezechieli præscripsit, c. 4, v. 9. Sic etiam David, ut ipse indicat non obscurè Psal. 101 : *Quia cinerem tanquàm panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam.* Quo loco quidam hypallagen agnoscunt; quasi dicat David, comedisse se panem sic insipidum, ut ex cinere potiùs quàm ex frumentaceâ farinâ subactus videretur. Quòd neque lotus, aut unctus fuerit, constat ex v. 20 : *Surrexit ergo David de terrâ, et lotus, unctusque est.* Quòd vestem sumpserit cilicinam, ex eo liquet, quia statim subditur : *Cùmque mutâsset vestem,* etc. Cùm autem non ab omni cibo abstinuerit David, sed à regio, et splendido, qualem et ipse sumebat anteà, et convivis suis porrigebat, satis intelligitur, quomodò septem dies Hebræorum, et lugentium more jejunando tolerare potuerit. Neque id obscurè sumitur ex hoc eodem loco. Seniores enim non cogunt ut comedat; nam comedat lugubrem et austerum panem, sedens super cinerem, et indutus veste cilicinâ et sordidâ; sed ut è terrâ surgat, et cum ipsis ut anteà cibos capiat, quales regiam munditiem, et majestatem decent. Quod ipse renuit : *Cogentes eum ut surgeret de terrâ, qui noluit, nec comedit cum eis cibum.* Reliqua ad v. 24, interprete non egent. Illud non omittam, quod putat Theodoretus q. 26, obiisse puerum ex adulterio conceptum, opus esse non tam ab odio natum, quàm à Dei benevolentiâ singulari. Puer enim ille vivus, et aliorum oculis identidem occursans, testis esset assiduus paternæ libidinis, et crudelitatis execrandæ. Addo ego clementer etiam actum esse cum puero, qui si in firmiorem ætatem adolesceret inter regias delicias, nihilò esset fratribus melior; et ideò misericorditer raptum esse ante tempus, *ne malitia immutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius,* Sap. 4, v. 11.

Vers. 20. — Lotus unctusque est; cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini. Apparet ex his optimi, atque religiosi principis pietas, et cum divinâ voluntate consensio. Hactenùs jejunans in sacco, atque squalore jacuerat, quia id gratum Deo fore existimabat, cujus minæ absolutæ fuissent, an conditionatæ, nondùm agnoverat. Atque ideò orare voluit, et se affligere, quia id expectare Dominum suspicari poterat, ut frangeret, aut temperaret minas. Ast ubi cognovit, quid Deo in pueruli causâ placuisset, excepit illius judicium, quàm potuit in eo rerum articulo, jucundissimè. Quare lavit se, atque unxit, quod faciunt, qui læti esse student, et lauti, quique aliquid vident sibi contigisse pro votis. Mutavit vestes, sumpsitque illas, quæ festum animum, et regiam amplitudinem decebant. Et ingressus est Tabernaculum, ubi tunc erat Arca ex castris Joab, ut reor, in suum locum, re jam feliciter actâ, restituta, ut adoraret Deum, illumque rerum omnium agnosceret, prædicaretque auctorem, et Dominum. Neque questus est, quòd sustulisset filium; sed gratias egit, quòd sibi et peccati veniam, et vitam, quam Uriæ debebat, concessisset. Id puto Davidem egisse in Tabernaculo ; et ideò vestem sumpsisse genialem et splendidam, ut significaret, nihil sibi contigisse triste; et statim petiisse, sibi ut sterneretur mensa, et cibis instrueretur haud dubiè solitis. Quæ omnia animum indicant et pium, quia ad sacrarium priùs, quàm

ad mensam ingreditur; et lætum, quia cùm filius domi mortuus jaceret, de cibo cogitat, illumque ultrò afferri sibi jubet. In *pane* porrò, quem sibi afferri jussit, juxta Hebræorum idioma, omnis intelligitur cibus. De quo nos plura alibi.

Vers. 21. — Dixerunt autem ei servi sui : Quis est sermo (1)? etc. Mirati sunt Davidis servi tantam in regio animo mutationem, cùm lugentem viderent et jejunum, cùm adhuc in vivis esset infantulus; nunc autem illo mortuo cibum poscat, et sumat, et vestem induat splendentem, et regiam. Quod cùm familiariùs essent sciscitati, respondit rex, non ante sibi exploratum esse, quid Deo in pueruli causâ placuisset; atque ideò sumpsisse lugentis atque precantis habitum, si fortè placaret sibi Deum, quem offensum sciebat, et ab illo lacrymis ægrotantis pueri vitam impetraret. Cùm autem jam Deus extincto puero, quid sibi placuisset, satis ostenderit, non putabat ampliùs cum Domino certandum esse jejunio, ac precibus; sed in eo lætandum, quod Deus in suum, ac filioli caput decrevisset. (1)

Vers. 24. — Et consolatus est David Bethsabee (1). Multis, justissimisque de causis mœrere poterat Bethsabee; quia rea apud omnes violatæ fidei conjugalis: neque enim saltem post reprehensionem Nathan ignorabat populus, quam illa cum rege consuetudinem habuisset. Quia puer mortuus, qui futurus videbatur fidelis animorum nexus. Quia timebat, ne sicut peccati Davidem pœnituerat, sic etiam pœniteret initi connubii, et ipsam, utpote illius incendii facem dato libello repudii pelleret domo. Illam igitur consolatur David, ac jubet, bono esse animo, neque de suâ fide quicquam adversum suspicari. Quare ut facto orationi ac promissioni suæ faceret fidem, ad illam sicut priùs ingreditur, ex quâ suscepit filium, cui nomen *Salomonis* imposuit. Quod factum probavit Deus, et quia natum ex illo concubitu dilexit, jussit Nathan Prophetæ, ut illum *amabilem Domino* vocaret.

Duo nomina habuit filius, quem secundo loco Davidi peperit Bethsabee; utrumque verò nomen impositum est à Deo. Appellatus est *Salomon*, qui *pacificum* sonat, in quo nomine Deus consignari voluit pacem, quæ Salomonis regnum consecuta est; et ob id natum jam ex legitimâ consuetudine filium *Salomonem* nuncupari jussit. Ita docuit David, l. 1 Paral. c. 22, v. 9 : *Factus est sermo Domini ad me dicens*, etc. : *Filius, qui nascetur tibi, erit vir quietissimus. Faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum, et ob hanc causam pacificus vocabitur, et pacem et otium dabo in Israel omnibus diebus ejus.*

Alterum item nomen illi Deus imposuit, quo significavit, quàm Deo futurus esset amabilis. Atque ideò per Nathan illi nomen imposuit *Iedideiah*, id est, *dilectus*, vel *Amabilis Deo*. Sed si hoc etiam fuit Salomonis nomen, cur hoc tantùm loco in Salomone nomen istud audimus? Hoc idem de multis aliis dici posset, qui cùm nomen accepissent à Deo, aut nunquàm, aut perquàm rarò illud in sacris litteris auditur. Quoties Jacob, dùm viveret, *Israelis* de se nomen audivit, cùm tamen Genes. 32,

(1) *Les officiers de David lui dirent : Vous jeûniez et vous pleuriez pour l'enfant lorsqu'il vivait encore, et lorsqu'il est mort, vous vous êtes levé, et vous avez mangé.* Les officiers de David s'étonnent avec raison de sa conduite, parce qu'elle est en effet extraordinaire en cette rencontre, et qu'il faudrait avoir une piété aussi ferme que ce prince pour pouvoir pleurer en cette manière la perte d'un fils. Car on voit tous les jours que ceux qui craignent la mort d'un enfant qui leur est très-cher, se tourmentent excessivement dans cette crainte, mais qu'ils s'affligent encore tout autrement lorsque la mort leur a ravi ce qu'ils aimaient. Voilà ce que l'amitié inspire aux hommes, lorsqu'elle n'a pour principe que l'instinct de la nature. Mais celle de David est plus pure et plus élevée. Elle a Dieu pour objet, et c'est la raison qui la conduit. Tant qu'il espère que la bonté de Dieu se pourra laisser fléchir, il tâche d'obtenir la vie de son fils par son humiliation et par ses larmes. Mais lorsque Dieu l'a tiré du monde, il adore sa justice, et il se console dans la paix qu'il trouve à se soumettre à sa volonté. C'est là la manière dont les pères chrétiens peuvent pleurer la mort des enfants qui leur tiennent le plus au cœur. « Qu'ils versent des larmes, dit saint Augustin, puisque la tendresse de la nature étant « blessée par une plaie si sensible ne peut pas « les retenir, mais que la joie de la foi les es- « suie bientôt. » Car ils doivent se souvenir qu'ils ont même une consolation que David n'avait pas en un temps où le ciel n'était pas encore ouvert, qui est que la foi leur apprend que le dernier moment de la vie de leurs enfants, est pour eux le commencement d'une vie divine, et qu'ils ne cessent d'être avec les hommes, que pour devenir semblables aux anges. (Sacy.)

(1) Vers. 23 — Nunc autem quia mortuus est, quare jejunem? nec enim eum à morte revocare potero, nec à pœnis Purgatorii liberare, utpote qui in innocentiâ mortuus nullas sustinet; secùs est de Absalomo, cujus mortem planxit David inconsolabiliter, quia in peccato parricidii erat mortuus, ideòque damnatus ad gehennam. Ita S. Hieron. epist. 24. (Corn. à Lap.)

v. 28, dixerit Dominus : *Nequaquàm Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israel ?* Multa habuit Christus nomina, et non ab alio imposita, quàm à Deo ; vix tamen illorum in Scripturâ totâ aliquod occurrit. Isaiæ cap. 7, vocatur *Emmanuel ;* et c. 9 : *Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.* At horum nominum in Scripturâ sacrâ ubi locus ?

Pro his, aliisque hujusmodi nominibus, quorum in sacris litteris non est exiguus numerus, observandum est, sicut *nomen* idem interdùm est, quod ille, cujus est nomen ; unde *nomen Dei,* idem est non rarò, quod *Deus; nomen meum,* idem quod *ego :* sic etiam *nominari,* seu *vocari,* idem est, quod *esse.* Hinc lucem accipiunt plurima Scripturæ sacræ loca, in quibus aliquid dicitur hoc, vel illo modo vocari; aut hoc, vel illud habere nomen, quia tale est. Unde Isaiæ cap. 62, dicitur de Jerusalem : *Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non vocabitur ampliùs desolata, sed vocaberis voluntas mea in eâ.* Id est, non eris desolata, et derelicta ; sed in te fiet voluntas mea. Et c. 9, Christus vocatur *Consiliarius, Admirabilis;* id est, *erit Consiliarius.* Et Ezech. c. 48, in fine : *Nomen civitatis Dominus ibidem :* id est, *Dominus erit in eâ civitate.* Sic etiam Salomoni futurum dicitur esse nomen *Iedideiah,* quia ille *Deo erit amabilis;* quod sanè res ipsa docuit, quando tot illum Deus modis ornavit.

Hic nobis breviter dicendum, cur cùm ante Salomonem natus fuerit parvulus iste, quem ex utero penè Deus ad tumulum transtulit, Prov. c. 4, v. 3, se Salomon *unigenitum* vocat : *Nam et ego,* inquit, *unigenitus fui coram matre meâ.* Rationem hujus Hieronymus reddidit in illum locum, quæ refertur Extrav. de verborum Significat. cap. *Nam et ego.* Sic autem ibi Hieronymus : « Quare unigenitum se nominat, « quem fratrem uterinum Scriptura præcessisse testatur ? Nisi quia ille mox natus sine « nomine quasi nunquàm esset, de vitâ decessit. » Sed est longè difficilius, quia lib. 1 Paral. c. 3, v. 5, quatuor filii nati dicuntur ex Bethsabee, haud dubiè Davide parente, quorum postremus ponitur Salomon. Hic Hebræi somniant suo more, dicuntque, tres priores filios esse quidem Bethsabee, sed ex Uriæ satu, sed adoptatos à David. Quod ex eo falsitatis arguitur, quia Lucæ c. 3, inter progenitores Christi ponitur Nathan filius David ; qui si filius fuisset Uriæ, ex Uriâ potiùs, quàm ex Davide diceretur Christus originem duxisse. Sed cur dicitur Salomon *unigenitus ?* sanè, quia patri, matrique dilectus; quod ipse docuit Prov. c. 4, v. 3 : *Nam et ego filius fui patris mei tenellus, et unigenitus coram matre meâ.* Ubi, quod est in Scripturâ sacrâ frequentissimum, nota similitudinis subauditur, in hunc sensum : Fui patri meo, et matri quasi unigenitus id est, non minùs illis charus, atque si forem unicus. Notum autem est in Scripturâ, *unigenitum,* et *unicum,* pro maximè dilectis usurpari ; quia ubi plures filii sunt, amor in multos distrahitur, et fit levior ; ubi unus est, in illum totum amoris pondus collectum incumbit. Vide quæ nos pluribus ad illud Cant. 6 : *Una est columba mea.* (1)

Vers. 26. — Igitur pugnabat Joab contra Rabbath (2). Longum hyperbaton, quod interjectum est, obscuram reddit, et implexam historiam ; quæ sic, opinor, erit expedita magis, si duo hic tempora distinguamus, et quid in illis seorsùm factum fuerit, seorsùm item consideremus. Certum est, et observatum sæpiùs à Patribus, et à me non semel, non semper eo ordine ab auctoribus Canonicis illa narrari, quo gesta sunt, sed pro rerum opportunitate variè. Quare frequens est in Scripturâ illa figura, quæ prolepsis dicitur, seu anticipatio, per quam aliqua à sacris scriptoribus narrantur ante suum tempus. Quod tunc plerumque fieri solet, quando interrupto filo, historia fieret obscurior. Deducto autem ad finem, seu ad notum aliquem et illustrem locum narrationis filo, ad id, quod omissum videbatur, recurrit historia. Exempla sunt plurima ; aliquot nos adduximus tract. 1 de Prædicatione S. Jacobi in Hispaniâ, c. 10, quem Commentariis Actuum Apostolorum attexuimus. Constat Herodem obiisse anno tertio Claudii, ex Josepho l. 19 Ant. c. 7. Ejus autem mors narratur à Lucâ Actorum c. 12, postquàm liberatus est

(1) Vers. 25. — Misitque in manu Nathan prophetæ, et vocavit nomen ejus : Amabilis Domino. Hebræus fert ad litteram : *Misit Dominus in manu Nathan prophetæ, et vocavit nomen ejus, Jedidiah propter Dominum.* Theodotion : *Appellavit Jedidiah in verbo Domini,* seu de jussu Domini, vel, ut ipse Dominus appellaverat. (Calmet.)

(2) Pugnabat Joab contra Rabbath, et expugnabat urbem regiam. Hebræus : *Pugnabat Joab in Rabbath, et cepit urbem regis.* Sed positum hic esse creditur *cepit,* pro *jamjam expugnaturus erat,* res cœpta pro absolutâ. Fortè etiam *urbs* hæc *regia* alia erat à Rabbath, seu potiùs pars ejusdem urbis, quam armis Hebræus imperator jam subegerat ; quare brevi se totam in potestatem redacturum sperabat. (Calmet.)

Petrus à carcere, id est, duobus fermè annis antequàm moreretur, quia nullum narrationi tempus erat magis opportunum. Ex hujus regulæ seu ignoratione, seu incogitantiâ quidam argumentum sumpserunt, ut persuaderent aliis, Jacobum Zebedæi filium non potuisse in Hispaniâ prædicâsse, quia Cornelium anno octavo ab Ascensione Domini conversum esse putant. Nos autem ex hâc regulâ, loco illo citato conversum fuisse Cornelium diximus eodem, quo Paulus, et Eunuchus Candacis reginæ anno, id est, altero anno ab Ascensione Domini; quod etiam eo anno Christi tradit Chronicon Alexandrinum, quod Eunuchi conversionem cum Cornelii conversione conjungit. Quâ de re nos ibi pluribus.

Ego igitur sic arbitror, totam illam historiam de Nathan, de pœnitentiâ Davidis, de ortu, ac morte infantuli ex adulterio concepti, et ortu Salomonis, accidisse multò postquàm capta fuit à Davide Rabbath, et de Ammonitis sumptum barbarum et immane supplicium. Quare quicquid est à principio capitis ad versum usque 26, interjectum est per hyperbaton in alienum locum; et ideò, quidquid ab eo versu ad finem usque capitis reliquum est, cum extremâ præcedentis capitis parte conjungi debet; ita ut post Uriæ cædem, de quâ in fine capitis 11, statuenda sit urbis expugnatio, de quâ in hujus capitis extremâ parte. Reliqua perinde habenda, ac si aliena prorsùs forent ab Ammonitarum urbe vel obsessâ, vel captâ.

Hoc autem multæ suadent, gravesque conjecturæ. Prima quia inter obsidionem Rabbath, et extremum tempus, quod habes in hyperbato, menses intercessêre viginti, aut eo etiam plus. Jam enim Joab obsederat Rabbath, quando David captus est amore Bethsabee, et fortassè non parùm temporis ab obsidione transierat; posteà conceptus est, et natus filius ex adulterio, et datum aliquid temporis Davidis pœnitentiæ: deinde conceptus, et natus Salomon. Quis autem credat, tantùm temporis in eâ obsidione fuisse consumptum? Accedit, quòd obsidionis tempore Arca Dei erat in castris Joab, ut dixit Urias c. 11, v. 11: *Arca Dei, et Israel, et Juda habitant in papilionibus*, etc. At quo tempore mortuus est infantulus, jam videbatur in suam sedem, id est, in arcem domumque Davidis fuisse restituta. Hoc videtur intelligi posse ex illo v. 20, ubi David ingressus esse dicitur in domum Domini, atque ibi adorâsse. Suadet hoc valdè, quia transacto hyperbato, seu longâ parenthesi, additur statim illa particula, quæ subjici post parenthesim assolet, quæque aliter omninò videretur otiosa. Sic enim cap. 26: *Igitur pugnabat Joab contra Rabbath filiorum Ammon.* Sed est apud me gravissima ratio, quæque me omninò cogit ita existimare. Neque enim adducet me quisquam, ut credam, à Davide de Ammonitis tam dirum et ad illud usque tempus forsitan inauditum sumptum esse supplicium, nisi cùm cæcus esset propter peccatum, maximè luxuriæ, quæ omnem ab homine non solùm pudorem et humanitatem, sed etiam consilium et mentem expectorat. Quare David peccator, suæque libidini intemperanter indulgens, alius erat à Davide, dùm de Deo potiùs, atque frequentiùs, quàm de captandâ voluptate cogitaret. Res est nota, et à multis jampridem observata, luxuriosos plerùmque esse crudeles, et quò magis fuerint dediti libidini, eò etiam magis esse inhumanos. Neque id mirum, cùm libido omnem vim amoris exhauriat, quem in rem contulit turpiter, et intemperanter amatam. Eo ergo tempore, quando totus in libidinem projectus se ipsum retexuerat, et in horribile monstrum efformârat, multa fecit, quæ ante illud tempus, et postea jam sibi restitutus damnaret. Ille, qui toties Saûli pepercit, qui injurias suas ulcisci noluit, et illas, quia ipse aliter non putabat personæ publicæ, et æquitatis vindici satisfieri posse, Salomoni filio puniendas tradidit; idem cùm intemperanti se tradidit voluptati, Uriam occidit, et multos cum illo sine ullo operæ pretio ac causâ perire passus est. Idem populum Ammonitarum *multis in locis serravit, et circumegit super eos ferrata carpenta, divisitque cultris, et traduxit in typo laterum.* Quæ sanè non faceret, postquàm ad vocem Nathan peccatum agnovit suum, et post duas voculas audivit translatum esse peccatum, et mortis supplicium ab ejus capite depulsum. Et quidem multò levius peccatum admiserant Ammonitæ, quàm David; illi enim tantùm legatorum absciderant vestes, et barbam raserant et caput; hic uxorem abstulerat, virum occiderat, quo nemo erat in exercitu melior, et de re Israeliticâ optimè cùm primis meritum; et plures occiderat ex suis, ne unus mortem effugeret. Peccârant ex Ammonitis in legatos pauci, et ille plurimos ex omnibus civitatibus durum illud tormenti genus subire coegit. Faceret hæc David post defletam culpam, post veniam obtentam? Sanè, ut reor, nemo id sibi persuaderet. Ali-

quid simile fecisse dicitur Gedeon, Judic. cap. 8, v. 16; verùm neque ita crudeliter, neque in ita multos. (1)

IGITUR PUGNABAT JOAB CONTRA RABBATH. In fine præcedentis capitis, cui, ut diximus, id quod nobis modò venit in manus conjungendum est, admonuerat David Joab, ut obsidionem urgeret, neque studium remitteret, aut desponderet animum, quando varii sunt bellorum eventus, et inclinationes subitæ. Igitur ut mandatis obsequeretur Joab, quæ data essent à rege, pugnabat acriter contra Ammonitarum civitatem regiam. Cùmque illius jam propè appareret exitium, cùm neque hostibus essent ad resistendum vires, et audacia, neque Hebræis deesset ad invadendum facultas et alacritas, re Davidi, cui ab evertendis, capiendisque civitatibus aliis immortalis advenerat gloria, hæc deesset ad illustre nomen non levis accessio, illum admonet, ut novum secum afferat delectum, et ipse præsens adsit,

(1) VERS 27. — DIMICAVI ADVERSUM RABBATH, ET CAPIENDA EST URBS AQUARUM. Alterum est hoc nomen urbis Rabbath. In superiori versiculo appellatur *urbs regia*, hìc verò *urbs aquarum*. Hebræus legit : Cepi urbem *aquarum*, quæ verba ita accipienda sunt, uti supra, v. 26. Urbs aquarum ipsa erat facilè urbs inferior, imminens torrenti Jaboc, quam fluenti illius aquæ irrigabant. Hanc Joab expugnaverat; sed capiendi urbem superiorem, quæ munitionibus validior erat, gloriam Davidi reservavit. Junius vertendum censuit: *Præcidi aquas subeuntes urbem.* Versioni huic favet Josephus tradens, Joabum, præcisis aquæductibus aquam in urbem ferentibus, præclusâque omni hostibus viâ, unde annonam sibi comparare possent, in arctas annonæ et potùs angustias redegisse, ut nonnisi unius putei aquas intra urbem illi præstò haberent. Narrans Polybius libro 5 ejusdem urbis obsidionem per Antiochum, scribit, quemdam è transfugis indicâsse regi ductum subterraneum, unde obsessi clam ad hauriendas aquas egrediebantur; eo autem jussu regis clausos obsessos siti adactos sese dedidisse. (Calmet.)

Mirare hic fidelitatem et modestiam ducis Joab, qui refutans gloriam urbis mox capiendæ, sibi debitam, quam belli duces adeò ambire solent, eam in solidum transcribit in regem suum Davidem.

Unde tropol. discant Christiani gloriam suorum operum licet heroïcorum totam resignare in Davidem verum, id est, in Christum et Deum, quia ipse eorum est causa totalis; licet enim homo per naturam et liberum arbitrium ea liberè operetur, tamen tota dignitas eorumdem est à gratiâ Christi. Opus enim charitatis, v. g., libertatem habet ab homine, quòd scilicet sit opus liberum, non coactum vel necessarium, sed à Christi gratiâ habet quòd sit supernaturale, Deo gratum, et meritorium gloriæ æternæ. Soli Christo ergo debetur ejus decus, laus et gloria. Hoc est quod ipse ait : *Gloriam meam alteri non dabo,* Isaiæ 48, 11. Ipse enim totam utilitatem, meritum et præmium operis boni liberaliter donat homini operanti; omnem verò ejus gloriam sibi reservat. Unde 24 seniores *mittebant coronas suas ante thronum, dicentes : Dignus es Domine, Deus noster, accipere gloriam et honorem, et virtutem, quia tu creâsti omnia,* Apoc. 4, 10, ac consequenter creâsti ipsum liberum arbitrium nostrum, eique vim cooperandi gratiæ tribuisti, ac gratiâ tuâ præveniente illud et excitâsti ad benè operandum, ac operanti per gratiam cooperantem cooperatus es. Dicamus ergo cum Psalte, cùm quid boni agimus : *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam,* psal. 113. Unde allegor. Angelom. : « Dux David, inquit, contra hostes « bellum agit, cùm ordo sanctorum prædicatorum, contra mundi potentes, scutum fidei « opponit. Sed finis certaminis et triumphus « belli ad regem Christum solummodò defertur, quia ipsi omnis potestas et potentia regni adscribitur. *Deus est* enim (secundùm « Apostolum) *qui operatur in nobis et velle et perficere, et ipse triumphat nos semper in Christo « Jesu.* » (Corn. à Lap.)

Venez au siége de la ville de Rabbath, et la prenez, de peur que, lorsque je l'aurai détruite, on ne m'attribue l'honneur de cette victoire. Joab, comme nous avons vu auparavant, était un homme tout du monde. Son ambition le possédait, et il était prêt à la satisfaire par des assassinats même, et par les crimes les plus énormes. Mais en même temps c'était un sage du siècle, aussi prudent dans ses desseins que hardi dans ses entreprises, et qui savait l'art de plaire à son prince. C'est ce qui paraît en cette rencontre. Il avait mis la ville de Rabbath en état de ne pouvoir plus soutenir un plus long siége. Il prie David d'y venir en personne, afin qu'il ait la gloire de l'avoir prise. C'est une action très-estimable en elle-même, sans nous mettre en peine d'examiner les mouvements secrets qui l'ont pu produire; et elle est l'image de ce que nous devons faire à l'égard de Dieu. C'est à nous à combattre pour lui contre nous-mêmes de toutes nos forces; et si nous demeurons fermes dans ce combat, nous devons dire avec saint Paul : *Rendons grâces à Dieu, qui nous a donné la victoire par Jésus-Christ.* Il y a même cette grande différence entre les serviteurs des rois de la terre et ceux de Dieu, que ces premiers peuvent avoir de très-grandes qualités que les rois n'ont pu leur donner, au lieu que les seconds n'ont rien que ce qu'ils ont de celui qu'ils servent. Joab était sage et vaillant. Il ne devait à David, ni sa prudence, ni son courage. Mais les serviteurs de Jésus-Christ lui doivent tout. Sans lui ils ne sont que ténèbres et que faiblesse, et ils ne peuvent combattre pour lui, si lui-même ne combat dans eux.

C'est pourquoi, comme c'est le comble de l'injustice et de la folie que de nous attribuer quelque chose dans le succès de cette guerre spirituelle, aussi rien n'est plus sage ni plus juste que de rendre à Dieu avec joie tout ce qu'il lui a plu de mettre dans nous, et de lui dire de tout le cœur, comme David fait si souvent dans ses psaumes : *C'est vous qui me tenez par la main, et qui m'apprenez à combattre ; vous êtes seul ma force et ma gloire.* (Sacy.)

ut suo auspicio et imperio res tota videatur transacta. Quo loco fidelem se ostendit Joab, et regiæ dignitatis studiosum, qui abire à se voluit tantam gloriam, ne regi suo aliorsùm excideret. Addit Josephus lib. 7 Ant. cap. 7, ad quem statùm urbs esset redacta, cùm à Joab litteræ venerunt ad Davidem : ait enim, intercluso commeatu obsessos laborare fame, et præcisis tubis, et canalibus, per quos aquæ in civitatem influebant, omnia commoda ad vitam necessaria deficere. Ita ut aquis aliò detortis, unus tantùm in urbe superesset puteus, à quo obsessorum spes tota penderet; cùmque aqua ibi esset angusta, sic dispensabatur parcè, ut sitim non expleret. Unde hoc sumpserit Josephus, non video ; forsan ea erat Judæorum traditio. Nisi dicamus, id ex eo conjectâsse aut divinâsse Josephum, quia Joab scripsit capiendam esse civitatem aquarum ; quasi dicat civitatem, quæ aquarum abundabat jugi scaturigine, eò esse redactam, ut explere non possit obsessorum sitim.

Vers. 30. — Et tulit diadema regis eorum de capite (1) ejus pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, et impositum est super caput ejus. Fecit David, quod visum est Joab, et collectas ex reliquo populo copias in aciem produxit, et cùm ad extremum civitatem invaderet, tandem cepit, et cum eâ spolia opima, quæ secum asportavit Jerusalem. In his erat corona pretiosissimis instructa gemmis, quâ rex Ammonitarum utebatur, quam ereptam è regio capite, ad suum transtulit, cujus pondus erat non minus talento. Ubi hoc loco Vulgatus legit, *regis eorum,* lib. 1 Paralip. cap. 2, idem legit, *Melchom,* quod nomen est idoli. Quare non videtur diadema fuisse regis Ammonitarum, sed Ammonitarum idoli, id quod nonnulli putant. Sed dicendum est, utroque loco coronam esse regis ; nam idem est utrobique Hebraicum nomen, et sanè Melchon , sive Malchan, quod est in Hebraico, idem valet, quòd *regis eorum;* noster autem interpres modò nomen ipsum peregrinum relinquit, modò illius tradit significationem. Ita putat Abulensis q. 29, et probat, quia filii Israel Deut. 7, prohibebantur ex argento et auro idolorum ad suos usus quicquam constare. *Sculptilia eorum igne combures; non concupisces argentum, et aurum, de quibus facta sunt, neque assumes quicquam ex eis.* Sed quodnam sit illud *pondus,* obscurum est. Hebraicè est *kicar,* quæ vox communiter *talentum* redditur. Quòd si illius præcisè pondus consideres, id est molem quamdam æris rudem, et nullo charactere percussam, centum pendit libras, atque ideò communiter existimatur esse quod Hispanicè *quintal*, et ita Hispanica translatio convertit. Neque de hoc dubitant viri docti, quod non difficilè colligunt ex lib. Exodi cap. 38, v. 25. Sed ut antiqua pondera minus æquavit pondus certâ notâ consignatum (ut apparet in *asse* et *librâ,* quæ procul absunt ab antiquo pondere ; tantùm tamen habent valoris , quantùm olim habuit pondus illud majus; et nomen ideò retinet antiquum, et dicitur *as,* vel *libra,* cùm tamen neque unciam unam pendant), sic etiam *talentum* dicitur, quod propter incussum characterem tantùm valet in minori pondere, quantùm in majori habuit superiori ævo talentum rude. Quare corona aurea, quam suo sibi capiti imposuit David, talentare dicitur habere pondus; non quòd centum pendat minas, quod legitimum erat talenti pondus , sed quia tanti erat pretii, quanti olim habuit talenti pondus.

At dices illud *pondo auri talentum,* pondus potiùs significare, quàm valorem, aut pretium. Respondeo, si vim vocis, et proprietatem expendas, ita esse dicendum ; verùm usus obtinuit, ut mutatâ rerum specie, antiquus tamen retineatur dicendi modus. Exempla sunt plurima, et in hàc ipsâ materiâ non pauca. Modò

(1) Allegor. Angelomus : « Coronam, inquit, regis populi hostilis David de capite tulit, et diadema inde sibi formavit, cùm Redemptor noster ex contrariâ potestate regnum auferens sibimet insigne decorum paravit. Quæ autem meliùs corona David intelligitur, quàm conventus populi catholici , quæ caput nostrum, regem videlicet Christum, corde credulo nobiliter ambit, et dignè conversans decenter coronat? Omnis enim sanctorum labor, et certamen atque victoria, ad honorem cœlestis regis refertur, quia ipse est, cui omne genu flectitur cœlestium et terrestrium atque infernorum; et omnis lingua confitetur, quia Dominus Jesus Christus in gloriâ est Dei Patris. » Hucusque Angelomus. (Corn. à Lap.)

On lit dans le second livre des Rois, que David mit sur sa tête *la couronne du roi des Ammonites.* Sur quoi Voltaire dit : « On prétend qu'un talent d'or pesait environ quatre-vingt-dix de nos livres de seize onces; il n'est guère possible qu'un homme ait porté un tel diadème... Le diadème d'ailleurs n'était qu'un petit bandeau. » Cette difficulté aurait quelque fondement si on s'en tenait à notre Vulgate ; mais plusieurs savants ont observé que le texte hébreu du livre des Rois, rapproché de celui des Paralipomènes, peut être entendu de la valeur de cette couronne, plutôt que de son poids, car elle était ornée de *pierres précieuses.* D'ailleurs le vrai poids du *kikkar* hébreu, que les versions rendent par *talent,* ne nous est pas exactement connu. (Duclot.)

non pendimus, sed numeramus argentum, signatum utique; at juxta antiquum loquendi modum dicimus, *pende mihi argentum*, id est, solve. Neque alienum est à vulgari dicendi modo dicere : Hoc vas, hæc imago pendit mille argenteos, id est, valet, quia juxta morem antiquum mille argentei essent pro vase, seu imagine pendendi. Sic ergo corona aurea pretiosissimis exculta gemmis dicitur *pendere talentum;* vel quod idem est, *habere pondo auri talentum,* quia talenti unius aurei valorem habuit, et pretium.

Quòd autem talentum non habeat posteriori seculo centum minarum pondus, vel unus hic locus, quem habemus præ manibus, abundè docet. Quis enim credat centum minarum coronam potuisse ab Ammonitarum rege, et deinde à Davide in capite gestari? Et Apocal. cap. 16, v. 21, grando talentari magnitudine cecidisse dicitur. Hanc porrò quis unquàm aut vidit, aut cogitavit tantùm habere potuisse ponderis? Alia occurrunt plurima in Salomonis templo, sacrâque supellectili, quæ talentorum aut pretio, aut pondere æstimamus, quæ sanè aliquid haberent prodigio simile, et supra humanam fidem, si ad antiqui talenti legitimum pondus expendamus.

Vers. 31. — Populum quoque ejus adducens serravit (1). Factum hoc planè barbarum est, et ejus, qui omnem humanitatem exuit, et ferinos imbibit mores et spiritus. Quod tantùm facit verisimile peccati natura, quæ homines ferino ingenio facit quàm simillimos. Et ideò putabamus supra, quod nunc etiam putamus, hæc à Davide eo suscepta fuisse tempore, in quo nondùm à peccato resipuerat, id est, antequàm à Nathan admonitus peccatum agnosceret, et pœnitendo detergeret. Hoc verò supplicium usque adeò horribile superioribus seculis visum est, etiam apud gentes, ut nunquàm fuerit neque contra magnorum scelerum reos auditum. Aulus Gellius lib. 20, cap. 2, ait in decem tabulis hoc irrogatum esse supplicium debitoribus, qui solvenre non possent, ut secarentur in plures partes, et inter plures creditores distraherentur; sicut modò cùm quis satis facultatis non habet, ut pluribus satis solvat, illius pecunia in omnes distribuitur. Sed nunquàm lex illa fuit executioni mandata. Sic enim apud Gellium Sextus Cæcilius supra : « Dissectum esse antiquitùs neminem legi, « neque audivi. » Aliis tamen posterioribus seculis (tantùm valet malum principum exemplum) tam apud profanos, quàm apud scriptores sacros exempla occurrunt non pauca, quorum aliqua adduximus in nostris Commentariis super Isaiam, Prolegomeno de genere mortis Isaiæ, ubi ex multorum Patrum sententiâ diximus, à Manasse serrâ fuisse dissectum. Et in Commentariis super Amos, ad illud cap. 1, v. 13 : *Eò quòd dissecuerit prægnantes Galaad.*

Et circumegit super eos ferrata carpenta. Crudele hoc quoque supplicium, et fortassè

(1) *David ayant fait sortir les habitants de Rabbath, les coupa avec des scies, fit passer sur eux des chariots avec des roues de fer, et les jeta dans des fours où l'on cuit la brique.* La manière dont David traite les Ammonites en cette rencontre, à n'en juger que par la première vue, pourrait paraître sévère jusque dans l'excès. Mais on doit considérer premièrement que les Ammonites avaient violé le droit des gens par les outrages dont ils avaient déshonoré les ambassadeurs de David, lorsqu'il ne pensait qu'à rendre à leur roi un témoignage d'affection, et une déférence d'honneur. Ainsi il était juste de punir par un supplice exemplaire une insolence si inouïe, qui rejaillissait en quelque sorte sur tous les rois et tous les peuples du monde. Secondement il paraîtrait peu raisonnable d'attribuer en cette occasion de la cruauté à David, lui qui par une pente naturelle a toujours eu une générosité et une douceur qui a ravi en admiration ses plus grands ennemis, et qui a tiré des larmes de la dureté même du cœur de Saül. Troisièmement, lorsque la qualité d'une action peut être douteuse, et que l'Ecriture ne la détermine pas, il semble qu'il y aurait de la témérité à la condamner, principalement en une personne comme David, qui étant prophète, a pu faire certaines choses singulières par un ordre de Dieu, quoique l'Histoire-Sainte ne le marque pas. Ceci se peut dire avec d'autant plus de vraisemblance, touchant le supplice de ce peuple, qu'il paraît par d'autres endroits de l'Ecriture, que Dieu a puni souvent avec une très-grande sévérité toutes ces nations infidèles, qui combattaient sa divinité jusqu'à brûler leurs propres enfants en l'honneur de leurs idoles, et qui étaient la figure des ennemis irréconciliables de l'âme, qui sont le péché et le démon. Ainsi nous avons vu auparavant que Dieu commanda à Saül d'exterminer les Amalécites sans en épargner un seul, et que Samuël en tua lui-même le roi, *qu'il coupa en morceaux.* Ce que l'on pourrait croire avoir quelque chose d'inhumain, si ce saint prophète n'avait agi en cette occasion par un ordre qu'il avait reçu du ciel. Car Dieu nous a voulu enseigner par cette punition extraordinaire des ennemis de son peuple, à être saintement sévères envers nous-mêmes, qui sommes nos véritables ennemis, et à combattre nos mauvaises inclinations par la vertu de sa parole, qui divise la chair d'avec l'esprit, selon saint Paul, qui perce l'âme par les pointes d'une frayeur salutaire, et qui consume tout ce qu'il y a d'impur dans nous, par le feu de cet amour que son Esprit-Saint répand dans nos cœurs. (Sacy.)

sine exemplo edidit David; licet aliquid non admodùm dissimile videamus factum à Gedeone, Judic. 8, v. 16 : *Tulit*, inquit, *seniores civitatis, et spinas deserti, ac tribulos, et contrivit cum eis, atque comminuit viros Soccoth.* Quomodò ferratis rotis, seu plaustris terantur fruges, diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad illud cap. 25 : *Triturabitur Moab ;* et cap. 41, ad illud : *Posui te quasi plaustrum triturans novum, habens rostra serrantia.* Eo ergo modo egit David plaustra serrantia, seu horrentes tribulos silice, aut acutâ cuspide, quo modo agricola tribulos immittit in fruges, quas in areâ triturare solet, quas comminuit et dividit, et penè redigit in pulverem.

Divisitque cultris. Hebraicè est *be.nigzeroth*, quod Septuaginta vertunt σκέπαρνα, quod nomen *asciam* significat. Chaldæus *secures* vertit. Sanè nomen illud ad multa patet; significat enim instrumentum, quod secat et dividit, atque ideò in serram etiam convenire potuit. Hieronymus *cultros* reddidit, quia hoc ad secandum instrumentum est maximè familiare. Translatio Hispanica convertit : *En los tagares de el fierro.* Unde id sumpserit, non video. Fortassè illam vocem *prælum* significare credidit : et sanè vox illa adeò latè patet, ut ad prælum quoque accommodari possit. Et quidem trapetum aut mola, quæ olivas terit atque comminuit, Punico vocabulo, quod ab Hebraico traxit originem, *almacar* appellatur, quod modico flexu differt ab Hebraico.

Et traduxit in typo laterum. Septuaginta, ut est in Complutensi : *Et circumegit eos per aciem.* Chaldæus, *per vicos.* Plerique alii *per fornacem,* ut habent communiter Septuaginta. Vulgatus *in typo* transtulit. Hebraicè est *malben,* in nonnullis autem locis *malken.* Priori modo sine dubio legit Hieronymus et complures alii qui hic aliquid vident, quod ad lateres pertinet. Quidam putant per acutos lateres aut per laterum acervos raptatos esse Ammonitas, et sic lento et crudeli tractu fuisse laceratos atque dissectos. Alii in loco strato lateribus, id est, in areâ, quæ lateribus ex arte dispositis æquari solet, passos esse aut dentatas carpentorum rotas, aut acutos tribularum silices. Ego id probo, quod pluribus placuit, *typum* nempe *laterum* esse fornacem, in quo durantur et coquuntur lateres. Dicitur autem *typus,* non ut quidam putant, quia ibi formantur lateres; nam reverà non formantur in clibano; sed qui extra illum erant formati, et tantùm crudi lateres, intra coquuntur, et ab igne duritiem et firmitatem accipiunt. Potiùs ego dicerem, quia *typus* dolorem significat, aut vulnus quod dolorem incutit, à verbo τύπτω, quod idem valet, quòd *percutio* ac *verbero,* quasi dicat, talem accepisse plagam, aut talem dolorem subiisse Ammonitarum populum, qualem subiissent lateres, qui coquuntur in clibano, si modò vitam et sensum habuissent. Sed neque hæc mihi explicatio placet, quia illa *typi* significatio rarior. Placet multò magis, atque omninò, si in typo similitudo intelligatur, et exemplar. Quasi dicas, Ammonitas conjectos fuisse in fornacem, quemadmodùm in illum conjiciuntur lateres, et ad illorum exemplar; et talia ibi fuisse passos, qualia ibidem patiuntur lateres; neque magis in eorum dolore doluisse Davidem, aut majorem habuisse curam, quàm haberet figulus, qui formatos è luto lateres in fornacem immittit. Postquàm autem David Ammonitarum urbes peragravit, et ubique locorum acerbitatis illius exempla reliquit, reversus est in Jerusalem, ubi admonitus à Nathan, de peccato doluit; et illa aut egit aut subiit, quæ hoc ipso toto capite ad v. 26 legimus.

Antequàm ex hoc capite, quod Davidis peccatum et pœnitentiam continet, emigremus, exploremus oportet, expendamusque an à Davide in hoc planè barbaro sumendo supplicio, peccatum sit. Abulensis negat q. 30, et causas adducit quæ ante Davidis peccatum, aut certè post ejus pœnitentiam, minùs essent infirmæ. Sed illa est omnium gravissima, quia Scriptura sacra, si hic aliquod intercessisset scelus, non diceret lib. 3 Reg., cap. 15 : *Eò quòd fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinâsset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ.* Sed nos, qui peracta hæc dicimus, quo tempore David in fermento erat, et in medio peccatorum æstu, alius à se ipso, quique libentiùs suis affectibus quantùmcumque immoderatè profusis, quàm Dei voluntati serviebat, meritò existimamus gravissimum in hâc suppliciorum acerbitate Davidem admisisse peccatum. Sed peccâsse ais Ammonitas contra jus gentium, quod legatorum immunitati consulit, et cùm gravis fuerit legatorum injuria, quid mirum, si gravis quoque fuerit scelerum pœna? Sit ita sanè, luerint tam immane supplicium et rex, qui injuriam intulit, et qui illi tam ignominiosum, et in commune bonum tam perniciosum dedère consilium. Sed quid alii plurimi commeruêre, quos in ejusdem pœnæ societatem

compulit, qui neque tanti sceleris fuêre conscii, neque probavêre factum, imò illud fortassè vehementer execrati sunt? Sanè hoc modo in omnes Ammonitarum civitates sæviisse dicitur, in quibus nemo dubitat fuisse plurimos, in quibus fuerat nihil, quod tam immani supplicio puniri debuerit. *Sic*, inquit, *fecit universis civitatibus filiorum Ammon.* Oportuisse dices ut aliquod ad posteros extaret exemplum expiati sceleris tam severo supplicio, ut sanctum habeatur ubique, et injuriâ tutum legatorum nomen. Sanè, si scelerati plectantur; sed quod in tantâ multitudine scelus in legatos? Certè multò posteris perniciosius fuit extare in Israele, atque adeò in rerum naturâ tantæ crudelitatis exemplum, ex quo addita est audacia aliis fortassè plurimis, ut illud supplicii genus et typum non horrerent, imò regium putarent esse facinus, cùm à rege susceptum et inventum viderent. Neque fortassè Azael, qui lib. 4 Reg. cap. 8, dissecuisse dicitur prægnantes, illud facinus immane tentâsset, nisi in Davide prius habuisset exemplar. Sanè Ammonitæ iidem, qui nunc à Davide malè vexati sunt, ut constat Amos cap. 1, dissecuerunt Galaaditides feminas, quod fieri posse, à Davide præeunte didicerant. Hoc quidem gravius fuit, et humano generi perniciosum magis, quàm violatæ legationis scelus esse impunitum. De hoc supplicio pluribus agimus in nostris Commentariis in cap. 1 Amos ad illud : *Eò quòd trituraverit in plaustris ferreis Galaad.*

Illud difficilius, quòd hoc inter Davidis scelera non numeratur, imò potiùs excluditur, dùm tantùm peccâsse dicitur in Uriæ facto. Huic objectioni, quæ sanè facilis non est, responderi potest, alia etiam peccata admisisse Davidem, extra factum Uriæ. Nam numeravit populum, propter quod gravem Israeli toti cladem invexit, infra cap. 24, et in hoc ipso tempore causa fuit, ut multi quorum saluti consulere debuerat, cum Uriâ caderent. Neque est improbabile toto illo tempore, quo in peccato vixit, quod exiguum non fuit, ab interpellatâ Bethsabee de adulterio, usque ad reprehensionem Nathan, alia multa peccâsse, quæ tamen Scriptura sacra non commemorat; quia eo acciderunt tempore, quo è peccato adversùs Uriam nondùm emerserat : atque ideò hoc etiam appellari potuit *Uriæ sermo*, quia spatium illud totum sermo sibi vindicavit Uriæ; et peccatum illud nondùm dimissum in alia plura languentem regis animum præcipitavit. Sic ergo cùm hoc peccatum, ut supra dicebamus, in tempus illud incurreret, in quo propter Uriæ sermonem cæcus adhuc erat et præceps Davidis animus, in eo sermone comprehendi potuit. Neque sine causâ, opinor, dictum est, non peccatum Uriæ, sed Uriæ sermo, id est, historia Uriæ, quia ad illum sermonem, seu historiam pertinet, quidquid contra religionem et legem sub illud tempus admissum est à rege. Cur in peccatis David suprà non memoretur populus numeratus, dùm ab illo censu peccatum non abfuerit, diximus supra lib. 1, cap. 25, ubi etiam diximus, cur aliud grave peccatum non numeretur, quod juxta multorum sententiam admisit David, dùm statuerat Nabalem de Carmelo, et omnem illius familiam, dùm privatas ulciscitur injurias, extinguere.

CAPUT XIII.

1. Factum est autem post hæc ut Absalom, filii David, sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David,

2. Et deperiret eam valdè, ita ut propter amorem ejus ægrotaret, quia, cùm esset virgo, difficile ei videbatur ut quidpiam inhonestè ageret cum eâ.

3. Erat autem Amnon amicus nomine Jonadab, filius Semmaa fratris David, vir prudens valdè.

4. Qui dixit ad eum : Quare sic attenuaris macie, fili regis, per singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon : Thamar sororem fratris mei Absalom amo.

CHAPITRE XIII.

1. Après cela Amnon, fils de David, conçut une passion violente pour la sœur d'Absalom, *aussi* fils de David, laquelle était très-belle et s'appelait Thamar.

2. L'affection qu'il avait pour elle devint si excessive que cet amour le rendit malade, parce que, étant vierge *et renfermée dans des appartements où les hommes n'avaient pas la liberté d'entrer*, il paraissait difficile à Amnon de rien faire avec elle contre l'honnêteté.

3. Cependant Amnon avait un ami ingénieux, nommé Jonadab, fils de Semmaa, frère de David.

4. Jonadab dit donc à Amnon : D'où vient, mon prince, que vous maigrissez ainsi de jour en jour? pourquoi ne m'en dites-vous point la

5. Cui respondit Jonadab : Cuba super lectum tuum, et languorem simula ; cùmque venerit pater tuus ut visitet te, dic ei : Veniat, oro, Thamar soror mea, ut det mihi cibum, et faciat pulmentum ut comedam de manu ejus.

6. Accubuit itaque Amnon, et quasi ægrotare cœpit ; cùmque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem : Veniat, obsecro, Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, et cibum capiam de manu ejus.

7. Misit ergo David ad Thamar in domum dicens : Veni in domum Amnon fratris tui, et fac ei pulmentum.

8. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui ; ille autem jacebat. Quæ tollens farinam commiscuit ; et, liquefaciens, in oculis ejus coxit sorbitiunculas.

9. Tollensque quod coxerat effudit et posuit coram eo ; et noluit comedere, dixitque Amnon : Ejicite universos à me. Cùmque ejecissent omnes,

10. Dixit Amnon ad Thamar : Infer cibum in conclave, ut vescar de manu tuâ. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, et intulit ad Amnon fratrem suum in conclave.

11. Cùmque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, et ait : Veni, cuba mecum, soror mea.

12. Quæ respondit ei : Noli, frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas est in Israel ; noli facere stultitiam hanc ;

13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, et tu eris quasi unus de insipientibus in Israel : quin potiùs loquere ad regem, et non negabit me tibi.

14. Noluit autem acquiescere precibus ejus, sed prævalens viribus oppressit eam, et cubavit cum eâ.

15. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita ut majus esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon : Surge, et vade.

16. Quæ respondit ei : Majus est hoc malum quod nunc agis adversùm me quàm quod ante fecisti, expellens me. Et noluit audire eam ;

cause? Amnon lui répondit : J'aime Thamar, sœur de mon frère Absalom.

5. Jonadab lui dit : Couchez-vous sur votre lit, et faites semblant d'être malade ; et lorsque votre père viendra vous visiter, dites-lui : *Je suis entièrement dégoûté.* Que ma sœur Thamar vienne, je vous prie, pour m'apprêter à manger, et qu'elle me prépare quelque chose que je reçoive de sa main.

6. Amnon se mit donc au lit, et commença de faire le malade ; et, le roi étant venu le visiter, il lui dit : Que ma sœur Thamar vienne, je vous prie, et qu'elle fasse devant moi deux petits plats, afin que je les prenne à manger de sa main ; *car je suis extrêmement dégoûté.*

7. David envoya donc chez Thamar, et lui fit dire : Allez chez votre frère Amnon, et préparez-lui à manger.

8. Thamar étant donc venue, trouva son frère Amnon qui était couché. Elle prit de la farine, la pétrit et la délaya, et fit cuire le tout devant lui ;

9. Et, prenant ce qu'elle avait fait cuire, elle le mit dans un vase et le lui présenta. Mais Amnon n'en voulut point *alors* manger, et dit : Qu'on fasse sortir tout le monde. Lorsque tout le monde fut sorti,

10. Amnon dit à Thamar : Portez dans mon cabinet ce que vous m'avez apprêté, afin que je le reçoive de votre main. Thamar le prit, et le porta à Amnon son frère dans le cabinet.

11. Et, le lui ayant présenté, Amnon se saisit d'elle, et lui dit : Venez, ma sœur, couchez avec moi.

12. Elle lui répondit : Non, mon frère, non. Ne me faites pas violence ; cela n'est pas permis dans Israël ; ne faites pas cette folie ;

13. Car je ne pourrai porter mon opprobre, et vous passerez parmi tout le peuple pour un insensé ; mais demandez-moi plutôt au roi en mariage, et il ne refusera pas de me donner à vous.

14. Amnon ne voulut point se rendre à ses prières ; et, étant plus fort qu'elle, il lui fit violence, et abusa d'elle.

15. Aussitôt il conçut pour elle une étrange aversion, de sorte que la haine qu'il lui portait était encore plus grande que la passion qu'il avait eue pour elle auparavant. Il lui dit donc : Levez-vous et allez vous-en.

16. Thamar lui répondit : L'outrage que vous me faites maintenant en me chassant est encore plus grand que celui que vous venez de

17. Sed, vocato puero qui ministrabat ei, dixit : Ejice hanc à me foràs, et claude ostium post eam.

18. (Quæ induta erat talari tunicâ ; hujuscemodi enim filiæ regis virgines vestibus utebantur.) Ejecit itaque eam minister illius foràs, clausitque fores post eam.

19. Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissâ talari tunicâ, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens et clamans.

20. Dixit autem ei Absalom frater suus : Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum ? sed nunc, soror, tace (frater tuus est), neque affligas cor tuum pro hâc re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui.

21. Cùm autem audîsset rex David verba hæc, contristatus est valdè, et noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

22. Porrò non est locutus Absalom ad Amnon nec malum nec bonum ; oderat enim Absalom Amnon, eò quòd violâsset Thamar sororem suam.

23. Factum est autem post tempus biennii ut tonderentur oves Absalom in Baal-Hasor, quæ est juxta Ephraim ; et vocavit Absalom omnes filios regis.

24. Venitque ad regem, et ait ad eum : Ecce tondentur oves servi tui ; veniat, oro, rex cum servis suis ad servum suum.

25. Dixitque rex ad Absalom : Noli, fili mi, noli rogare ut veniamus omnes, et gravemus te. Cùm autem cogeret eum, et noluisset ire, benedixit ei.

26. Et ait Absalom : Si non vis venire, veniat, obsecro, nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex : Non est necesse ut vadat tecum.

27. Coegit itaque Absalom eum, et dimisit cum eo Amnon et universos filios regis. Feceratque Absalom convivium quasi convivium regis.

28. Præceperat autem Absalom pueris suis dicens : Observate cùm temulentus fuerit Amnon vino, et dixero vobis : Per-

me faire. Amnon ne voulut point l'écouter ;

17. Mais, ayant appelé celui qui le servait, il lui dit : Mettez-la hors d'ici, et fermez la porte après elle.

18. Thamar était vêtue d'une robe qui traînait jusqu'à terre, les filles des rois qui étaient encore vierges ayant accoutumé de s'habiller de la sorte. L'officier d'Amnon la mit donc hors de la chambre, et ferma la porte après elle.

19. Alors Thamar, ayant mis de la cendre sur sa tête et déchiré sa robe, s'en alla en jetant de grands cris et tenant sa tête couverte de ses deux mains.

20. Absalom, son frère, lui dit : Est-ce que votre frère Amnon a abusé de vous ? Mais, ma sœur, n'en dites rien, car c'est votre frère. Ne vous affligez point non plus de ce qui vous est arrivé, *cette injure ne restera point impunie.* Thamar demeura donc toute languissante dans la maison d'Absalom, son frère.

21. Le roi David, ayant appris ce qui s'était passé, en fut très-affligé ; mais il ne voulut point attrister Amnon, son fils, parce qu'il l'aimait, étant son aîné.

22. Absalom ne parla en aucune sorte à Amnon, ni en mal ni en bien, car il conçut contre lui une grande haine de ce qu'il avait déshonoré sa sœur Thamar.

23. Deux ans après, il arriva qu'Absalom fit tondre ses brebis à Baalhasor, qui est près *de la ville d'Ephrem, dans la tribu* d'Ephraïm ; et il invita tous les enfants du roi.

24. Il vint *pour cela* trouver le roi, et lui dit : Votre serviteur fait tondre ses brebis ; je supplie *donc* le roi de venir avec les princes chez son serviteur.

25. Le roi dit à Absalom : Non, mon fils, ne nous priez pas de venir tous pour vous incommoder. Et Absalom lui fit encore de grandes instances ; mais David refusa *toujours* d'y aller, et il le bénit.

26. Absalom lui dit donc : Si vous ne voulez pas y venir, je vous supplie au moins que mon frère Amnon, *qui est votre aîné*, vienne avec nous, *comme pour tenir votre place.* Le roi lui répondit : Il n'est point nécessaire qu'il y aille.

27. Néanmoins Absalom l'en conjura avec tant d'instances, qu'il laissa aller avec lui Amnon avec tous ses frères. Absalom *leur* avait fait préparer un festin de roi.

28. Or, il avait donné cet ordre à ses officiers : Prenez garde quand Amnon commen-

cutite eum, et interficite. Nolite timere, ego enim sum qui præcipio vobis; roboramini, et estote viri fortes.

29. Fecerunt ergo pueri Absalom adversùm Amnon sicut præceperat eis Absalom. Surgentesque omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas, et fugerunt.

30. Cùmque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David dicens : Percussit Absalom omnes filios regis, et non remansit ex eis saltem unus.

31. Surrexit itaque rex, et scidit vestimenta sua; et cecidit super terram, et omnes servi illius qui assistebant ei sciderunt vestimenta sua.

32. Respondens autem Jonadab, filius Semmaa fratris David, dixit : Ne æstimet dominus meus rex quòd omnes pueri filii regis occisi sint; Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die quâ oppressit Thamar sororem ejus.

33. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens: Omnes filii regis occisi sunt, quoniam Amnon solus mortuus est.

34. Fugit autem Absalom. Et elevavit puer speculator oculos suos et aspexit, et ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis.

35. Dixit autem Jonadab ad regem : Ecce filii regis adsunt; juxta verbum servi tui sic factum est.

36. Cùmque cessâsset loqui, apparuerunt et filii regis; et intrantes levaverunt vocem suam, et fleverunt; sed et rex et omnes servi ejus fleverunt ploratu magno nimis.

37. Porrò Absalom fugiens abiit ad Tholomai filium Ammiud, regem Gessur. Luxit ergo David filium suum cunctis diebus.

38. Absalom autem cùm fugisset et venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis.

39. Cessavitque rex David persequi Absalom, eò quòd consolatus esset super Amnon interitu.

cera d'être troublé par le vin; et lorsque je vous en donnerai l'ordre, frappez-le et le tuez. Ne craignez point, car c'est moi qui vous le commande; soyez résolus, et agissez en gens de cœur.

29. Les officiers d'Absalom exécutèrent donc à l'égard d'Amnon le commandement que leur maître leur avait fait; et *aussitôt* tous les enfants du roi, se levant de table, montèrent chacun sur leur mule et s'enfuirent.

30. Ils étaient encore en chemin, lorsque le bruit vint jusqu'aux oreilles de David qu'Absalom avait tué tous les enfants du roi, sans qu'il en fût resté un seul.

31. Le roi se leva aussitôt, déchira ses vêtements, se jeta par terre, et tous ses officiers qui étaient près de lui déchirèrent leurs vêtements.

32. Alors Jonadab, fils de Semmaa, frère de David, prenant la parole, dit au roi : Que le roi mon seigneur ne s'imagine pas que tous les enfants du roi aient été tués; Amnon seul est mort, parce qu'Absalom avait résolu de le perdre depuis le jour où il avait fait violence à sa sœur Thamar.

33. Que le roi mon seigneur ne se mette donc pas cela dans l'esprit, et qu'il ne croie pas que tous ses enfants aient été tués; car Amnon seul est mort.

34. Cependant Absalom s'enfuit. Et celui qui était en sentinelle, levant les yeux, vit une grande troupe de monde qui venait par un chemin détourné de la montagne.

35. *Alors* Jonadab dit au roi : Voilà les enfants du roi qui viennent; ce qu'avait dit votre serviteur s'est trouvé vrai.

36. Il n'eut pas plus tôt dit ces mots, qu'on vit paraître les enfants du roi. Et lorsqu'ils furent arrivés, ils commencèrent à jeter des cris et à pleurer, et le roi et tous ses serviteurs fondirent en larmes.

37. *Cependant* Absalom, ayant pris la fuite, se retira chez Tholomaï, fils d'Ammiud, roi de Gessur, *père de Maacha, sa mère;* et David pleurait son fils *Amnon* tous les jours.

38. Absalom demeura trois ans à Gessur, où il était venu se réfugier.

39. Et le roi David cessa de le poursuivre, parce qu'il s'était *enfin* consolé de la mort d'Amnon.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Factum est autem post hæc (1). Post mortem videlicet pueri, et Salomonem natum (nam Ammonitarum clades, et supplicium ante illud tempus, ut diximus, accide-

(1) Ut Absalom filii David sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David. Ergo erat *Thamar* soror Amnon agnata, puta ex eodem patre Davide, sed ex aliâ matre; Amnon enim natus erat ex Achinoam Jezraelitide. Eadem Thamar soror erat germana Absalomi ex eodem patre Davide, et eâdem matre, scilicet Maachâ Tholmai filia regis Gessur, ideòque Absalom sororis suæ germanæ stuprum ultus est cæde Amnon fratris sui. (Corn. à Lap.)

Après cela Amnon, fils de David, conçut une passion violente pour la sœur d'Absalom, qui était très-belle et qui s'appelait Thamar. Ce qui se passe maintenant dans la maison de David nous fera voir combien Dieu est véritable dans ses paroles et redoutable dans ses jugements. « Sa « sagesse, comme remarque saint Augustin, « garde toujours une admirable proportion en- « tre le crime et la punition qu'il a méritée, « afin que si la beauté du monde a été violée « en quelque sorte par la laideur qui est insé- « parable du péché, elle soit réparée par l'or- « dre et par la justice qui éclate dans la peine « dont il est suivi : *Ut nusquàm adsit peccati de- « decus sine decore vindictæ.* » Le crime de David avait été un adultère et un homicide. Il avait déshonoré et perdu une famille, en corrompant la femme, et en faisant tuer le mari; et Dieu permet que sa famille soit déshonorée par des crimes encore plus infâmes que celui qu'il a commis, et ensanglantée par des meurtres plus horribles que celui d'Urie. Le frère viole sa sœur. Le frère ensuite assassine le frère. Le fils se soulève contre le père. Il révolte tout son peuple contre lui; et il fait tous ses efforts pour lui ravir la couronne avec la vie. Tous ces crimes sont liés l'un à l'autre, et se succéderont dans la suite de cette histoire. Nous allons voir dans ce chapitre celui qui est comme le premier anneau de cette longue chaîne de désordres et de maux, qui sont tombés sur la maison de David pour venger le sang d'Urie.

Amnon aime sa sœur d'un amour impur. Il étouffe dans lui ce sentiment que la nature imprime aux impies mêmes, et aux hommes les plus déréglés, qui les porte à respecter une sœur, et qui fait que leurs yeux sont chastes en la regardant, quoiqu'en d'autres rencontres ils ne le soient pas. Ce jeune prince brûle de ce feu détestable que le démon avait allumé dans son cœur. La passion de l'âme agit sur le corps, et dans cette langueur honteuse dont la cause était inconnue, il trouve un médecin aussi criminel que sa maladie. Jonadab, qui était son cousin-germain, étant fils de Semmaa, frère de David, aimait particulièrement Amnon, et était aimé de lui. Il lui demande la cause de *cette maigreur qui paraissait sur son visage.* Et l'ayant apprise, il lui conseille de faire le malade, et de demander à David qu'il lui envoie sa sœur Thamar, pour le servir. Amnon embrasse ce conseil qui était si con-

rat), ut re ipsâ experiretur David minaci vaticinio Nathan quantùm inesset ponderis, accidit ut Amnon primogenitus David Thamar Absalomis sororem deperiret; qui amor incestuosus et ardens magnum in Davidis familiâ excitavit incendium. Quomodò autem suo voto sit potitus, remque privatam et publicam turbaverit Amnon, multarumque seditionum semina sparserit, audiamus.

Vers. 2. — Et deperiret eam valde, ita ut propter amorem ejus ægrotaret. Nulla sunt vincula, nulla cognatio, aut pudor, nulla fides, atque religio, quæ non transgrediatur, et rumpat inhonestus amor, qui neque novit parere frenis, neque naturæ, aut altioris potentiæ legibus coerceri. Multa legimus in fabulis, multa in historiis antiquis, quæ existimantur veræ, quæ hoc, quod habemus in manibus, tam audax quàm incestuosum facinus facit verisimilia. Erat filius regis, quem non decebat quicquam tentare, imò neque cogitare non ingenuum; et regis filia, eademque soror, quam vel curiosis oculis spectare non licebat. Sed vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, et regii sanguinis communionem improbitas. Sic enim Amnon amavit sororem Thamar, ut deperiret illam, id est, à se ipso videretur alienus, et in se mortuus, quia in illâ vivebat: ea enim amoris vis est, ut in suo moriatur corpore, et in alieno vivat, qui verè amat. Quare qui Deum amat, in Deo

forme à la fureur dont il était possédé, et il se met en état de l'exécuter.

L'Ecriture dit ici *que Jonadab était fort prudent.* Il y a une véritable et une fausse prudence, mais, quoiqu'elles soient aussi différentes que la lumière l'est des ténèbres, le Saint-Esprit, qui imite en ce point le langage des hommes, leur donne souvent un même nom. La prudence véritable se trouve dans ceux qui, ayant le cœur droit et l'intention pure, choisissent avec une grande sagesse tous les moyens qui les peuvent conduire à la fin qu'ils se proposent, qui est de plaire à Dieu uniquement, et de le servir. La fausse prudence, au contraire, se trouve dans ceux dont l'esprit et le cœur est corrompu, et qui ne pensent qu'à satisfaire leurs passions, mais qui ont en même temps une adresse et une lumière naturelle pour lever tous les obstacles qui se présentent à eux, et qui savent si bien tendre à leurs fins par toutes sortes de moyens justes ou injustes, qu'ils viennent à bout de tout ce qu'ils ont résolu de faire. C'est en ce sens que l'Ecriture en cet endroit attribue *la prudence* à Jonadab. Il avait de l'esprit pour donner un conseil proportionné à la fin même la plus criminelle que l'on aurait pu se proposer, et il était sage pour faire le mal. (Sacy.

vivit, et unus quodammodò spiritus fit cum eo qui amor felix est, et nobilis, qui nos quodammodò divinos esse facit: ille alter, qui humanam amat venustatem, planè infortunatus, et vilis, qui cordis sui inæstimabile pondus ad res inclinat, quæ neque acquiri possunt sine molestiâ, neque sine pudore, atque infamiâ possideri. Ille porrò amor sic affecit infelicem illum adolescentem, ut non solùm animo, sed etiam corpori ægritudinem pareret. Quòd autem amor, si vehemens est, languorem corporibus inducat, et testantur antiquà monumenta, et ipsa docet quotidiana experientia, ut à medicis non semel audivimus. Sanè Antiochus Seleuci filius, ut auctor est Valerius lib. 5, c. 7, et Appianus in Syriacis, in morbum incidit natum ex Stratonices novercæ amore vehementi, quem ingenuo quodam pudore aperire non audebat. Talem vim et morbum, licet in materiâ longè dissimili, patiebatur Sponsa, dùm Cant. cap. 2, ex amore dicebat languorem esse contractum. Vide quæ nos ad hunc Canticorum locum. Vide item Gregorium libro 4 Moral. cap. 3, et lib. 3 Dialog. cap. 30. De quo morbo amoris multa Abulensis in hoc caput q. 19.

Vers. 3. — Erat autem Amnon amicus nomine Jonadab. Hinc jam se prodit causa illius mali, quæ tot in Israele tragœdias excitavit. Habebat Amnon amicum, et usu sibi, et generis communione conjunctum, nomine Jonadab; hic in Amnonis facie contemplabatur maciem, quæ magis in dies singulos attenuabat adolescentem, neque tantam mutationis causam agnoscebat, quia pudor illi aperiendi morbi facultatem abstulerat, qui prudens erat valdè, sed eâ prudentiâ, quæ non est secundùm Deum, quæque potiùs debet appellari calliditas. Sapiens hoc loco dicitur Jonadab, ait Theodoretus q. 29, non eâ sapientiâ, quæ virtus est; sed illâ, quæ astuta meditatur consilia, quæque in rebus non tam honestatem, quàm voluptatem, aut utilitatem intuetur. Quo sensu Gen. 3, serpens dicitur *sapientissimus omnium bestiarum, quæ sunt super terram.* Neque hìc Scriptura sacra *sapiens* vocat *consilium*, sed *ingenium Jonadab*; neque enim quisquam in eo consilio prudentiam inveniet, sed calliditatem impudentissimam. Hic igitur sciscitatus morbi causam, didicit amari ab illo sororem Thamar, cum quâ habere conjunctionem, et consuetudinem, quam lex permittit et pudor, desperabat, quia neque ullus se ad tantum facinus aperiebat aditus, cùm Thamar virgo esset, et clausa, ut ferebat eo tempore virginalis pudor; neque sibi putabat impunitum fore, si tantum facinus unquàm esset aggressus. Cui Jonadab callidè magis, quàm prudenter et sanctè, consilium dedit sanè perniciosum, in quo plus esset calliditatis, et audaciæ, quàm prudentiæ. Monet enim, ut morbum simulet, alium nempe, quàm quem ex amore patiebatur; et cùm ad invisendum ægrotum filium pater amans accederet, ab illo rogaret, ut soror Thamar sibi assideret ægrotanti, et cibos pararet morbo, quem tunc patiebatur, opportunos. Quod ut cogitabat Jonadab, ita annuente rege factum est. Venit enim Thamar, et præparavit cibos, quos laboranti fratri magis existimabat idoneos. Quam occasionem non putavit Amnon esse prætermittendam; quare dimissis aliis, qui laboranti aderant, illam de stupro audacter interpellat, et reluctantem cogit ignominiam illam et ludibrium subire. Hæc omnia aperta sunt, neque aliquid occurrit, quod illustrari oporteat commentationis luce. (1)

(1) Vers. 5. — Faciat pulmentum, ut comedam de manu ejus. Hebræus et Septuaginta: *Faciat in oculis meis cibum, propter quod videam, et comedam.* Nauseam ciborum omnium sibi paratorum simulavit, poposcitque ut aliquid manu Thamaris paratum sibi exhiberetur. Cùm tamen mitti ad se posset paratus cibus è conclavi sororis, petit, ut coram se veniat soror, quam cibum conficientem intueatur, et degustare illum possit. (Calmet.)

Vers. 6. — Faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, vel duas potiones liquorum, vel juris carnium. Hebræus ad litteram: *Duo cordialia*, Chaldæus: *Duas placentas.* Septuaginta: Δύο κολλυρίδας, *Duas collyridas tenues, ceu duos pastillos.* Vox originalis derivatur è radice, quâ cor significatur; quare reddendum censuimus *cordialia.* Fortè tamen præstat vertere, *duo pharmaca*, quibus stomachus recreatur, vel potiùs quibus gustus provocatur. Narrationis enim series docet, Thamarem confecisse panem, quem ex oleo frixit. Genus erat quoddam collyridæ delicatissimæ apud Græcos, cui nomen *Collabos*, voce satis affini Hebræo *Lebaboth*, vel *Lebabos.* Nostris moribus insuetum planè esset ac novum, feminam principem cibos parantem, ac panes conficientem spectare; sed longè alii erant veterum mores. Sara ipsa per se cibos parat, conficitque panem hospitibus; et Macedonum regina, regis Perdiccæ uxor, suis ipsa manibus tamen in usum domesticorum subigebat. (Calmet.)

Vers. 9. — Tollens quod coxerat, effudit, et posuit coram eo. Hæc et præcedentia Vulgatæ verba liquidum quid, vel embammatis aut pulmenti genus innuunt. Sed Hebræus exprimit potiùs placentam vel panem; aliquid, cujus materies erat farina: *Cepit conspersionem*, ait Scriptura, *et conspersit, et lagana fecit in oculis ejus, et coxit, et cepit sartaginem, et effudit ad facies ejus.* Plura laganorum genera, quæ in sartagine frigebantur, in Levitico animadvertimus. (Calmet.)

Vers. 10. — Infer cibum in conclave. His innui verbis videtur, Amnonem à lecto surre-

VERS. 13. — QUIN POTIUS LOQUERE AD REGEM, ET NON NEGABIT ME TIBI (1). Libido, si paulò sit ardentior, et metus gravis, ac subitus, omnem interdùm prudentiam, imò et mentem expec-

x'sse, atque Thamarem è loco, ubi cibum paraverat, accivisse in conclave, quò euntem illam secutus fuerit. Id tamen fortassè explicandum est solummodò de conclavi loco, ubi lectus stratus erat. (Calmet.)

(1) *Parlez plutôt au roi, et il ne vous résistera pas quand vous lui demanderez de m'épouser.* C'est en vain que l'on chercherait une exacte vérité dans les paroles de cette jeune princesse. Son cœur parle plus que son esprit, et elle avait grand sujet d'être comme hors d'elle en voyant ce qu'elle voyait. Car ou elle ignorait que la loi défendit au frère d'épouser sa sœur, ou, quand elle l'aurait su, elle ne trouvait point d'autre moyen pour se tirer de l'extrême péril où elle était, que de faire espérer à Amnon qu'il pourrait avoir un jour légitimement ce qu'il ne pouvait désirer alors que par le plus détestable de tous les crimes. (Sacy.)

Les mariages entre frères et sœurs de même père et même mère, ou de même mère seulement, ou seulement de même père, étaient expressément interdits aux Hébreux, sous peine de mort. Cependant Voltaire a avancé que *chez les Juifs on pouvait épouser sa sœur.* Il a répété la même calomnie dans ses *Quest. encyclop.*, art. *inceste* : « Il était permis, dit-il, « aux Juifs, comme aux Athéniens, aux Egyp« tiens, aux Syriens, de se marier avec leurs « sœurs. » Que doit-on penser d'un philosophe qui voudrait persuader qu'il recherche et qu'il aime la vérité, quand on lui voit avancer avec tant de confiance des assertions si contraires aux lois les plus positives et les plus précises? Mais quelles preuves donne-t-il donc d'une proposition formellement contredite par la loi de Moïse? « Lorsqu'Amnon, fils de David, « viola sa sœur Thamar, fille de David, Tha« mar lui dit: Demandez-moi au roi mon père, « en mariage, il ne vous refusera pas. » Il est encore revenu sur cet article dans la Bible expliquée: « Thamar dit à son frère: Demandez« moi en mariage; le Lévitique défend expres« sément au chapitre dix-huit de révéler la « turpitude de sa sœur; mais quelques Juifs « prétendent qu'il était permis d'épouser la « sœur de père et non pas de mère. Le chapi« tre dix-huit du Lévitique ne défend, après « tout, que de révéler la turpitude de sa sœur; « mais quand il y a mariage, il n'y a plus de « turpitude. » Suivant cette dernière réflexion, on pourrait soutenir que la loi de Moïse permettait d'épouser sa mère, puisque le Lévitique ne s'exprime pas autrement par rapport à la conjonction du fils avec la mère: *Vous ne découvrirez point la turpitude de votre mère.* On est indigné avec raison d'entendre opposer froidement les discours d'une jeune personne troublée de l'affront cruel qu'on lui prépare, aux termes précis d'une loi formelle. Ces paroles, échappées dans l'effroi, suffisent-elles pour prouver, chez les Hébreux, une coutume que leur loi réprouve, et dont l'histoire de cette nation ne fournit aucun exemple? Ne

torat. Cupiebat Thamar ex illo cum Amnone congressu immunis redire ab incestu, quem sibi à potentiori, atque audaci fratre, imò ab infensissimo hoste metuebat. Quare aut verè, et seriò, quia non putabat inter fratres, maximè si germani non essent, prohiberi connubia; sive simulatè, ut spe oblatâ conjugii stultum, et impurum fratris sui conatum eluderet, illi legitimum offert congressum, modò id parenti non esset ingratum, dummodò expectaret legitimi connubii sociale fœdus. Fortassè Thamar ignorabat, utpote puella, et matre quoque nata gentili, inter fratrem, sororemque, maximè si non fuerint omninò germani, id est, patrimi, ac matrimi, legitima posse contrahi connubia: et hâc cogitatione decepta, aut quia eâ simulatione decipere, aut retardare voluit fratris intemperantiam, ita conjunctionem veneream, et damnatam respuit, ut tamen annuente patre honestum, legitimumque conjugium, et perpetuam vitæ societatem promittat. Quòd autem ita cogitârit Thamar, mirandum non est, quia, ut dixi, nata fuerat matre gentili, ex eâ regione, in quâ in hujusmodi connubiis, quæ inter fratres contrahuntur, nihil putabatur esse non legitimum. Aut certè, quia illâ promissione sedari posse credidit in fratre juvenilem ardorem, quia putabat fratrem in illâ insaniâ neque cogitare posse, ut sæpè fit, quid ratio, quid lex, aut etiam quid natura præscribit.

Multa hìc suo more fabulantur Hebræi, dicuntque optimè inter Thamar et Amnon intercedere potuisse conjugium, quia Thamar tunc suscepit David ex Maachâ filiâ regis Gessur, cùm adhuc esset gentilis; atque ideò licet filia esset David, et soror Amnon secundùm carnem, non tamen secundùm legem: ex quâ oriri potuit illa cognatio, quæ nullo modo legitimi tori societatem admitteret. Sed est planè falsum hoc Rab. Kimhi inane commentum; nisi etiam dicamus Absalomem non esse Davidis filium, qui eo tempore natus est, quando mater illius Maacha videri potuit esse gentilis, nempe in Hebron, ut habes lib. 1 Paralip. c. 3, v. 2; Thamar autem multò post in Jerusalem, ibid. v. 9, quando de matris religione nemo dubitare poterat. Multò minùs habet probabilitatis, quod docet Rab. Salomon,

pourrait-il pas se faire aussi que Thamar, dont la mère était idolâtre, puisqu'elle était fille du roi de Gessur, ait cru que de tels mariages étaient permis chez les Hébreux, comme ils l'étaient dans le pays de sa mère? (Duclot.)

ut tradit et videtur non improbare Lyra : dicit enim, neque secundùm carnem cognatos esse Amnon et Thamar, quia gravidam duxit Maacham David ex priori viro, ex quo nata fuit Thamar. Quod planè incredibile est ; neque enim David uxorem eripuisset alteri viro nisi repudiatam; saltem à priori viro gravidam accipere non potuit, cùm ab ejus nuptiis ad ortum Thamar multi intercessissent anni. Habuit enim illam uxorem, cùm esset in Hebron, ubi Absalon natus est ; et Thamar nata fuit in Jerusalem, ut videtur certum ex lib. 1 Paralip. cap. 3, v. 9. Has Hebræorum cogitationes refellit Abulensis q. 4, neque plus habent probabilitatis alia, quæ in hanc sententiam adducunt Hebræi. Mihi illud magis probatur, quod adduxi priùs, nempe verba illa dixisse Thamar, quia quid lex et natura præscriberet, ignorabat, aut quia sic eludere voluit, aut retardare prurientis insaniam. Quod etiam putat Abulensis q. 4.

Vers. 14. — Noluit autem acquiescere precibus ejus, sed prævalens viribus oppressit eam. Sanè libido præceps est et cæca, neque ratione ducitur, sed impetu quodam et furore rapitur. Flectere potuissent adolescentis animum sororis preces, et ad quamdam modestiam et æquitatem adducere; sed mens aberat, et furor potiùs et libido dominabatur, quàm æquitas, quàm consilium et ratio. Quare oblitus pudoris et honestatis, vi rem gerit, non ratione, quæ ubi libido dominatur, nullum habet locum ; quare irruit in misellam, quæ longè erat viribus inferior, atque ideò illam violenter oppressit.

Vers. 15. — Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis (1). Sicut ira furor est brevis, ut Satyricus dixit, sic etiam interdùm malè et turpiter conciliatus amor, cui si alius se difficilem præbet, in odium sæpè plusquàm novercale convertitur. Sic videmus ex amore nimio et familiari consuetudine immortales nasci inimicitias : præsertim si illas turpitudo aliqua, aut indecora ratio malè conciliavit. Exemplorum apud profanos plus satis. Una nobis Semiramis non unum nobis reliquit exemplum, quæ amatores suos, et in his filium, quibus assueverat multò, quàm pudicam et honestam deceret, intemperantiùs, mutato animo, quod contingit sæpè cùm immoderatus dominatur non tam amor, quàm furor, omnes interfecit. Cur tam brevi ac facilè ardens ille amor in odium illud inflammatum evaserit, variæ afferuntur causæ. Hebræi dicunt obluctatam esse Thamar insultanti, atque prurienti fratri: et in ipsâ luctâ, et nixu in genitali membro læsum fuisse graviter Amnon, ita ut necesse fuerit illud medicinæ gratiâ prorsùs abscindi. Sed illi nugantur, ut alibi sæpè. Alii dicunt, verba Thamar in fratrem jecisse contumeliosa. Appellârat priùs v. 12 et 13, *stultum* et *insanum ;* deinde cùm his verbis nihil promovisset, jactâsse in illum multò graviora convicia, quibus irritatus graviùs in illam posteà, quàm fuerat priùs amanter, animatum fuisse. Illa verior ratio, amorem malè conciliatum non esse diuturnum, et ex brevi voluptate et amore, quæ non peperit virtus, aut honesta ratio, implacabiles oriri inimicitias et dolores æternos. Aristoteles sect. 4 Problem. q. 11, ostendit hoc odium ex amore esse frequentissimum, dùm quærit : « Cur adolescentuli cùm primùm concumbere incipiunt, « quibuscumque fuerint ingressi, eas re peractâ odio habeant ? » Rationem ipse affert, tu apud illum lege, si lubet.

Vers. 16. — Majus est hoc malum, quod nunc agis adversum me, quam quod ante fecisti. Tulit graviter, ut par erat, Thamar vim sibi illatam à fratre, sed cur graviùs tulerit ab illo fuisse contumeliosè rejectam, non facile explicatu est. Fortassè crediderat puella nimiùm simplex licitum esse cum fratre connubium, quia nihil audierat, cogitâratque contrarium, et esse alicubi usitatum forsitan acceperat à matre gentili. Cùm verò se nunc repulsam à fratre ignominiosè videret, sic secum pavida ratiocinabatur, alios, qui de fratris amore aliquid essent odorati, et nunc viderent è fratris domo turpiter expulsam, aliquid in ipsâ deprehensum à fratre, propter quod horreret nuptias, quas priùs expetierat. Hoc autem instar esse mortis illa meditabatur, tum

(1) Odii causam comminiscuntur Rabbini, scilicet quòd Thamar stupro Amnon resistens, cum eo luctando ejus genitalia ita læserit, ut ea debuerint abscindi; sed hæc cerebri Rabbinici crassæ sunt imaginationes et figmenta. (Corn. à Lap.)

Aussitôt Amnon conçut pour elle une étrange aversion, de sorte que la haine qu'il lui portait était encore plus excessive que n'avait été sa passion. Ces changements si soudains sont aisément la suite des déréglements honteux. Il ne faut pas chercher de la raison dans ce qui se fait contre la raison. Comme une même fièvre produit une chaleur et un froid extrême, dans un même corps, ainsi, depuis qu'un homme est tombé dans le vice, il passe aisément d'une extrémité à l'autre, et il s'abandonne avec une incroyable légèreté à des excès tout contraires, comme étant le jouet de la passion qui le domine, et du démon qui le possède. (Sacy.)

quia turpissimum erat virgini oblatum esse vitium; tum quia violato virginis pudore grave proponebatur à lege supplicium. Quare si fieri posse existimabat, ut se salvâ religione ac consuetudine, frater sororem consortem haberet legitimi tori, non sine causâ ex hâc repulsâ, quàm ex illâ audaciâ majorem virgo cepisset dolorem: quia ut effugeret pœnam à lege præscriptam, vita illi in tenebris ignominiosa et tristis traducenda fuit. Deinde quia violatio occulta fuit, expulsio manifesta; ex illâ exigua, ex hâc non levis oriebatur infamia.

Vers. 18. — Quæ induta erat talari tunica: hujuscemodi enim filiæ regis virgines utebantur. Hæc verba satis convincunt illam sententiam falsitatis, quæ negat, Thamar, filiam esse Davidis, et potiùs ab illo viro satam cui Maacha illius uxor priùs assuevisset. Neque enim, si filia non fuisset regis, tunicam illam gestaret, quæ regiis tantùm virginibus debebatur. Sed cur hoc loco Scriptura meminit talaris tunicæ, quæ virginum è regiâ stirpe notum erat insigne? Sanè ut illustrior esset ignominia quam subiit Thamar à fratris sui servulo extra domum ejectâ, quam ex familiari veste regiam esse virginem ignoraret nemo; et quia incomitata et lugens egrediebatur, facilè quivis de illâ indignum aliquid, et alienum à regio nomine suspicari posset, propter quod à fratre, seu ab alio parente conscio, aut etiam jubente, duriùs esset accepta.

Ubi Vulgatus, *talaris tunica*, Hebraicè *pasim*, quæ vox, ut aliis locis vertit noster interpres, aliquid significat polymitum varium, opere pictum Phrygio atque plumario; qualis fuisse dicitur tunica, quam filio suo Josepho texuit Jacob. Genes. 37, v. 3, quæ Hebraicè dicitur פסים; et Vulgatus reddidit *polymitam tunicam*. Utrumque fuisse puto in puellâ regiâ Thamar, reliquisque virginibus è regio semine, vestem nempe fuisse ad talos usque demissam, eamdemque versicolorem, et variis intextam floribus atque arborum fructibus. Sanè vocem פסים Septuaginta in editione Complutensi vertunt ἀστραγαλωτόν, quomodò etiam legit Theodoretus, et annuit Josephus; quæ vox aliquid indicat, quod talos attingit, aut quod ad talos usque descendit. Sed eodem Theodoreto teste, Aquila vertit καρποτόν, sicut etiam nunc habet Septuaginta codex à Sixto correctus. Quæ vox versicolorem esse vestem indicat, et plumario opere variam, ut exponit ipse Theodoretus, quasi in eo varii arborum flores et fructus sint intertexti.

Et ex hoc loco intelligi potest id, quod ego in Commentariis super Cantica conjectabam, vestem sponsæ esse variis coloribus et argumentis excultam, nempè liliis: nam sæpè in Canticis nuptiales vestes distinctæ dicuntur liliis; et liliorum nomen frequens in epithalamiis. Imò Psalmus 44, qui totus epithalamicus est, præfixum habet liliorum nomen. Cùm verò sponsa geniali blandimento dicatur *regina* aut *filia principis*, ut ex Canticis constat, et Psal. 44, et nos pluribus in Commentariis super Cantica proleg. 3, n. 16, ideò sponsa, quæ aut *regina*, aut *principis filia* salutatur, vestem affert excultam floribus, qualem sine dubio ferunt regum filiæ, et qualem nunc dicitur habuisse Thamar.

Vers. 19. — Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens et clamans. In dolore gravi cinere aspergi, atque fœdari caput, et vestes discindi, res est nota, et ejus rei in Scripturâ sacrâ exemplorum abundè. Aliqua nos adduximus ad illud Ezech. c. 27. *Superjacient pulverem capitibus suis, et pulvere conspergentur.* Et ad illud Thren. 2: *Consperserunt cinere capita sua.* Utrumque in dolore conjunctum legimus, Job. cap. 2, ubi sic de amicis Job: *Exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum.* Et Amalecita, qui supra c. 1, nuntiavit mortem Saülis, vestes suas conscidisse dicitur, et caput aspersisse cinere. De scissis vestibus vide plura in nostris Commentariis in Jeremiam, c. 36, ad illud v. 24: *Neque sciderunt vestimenta sua.* Illud de manibus super caput impositis obscurius. Sed esse etiam Hebræis usitatum in dolore, ex eo fit verisimile, quia tunc etiam caput operiunt, ut diximus in Jeremiam, ad illud c. 14, v. 3: *Confusi sunt et afflicti, operuerunt capita sua.* Quare qui alio modo non potest, operit saltem manibus, quo signo ostendit se aut grave aliquod subiisse incommodum, aut passum aliquid, cujus ipsum pudere debeat. Quod credo naturale esse signum; nam et qui ætate sunt tenellâ et rudi, quique à naturâ potiùs, quàm à consilio et ratione ducuntur, quando dolent et lugent, manus gestare solent supra caput, quod non semel observavimus. Sanè Hispanus cùm adversum aliquid ostendere vult, hoc fermè modò in speciem proverbiali significare solet: *Volvio con las manos en la cabeça.* Hoc in confusione propter rem infeliciter gestam minatur Jeremias Judææ c. 2, v. 34: *Quàm vilis facta*

es nimis iterans vias tuas! Et ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Nam et ab istâ egredieris, et manus tuæ erunt super caput tuum. Scindi porrò in dolore vestes et caput pulvere turpari, etiam inter profanos usitatum est, ut ex locis Jeremiæ et Ezechielis suprà retulimus. Utrumque ex veterum consuetudine conjunxit in rege Latino Virgilius, lib. 10 Æneid., dùm illum in uxoris fato mœrentem inducit.

It scissâ veste Latinus,
Conjugis attonitus fatis, urbisque ruinâ,
Canitiem immundo perfusam pulvere turpans.

Vers. 20. — Dixit autem ei Absalom frater suus, numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? Occurrit sæpè ex hoc loco nobis Absalom, cujus nomen nisi Latino more varias habeat terminationes, necesse multa dicantur obscuriùs. Quare sicut feci hactenùs sæpè, hoc nomen Latinorum more inflectam. Sed lectore priùs admonito, in hoc nomine litteram ultimam esse *M*, non *N*, ut multi scribunt; ut autem in recto Absalom *M* habet in fine, sic etiam habeat in obliquis necesse est. Quare *Absalomem* dico, non *Absalonem;* sicut alii, qui aliter inflectunt, *Absalomum* scribunt, non *Absalonum*, in quibus est Josephus. Vidit Absalom sororem suam pudibundam, et mœstam, et infortunium suum ejulatu muliebri deplorantem; quid tamen esset à fratre passa, non aperiebat, vel quia pudore impediebatur ingenuo, vel quia futurum existimabat inutile. Sed rem est odoratus frater Absalom, qui ex suo ingenio et naturâ ad libidinem pronâ, quam non facilè ab omni coercebat intemperantiâ, conjecturam capiebat, ut de fratris sui ingenio judicaret. Sic enim frequenter usu venit, ut talia de aliis suspicemur, qualia nos patimur; fur alios existimat furta meditari; ambitiosus et avarus ad honores alios, et divitias aspirare putant. Denique vitia nostra, etiamsi nullum appareat signum, aliis tamen affingimus, et omninò alios ex nostris fingimus moribus. Sanè ut in naturâ simile similia gignit, sic in moribus, mali mores malos in aliis mores suspicantur, et quodammodò fingunt. Erat Absalom minùs pudori, aut famæ serviens, ut docuit paulò post, cùm spectante sole et Israele toto, paternum torum impudentissimè violavit; quod nisi libidinis esset profusæ, et profligati pudoris, nunquàm aut cogitâsset, aut suadentibus aliis admisisset ad animum. Ex se ipso judicavit, qualis ab Amnone sorori suæ accidisset injuria; neque enim ille, quâ erat impudentiâ, occasionem illam perire passus esset. Nihilominùs compressit tunc furorem, quem in fratrem conceperat, quod in tempus magis opportunum reservabat, et consolatus est sororem, et jussit, ne quidquam quereretur de Amnonis injuriâ, aut in illum aliquid moliretur mali, sed meminisset illum esse fratrem, neque fieri posse, ut illius incestus non etiam familiam totam, domumque paternam, aliquâ turpitudine respergeret. Quare continuit se Thamar in fraternâ domo, suamque injuriam assiduis lacrymis et tacito dolore concoquebat. Neque quidquam est Absalom eâ de re locutus cum Amnone, sed ita se gerebat homo callidus, quasi nihil ipsi compertum foret de violatâ sororis pudicitiâ. Cùmque Davidi graviùs accidisset audacissimum illud filii facinus, nihil tamen illi duriùs locutus est, quia Amnonem, utpote primogenitum, diligebat; neque voluit illi objectâ flagitii turpitudine, dolorem, seu pudorem afferre. Hanc rationem habemus à textu; sed fortassè illa quoque ratio fuit, licet illam Scriptura sacra sileat, quia cùm David in eodem genere gravissimè peccâsset, verecundatus est exprobrare filio flagitium illud, cujus habebat conscium animum, quodque videbat in caput suum retorqueri posse. Ut enim vitæ innocentia audaciam parit, sic sceleris conscientia omnem adimit ad reprehendendum libertatem. An verò peccaverit David, cùm penes illum summa esset potestas, dùm impunitam abire patitur audaciam, cui à lege severissimum est decretum judicium, disputat pluribus Abulensis à q. 8, usque ad q. 12. Quam ego disputationem omitto, quia id facere posse videor salvo interpretis officio ac nomine.

Antequàm ad alteram capitis partem descendo, in quâ agitur de Amnonis interitu, et de vindictâ constupratæ virginis incesto concubitu, libuit adducere, quod scribit Chrysostomus lib. 3 de Providentiâ, tomo 5, ubi cùm varia Davidis incommoda, et patientis animi documenta traderet, hoc et quod ex eo secutum est, primo loco, aut inprimis adhibuit: « Sufficere, inquit, ista poterant, Davidis vi« tam inter eos numerare, qui semper in luctu « et miseriis vixerunt. Nunc verò talia post« modùm secuta sunt, ut nec olim tristia pati « cœpisse videantur. Quippè fabulas omnes « omnemque tragœdiam vicerunt regis hujus « clades, adeò illi monstrosa, et invicem sibi

« succedentia domui suæ contigerunt, cùm « clades cladibus succedere semper pergerent. « Considera, quæso. Adamavit sororem Tha- « mar Amnon frater, amatam vi oppressit, « oppressam odivit, eamque violationem, ne- « fariumque concubitum prior ipse patefecit, « alicui ex servis mandans, ut invitam pelle- « ret domo, ac per plateam emitteret claman- « tem, ploratuque, et lamentis omnia com- « plentem. » Deinde alia persequitur, quæ diù tanti regis exercuère patientiam. (1)

Vers. 23. — Factum est autem post tempus biennii, ut tonderentur oves Absalom (2). Expectavit Absalom biennium, dùm sese offerret opportunitas, in quâ ulcisci posset audaciam fratris, et consolari sororis ex ablatâ virginitate mœrorem. Illam autem obtulit tondendi gregis ex pastoritiâ disciplinâ tempus, in quo fieri solent cognatorum, amicorumque conventus, et dies sumi geniales, et læti. Illam igitur opportunitatem captavit Absalom, ut Amnonem fratrem extra civitatem, patrisque conspectum extraheret in solum aliquem locum, ubi consilium cædis, quod diù secum agitabat, expleret. Quomodò dies tonsionis Hebræis lætus esset, et conviviis celeber, diximus cap. 25, in principio, ubi de Nabal simili convivio atque lætitiâ pluribus.

Vers. 25. — Cum autem cogeret eum, et noluisset ire, benedixit ei. Invitavit ad convivium, quod regiâ munificentiâ paraverat, primo loco regem, non quia illum interesse vellet; neque enim suis consiliis satis esset opportunus hospes; sed quia omnem volebat sceleris à se jam animo destinati suspicionem depellere: maximè cùm sciret regem non facilè persuasum iri, ut illud admitteret invitantis officium. Respondit itaque rex, nolle se filii sui rationibus esse gravem; neque placere sibi, ut convivarum multitudo largos illi sumptus afferret. Cùm autem instaret filius, neque adducere parentem posset, ut convivium obiret, id tandem obtinuit, ut ab illo veniam impetraret, et benedictionem, quam obsequentes, et benè morati filii plurimi faciunt. Quid sit *benedicere*, obscurum non est: si à Deo fuerit benedictio, omne genus abundantiæ, et felicitatis importat; si à superiori mortali, qualis sacerdos, aut pater est, votum indicat, aut deprecationem, quæ à Deo bonum aliquod optat, et precatur, quod illi, cujus causâ laborat, opportunum est. Qualis fuit illa benedictio, quam Isaac Jacob primùm, deinde Esaû filiis suis impertitus est. Hâc, credo, Job filios suos prosequebatur, cùm diebus singulis in orbem familiare et eucharisticum inière symposium; qui cùm sciret in conviviis periclitari modestiam, et quæ bonis officiunt moribus, habere plerumque locum, *sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos.* Quod pietatis officium à pietate est, neque plurimùm à benedictione differt. (1)

Vers. 27.—Dimisit cum eo Amnon, et universos filios regis. Cùm invitato rege ad commune convivium, omnem doli, atque insidiarum suspicionem abstulisset Absalom, rogavit à rege, ut saltem Amnonem convivium inire pateretur, si reliquos filios, quorum non erat

(1) Vers. 21.—Noluit contristare spiritum Amnon, etc. Desunt hæc in Hebræo, et in versionibus ex illo expressis, nec in versionem suam adoptavit S. Hieronymus. Id addiderunt Græci in nonnullis codicibus; et Josephus in suo codice legebat, quod fortè in causâ fuit, cur Græci in suos transferrent. Nullâ quidem ratione silentium, et dissimulatio regis in hâc re excusari potest; si præsertim nulla facilitatis illius causa reddatur, nisi tener erga Amnonem patris amor. Quasi David sese reum nôsset, nec satis habere animi fateretur ad puniendum crimen, cui ipse exemplo suo causam exhibere potuit. (Calmet.)

David ayant su ce qui s'était passé, s'en affligea fort, mais il ne voulut point attrister Amnon, parce qu'il l'aimait, étant son aîné. David était d'un naturel extrêmement tendre. Il aimait ses enfants jusque dans l'excès. On ne peut pas approuver ici cette indulgence démesurée qui l'empêche de reprendre Amnon d'une action si abominable, *de peur de lui causer quelque tristesse. Il y a une douceur qui est cruelle,* dit saint Augustin, et il est difficile de ne pas donner ce nom à celle-ci, qui se peut appeler non seulement cruelle, mais très-injuste. Car David devait se considérer comme juge entre Amnon et Thamar. S'il aimait encore son fils après un crime si détestable, combien était-il plus juste qu'il prît la défense de sa fille, qui était en même temps et très-malheureuse et très-innocente, et en la personne de laquelle tout le respect dû à la nature, au sexe et à la grandeur de la naissance avait été si indignement violé! (Sacy.)

(2) In Baalhasor, quæ est juxta Ephraim, propè urbem Ephraim vel Ephrem appellatam, cujus nomen occurrit in Evangelio Joannis, ubi juxta desertum constituitur. Desertum autem fortassè Bethel, vel Jerichuntis, cùm Josephus Ephrem et Bethel junctas ponat, veluti duo loca Jerosolymæ vicina. Baalhasor propè Ephrem jacebat, nihilque de illâ scimus. (Calmet.)

(1) Vers. 26. — Veniat, obsecro, nobiscum saltem Amnon. De Amnone præsertim quærit, tanquam inter filios regis natu majore, simulque demonstraturus Davidi, nihil servare se pristinæ cum illo simultatis. Cæteros fratres non curat, quanquàm illos pariter celebritati adfuisse constat. (Calmet.)

exiguus numerus, interesse nollet. Pater cùm aliquid ex eo convivio adversum præsagiret principio, tandem permisit, ut alii cum Amnone ex genere regio genialibus epulis accumberent, eo, ut ego interpretor, consilio, ne Absalom aliis præsentibus quicquam contra Amnonem hostile moliretur.

Vers 28. — Observate, cum temulentus fuerit Amnon (1). Temulentia et ebrietas in Scripturâ sacrâ non semper significat vitium illud intemperantiæ, quo à vino largè, et immoderatè hausto, mens hominis turbatur, et excidit, sed abundantiam, quæ hominem exhilarat, minùsque idoneum reddit rebus administrandis. Hanc ebrietatem passi sunt viri sancti, quibus integra mens fuit inter pocula quibus se ad hilaritatem, et satietatem expleverunt; non tamen illis mens est emota, aut exturbata ratio; sed tantùm minùs ad judicandum idonea. Sic filii Jacob simul cum Joseph fratre inebriati dicuntur, Genes. 43, in fine : *Biberuntque, et inebriati sunt cum eo.* Sic Simon Machab. lib. 1, capite 16, vers. 16, inebriatus occubuit. Sanè si hoc ebrietatis genus, quo homo hilarior fit, non tamen suî impos, peccatum esset, non invitaret sanctus sponsus sodales suos item sanctos ad pocula, quibus inebriarentur. Cant. 5 : *Comedite amici, et bibite, et inebriamini, charissimi.* Neque Architriclinus aliquid indecorum et turpe significavit, cùm dixit, Joan. capite 2, vers. 10 : *Omnis homo bonum vinum primum ponit, et cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est,* Augustinus in illud Genes. 43 : *Biberunt, et inebriati sunt cum eo,* q. 144, ait : « Hoc inebriandi verbum et pro saturitate solere poni in Scripturis, qui diligenter adverterit, multis in locis adinveniet. Unde est illud Psalm. 64 : « *Visitâsti terram, et inebriâsti eam, multiplicâsti ditare eam :* eò quòd in laude benedictionis hoc positum est, et donum Dei commemoratur, apparet hanc ebrietatem saturitatem significare. Nam ita inebriari, ut inebriantur ebriosi, neque ipsi terræ utile est, quia majori, quàm satietati sufficit, humore corrumpitur, sicut vita ebriosorum, qui non satietate se replent, sed mergunt diluvio. » Est ergo illa temulentia, seu ebrietas, de quâ loquitur Absalom, hilaritas quædam, quæ est à vino, quæ solvit quidem hominem à curis, et avocat à rebus gerendis, sicut facit interdùm saturitas à cibo; non tamen mentem commovet, et insanire facit. Talis erat Balthasar, cui Scriptura sacra, Dan. capite 5, v. 2, temulentiam tribuit; relinquit tamen prudentiam, ut timeat, quid novi portendant litteræ in pariete descriptæ, et quomodò se ab eo metu liberare posset. Non aliam temulentiam Absalom expectari jussit à servis in Amnone fratre; quam sine dubio expectârunt Absalomis servi, quæ major non videtur fuisse illâ, quam alii Davidis filii passi sunt, qui tamen senserunt, gemueruntque inopinatum Amnonis interitum; et ne aliquid ipsi simile subirent, ascenderunt mulas, et se quàm ocissimè è convivio, et Absalomis domo ad paternam domum, et parentis amplexum subduxerunt.

Vers. 29. — Fecerunt ergo pueri Absalom, adversus Amnon, sicut præceperat eis. Ademerat ante servis suis metum Absalom, sui tantùm nominis objectâ majestate, tutoque in omnem eventum patrocinio, quæ res animos fecit servis plus satis obsequentibus, ut in regis filium manus injicerent armatas. Conjectat hoc loco, neque meo judicio malè, Dionysius, servos illos, qui tantum facinus aggressi fuerunt, fuisse gentiles ex Gessur, ubi Absalomis avus eo tempore regnabat. Neque enim aliter videbantur ausuri in regium juvenem impetum illum insidiosum facere ; neque Absalomi, qui omnia tuta pollicebatur, tam essent libenter obsecuti, nisi regium nomen tam ex paterno, quàm ex materno genere illis objecisset, quorum illud conciliabat patrem, hoc contra patrem indignatum, securum, et facile promittebat effugium.

Surgentesque alii filii regis, ascenderunt singuli mulas suas (1). Timere poterant non

(1) *Prenez garde quand Amnon commencera d'être troublé par le vin, et que je vous ferai signe; frappez-le et tuez-le.* Une action aussi abominable qu'était le violement de Thamar ne pouvait pas demeurer impunie dans l'ordre de Dieu. David la dissimule avec une indulgence inexcusable, et Absalon la punit avec une rigueur et une hardiesse criminelle. Il n'appartenait proprement qu'au roi de condamner son fils, et son fils aîné, à une peine proportionnée à un si grand crime. Mais Absalom ne pense qu'à venger Thamar qui était née de la même mère que lui; et Dieu se sert de son audace pour punir avec justice la fureur d'Amnon, qui avait traité sa sœur plus cruellement que s'il lui avait ôté la vie. Peut-être même qu'Absalom avait dans l'esprit, selon la pensée de quelques interprètes, de satisfaire par ce meurtre aussi bien son ambition que sa vengeance. Car, s'étant ainsi défait de l'aîné de tous ses frères, il croyait qu'il lui serait bien plus aisé de se faire roi, comme nous verrons qu'il exécutera ce dessein dans la suite de cette histoire. (Sacy.)

(1) Quibus vehi solebant plerùmque viri qui-

sine causâ alii regii pueri, cùm illorum principem, utpotè primogenitum, inter epulas incautum interfectum viderent. Quare omnes conscendunt mulas, et se quamprimùm in fugam dant. Præverterunt autem illorum cursum alii, quibus nullam moram afferre potuit mularum præparatio, quia pedites se ab insidioso furore subduxerunt, quique cùm non totam tragœdiam expectâssent, putârunt cum Amnone alios quoque de regiâ stirpe pueros cecidisse. Et hoc ipsum Davidi parenti, et his, qui in aulâ cum ipso morabantur, annuntiant. Quæ res magnoperè turbavit animum regis, et aliorum, qui regi aderant; qui omnes regis exemplum secuti, cujus dolorem pium ipsi quoque dolebant, consciderunt vestimenta sua, et sese in terram lugentium more congesserunt.

Vers. 32. — Respondens autem Jonadab. Hic fuit ille Amnonis amicus, qui viam ostendit, quomodò incautam virginem attraheret, et suam in illâ libidinem expleret, dignus qui multò magis, quàm Amnon gladium exciperet in infideli pectore vindicem violati pudoris. Qui consolatus est regem, dixitque unum Amnonem sublatum esse ferro; alios autem filios regis nihil esse passos, à quibus Absalom nullam accepisset injuriam, neque haberet, cur in illos quicquam moliretur hostile; unum autem Amnonem ab eo appetitum esse ferro, à quo semper animo alienissimo fuit, ex quo sororem ab illius petulantiâ compressam esse noverat. Hæc Jonadab, qui si quid haberet pudoris, aut mentis, nunquàm illius facti, cujus ipse auctor, et suasor extiterat, meminisset; maximè apud regem, qui, ut verisimile est, illius incendii facem non ignorabat. Sed sanè verum est illud, impudentem esse oportere eum, qui semel transierit verecundiæ fines. (1)

Vers. 34. — Fugit autem Absalom (2). En quod homicidæ servi in Absalome hortatore ac principe potuerunt habere perfugium, quando ipse præsidium petit à fugâ? Fugerunt autem cum illo, ut ipsa sceleris natura suadet, homicidæ servi; neque enim, securi esse poterant in Davidis regno, cujus filium inter pocula incautum occiderant, quique non longè aberat ab eo loco, ubi patrata cædes. Tunc verò speculator, qui de more in edito loco perpetuas agebat excubias, prospexit magnam hominum, et præcipiti gradu effusam multitudinem (unde constat, quàm lætum, et frequens esset illud convivium, quàm dies ille genialis, quem tanta hominum multitudo celebrârat). Venerunt autem inter hos pueri regii anhelato cursu, exanimati metu, et fratris sui subitum et crudele fatum deplorantes; quorum ejulatus tam in rege, quàm in aulicis viris, et expresserunt lacrymas, et ululatus excitârunt.

Vers. 37. — Porro Absalom fugiens abiit ad Tholomai. Maacha Absalomis mater, filia erat hujus Tholomai. De quâ multa Hebræi; sed, credo, suo more sine ullâ gravi conjecturâ. Dicunt enim captam esse hanc regis alieni ab Israelitico genere filiam à Davide, et juxta legem traditam, Deuter. cap. 21, v. 12, rasisse cæsariem, resecuisse ungues, et exuisse vestes, et illa præstitisse omnia, quæ lex ab illâ requirit, quæ viri Israelitæ nuptias inire vult. Ad avum igitur profectus fuit Absalom, apud quem non omninò, ut verisimile est, triennium totum sine metu consumpsit, quia in parente David signa videbat non obscura offensi, et durum aliquid meditantis animi. Quod ex eo, quod proximè succedit, fit verisimile, ubi dicitur cessâsse David persequi filium fratricidam.

Vers. 39. — Cessavitque rex David perse-

que amplissimi, et principes ejus regionis, neque aliis idem pariter rex utebatur. Nunc primùm occurrit in Scripturâ de mulabus seu mulis sermo. Judices Israelis nonnisi asinis vecti narrantur. Cave tamen reputes, mulos, de quibus hìc, et quibus vehi solebant reges et principes ejus regionis, ac denique quorum erat usus etiam in prælio pro equis, uti de Absalomo legitur, de illâ fatali, quâ subterfugiens mulâ suspensum illum arbori reliquit; cave, inquam, reputes, simile quidpiam cum nostratibus mulis habuisse, quorum pretium est unicum in corporis robore, gravissimis sarcinis ferendis apto. Mulos Syriæ non edit coitus asinæ cum equo, sed muli cum mulâ congressus. Ejus enim regionis mulæ gravidæ fiunt, uti apud nos equæ, et quos pariunt pulli, tertium quoddam genus inter equum et mulum constituunt; robore equum, celeritate mulum vulgarem, quanquàm formâ corporis huic persimiles, superant. (Calmet.)

(1) In ore Absalom erat positus ex die, qua oppressit Thamar; necem viri apud se jam ab eâ die statuerat. Voluntatis tamen hujus propositum, fixum licet, altè tamen animo celaverat: consilium erat in ore ceu verbum jamjam proferendum. Chaldæus, Syriacus, et Arabs: *Hoc erat in animo.* Illud Scripturæ *in ore* ponitur sæpè pro jussione et imperio; Israelitæ *ad imperium Domini* (Hebr. *ad os Domini*) *proficiscebantur.* Absalom necem Amnonis imperavit, ejusque mandato peracta est. Aquila et Symmachus: *Quoniam Absalom iratus illi erat ex die,* etc. (Calmet.)

(2) Per iter devium ex latere montis. Hebræus: *De viâ post eum, ex latere montis.* A tergo montis Olivarum veniebant, atque secundùm montem gradiebantur. Venisse autem

QUI ABSALOM (1). Non difficile fuisset Davidi regi, quantumcumque contra niteretur rex alius Tholomai. Absalomem capere, deque illo, quas luberet, pœnas de fratricidio sumere; sed satis videtur habuisse animum ostendere plenum indignationis, et ad filii vota, seu postulata difficilem. Sed cùm nosset rex prudens, quid ipse paulò ante sceleris admisisset, et suspicaretur luere se pro tantâ in peccando libertate, atque intemperantiâ supplicium, continuit sese, et ne videretur probare, quod esset à filio crudeliter, et fraudulenter admissum, externo aliquo signo alienati animi quotidianum specimen edebat. Nôrat in se peccatum, quod in Amnone damnaverat; atque ideò, ut diximus, illud in Amnone neque supplicio plectere, neque graviore verbo reprehendere ausus est: sceleris quippè conscientia timidos reddit animos alioqui constantes, et audaces. Nôrat item in se peccatum Absalomis, cùm ipse quoque per fraudem virum, quem inebriare antè voluerat, occidisset. Quare neque hunc eo conatu, quo debuerat, persecutus est; quia si quis erat ardor, quem excitabat furor, illum peccati non dissimilis timida conscientia restinguebat.

EO QUOD CONSOLATUS ESSET SUPER AMNON INTERITU. *Consolari* hoc loco idem est, quòd dolorem esse sedatum, et furorem deferbuisse, qui priùs regem ad sumendum supplicium incitabat. Affectus autem ille mitior, aut incitatus minùs, ex eo provenit, quia aut rex culpam Amnonis considerârat attentiùs, dignumque putabat simili, aut graviori pœnâ; aut certè quia tempus emollit, et mitigat dura, et ipsa consuetudo facit, ut quæ priùs acerba, nunc injucunda minùs videantur. Sanè ut ex principio subsequentis capitis liquet, animi jam pacati signa dedit aliis non obscura.

Hebræi aliter hunc locum interpretantur; illud enim *persequi* significare putant benevolentiam magis, quàm offensionem. Aiunt enim voluisse Davidem exire sæpè ad filium, ut ultrò illum sibi conciliaret: non tamen ausum esse illum ad se reducere, ne quoties suis occursaret oculis, toties fraternæ cædis memoriam renovaret. Ita Hieronymus in Traditionibus hebraicis.

Ad extremum libet, quod in hunc locum Angelomus tradit morale documentum, attexere. Lapsus fuerat Amnon constupratâ sorore in immane peccatum, cujus fortassè causa fuit intemperantia, et luxus, dùm plus satis splendidis mensis, et frequentibus poculis indulget. Neque tamen aliquid gravius est passus, cùm tamen leve non fuerit, quod virgini attulit detrimentum. Abstinere debuit ab immoderatis cibis, et plenis poculis, in quibus est luxuria, ut docet Apostolus, et experientiâ ipsâ quotidianâ didicit Comicus, qui ex eo quod frequenter viderat, dixit, *sine Cerere, et Baccho friget Venus.* Quia tamen ad vinum, et temulentiam rediit, ibi vitam amisit temulentus, et licet nondùm luxuriosus, quia aliò fortassè mentem averterat, ad luxuriam tamen aptè dispositus, æstuanti à vino, et à cibis stomacho distento. Amavit periculum, et in eo utrique malè sanus interiit.

(1) Nullibi legimus, Davidem antea persecutum esse Absalomum. Explicari posset Latinus textus: Neglexit persequi Absalomum. Sed textus Hebræus duos planè oppositos sensus admittere potest: *Cessavit persecutionem suam in Absalom;* illum ulteriùs à Tholomai socero suo non postulavit. Vel: *Occulto desiderio excipiendi Absalomum conficiebatur.* Vel potiùs: Intimo animi sensu ferebatur, ut illum videret, reditum ejus magnoperè desiderabat. Ita textum exponunt docti plures interpretes, quibus narrationis series plenè favet. Proximè sequens caput ab his verbis exorditur: *Intelligens Joab, quòd cor regis versum esset ad Absalom.* (Calmet.)

CAPUT XIV.

1. Intelligens autem Joab filius Sarviæ quòd cor regis versum esset ad Absalom,

2. Misit Thecuam, et tulit inde mulierem sapientem; dixitque ad eam: Lugere te simula; et induere veste lugubri, et ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum.

3. Et ingredieris ad regem, et loqueris ad eum sermones hujusce modi. Posuit autem Joab verba in ore ejus.

4. Itaque cùm ingressa fuisset mulier

CHAPITRE XIV.

1. Joab, fils de Sarvia, ayant reconnu que le cœur du roi se rapprochait d'Absalom,

2. Fit venir de Thécua une femme sage, et lui dit: Faites semblant d'être dans l'affliction; prenez un habit de deuil, et ne vous parfumez point, afin que vous paraissiez comme une femme qui pleure un mort depuis long-temps.

3. Ensuite vous vous présenterez au roi, et vous lui tiendrez tels et tels discours. Et Joab lui mit dans la bouche toutes les paroles qu'elle devait dire.

4. Cette femme de Thécua, s'étant donc pré-

Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, et adoravit, et dixit : Serva me, rex.

5. Et ait ad eam rex : Quid causæ habes? Quæ respondit : Heu! mulier vidua ego sum; mortuus est enim vir meus.

6. Et ancillæ tuæ erant duo filii; qui rixati sunt adversùm se in agro, nullusque erat qui eos prohibere posset; et percussit alter alterum, et interfecit eum.

7. Et ecce consurgens universa cognatio adversùm ancillam tuam dicit : Trade eum qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro animâ fratris sui quem interfecit et deleamus hæredem. Et quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen et reliquiæ super terram.

8. Et ait rex ad mulierem : Vade in domum tuam, et ego jubebo pro te.

9. Dixitque mulier Thecuitis ad regem : In me, domine mi rex, sit iniquitas et in domum patris mei, rex autem et thronus ejus sit innocens.

10. Et ait rex : Qui contradixerit tibi adduc eum ad me, et ultra non addet ut tangat te.

11. Quæ ait : Recordetur rex Domini Dei sui ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum, et nequaquàm interficiant filium meum. Qui ait : Vivit Dominus! quia non cadet de capillis filii tui super terram.

12. Dixit ergo mulier : Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait : Loquere.

13. Dixitque mulier : Quare cogitâsti hujusce modi rem contra populum Dei, et locutus est rex verbum istud ut peccet et non reducat ejectum suum?

14. Omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur; nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitùs pereat qui abjectus est.

15. Nunc igitur veni ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præsente populo; et dixit ancilla tua : Loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ.

sentée au roi, se jeta à terre devant lui, et adora; et elle lui dit : Seigneur, sauvez-moi.

5. Le roi lui dit : Quelle est votre affaire? Elle lui répondit : Hélas! je suis une femme veuve, car mon mari est mort.

6. Votre servante avait deux fils, qui se sont querellés à la campagne, où il n'y avait personne qui pût les séparer; et l'un des deux a frappé l'autre, et l'a tué.

7. Et maintenant tous les parents se soulèvent contre votre servante, et me disent : Donnez-nous celui qui a tué son frère, afin que le sang de son frère qu'il a répandu soit vengé par sa mort, et que nous fassions périr l'héritier. Ainsi ils veulent éteindre la seule étincelle qui m'est laissée, afin qu'il ne reste plus personne sur la terre qui puisse faire revivre le nom de mon mari.

8. Le roi dit à cette femme : Retournez-vous-en chez vous; je donnerai mes ordres pour vous.

9. Elle lui répondit : O roi, mon seigneur, s'il y a *en cela* quelque injustice, qu'elle retombe sur moi et sur la maison de mon père, mais que le roi et son trône soient innocents *d'avoir laissé un meurtre impuni.*

10. Le roi ajouta : Si quelqu'un vous dit un mot, amenez-le-moi, et soyez sûre qu'il ne vous troublera plus.

11. Elle dit encore : Je vous conjure, par le Seigneur votre Dieu, *d'empêcher* que les parents ne s'élèvent l'un après l'autre, pour venger, par la mort de mon fils, le sang de celui qui a été tué. Le roi lui répondit : Vive le Seigneur! il ne tombera pas à terre un seul poil de la tête de votre fils.

12. Cette femme ajouta : Que le roi mon seigneur permette à sa servante de lui dire une parole. — Parlez, dit le roi.

13. La femme lui dit : Pourquoi refusez-vous au peuple de Dieu, *en faveur d'Absalom,* la grâce que vous m'accordez *pour mon fils?* et pourquoi le roi se résout-il de pécher *en ne pardonnant point,* plutôt que de rappeler son *fils qu'il a* banni?

14. Nous mourons tous, et nous nous écoulons sur la terre comme des eaux qui ne reviennent plus; et Dieu ne veut pas qu'une âme périsse, mais il diffère l'exécution de son arrêt, de peur que celui qui a été rejeté ne se perde entièrement.

15. C'est pourquoi je suis venue pour dire cette parole au roi mon seigneur devant le peuple. Et votre servante a dit : Je parlerai

16. Et audivit rex ut liberaret ancillam suam de manu omnium qui volebant de hæreditate Dei delere me et filium meum simul.

17. Dicat ergo ancilla tua ut fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium. Sicut enim angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione nec maledictione moveatur; unde et Dominus Deus tuus est tecum.

18. Et respondens rex dixit ad mulierem : Ne abscondas à me verbum quod te interrogo? Dixitque ei mulier : Loquere, domine mi rex.

19. Et ait rex : Numquid manus Joab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, et ait : Per salutem animæ tuæ, domine mi rex! nec ad sinistram nec ad dexteram est ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex; servus enim tuus Joab ipse præcepit mihi, et ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.

20. Ut verterem figuram sermonis hujus, servus tuus Joab præcepit istud; tu autem, domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei, ut intelligas omnia super terram.

21. Et ait rex ad Joab : Ecce placatus feci verbum tuum : vade ergo, et revoca puerum Absalom.

22. Cadensque Joab super faciem suam in terram adoravit, et benedixit regi. Et dixit Joab : Hodiè intellexit servus tuus quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex; fecisti enim sermonem servi tui.

23. Surrexit ergo Joab et abiit in Gessur, et adduxit Absalom in Jerusalem.

24. Dixit autem rex : Revertatur in domum suam, et faciem meam non videat. Reversus est itaque Absalom in domum suam, et faciem regis non vidit.

25. Porrò sicut Absalom vir non erat pulcher in omni Israel, et decorus nimis; à vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula.

26. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries), ponderabat capil-

au roi pour voir si je ne pourrai point obtenir de lui en quelque manière la grâce que je lui demande.

16. Le roi a déjà écouté sa servante pour la délivrer, elle et son fils, de la main de tous ceux qui voulaient les exterminer de l'héritage du Seigneur.

17. Permettez donc à votre servante de vous supplier encore que ce que le roi mon seigneur a ordonné *pour mon fils* s'exécute *en faveur d'Absalom,* comme un sacrifice *promis à Dieu;* car le roi mon seigneur, est comme un ange de Dieu, qui n'est touché ni des bénédictions ni des malédictions. C'est pourquoi le Seigneur votre Dieu est avec vous.

18. Alors le roi dit à cette femme : Je vous demande une chose; avouez-moi la vérité. La femme lui dit : Parlez, ô roi, mon seigneur!

19. Le roi lui dit : N'est-ce pas Joab qui vous fait faire tout ceci? Elle lui répondit : O roi, mon seigneur, je vous jure par votre vie (que Dieu conserve!) que rien n'est plus véritable que ce que vous dites ; car c'est *en effet* votre serviteur Joab qui m'a donné des ordres, et qui a mis tout ce que je viens de vous dire dans la bouche de votre servante;

20. C'est lui qui m'a commandé de vous parler ainsi en parabole. Mais vous, ô roi, mon seigneur, vous êtes sage comme l'est un ange de Dieu, et vous pénétrez tout *ce qui s'est fait* sur la terre.

21. Le roi dit donc à Joab : Je vous accorde la grâce que vous me demandez; allez et faites revenir mon fils Absalom.

22. Joab aussitôt se jeta à terre, adora, et salua le roi ; et il dit : O roi, mon seigneur! votre serviteur reconnaît aujourd'hui qu'il a trouvé grâce devant vous, puisque vous avez fait ce qu'il vous avait supplié de faire.

23. Joab partit donc *aussitôt*, et s'en alla à Gessur, d'où il amena Absalom à Jérusalem.

24. Et le roi dit : Qu'il retourne en sa maison, mais il ne me verra point. Absalom revint donc en sa maison, et il ne vit point le roi.

25. Or, il n'y avait point d'homme dans tout Israël qui fût si bien fait ni si beau qu'était Absalom ; depuis la plante des pieds jusqu'à la tête, il n'y avait pas en lui le moindre défaut.

26. Lorsqu'il se faisait couper les cheveux (ce qu'il faisait une fois tous les ans, parce qu'ils lui chargeaient trop la tête), on trouvait que ses cheveux pesaient deux cents sicles, selon le poids ordinaire.

los capitis sui ducentis siclis pondere publico.

27. Nati sunt autem Absalom filii tres, et filia una nomine Thamar, elegantis formæ.

28. Mansitque Absalom in Jerusalem duobus annis, et faciem regis non vidit.

29. Misit itaque ad Joab ut mitteret eum ad regem; qui noluit venire ad eum. Cùmque secundò misisset et ille noluisset venire ad eum,

30. Dixit servis suis : Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem messem hordei; ite igitur, et succendite eum igni. Succenderunt ergo servi Absalom segetem igni. Et venientes servi Joab, scissis vestibus suis, dixerunt : Succenderunt servi Absalom partem agri igni.

31. Surrexitque Joab, et venit ad Absalom in domum ejus, et dixit : Quare succenderunt servi tui segetem meam igni?

32. Et respondit Absalom ad Joab : Misi ad te obsecrans ut venires ad me, et mitterem te ad regem, et diceres ei : Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse : obsecro ergo ut videam faciem regis; quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.

33. Ingressus itaque Joab ad regem nuntiavit ei omnia; vocatusque est Absalom, et intravit ad regem, et adoravit super faciem terræ coram eo; osculatusque est rex Absalom.

27. Il avait trois fils et une fille appelée Thamar, qui était fort belle.

28. Absalom demeura deux ans à Jérusalem sans voir le roi.

29. Et ensuite il manda Joab pour l'envoyer vers David; mais Joab ne voulut pas venir le trouver. L'ayant mandé une seconde fois, et Joab n'ayant pas encore voulu venir,

30. Il dit à ses serviteurs : Vous savez que Joab a un champ qui est auprès du mien, où il y a de l'orge; allez donc, et mettez-y le feu. Et ses gens brûlèrent cet orge. Les serviteurs de Joab vinrent avec leurs vêtements déchirés, et dirent : Les serviteurs d'Absalom ont brûlé une partie de votre champ.

31. Joab alla donc trouver Absalom dans sa maison, et lui dit : Pourquoi vos serviteurs ont-ils mis le feu à mes orges?

32. Absalom répondit à Joab : J'ai envoyé chez vous pour vous prier de venir me voir et d'aller demander au roi : Pourquoi suis-je revenu de Gessur? il vaudrait mieux que j'y fusse encore : je demande donc la grâce de voir le roi; que s'il se souvient encore de ma faute, qu'il me fasse mourir.

33. Joab étant allé trouver le roi, lui rendit compte de tout; après quoi Absalom fut mandé, et il entra chez le roi, et, prosterné, il adora devant lui sur la face de la terre; et le roi baisa Absalom.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Intelligens autem Joab filius Sarviæ, quod cor regis versum esset ad Absalom (1). Videtur Joab toto tempore, quo extorris à patriâ vixit apud avum Absalom, de illius restitutione, et revocandâ gratiâ fuisse sollicitus. Quare in eam curam intentus omnem captabat occasionem, quæ illi ad regis lenendum animum aditum aperiret. Cùm ergo non dubiis conjecturis didicisset, minùs quàm ante malè Davidem animatum in filium; quia ut in fine superioris capitis dictum est, *consolatus erat super Amnonis interitu;* illud enim est, *cor regis versum ad Absalom;* consilium iniit, quo patriæ, patrique extorrem, et quasi alienatum adolescentem restitueret.

Vers. 2. — Misit Thecuam, et tulit inde mulierem sapientem (1). Hebræi, teste Hierony-

(1) *Joab ayant reconnu que le cœur du roi se tournait vers Absalom, fit venir une femme sage, et lui dit : Vous tiendrez au roi tel et tel discours.* Joab agit en cette rencontre comme un homme habile qui sait prendre ses avantages pour se mettre bien dans l'esprit du prince. Il voit que le temps avait adouci peu à peu dans le cœur de David, la douleur qu'il avait concue de la mort d'Amnon, et que sa tendresse pour Absalom, qui avait été suspendue jusqu'alors par l'horreur de son crime, se renouvelait de jour en jour. Ainsi, étant persuadé que David cherchait une occasion pour finir l'exil de ce jeune prince qui durait déjà depuis trois ans, il trouve un moyen ingénieux pour lui donner lieu d'exécuter ce qu'il avait résolu de faire. Il savait qu'en cette manière il plairait en même temps à David et à Absalom, en les réconciliant l'un avec l'autre selon le désir de tous les deux. (Sacy.)

(1) *Thecua* erat urbs in monte sita, uberri-

mo, hanc viduam Thecuanam, aviam esse putant prophetæ Amos; neque ullam aliam habent conjecturam, ut ita sentiant, nisi quia unum tantùm virum Thecuanum ex Scripturâ, agnoscunt Amos, quasi ex patriæ communitate generis etiamcommunitas inferri possit. Quid si neque Amos Thecuanus fuit! tantùm enim habemus ex Scripturâ, fuisse ex pastoralibus Thecuæ, id est, in desertis Thecuæ armenta pavisse. At in illis locis alii qui Thecuani non essent, suas habuerunt caulas, et armenta paverunt. In quibus fortassè fuit David, qui non procul ab illâ solitudine vixit, dùm paterno gregi pastoritiam operam navaret. Nihil igitur habemus aliud, quàm à Joab adductam esse mulierem sapientem, quæ optimè posset inductâ parabolâ regem jam suâ sponte inclinatum eò adducere, ut filium placatior, et propitius admitteret; quod et tentavit sapienter, et feliciter consecuta est. Tradunt etiam Hebræi hanc feminam Thecuanam verè fuisse viduam, verè duos habuisse filios, verè rixatos in agro, verè ab altero alterum occisum : quare nihil à feminâ commentum, sed tantùm historiam veram ad Absalomis casum applicatam. Ita Hebræi, sed non majori fide, quàm superiora. Cum Hebræis sentiunt aliqui ex nostris, Angelomus, Rabanus.

Mihi probabilius est, rem totam confictam à Joab, et ejus suasu, atque instructu Davidi propositam à Thecuanâ feminâ. Id enim planè valet, quod statim dicitur, et posteà v. 19, ubi femina dicit omnia verba hæc in ipsius ore posita à Joab, et ab eodem illius sermonis figuram esse conversam. Ita putat Abulensis q. 11. Tota historia aperta est, et illius applicatio non difficilis, atque ideò non multò nobis in illius explicatione laborandum est.

Vers. 4. — Serva me, rex. Familiaris, et quasi legitima formula, quâ ab aliquo aut jus nostrum obtinere volumus, aut id certè oramus, quod vitæ nostræ, aut rationibus valdè necessarium est. Sic l. 4 Reg. c. 6, v. 26, dixit mulier, quasi jus suum obtinere vellet à feminâ aliâ, quæ debitum negabat ad regem, legum atque justitiæ vindicem : *Salva me, Domine mi rex.* Et quasi hæc esset familiaris forma, 1 mis abundans pascuis, distans à Betlehem sex millibus passuum, à Jerusalem verò novem. Ita S. Hieron., Adrichom. et alii. Hinc fabulantur R. Salomon et R. David, mulieres et viros Thecuæ fuisse cæteris sapientiores, eò quòd Thecua sit fertilis olearum et olivarum; regiones enim oleis fertiles gignere sapientes, uti eadem Thecua genuit Amos et Habacuc prophetas. (Corn. à Lap).

Par. 16, v. 35, monet David, ut omnes confiteantur Domino, et dicant solemnem illam in orando formam : *Dicite, salva nos, Deus.* Hinc frequens in Hebræorum orationibus *hosanna,* quod idem est atque *salva, obsecro.* Quare illud *serva,* quod supplex adhibuit Thecuana mulier, non fuit propria hujus feminæ vox, sed omnibus communis, qui ad potentiorum misericordiam supplices accedunt.

Vers. 7. — Trade eum, qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum. Num. c. 35, v. 18 : *Propinquus occisi homicidam interficiet, statim ut apprehenderit eum, interficietur.* Et statim v. 21 : *Percussor homicidii reus erit : cognatus occisi statim ut invenerit eum, jugulabit.* Fingit itaque mulier filium suum occisum à fratre, et cognatos juxta legem nuper allatam conari, ne fraternus sanguis maneret inultus; atque ideò ardenti studio ad supplicium expetere capitale fratricidam. Quid eâ lege Deus cautum esse voluerit, aut lex illa jubeat, aut permittat, vel impunè tantùm possit, aut etiam extra culpam quispiam cognatum sanguinem ulcisci, non est hujus loci explicare pluribus. Placet quod docet Cajetanus, hìc à Deo, judicibus, legumque custodibus præcepta tradi, quando lege in homicidam agere debeant, et quando homicidæ ignoscere, aut illum judicio persequi legitimo non liceat. Ubi definit, posse quidem cognati sanguinis ultorem impunè alteri mortem afferre, non tamen sine culpâ : sicut alia sunt plurima, quæ ad pacificam eorum administrationem multa permittunt, quæ tamen non probant leges. Plura vide apud Abulensem in caput proximè citatum ex Numeris.

Et deleamus hæredem. Probabile facit commentum suum Thecuana mulier : posset enim aliquis hærere hìc, et quærere, quidnam commodi cogitare potuerint cognati, qui tam sunt avidi ulciscendi sanguinis à fratre profusi. Id nunc mulier illa sapiens inducit; dixerat enim consultò duos tantùm sibi fuisse filios, et se esse viduam; quare cùm filiorum alter esset occisus, neque à viro, utpote jam mortuo, ulla esset prætereà speranda soboles, consequens erat, ut altero etiam sublato, paternæ possessionis omninò tolleretur hæres; atque ideò ne ad alienos hæreditas cognata deflueret, ipsi cognati jus à lege habuerunt certum, ut vacuam illam possessionem adirent. Hanc itaque rationem indicat Thecuana mulier illis verbis : *Et deleamus hæredem.* Quasi dicerent, ut tollamus impedimentum, quod nobis ad paterna bona aditum occludit.

Et quærunt extinguere scintillam meam (1). Sicut lucerna pro successione ponitur, quia ut illa lucere facit, et apparere ea, quæ alioqui laterent in tenebris: sic etiam filii qui sunt naturales quædam parentum effigies, præsentes esse faciunt, atque conspicuos parentes, quorum corpora terra tegit, et quorum manes longè absunt à cœtu habitationeque mortalium. De filiis, in quibus parentum vivit nomen, atque memoria, est illud Eccl. 30, v. 4 : *Mortuus est pater ejus, et quasi non est mortuus ; similem enim reliquit sibi post se.* Simile aliquid audimus à profanis qui in filiis agnoscunt, quasi in plantarum germine stirpis naturam, parentum mores, et ingenium. Sic autem de Trojanis pueris Virgilius l. 5 Æneidos :

Cætera Trinacriis pubes senioris Acestæ
Fertur equis.
Excipiunt plausu pavidos, gaudentque tuentes
Dardanidæ, veterumque agnoscunt ora parentum.

In lucernâ illâ exprimuntur, quæ pulchra sunt et lucida, quæque hominum aliquo modo pariunt aut æternam, aut diuturnam memoriam, qualis est honor, res præclarè gestæ, et soboles; quæ de se non semel audivit David, dùm illi aut regnum, aut nomen immortale promittitur. Ut 4 Reg. 11, v. 36; ibid. 15, v. 44. Reg. 8, v. 19. Psal. 131, v. 17 : *Ibi producam cornu David, paravi lucernam Christo meo.* Quare Davidi regnum, gloria, posteritas lucerna fuit, quia hæc omnia Davidis memoriam ab oblivione vendicant. Notum est illud tritum, quo proverbiali specie significantur animantes illæ, quæ successione propagantur, vitâ ex aliis in alias transfusâ : hæ enim dicuntur posteris lampadem tradere, in quâ ipsæ, licet jam interierint, splendeant, et vivant. Sic Lucretius :

Et quasi cursores vitai lampada tradunt.

Sic Plato, l. 6 de Legibus ait, oportere cives operam dare generandæ proli, ut vitam, quam ipsi à majoribus accêpere, posteris tradant, quasi lampada ardentem, in quâ ipsi luceant.

Hæc igitur femina, ut suam ostendat tenuitatem, filium suum, qui reliquus erat, scintillam appellat, non lucernam, aut lampada, quia in illâ aliquid pertenue est, et obscurum, quod facilè extingui potest, in illo tamen filio qualicumque suam esse dicit vitam atque fortunam: quare qui illum de medio sustulerit, eripit ipsi fortunam, splendorem et vitam.

Ut non supersit viro meo nomen. Argumentum sumit à pietate, quæ mortuis debetur, quibus aliquid detrahere alienum semper judicatum est ab omni humanitate; quorum memoriam ipsi etiam barbari conservatam volunt. Conservatur autem mortuorum memoria, et nomen, non tam in monumentis publicis, ac statuis, quàm in posterorum virtute. Quare qui alicujus vult posteritatem extinguere, ille idem id agit, ut ex hominum memoriâ parentum etiam nomen eradat. (1)

Vers. 9. — In me, domine mi rex, sit iniquitas, et in domum patris mei : rex autem, et thronus ejus sit innocens. Eodem modo incepit orationem non minùs sapiens Abigail ad David l. 1 Reg. c. 25, v. 24. Duo videtur his verbis sibi velle Thecuana mulier. Primùm, ut si quis esset scrupulus in rege, si à mortis liberet periculo illum, quem quasi legum custos potiùs videbatur damnaturus (cùm illum, utpote fratricidam, capitalis supplicii reum esse constaret), illum eximat scrupulum : et si quid in eo peccatum sit, illud totum in caput suum derivet. Est autem usitatum, ut ab his, quibus benè cupimus, omne arceamus, deprecemurque incommodum, et si quid mali timeri posse videtur, illud nostro imprecemur capiti ; quâ dicendi, sive benevolentiæ formâ, liberum alium reddidisse videmur ab omni metu. Sic Rebecca Gen. c. 27, cùm Jacob, si matris obsequeretur monitis, timeret, ne pro benedictione maledictionem exprimeret à patre, illa his verbis bono esse jubet animo, et à timore libero. *In me sit,* ait, *ista maledictio, fili mi, tantùm audi vocem meam.*

Sic profani sæpè. Tibullus l. 1, Eleg. 2 :

(1) Hebræus ad litteram : *Extinguent prunam meum, quæ relicta est;* prunas sub cinere reservatas ad excitandum igniculum meum, accendendamque lucernam meam in Israele. (Calmet.)

(1) Vers. 8. — Vade in domum tuam, et ego jubebo pro te, q. d. : Curabo filium tuum servari, tibique reddi incolumem. Quæres an justum sit hoc Davidis judicium, quia lex Dei jubebat homicidam occidi, multò magis fratricidam, qualis erat hic. — Resp. : Lex jubebat occidi homicidam publicum, cujus scilicet homicidium publicè in judicio per testes probari poterat. Nam lex Deuter. 17, vers. 6, jubet ne quis occidatur, nisi duobus testibus convictus. Hic autem erat fratricidium secretum, cui nullus interfuerat testis, ut dictum est vers. 6. Quare hic juridicè damnari occidique non poterat. Ita Vatabl. Rursùm lex jubebat occidi homicidam voluntarium, non verò repentinum et casualem, qui scilicet absque ullo præcedente odio, casu aliquem occiderat (uti erat hic) unde ad eum salvandum Numer. 35, 11, Deus constituerat urbes refugii, ut ad illas confugiendo maneret illæsus et supplicii expers. Ita Cajet. et alii. (Corn. à Lap.)

Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,
Ignoscas : capiti sint, precor, illa meo,

Idem penè Ovidius in Ep. Acontii.

Inque caput nostrum dominæ perjuria, quæso,
Eveniant : pœnâ tuta sit illa meâ.

Alterum est, quia, ut statim videbimus, à rege sibi mulier cavere vult, interpositâ jurisjurandi religione, ne quid à cognatis accidat adversi : sed quia in juramento concipiendo aliquid solet contingere non æquum, quod in jurantis capite expiari solet, id totum in se recipit illa mulier, optatque, ut tam rex ipse, quàm regni sedes, innocens, et innoxius habeatur. (1)

Vers. 11. — Recordetur rex Domini Dei sui. *Recordari Dei* hoc loco idem videtur esse, quòd jurare; quod David ipse docuit; qui statim obsecutus Thecuitidis precibus, jusjurandum adhibuit, dùm dixit : *Vivit Dominus, quia non cadet de capillis*, etc. In hunc sensum accepit Hieronymus, et alii cum illo non pauci, illud Amos c. 6, v. 12 : *Non recorderis nominis Dei.* id est, ne jures per Deum; et idem habetur in Tradit. hebr. Cur autem hoc juramentum à rege extortum esse voluerit, statim explicat. Sed fortassè id agit his verbis Thecuitis, ut Dei exemplo discat rex ignoscere aliis, qui sæpè minas temperat, et dùm ardentiùs videtur indignatus, misericordiæ recordatur. Et huic cogitationi attemperatè dixit statim v. 14 : *Nec vult Deus perire animas, sed retractat*, etc.

Ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum. Magna cautio adhibenda est, ubi multi sunt, à quibus obtendi metus, aut periculum comparari potest, quia si hic cesset, aut dormiat, alii excubias agunt, et animo sunt ad omnem opportunitatem intento. Fieri posset, ut aliquis regis imperio retardetur ab alterius cæde, et innumeri alii, quibus id à lege putatur esse concessum, ut illatas persequantur injurias, et sanguinem velint expiare cognatæ familiæ. Huic incommodo occurrit sapiens illa mulier, dùm extorquere studet à rege juramentum, quo non ab uno, aut altero è cognatorum stirpe, sed ab omnibus prorsùs filii sui salutem, et vitam servatam esse et jubeat, et curet. Id enim valet illud : *Ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum,* id est, ne uno compresso excitetur alter; imò quod non rarò contingit, ut de Lerneâ hydrâ fabulantur poetæ, pro uno amputato capite septem repullulent.

Non cadet de capillis filii tui super terram. Fecit David, quod optabat, petebatque Thecuana vidua, et omninò promisit nullum illius filium à cognatorum studio capturum esse detrimentum. Quod eo dicendi modo significavit quo exprimi solet aut maxima securitas, aut salus integerrima. Specie etenim proverbiali, quod levissimum ac minimum est, capilli aut pili significatur vocabulo. Sic Dan. c. 3, v. 94 : *Capillus capitis eorum non esset adustus ;* et l. 1 Reg. c. 14 : *Vivit Dominus si ceciderit capillus capitis ejus in terram*, ubi eadem propè verba vides. Vide quæ nos in nostris Commentariis ad utrumque locum.

Vers. 12. — Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Quia jam propiùs accedit ad causam, neque qualis ad regium animum accessura sit oratio, cognovit, facultatem à rege loquendi petit. Quâ à rege non difficili exoratâ, confictam historiam ad veram causam, et historiam accommodat.

Quare cogitasti hujusmodi rem contra populum Dei? etc. Hic non agebatur, ut apparet, unius Absalomis causa, sed totius populi, in quo magnæ timeri poterant et cruentæ turbæ, si rex in ejus caput aliquid decerneret, aut meditaretur hostile; cùm multi in eo fratricidio socios se et adjutores Absalomi præbuerint. A quo periculo, si res ageretur summo jure, liberi non erant, qui illum patrato scelere fugitivum exceperant, reque et consilio aut ante juverant, aut adjuturi essent, si rex vellet ulteriùs persequi fraternæ cædis injuriam. Denique, sicut paulò post evidentiùs apparuit, multorum ad se studia, atque animos, quâ erat morum suavitate, allexerat Absalom, qui illius causâ arma libenter sumerent, sicut fecêre posteà in causâ, quæ nullam habere videbatur honestatis speciem. Neque Amonnis causa, quam eo tempore compertam esse oportuit, cùm clamaret Thamar, et eam fraternæ cædis excusationem adduceret Absalom, ut minùs crudele, ac turpe videretur susceptum esse consilium. Quare peccaret David non solùm contra fratricidam filium, sed etiam contra populum totum, cùm scintillam spargeret in aridam illam sylvam, quæ magnum excitaret

(1) Vers. 10. — *Le roi ajouta : Si quelqu'un vous dit un mot, amenez-le-moi, et assurez vous qu'il ne vous troublera plus.* On voit dans cette conduite de David l'image d'un excellent prince, qui se considère encore plus comme le père que comme le maître de ses sujets. Il ne dédaigne pas d'écouter les plaintes d'une femme, et il est touché de l'affliction d'une veuve. Il tempère par une équité raisonnable la rigueur de la justice, et il lui accorde la grâce et la protection qu'elle lui demande. (Sacy.)

incendium, quod nonnisi multorum sanguine extingui posse videbatur. Neque minor Amnonis erat impudentia, quàm Absalomis audacia; neque benè de rege sentirent plurimi de populo, si ita obstinatò et graviter persequeretur violatæ sororis tantam injuriam, cùm id fecerit frater justo dolore permotus, quod omissum à patre populus queri posset. Quocirca non cum Absalome, sed cum toto populo videbatur sumendum esse certamen. Hoc esse reor sapientis feminæ primum argumentum. Abulensis q. 13, aliter exponit : ait enim, peccare regem, dum non reducit populum, quia cùm tam ille, quàm qui illius partes fovent, sint apud gentiles, apud regem videlicet Gessur Absalomis avum, et ibi ex gentilicis moribus aliquid possint contrahere gentilicum, peccat in illos rex, dùm illorum mores et religionem peregrinis moribus contaminari aut jubet, aut permittit. (1)

Vers. 14. — Omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur in terram (2). Secundum argumentum, quod duobus modis explicari poterit; altero, si ad Amnonem, altero, si ad Absalomem referatur. Si ad Absalomem, hunc habet sensum, non esse, cur tam diù, ac tantâ contentione persequatur adolescentem, cùm satis illum ipsius naturæ persequatur infirmitas : ut quid enim illi mortem inferre cupiat, cui nunquàm abest moriendi necessitas, imò neque mors, quandoquidem nostrum vivere, longum quoddam, et familiare mori est? Ut enim aqua in declivi loco semper labitur, donec se marinis fluctibus infundat; sic etiam ad mortem properat, et cum morte convivit, aut etiam commoritur vita mortalium. Huc inclinat Vatablus. Si ad Amnonem referas, quod potiùs reor, et est magis communis sententia, alius est sensus, nempe quodcumque vindictæ studium aut modum nullo modo Amnoni jam mortuo futurum esse salutarem, cùm ad vitam ullâ humanâ solertiâ aut contentione revocari non possit. Ideò similitudinem adduxit aquæ, quæ revocari non potest eò unde defluxit. *Quasi aquæ*, inquit, *dilabimur in terram, quæ non revertuntur.* Cùm autem aliquid fieri non posse significare volumus, hoc fermè modo exprimere solemus. Ovidius lib. 1 de Tristibus, Eleg. 7 :

In caput alta suum labentur ab æquore retrò
Flumina, conversis solque recurret equis.

Et idem in Epistolâ OEnones:

Cùm Paris OEnone poterit spirare relictâ,
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.

Quæ similitudo frequens est, cùm argumentum sumitur ab impossibili.

Nec vult Deus perire animam (1), sed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abjectus est. Tertium argumentum, quod sanè gravissimum est, ex Dei naturâ sumitur, quæ ad ignoscendum prona est. Qui minas revocat, et animum paternum sumit in illum, in quem spiritus antè liberat hostiles, cùm illum peccati pœnituisse cernit. Quâ de re nos plura in nostris Commentariis super Jeremiam ad c. 18, v. 7, et super Ezech. c. 18, v. 21. Qui tam longè est, ut mortem velit peccatorum, ut certa quædam velit asyla designari, civitatesque refugii in Israel. Cujus in se nuper exemplum viderat ipse David, cui post adulterium, et cædem, quibus grave erat à lege supplicium con-

(1) Vers. 13. — Quare cogitasti hujuscemodi rem contra populum Dei, et locutus est rex verbum istud, ut peccet, et non reducat ejectum suum? Hebræus ad litteram : *Quid cogitâsti hoc in populum Dei? et cur locutus est rex verbum hoc tanquàm qui delinquit, ut non reducat expulsum suum?* (Calmet.)

(2) *Nous mourons tous, et Dieu ne veut pas qu'une âme périsse, mais il diffère son arrêt de peur que celui qui a été rejeté ne se perde entièrement.* Cette parole est grande en soi; et sans considérer l'usage qu'on en voulut faire alors, il paraît que Dieu l'a dite par la bouche de cette femme, non seulement pour toucher David, mais pour instruire par lui tous les hommes. *Nous mourons tous*, dit-elle, *et nous nous écoulons sur la terre comme des eaux qui ne reviennent plus.* La vue de la fragilité de notre nature est une excellente instruction contre l'opiniâtreté de notre colère, et c'est une chose comme monstrueuse qu'un homme qui vit si peu veuille que sa haine soit immortelle. Que si un ver de terre qui s'élève aujourd'hui et qui sera écrasé demain, est si superbe, qu'il apprenne au moins à vaincre sa fierté par l'extrême douceur que Dieu lui témoigne. L'homme tombe tous les jours dans le péché, et quelquefois même dans les plus grands, et cependant Dieu, qui le peut perdre en un clin d'œil, diffère l'arrêt de sa justice : il lui donne du temps pour se reconnaître, et il l'attend avec une douceur infatigable jusqu'à l'heure qu'il a marquée pour le convertir, de peur que s'il se hâte de juger cette âme, elle ne périsse pour jamais. Celui qui aura éprouvé cette bonté infinie de Dieu comme David, n'aura point de peine à témoigner une grande douceur envers ceux mêmes qui en sont les plus indignes. (Sacy.)

(1) Chaldæus : *Non est possibile judici veritatis accipere mamon iniquitatis.* Clericus : *Quis vetat principem parcere homini, atque inire rationem, ne filium suum diutiùs habeat exulem?* Hebræum *Elohim* usurpatur sæpè pro principe, vel judice, et in hunc sensum series hujus narrationis nos ducit. Aliter : *Morimur omnes, et disperdimur velut aqua cadens super terram, et nemo nos colligit : Deus autem neminem excipit.* A communi hâc mortalium omnium lege nemo excipitur. (Calmet.)

stitutum, ignovit tamen, cùm duas protulit voculas in testimonium pœnitentis animi.

Vers. 15. — Nunc igitur veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc (1). Aperit nunc Thecuana mulier, quid hâc similitudine, seu parabolâ velit obtinere à rege; nempe ut ignoscat fratricidæ filio, liberetque à metu, et redire sinat in Jerusalem. Multi in hâc parabolâ multa desiderant, quia non omninò æquat Absalomis historiam. De quibus ego neque laboro, neque cuiquam cum aliquo operæ pretio laborandum puto. Neque enim opportunum esset commentum quod induxit Thecuitis, si omninò foret simile historiæ veræ : facilè enim rex, qui neque tardus erat neque insipiens, odoraretur, quò spectaret simulatum illud artificium, et se contra illud maturè communiret. Tantùm igitur voluit obtinere veniam filio suo, quod in suâ petitione videbat esse maximè difficile; nempe absolvere illum, quem lex et consuetudo damnaverat, ut inde colligeret absolvi potuisse Absalomem, qui idem admisisset scelus. Quare cùm id esset consecuta, quòd cæteraessent omninò diversa, nihil habebat pensi.

Præsente populo. Non solùm jurejurando voluit Thecuitis obligare regem, ut promissa compleret, quod apud pios et honestos viros gravissimum est vinculum; sed etiam illius juramenti testes adesse voluit multos è populo, ut si minùs religione cogeretur rex jurata præstare, at hominum saltem aspectum, quos obligatæ fidei conscios habuerat, vereretur. Atque ideò admonente Joab, occasionem captavit Thecuitis, in quâ cum rege multi essent è populo; aut ipsa atque Joab callidè illos eo articulo ad regium conspectum testes adhibuit.

Et dixit : Ancilla tua loquar ad regem, etc. Hoc etiam sapienter et callidè Thecuitis. Repetit enim quid ipsa oraverit; quid à rege promissum, ut illud rex ipse recognosceret, et à testium memoriâ non excideret, quò deinceps magis urgeret regem suo convictum juramento, et populi obstrepente publico testimonio.

(1) Hebræus ad litteram : *Nunc veni ad loquendum ad regem dominum meum verbum hoc, quia terruerunt me populus* (coegit me populus); seu potiùs : Obtuli me coram te, rex, quanquàm terruerunt me, monentes futurum, ut nihil à te impetrarem, Seu potiùs : Ausa sum parabolam tibi, rex, narrare; metui enim populi tibi circumfusi coronam; quare palam et in aperto disserendum mihi non censui, ne libertatis nimiæ loquendo accusarer. Sed Vulgatæ sensus planior est et apertior. Septuaginta eamdem lectionem ac S. Hieronymus servârunt; nec Hebræus textus hanc interpretationem respuit. (Calmet.)

Vers. 16. — Qui volebant de hæreditate Dei delere me, et filium meum simul. Delere de hæreditate, aut est à paternâ possessione depelli filium, et cum eo matrem, quæ ratione filii, et cum ipso filio paternis bonis fruebatur, qui si à cognatis occideretur, ad cognatos tota illa parentis hæreditas abibat. Et hoc potiùs. Tunc autem hæreditas dicitur Dei, quia à Deo per Josue sic est distributa, ut ad filium suum longâ successione pervenerit. Quæ rursùs juxta Dei præscriptum, mortuo filio, ne ad externos distraheretur hæreditas, ad cognatos, et familiæ proximos perventura erat. Aut certè hæreditas Dei est terra promissionis, et Israelis domus : ex quâ deleretur filius, si ille sine prole discederet, et ipsa, si ab hoc filio superstite foret orbata, quia non poneretur in censu, aut libro generationis filiorum Israel, cùm ex illorum neutro superesset soboles, quæ eò usque propagatam generationis seriem ulteriùs extenderet.

Vers. 17. — Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum domini mei sicut sacrificium (1). Duas ego hìc explicationes odoror; alteram, ut femina dicat celebraturam se Davidis in promisso præstando religiosam fidem, ita ut regis verbum sanctum sit, utpotè sanctè confirmatum, sicut esse solet sacrificium; et regem ipsum esse sicut Angelum Dei, qui de hominum verbis aut cogitatione non laborat, neque ab illis maledictionem aut benedictionem, aut quærit, aut curat; sed tantùm quid religio, aut divina voluntas exigat, exquirit.

Alia expositio est, ut femina hortetur regem, ut non aliter promissa consideret, quàm si res esset consecrata Deo, quia verbum illius ab interpositâ jurisjurandi sanctitate sacrum est, sicut sacrificium oblatum Deo. Quia verò præsenti populo promissam filio vitam juramento firmaverat, qui populus laudaturus videbatur regis in præstandâ promissione constantiam, et reprehensurus, si minùs juratam fidem constanter impleret : ideò dicit, regem esse sicut Angelum Dei, qui nec hominum benedictione, nec maledictione movetur, id est, qui neque

(1) Hebræus, ex Massoretarum syntaxi, reddi potest : *Liceat ancillæ tuæ dicere, ut verbum domini mei regis sit nostra tranquillitas*, vel *consolatio nostra*. Ut quieti dormiamus in fide nobis à te præstitâ, et jussiones tuæ sint irrevocabiles.

Sicut enim angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur. Hebræus ad litteram : *Dominus meus et rex meus, sicut angelus Dei, ad audiendum bonum et malum.* (Calmet.)

humanam laudem, neque vituperationem intuetur; sed id tantùm spectat, quod Deo futurum esse gratum existimat. Quia verò admonere aliquem religionis et officii, superioris est potestatis, aut certè ejus, qui cum altero habet familiarem usum, quorum nihil habebat in regem Thecuana mulier; ideò, quod ante fecerat, quando sermonem exorsa est, facultatem postulat loquendi, dùm ait : *Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum domini mei sicut sacrificium.*

Vers. 19. — Numquid manus Joab tecum est? Admiratus rex acutum mulieris artificium supra muliebrem captum, suspicatus est, à Joab, quem callidissimum esse noverat, ortum esse consilium; idque, an verum sit, percunctatur à feminâ, quæ apertè confitetur omnia, et regis laudat prudentiam, quam nullum licet occultum et mille tectum involucris artificium latet. Illud autem, *neque ad dexteram, neque ad sinistram,* Hebræorum idioma est, quod significat sic aliquid destinatò ac certò scopum attigisse, ut in neutram partem deerraverit. Quasi diceret, *rem ipsam attigisti.* Qui dicendi modus familiaris est; cùm enim rectum aliquid significamus, aut directum, ab eo sinistrum et dextrum removemus; quia sicut rami, qui ad sinistram, vel dextram explicantur, à trunco recedunt, qui tantùm in arbore rectus est; sic qui à rectâ viâ aliorsùm deflectit sive ad dexteram, sive sinistram, nunquàm attingit terminum, ad quem tanquàm ad scopum destinabat animum. Prov. 4, v. 27 : *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram.* Et in Deut. sæpiùs audimus à lege neque ad dexteram, neque ad sinistram esse declinandum, sed rectâ in illam attentione et cursu esse progrediendum. (1)

Vers. 20. — Ut verterem figuram sermonis hujus. *Vertere figuram* non propriam et rectam, sed impropriam et figuratam indicat dicendi formam. Et ideò modus ille orationis figuratæ Græcè dicitur τρόπος, qui *versionem* sonat, aut *conversionem orationis.* Est autem parabola, seu allegoria tropus, qui in vocibus compositis invenitur.

Sapiens es sicut habet sapientiam Angelus Dei. Hyperbole est Hebræis familiaris in nomine *Angeli.* Cùm enim aliquem sive à sapientiâ, sive à venustate commendare volunt, aut Angelum, aut Angelo similem appellare solent. Sic Ezechiel c. 28, v. 14, regem Tyri, quem ab specie et splendore laudat, Angelum appellat : *Tu Cherub extentus, et protegens.* Sic Achis ad David l. 1, c. 29, v. 9 : *Bonus es tu in oculis meis sicut Angelus Dei.* Et Act. c. 6, v. 15, de Stephano : *Viderunt faciem ejus tanquàm faciem Angeli.* Et supra v. 17 : *Sicut enim Angelus Dei, sic est dominus meus rex.* Infra c. 19, v. 27, hoc idem audivit de se David à Miphiboseth. (1)

Vers. 24. — Revertatur in domum suam, et faciem meam non videat. Prudenter se hoc loco gessit David; sic enim voluit Joab et populi votis satisfacere, ut tamen non videretur justitiæ, et humanitatis immemor : concessit enim Joab Absalomis reditum in Jerusalem, et securitatem à metu; negavit tamen aspectum suî, ut ostenderet nullo sibi modo probari scelus, quod in fratrem Ammonem admisisset : aut etiam timebat, ne cùm Absalomis faciem videret, subiret animum primogeniti cædes, et quotidianum inde dolorem hauriret, cùm obductum vulnus refricatum sæpiùs recrudesceret. Quod sanè supplicium instar Absalomi mortis fuit, qui quasi à regio sanguine alienus videbatur, dùm ad regis aspectum et consuetudinem accessus non pateret. Sanè viri ingenui ac nobiles usque adeò ferunt graviter à domo arceri, patrisque conspectu, ut dolorem ex illâ ignominiâ susceptum morte putaverint esse redimendum. Ejecit domo Manlius Torquatus Silanum filium, et à suo conspectu abire jussit. Ille autem, ut refert Valerius Max. l. 8, c. 8 : « Tam tristi patris sententiâ perculsus lucem ulteriùs intueri non sustinuit, suspendioque se proximâ nocte consumpsit. » Vide plura ad illud l. 3, c. 1 : *Vade in domum tuam.*

Vers. 25. — Porrò sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel. Paucis verbis mi-

(1) Per salutem animæ tuæ.... nec ad sinistram nec ad dexteram est ex omnibus his, quæ locutus est dominus meus. Hoc enim consilium Joab mihi dictavit. Hebræus : *Vita animæ tuæ, domine mi rex, si vir* (quispiam vel unicum verbum suggessit) *ad dexteram et ad sinistram, ab omnibus quæ locutus est dominus meus rex : unus Joab servus tuus ipse præcepit mihi.*

(Calmet.)

(1) Vers. 21. — Ecce placatus feci verbum tuum, ut parcam Absalomo, eumque ab exilio ad me revocem. Quæres, an peccârit David parcendo Absalomo homicidæ, cùm lex jubeat homicidas occidi? — Resp. Cajet. leges generatim decernere, quod communiter et regulariter agendum est, singulares autem casus prudentiæ principis relinqui. Talis erat hic; erat enim fratricidium à filio regis commissum, qui fugerat ad avum suum regem Gessur gentilem. Quare periculum erat ne avus juvaret Absalomum quasi nepotem suum, itàque post mortem Davidis bella orirentur de successione in regnum inter filios Davidis, quæ ut vitaret David, sapienter pepercit Absalomo.

(Corn. à Lap.)

ram explicat historicus sacer Absalomis pulchritudinem. Primùm, præponit omnibus, quotquot in Israele toto formâ fuerunt eleganti; deinde addit, in toto corpore nihil esse, quod intuentium oculis non placeret. *A vestigio*, inquit, *pedis usque ad verticem, non erat in eo ulla macula.* Plura sanè non dixit in suis Canticis Salomon, dùm Sponsam laudat à pulchritudine c. 4, 6 et 7, et Sponsum c. 5. Neque dùm profani aliquorum in suis sive historiis, sive fabulosis commentis pulchritudinem laudant longâ ac luxuriante descriptione, id assecuti sunt, quod brevi ac simplici narratione complexus est de Absalome noster historicus. Multi sunt in hoc genere profani, præsertim poetæ, sed nihil ad pauca verba, quibus Absalomis pulchritudo describitur.

Sed cur, dicet aliquis, hoc loco de Absalomis pulchritudine mentio? Sanè non abs re. Primùm, quia hinc elucet Davidis virtus et æquitatis amor atque justitia, qui tamdiù videre noluerit filium, cui tantus esset à naturâ decor, quem etiam cum magnâ voluptate ac studio spectabant alieni. Deinde, quia paulò post scribitur, quomodò multi se ad Absalomem adjunxerint, illique contra parentem optimum suam operam non gravatè præstiterint; regemque, vivente patre, incredibili conspiratione conclamaverint. Ad quod plurimùm sine dubio forma contulit, quam stulta hominum multitudo admirari solet, et illum imperio judicare dignum, cujus formæ plus videtur indulsisse natura.

Sanè forma prima hominis commendatio est, quam in principe amant populares; quæ fecit, ut Saülem præponi sibi voluerit Israel. Et ut tradit Strabo l. 15, regem illum ex omnibus eligunt Æthiopes, quem vident esse pulcherrimum. Imò id antiquissimis temporibus spectari solitum docuit Lucretius l. 5:

Condere cœperunt tum urbes, arcemque locare,
Præsidium reges ipsi sibi, profugiumque,
Et pecudes, et agros divisêre atque dedêre
Pro facie cujusque, et viribus, ingeniisque:
Nam facies multùm valuit.

Optimè ergo hic Absalomis grata atque hilaris forma describitur, ut magis verisimilis videatur populi cum Absalome contra Davidem regem conjuratio. Aut certè, quia tota Absalomis historia proponenda fuit, non videbatur hæc pars de illius pulchritudine prætermittenda, neque alibi fortassè locus opportunus magis.

VERS. 26. — ET QUANDO TONDEBAT CAPILLUM (SEMEL AUTEM IN ANNO TONDEBATUR, QUIA GRAVABAT EUM CÆSARIES). De totâ corporis conformatione ac venustate satis supra oratione brevi dictum est: nunc separatim agit de cæsarie, quia quodammodò aliquid est alienum ab homine, certè quod ad illum pertinet minùs, cùm aliquid sit excretum, et quasi fastiditum à naturâ. Sed quia hæc, quæ minùs serviunt naturæ sustentandæ, plurimùm interdùm ad ejus ornamentum et pulchritudinem faciunt, de capillis, qui ejus modi sunt, aliquid observat singulare, et quale nihil in historiis etiam fabulosis audimus. Alebat Absalom comam, et quia elegantiæ erat studiosus, admodùm illam invitus opere tonsorio deponebat: non quia prolixam magis non gestaret libenter, sed quia illius pondus, atque molestiam sustinere non poterat. Quare semel illam quotannis præbebat tonsori resecandam. (1)

(1) PONDERABAT CAPILLOS CAPITIS SUI DUCENTIS SICLIS, PONDERE PUBLICO, sive ex Hebræo, pondere regio. In hoc textu ardua plura expendenda sunt quæ sigillatim excutiemus: 1° Utrùm Absalom tonderet comam semel tantùm quotannis. 2° Utrùm totam cæderet, an partem. 3° Utrùm pondus istud ducentorum siclorum totius esset comæ vel partis tonsæ. 4° Quid sit pondus istud regium.

SEMEL IN ANNO. Hebræus ad litteram: *A fine dierum usque ad dies.* Onkelos: *A commoditate temporis usque ad commoditatem temporis.* Id est, à tempore apto usque ad aliud tempus aptum. Septuaginta Hebræum ad litteram servant. Josephus explicat de spatio octo dierum. Auctor Quæstionum Hebraicarum in libros Regum vertit: *Statuto tempore tondebatur*, id est, post evolutos triginta dies, vel semel quolibet mense. Bochartus: *De tempore ad tempus*, cùm aptum judicabat, et cùm cæsaries gravis fieret. Interpretatio Vulgatæ optima videtur; recurrunt enim in Scripturâ similes loquendi phrases quæ accipi nunquàm possunt nisi de singulis annis, vel semel in annos singulos. Ita, e. g.: *Custodies hujuscemodi cultum statuto tempore à diebus in dies*, id est, quotannis.

Prolixam comam nutriebant Israelitæ, uti è Scripturâ constat, et ex Josepho, qui narrat, juvenes Salomonis ætate prolixam cæsariem gestâsse, aureo pulvere et unguentis respersam. Vix igitur persuademur, Absalomum totam sibi comam, quæ venustatis suæ pars erat non infima, præcidisse. Experientiâ discimus comam unius anni spatio non crescere ampliùs quatuor longitudinis digitos; nunquàm igitur fieri poterat, ut superfluum illud comæ onus, quod singulis annis subducebatur, ducentorum siclorum pondus æquaret; quod enim super erat, reputandum fuisset quadruplò vel quintuplò gravius fuisse; quod utique minimè omnium fieri potuit. Neque asserit Scriptura, præcisam illam Absalomi comam pondere fuisse ducentorum siclorum, sed illud tantùm narrat: *Ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis.* Quâ verò ratione ponderabat? De residuæ pondere argumentum capiebat ex pondere comæ præcisæ; utrâque parte simul sumptâ, totius cæsai e

PONDERABAT CAPILLOS CAPITIS SUI DUCENTIS SICLIS PONDERE PUBLICO. Capillos hosce flavos esse ac rutilos, nemo credo dubitat, quia si nigri essent coloris, non tanto pretio à puellis Solymitanis emerentur, quæ capillos amant, qui auri referunt similitudinem, et omni artificio, et magno dolore, ac curâ, et cum valetudinis nonnunquàm detrimento rutilant. Erat qui-

pondus æstimabatur; centum verò sicli tum præcisæ tum residuæ pondus erant: utramque junge, et postulatum pondus invenies.

Pondus regis, vel ex Hebræo, *lapis regis*, negotium in hâc re maximum facessit. D. Le Pelletier, cujus hic synopsim exhibemus, certum statuit, sub regibus Juda pondus apud Hebræos idem semper et constans fuisse, nullumque obtinuisse regis pondus ab altero vulgari et consueto diversum, cujus vulgaris ponderis typus servabatur in templo, custodiæ sacerdotum commissus: *Sacerdotes autem super omne pondus atque mensuram*. Ponderis regii et communis discrimen invectum est primùm post Chaldæorum in Judæâ imperium. Qui libros Regum recensuit, sub exitum captivitatis Babylonicæ vel paulò post florens, quo tempore Judæus populus ponderibus Babylonicis jam à septuaginta annis assuetus vel ignorabat, vel ignorare poterat æstimationem ponderis Hebraici, cujus apud illos usus cessaverat; is, inquam, ut lectorum menti sese accommodaret, substituit pondus commune alteri quod in iis libris invenit, scripsitque, comam Absalomi habuisse pondus ducentorum siclorum, simul admonens, siclos esse Babylonicos, et pondus regum Babyloniæ, quibus tunc Judæi parebant. Ante captivitatem, pergit idem Le Pelletier, sicli argentei drachmarum quatuor in usu fuerant: Babylonici verò nonnisi drachmam et semis referebant. Ut ambiguitas hæc siclorum vitetur, addit sacer scriptor, tanquàm glossema, hic siclos regii ponderis nominari. Eodem consilio Ezechiel, qui per ea tempora scribebat Babylone, monet cubitos, quibus utitur in dimensionibus templi, æquare cubitum et palmum, id est, magnum cubitum, cubitum regium Babylonicum, uti Herodotus nuncupat.

Superest modò, ut certum sicli Babylonici pretium statuamus. Septem obolis cum dimidio siclum æstimat Xenophon; olim tamen in ejus codicibus lectum fuisse octo obolos, censet D. Le Pelletier, cùm apud Hesychium, Photium, seu potiùs Sophoclem ab eodem Photio laudatum, et apud Antonium Philosophum, siclus octo obolis valuisse legatur. Conjecturam hanc suam de pretio sicli Babylonici Esdræ testimonio comprobat, ubi Hebræi tributum tertiæ partis sicli in singulos spontè sibi imperâsse narrantur, in templi ædificium insumendum. Porrò tertia pars sicli Hebraici æquabat omninò siclum Babylonicum, octo obolorum ponderis, cùm siclus Hebraicus pondere esset quatuor et viginti obolorum, seu quatuor drachmarum, seu viginti *Gerab*, pondere sanctuarii. Vetus hic argenteus nummus, quem hic siclum Babylonicum appellamus, ab Arabibus appellatur *Mitkala*, quod nomen occurrit etiam in paraphrasi Chaldaicâ hujus textûs; eademque res est ac *Mitigal* Italorum, quod ex Hebræo *Mischkal* derivatum est. *Mitkala* pondus est, cujus hodie pariter est usus in gemmis, vel aromatibus pretiosis apud Orientales.

Siclus Babylonicus tertiam sicli Hebraici partem æquabat pondere; hic autem reddebat 219 grana Anglica; quare Babylonicus siclus 73 ejusmodi grana continebat; quæ ad grana Parisiensia relata, fermè cum 89 granis nostri ponderis marchi componuntur. Quâ admissâ hypothesi, coma Absalomi, ducentorum siclorum Babylonicorum pondere, levior non erat, quàm 30 unciis, 7 grossis, 16 granis. Si autem non desunt mulieres, quæ capillorum pondus 52 unciarum nutriunt, uti ficuti capillamenti artifices affirmant, quis incredibile reputaverit, Absalomi cæsariem ad uncias ferè 31 pervenisse?

Fulcit opinionem suam D. Le Pelletier testimonio S. Epiphanii, qui in libro de Ponderibus et Mensuris affirmat, comam Absalomi pondus habuisse 125 siclorum, vel duarum librarum et semis, additâ unciâ et siclo. Heron Alexandrinus, qui S. Epiphanium exscripisse videtur, idem docet de pondere comæ Absalomi, scilicet 125 siclorum vel 30 unciarum, addito siclo. Porrò S. Epiphanio siclus erat septem obolorum et semis; quâ in re Xenophontem, sed incautè, ait D. Le Pelletier, secutus est.

Comæ Absalomi, quam teste Josepho singulis octo diebus tondebat, idem Josephus tribuit pondus 200 siclorum, vel quinque minarum Alexandrinarum, quæ singulæ 20 uncias, vel 160 drachmas reddebant. Sed hæc opinio, incredibili pondere virum opprimens, ægerrimè defenditur.

Qui distinguunt pondus regium à pondere sanctuarii, ac pondus sanctuarii duplò majus fuisse docent regio, censent, comam Absalomi æquâsse 200 siclos regios, duplò minores pondere quàm siclos sanctuarii. Hoc tamen siclorum discrimen nunquàm ex Scripturâ probatur.

Rabbini, cæterique qui ducentos hosce siclos non ad pondus referunt, sed ad pretium, censent, Absalomum vel ejus domesticos comam ejus præcisam vendidisse feminis Jerosolymitanis ad fictitia capillamenta, quasi tunc fictitia illa capillamenta in usum muliebrem obtinerent, et talem principem, qualis Absalom, decuisset indignum adeò commercium in rebus suis instituere.

Sunt qui putaverint, Absalomum sæpiùs comam suam reformâsse, præcisosque crines servâsse usque ad pondus ducentorum siclorum; quorum sanè opinio Scripturæ animadversionem puerilem efficit; nihil enim novum et extraordinarium à sacro scriptore animadversum fuisset.

Refutavit Bochartus opinionem eorum qui aiunt amanuensium incuriâ *dalet* in *resch* versum esse, ac proinde irrepsisse 200 pro 4 siclis. Quid enim mirum fuisset, si Absalomi cæsaries quatuor siclorum pondus non superâsset? Fieri potuisse credit idem auctor, ut alia litterula descripta fuerit in textu, cujus loco irrepserit *resch*; sed litterulam illam indicare non audet. Substituunt alii *caph*, quæ nota est

dem aliis nationibus in viris parùm virilis et honesta flava cæsaries, ut de Romanis dixit Propertius lib 2, Eleg. 18 :

Turpis Romano Belgicus ore color.

Et Horatius in Arte poeticâ :

Spectandum nigris oculis nigroque capillo.

Et idem l. 1, Ode 27 :

Et Lycum nigris oculis nigroque
Crine decorum.

Quod etiam inter Hebræos arbitror fuisse laudatum, illudque magis commendari, quod magis videretur esse virile. Quare cùm Sponsus commendatur ab illis ornamentis, quæ viros decent, capillus illi niger asciscitur, Cant. 5 : *Comæ ejus sicut elatæ palmarum; nigræ sicut corvus.*

Sed quia non omnia, quæ virilem animum et masculam virtutem indicant, ad venustatem faciunt, quæ aliquid sonat delicatum et molle; hinc fit, ut qui elegantes magis, quàm strenui ac fortes videri volunt, hujusmodi delicias non horreant, et secum tunc putent actum esse feliciter, cùm capillos nacti sunt flavos, quos etiam muliebrem in modum intorquent, et vibrant, imò et aliquo lenocinio nitentes reddunt, et ut, dixit quidam ex profanis,

Electro similes aciunt, auroque capillos.

Sic fecerant sub hæc tempora adolescentes comptuli, quos secum in suis deliciis et majestate adducebat Salomon, si quando in agros animi gratiâ cum regio instructu progrediebatur. Aureis enim ramentis et tenuissimo pulvere aspergebant capillos, ut aurei viderentur, et solaribus radiis non dissimiles. Sic Josephus l. 8 Ant. cap. 7 : « Equis optimis, inquit, Salomonis insidebant equites, flos juventutis « procerâ staturâ, prolixo capillitio conspicui. « Ad hæc ramentis auri capillos quotidie spar- « gebant, ut ad solarium radiorum contactum « fulgor è capitibus eorum reflecteretur. » Quod etiam fecisse dicuntur quidam principes contra nomen et munus quod obibant, qui cùm militare profiterentur institutum, muliebrem tamen elegantiam et delicias captabant. In his fuit imperator Commodus, ut in illius Vitâ Lambridius; et Lucius Verus, ut in Ælio Vero Spartianus; et Gallienus, ut in ejus Vitâ tradit Tribellius Pollio. Quod in usu fuisse olim his, qui pulchri videri vellent, docuit Anacreon Ode 27, ubi ex eo, quod erat usu frequens, jubet pictori, ut Bathillum pulchrum et mollem adolescentem hoc modo suo penicillo efformet; nempe ut illi cæsariem affingat flaventem in summâ, in intimâ verò parte nigricantem.

Hujusmodi comas habuit Absalom flavas, non ab aliquo artis lenocinio, sed à naturâ; quæ sic erant splendentes et aureæ, ut magno impendio emerentur à Solymitanis puellis, ut uterentur pro suis : quod fieri sæpè solitum antiquo ævo legimus, et nostro quotidie fieri dolemus. Cùm ergo singulis annis crines tonderet Absalom, aderant confestim, qui formosi capitis exuvias emerent, penderentque libenter ducentos siclos, ex monetâ probâ, et pondere legitimo ac publico, sive pondus esset Sanctuarii, cui nullum poterat inesse vitium, sive pondus regium, aut publicum, quod rerum momenta explorabat exactiùs. Aut certè hoc dicendi modo significatur cæsariem illam publicè venalem prostare et ad publicum pondus adduci solitam, velut merces communes, quæ mercatores expectant, et illum sequuntur, qui plus attulerit pretii. Non est autem verisimile, Absalomem regium puerum illum instituisse quæstum, et suos capillos prostituisse venales, sicut alii ovinum solent seu caprinum vellus : nisi fortè id spectavit, ut suam aliis pulchritudinem ambitiosiùs venditaret, cùm resectos crines tanti fieri doceret, ut impenso pretio emerentur ab aliis. Quo modo emuntur gemmæ, et ornamenta alia, quæ quærunt et amant ad delicias et luxum elegantes puellæ. Porrò de hâc cæsarie plura dicuntur à Rabbinis et interpretibus, quàm

numeralis 20, pro *resch*, quæ valet 200. Alius pro arbitrio aliam reponet. Vetus quidam Græcus interpres nonnisi centum siclos legit. Hæc tamen omnia nullius roboris sunt argumenta; neque enim satis constat, Hebræos primitùs litteras pro notis numericis adhibuisse; vix enim alioqui fieri potuisset, ut rei hujus vestigium aliquod in Scripturâ non superesset.

Aliam conjecturam proponit Bochartus, ratus, cæsariem Absalomi tanti ponderis fuisse ex aureo pulvere, quo, de more ejus ætatis, conspergebatur. Ex ejus supputatione, coma illa Absalomi æstimanda erat ponderis quatuor librarum romanarum duodecim unciarum in singulas, vel trium librarum nostratium, unciarum sexdecim. Sed Scriptura verum ac naturale pondus comæ, non aliud adscititium et exterius ornamentum narrat.

Ponderis hujus ducentorum siclorum dimidium corraserunt Septuaginta, cùm legant centum siclos, quod recidit in eorum sententiam, qui explicant de siclis aureis vel regiis, dimidiò minoribus quàm siclis sanctuarii. Sed primùm omnium probandum erat discrimen inter pondera publica et sanctuarii, inter siclos aureos et argenteos. Quare, dùm aliquid planius et aptiùs demonstretur, retinendi sunt ducenti sicli Babylonici, 31 uncias nostri ponderis ferè efficientes. (Calmet.)

de comâ Berenices commenti sunt sive poetæ, sive astronomi. Hebræi, ut docet Hieronymus in Tradit. Hebr., dicunt singulis mensibus tonderi solitam Absalomis comam, Josephus octavo quoque mense. Alii tantùm inesse ponderis dicunt, quantùm ducenti habent sicli; neque hic de pretio agi putant, sed de pondere. Sed est omninò prodigiosum et ridiculum, tantùm existimare ponderis inesse hominis capillis, anniversariâ tonsione, quantùm non haberent duo ovium, aut caprarum vellera.

Vers. 27. — Nati sunt autem Absalom filii tres, et filia una nomine Thamar (1). Verisimile est illos filios, qui nati hoc loco dicuntur Absalomi, aut paulò post fuisse mortuos; quod putat Theodoretus q. 35, aut adeò debiles et stolidos fuisse, ut pro mortuis haberi potuerint, tanquàm inutiles rebus administrandis, de quibus nihil sperari poterat homine dignum. Ideò enim Absalom sub hoc tempus filiorum loco tumulum excitavit, quia, ut ipse dixit, *filium non habebat*, infrà c. 18, v. 18: *Filiam autem appellavit Thamar.* An verò nomen illud datum illi fuerit ab initio, vel certè posteà, cùm prodi cœpit egregia forma, ita ut non tam nomen illius fuerit, quàm cognomentum à formæ venustate, incertum est. Hoc posterius mihi videtur non difficile, quia in sacris litteris fuisse puto id usitatum, sicut etiam in historiâ profanâ, ut feminæ ab egregiâ specie cognomentum assumant. Sic *Esther* cognomentum sumpsit à pulchritudine; atque ideò c. 2, appellata dicitur *Edessa;* nempè à populo, qui illius admirabatur speciem. הדסה *hadasah* enim idem valet quòd *myrtus*, quæ planta speciosissima, quasi diceretur *myrtea*, quod cognomentum Veneri datum est à poetis. Susanna Dan. c. 13, speciosissima fuit, et ideò *Susanna* dicta, quæ vox Hebraicè *lilium* sonat: et ideò in nostris commentariis in Danielem, *Susannam* non nomen, sed cognomen illius honestissimæ feminæ putabamus. Sic etiam arbitror *Thamar* aliud habuisse nomen, et propter eximiam pulchritudinem appellatam esse *palmam;* id enim Hebraicè valet *Thamar.* Quod etiam fortassè cognomentum fuit illius Thamar, quam violavit, et incesto concubitu constupravit Amnon. Certum est autem, hanc Thamar aliud habuisse nomen, ut constat ex Par. l. 1, c. 13, v. 20, nempè quod impositum est ab Absalome, illud videlicet, quod habuit Maacha filia regis Gessur Absalomis mater, quam uxorem duxit Roboam Salomonis filius, ex quâ suscepit Abiam, ex quo regia soboles propagata est: *Amavit autem Roboam Maacha filiam Absalom super omnes uxores ejus, et concubinas.* Proximè autem dictum fuerat Abiam ex illâ fuisse susceptum.

Vers. 28. — Mansitque Absalom in Jerusalem duobus annis, et faciem regis non vidit. Quæ supersunt, ejusmodi sunt, ut interpretis luce non indigeant: tantùm enim significatur, quomodò duobus annis fuerit Absalom in Jerusalem, neque tamen ad regium conspectum ullum habuerit accessum. Quem per Joab à patre consecutus est, non tamen priùs, quàm reluctantem primùm, et deinde, combustis messibus ad se ægrè admodùm ascitum permovit, ut per quem in patriam fuerat ab exilio revocatus, per eumdem in gratiam patris et consuetudinem veniret. (1)

(1) In codicibus nonnullis Græcis Latinisque additur hic: *Thamar nupta fuit Roboamo filio Salomonis ex quo genuit Abiam.* Verùm deest hoc in Hebræo, Vulgatâ, atque editione Septuagintâ Complutensi, neque ullius est auctoritatis, quin et ægrè cum chronologiâ componitur. (Calmet.)

(1) Vers. 29. — Noluit venire ad eum. Nòrat facilè regis voluntatem, neque res adhuc Absalomo amicas esse intelligebat; noluit iterùm rem tentare, neque sese regi suspectum reddere, veluti plus nimiò juveni huic principi studeret. Joabus peritus aulicus postulata sua omnia considerat, neque ad rem tentandam nisi de eventu securus accedit. Nòrat futurum, ut Absalomum conveniens, ejus animum provocaturus esset, gerere ejus causam recusans; vel fore ut causam amplectens, minùs fortassè placeret regi, cujus gratiæ sibi studendum erat. (Calmet.)

Vers. 32. — *Absalom fit dire à David: Pourquoi suis-je revenu de Gessur? Il vaudrait mieux que j'y fusse encore. Je demande donc la grâce de voir le roi. Que s'il se souvient de ma faute, qu'il me fasse mourir.* On ne doit guère se fier aux paroles humbles, puisqu'elles se trouvent dans la bouche des plus superbes. Absalom parle comme s'il était vraiment touché de sa faute. Il avait été trois ans en exil; il avait passé deux ans à Jérusalem depuis son retour, sans qu'il lui fût permis de voir le roi, son père. Il témoigne maintenant qu'il ne peut plus vivre dans une séparation qui lui est si dure. Rien n'est plus tendre en apparence que ses paroles ni plus sincère que son repentir. Et néanmoins, lorsque David lui donne *le baiser* de paix avec une effusion d'amitié qui n'était que trop véritable, il le reçoit avec un cœur plein de haine et de fureur, qui méditait déjà les soulèvements et les guerres que nous verrons éclater dans la suite de cette histoire. (Sacy.)

CAPUT XV.

1. Igitur post hæc fecit sibi Absalom currus et equites, et quinquaginta viros qui præcederent eum.

2. Et manè consurgens Absalom stabat juxta introitum portæ, et omnem virum qui habebat negotium ut veniret ad regis judicium vocabat Absalom ad se, et dicebat : De quâ civitate es tu ? Qui respondens aiebat : Ex unâ tribu Israel ego sum servus tuus.

3. Respondebatque ei Absalom : Videntur mihi sermones tui boni et justi ; sed non est qui te audiat constitutus à rege. Dicebatque Absalom :

4. Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, et justè judicem ?

5. Sed et cùm accederet ad eum homo ut salutaret illum, extendebat manum suam, et apprehendens osculabatur eum.

6. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad judicium ut audiretur à rege, et sollicitabat corda virorum Israel.

7. Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem David : Vadam, et reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron ;

8. Vovens enim vovit servus tuus, cùm esset in Gessur Syriæ, dicens : Si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.

9. Dixitque ei rex David : Vade in pace. Et surrexit, et abiit in Hebron.

10. Misit autem Absalom exploratores in universas tribus Israel dicens : Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite : Regnavit Absalom in Hebron.

11. Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde et causam penitùs ignorantes.

12. Accersivit quoque Absalom Achitophel Gilonitem, consiliarium David, de civitate suâ Gilo. Cùmque immolaret victimas, facta est conjuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalom.

13. Venit igitur nuntius ad David dicens : Toto corde universus Israel sequitur Absalom.

CHAPITRE XV.

1. Après cela Absalom, *devenu l'aîné des enfants de David par la mort d'Amnon,* prit des chars et des cavaliers, et cinquante hommes qui le précédaient.

2. Et, se levant dès le matin, il se tenait à l'entrée du palais, et appelait tous ceux qui avaient des affaires et qui venaient demander justice au roi. Et il disait à chacun d'eux : D'où êtes-vous ? Cet homme lui répondait : Votre serviteur est de telle et telle tribu d'Israël.

3. Et Absalom lui disait : Votre affaire me paraît bien juste ; mais il n'y a personne qui ait ordre du roi de vous écouter ;

4. Et il ajoutait : Oh ! qui m'établira juge sur la terre, afin que tous ceux qui ont des affaires viennent à moi, et que je les juge selon la justice ?

5. Et lorsque quelqu'un s'approchait pour le saluer, il lui tendait la main, le prenait et le baisait.

6. Et il faisait ainsi envers tous ceux d'Israël qui venaient demander justice au roi, et il s'insinuait *par là* dans l'affection des peuples.

7. Au bout de quarante ans, Absalom dit au roi David : Permettez-moi d'aller à Hébron pour y accomplir les vœux que j'ai faits au Seigneur ;

8. Car lorsque j'étais à Gessur en Syrie, j'ai fait ce vœu à Dieu : Si le Seigneur me ramène à Jérusalem, je lui offrirai un sacrifice.

9. Le roi David lui dit : Allez en paix. Et au sortir de là il s'en alla à Hébron.

10. En même temps, Absalom envoya dans toutes les tribus d'Israël des agents avec cet ordre : Aussitôt que vous entendrez sonner la trompette, publiez qu'Absalom règne dans Hébron.

11. Absalom emmena avec lui deux cents hommes de Jérusalem, qui le suivirent simplement, sans savoir en aucune sorte son dessein.

12. Absalom fit venir aussi de la ville de Gilo, Achitophel, Gilonite, conseiller de David. Et comme on immolait *à Hébron* des victimes, *qui y attiraient un grand nombre de personnes,* la conspiration devint puissante, le peuple, qui prenait le parti d'Absalom, croissant de plus en plus.

13. Il vint aussitôt un courrier à David qui lui dit : Tout Israël suit Absalom de tout son cœur.

14. Et ait David servis suis qui erant cum eo in Jerusalem : Surgite, fugiamus ; neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. Festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos et impellat super nos ruinam, et percutiat civitatem in ore gladii.

15. Dixeruntque servi regis ad eum : Omnia quæcumque præceperit dominus noster rex libenter exsequemur servi tui.

16. Egressus est ergo rex et universa domus ejus pedibus suis ; et dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.

17. Egressusque rex et omnis Israel pedibus suis stetit procul à domo.

18. Et universi servi ejus ambulabant juxta eum ; et legiones Cerethi et Phelethi, et omnes Gethæi, pugnatores validi, sexcenti viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

19. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum : Cur venis nobiscum? revertere, et habita cum rege, quia peregrinus es et egressus es de loco tuo.

20. Heri venisti, et hodiè compelleris nobiscum egredi? Ego autem vadam quò iturus sum : revertere, et reduc tecum fratres tuos, et Dominus faciet tecum misericordiam et veritatem, quia ostendisti gratiam et fidem.

21. Et respondit Ethai regi dicens : Vivit Dominus, et vivit dominus meus rex! quoniam in quocumque loco fueris, domine mi rex, sive in morte, sive in vitâ, ibi erit servus tuus.

22. Et ait David Ethai : Veni, et transi. Et transivit Ethai Gethæus, et omnes viri qui cum eo erant, et reliqua multitudo.

23. Omnesque flebant voce magnâ, et universus populus transibat ; rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, et cunctus populus incedebat contra viam quæ respicit ad desertum.

24. Venit autem et Sadoc sacerdos, et universi levitæ cum eo portantes arcam fœderis Dei ; et deposuerunt arcam Dei : et ascendit Abiathar donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de civitate.

14. David, *reconnaissant la justice de Dieu dans la révolte de son fils*, dit à ses officiers qui étaient avec lui à Jérusalem : Allons, fuyons, car nous ne pourrions éviter de tomber entre les mains d'Absalom. Hâtons-nous de sortir, de peur qu'il ne nous prévienne, que nous ne nous trouvions exposés à sa violence, et qu'il ne fasse passer *toute* la ville au fil de l'épée *à cause de nous*.

15. Les officiers du roi lui dirent : Nous exécuterons *toujours* de tout notre cœur tout ce qu'il vous plaira de nous commander.

16. Le roi sortit donc à pied avec toute sa maison, et laissa dix femmes de ses concubines pour garder son palais.

17. Etant sorti à pied, avec tous les Israélites *qui l'accompagnaient*, il s'arrêta lorsqu'il était déjà loin de sa maison.

18. Tous ses officiers marchaient auprès de lui ; les légions des Céréthiens et des Phélethiens, et les six cents hommes de pied de la ville de Geth qui avaient suivi David, et qui étaient très-vaillants, marchaient tous devant lui.

19. Alors le roi dit à Ethaï, Géthéen : Pourquoi venez-vous avec nous ? Retournez et allez avec le *nouveau* roi, parce que vous êtes étranger, et que vous êtes sorti de votre pays.

20. Vous n'êtes arrivé que d'hier, et vous en sortirez aujourd'hui à cause de moi? Pour moi, j'irai où je dois aller, mais pour vous, retournez, et remmenez vos gens avec vous ; et le Seigneur, qui est plein de bonté et de justice, récompensera lui-même le zèle et la fidélité avec laquelle vous m'avez servi.

21, Ethaï lui répondit : Vive le Seigneur, et vive le roi mon maître ! en quelque état que vous puissiez être, ô roi, mon seigneur, votre serviteur y sera, à la mort ou à la vie.

22. David lui répondit : Venez donc, et passez *le Cédron*. Ainsi Ethaï, Géthéen, passa *le torrent* avec tous les gens qui le suivaient et tout le reste du peuple.

23. Tout le monde pleurait dans ce passage, et on entendait partout retentir leurs cris. Le roi passa le torrent de Cédron ; et tout le peuple allait le long du chemin qui regarde le désert.

24. En même temps Sadoc, prêtre, vint, accompagné de tous les lévites, qui portaient l'arche de l'alliance de Dieu, et ils la déposèrent. Abiathar monta *au lieu où était l'arche*, en attendant que tout le peuple qui sortait de la ville fût passé.

25. Et dixit rex ad Sadoc : Reporta arcam Dei in urbem ; si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, et ostendet mihi eam et tabernaculum suum ;

26. Si autem dixerit mihi : Non places, —præstò sum, faciat quod bonum est coram se.

27. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem : O videns, revertere in civitatem in pace ; et Achimaas filius tuus, et Jonathas filius Abiathar, duo filii vestri, sint vobiscum.

28. Ecce ego abscondar in campestribus deserti donec veniat sermo à vobis indicans mihi.

29. Reportaverunt ergo Sadoc et Abiathar arcam Dei in Jerusalem, et manserunt ibi.

30. Porrò David ascendebat clivum Olivarum, scandens et flens, nudis pedibus incedens et operto capite ; sed et omnis populus qui erat cum eo, operto capite, ascendebat plorans.

31. Nuntiatum est autem David quòd et Achitophel esset in conjuratione cum Absalom. Dixitque David : Infatua, quæso, Domine, consilium Achitophel.

32. Cùmque ascenderet David summitatem montis in quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissâ veste, et terrâ pleno capite.

33. Et dixit ei David : Si veneris mecum, eris mihi oneri ;

34. Si autem in civitatem revertaris, et dixeris Absalom : Servus tuus sum, rex ; sicut fui servus patris tui, sic ero servus tuus, — dissipabis consilium Achitophel.

35. Habes autem tecum Sadoc et Abiathar sacerdotes ; et omne verbum quodcumque audieris de domo regis, indicabis Sadoc et Abiathar sacerdotibus :

36. Sunt autem cum eis duo filii eorum, Achimaas filius Sadoc et Jonathas filius Abiathar ; et mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis.

37. Veniente ergo Chusai amico David in civitatem, Absalom quoque ingressus est Jerusalem.

25. Alors le roi dit à Sadoc : Reportez l'arche de Dieu à la ville. Si je trouve grâce devant le Seigneur, il me ramènera et me fera revoir son arche et son tabernacle ;

26. S'il me dit : Vous ne m'agréez point, — je suis tout prêt, qu'il fasse de moi ce qu'il lui plaira.

27. Le roi dit encore en parlant au prêtre Sadoc : O voyant, retournez en paix à la ville avec vos deux fils, Achimaas, votre fils, et Jonathas, fils d'Abiathar ;

28. Voilà que je vais me cacher dans les plaines du désert jusqu'à ce que vous m'envoyiez des nouvelles de l'état des choses.

29. Sadoc et Abiathar reportèrent donc à Jérusalem l'arche de Dieu, et y demeurèrent.

30. Cependant David montait la colline des Oliviers, et pleurait en montant. Il allait nu-pieds et la tête couverte ; et tout le peuple qui était avec lui montait la tête couverte et en pleurant.

31. Or, David apprit qu'Achitophel était aussi dans la conjuration d'Absalom. Seigneur, dit alors David, rendez ineptes, je vous prie, les conseils d'Achitophel.

32. Et lorsque David arrivait au haut de la montagne *des Oliviers*, où il devait adorer le Seigneur *en se tournant du côté de Jérusalem, où était l'arche*, Chusaï d'Arachi vint au-devant de lui, ayant ses vêtements déchirés et la tête couverte de terre.

33. David lui dit : Si vous venez avec moi, vous me serez à charge ;

34. Mais si vous retournez à la ville, et que vous disiez à Absalom : Mon roi, je viens vous offrir mon service, et je vous servirai comme j'ai servi votre père,—vous dissiperez *en ma faveur* le conseil d'Achitophel.

35. Vous avez avec vous les prêtres Sadoc et Abiathar, auxquels vous direz tout ce que vous aurez appris chez le roi.

36. Ils ont leurs deux fils, Achimaas, fils de Sadoc, et Jonathas, fils d'Abiathar ; vous m'enverrez dire par eux tout ce que vous aurez appris.

37. Chusaï, ami de David, retourna donc à Jérusalem. Et Absalom y entrait en même temps.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IGITUR POST HÆC FECIT SIBI ABSALOM CURRUS, ET EQUITES, ET QUINQUAGINTA VIROS, QUI PRÆCEDERENT EUM (1). Sanè verum est, quod de serpente dixit Seneca Epist. 42, qui venenum nunquàm deponit, etiam cùm torpet frigore, et in cavernis abditus nemini noxius est; neque enim tunc venenum evomuit, aut animus nocendi defuit, ad quod malus illum genius instimulabat; defuit tamen facultas, quam tunc tandem ostendit, cùm affulgente vere prodire licuit è latibulis, et innatum à naturâ virus effundere. « Multorum, inquit, quia imbecillia « sunt latent vitia, non minùs ausura, cùm « illis vires suæ placuerint, quàm illa, quæ « jam feliciter aperuit, instrumenta illis ex- « plicandæ nequitiæ desunt. Sic tutò serpens « etiam pestifera tractatur, dùm riget frigore: « non desunt tunc illi venena, sed torpent. « Multorum crudelitas, et ambitio, et luxuria, « ut paria pessimis audeat, fortunæ favore « deficitur. Eadem velle eos cognosces, ea « posse quantùm possunt. » Continuit Absalom diù venenum, quod malus illi genius, et natura deliciis fracta mollioribus indiderat, quia exul, et inops, et multis odiosus, maximè parenti, qui multorum et omnium penè ad se voluntates allexerat, nihil adire poterat, quod successum haberet, nihil quod futurum putaret impunitum. At ubi ex exilio rediit in patriam, et Davidis faciem tutus aspexit, et quasi serpens è latibulo renovatus egressus cœpit sensim venenum evomere, quod celaret diù; et jam depositâ senectâ nitidus omnibus minatur omnia, et contra parentem ipsum, et regem, quem tam benignum et mitem fuerat expertus, consilium init ipsis etiam barbaris et feris inauditum, et prorsùs execrandum. Cujus imaginem in Pyrrho lib. 2 Æneid. expressit Maro.

Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus
Exultat telis, et luce coruscus ahenâ.
Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus
Frigida sub terrâ, tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis novus exuviis, nitidusque juventâ,
Lubrica convolvit sublato pectore terga,
Arduus ad solem, et linguis micat ore trisulcis.

Hæc est viva Absalomis effigies, qui priùs in hyeme, id est, in adversâ fortunâ delituerat: at ubi cœlum intepuit, et aura afflavit mitior atque clementior, deposuit senectam, id est, habitum sordidum, qualis exulem, damnatumque capitis reum decebat; et splendorem quæsivit, qualem regii sanguinis præclara conditio desiderabat. Quare currus instruxit, quibus totâ urbe concursaret, et extra illam aut regiam, aut regiæ proximam majestatem ostenderet. Elegit equites, qui illi adessent et operam præstarent familiarem et assiduam, tum ad securitatem, si quis contra ipsum motus excitaretur; tum ut aliis regii sanguinis splendorem objiceret. Denique non jam quasi privatus, sed quasi supra reliquos aliquid haberet dignitatis et juris, regium voluit habere satellitium. Quare speciem quamdam præ se tulit imperatoris et ducis, cùm cohortem secum habere voluit, qui illius præcederent ingressum, et viam munirent atque expedirent, et omnium explorarent et arcerent insidias. Et ut scabrum atque horridum serpentem alium judicamus, cùm torpet atque squalet in hyeme, atque cùm sub vernum tempus splendescit et nitet: sic alius apparebat Absalom, novâ jam affulgente et arridente fortunâ, quàm cùm odiosus patri ac bonis, vitam agebat extorrem et invisam. Incedebat enim splendens et hilaris inter illustres et elegantes equites, sicut serpens post hyemale frigus inter virentes herbas et vernales delicias se convolvit et reptat. Quod etiam, ne ab eâdem similitudine recedamus, cecinit Papinius lib. 4 Thebaid. ubi sic de Tydeo:

Ceu lubricus altâ
Anguis humo, verni blanda ad spiramina solis,
Erigitur liber senio, et squalentibus annis
Exutus, lætisque minax interviret herbis.

Hanc porrò majestatem sibi quæsivit Absalom, ut aliis videretur neque pauper, neque

(1) Hebræus ad litteram: *Fecit sibi Absalom currum, et equos, et quinquaginta viros currentes à facie ejus.* (Calmet.)

Après cela Absalom se fit faire des chariots, prit avec lui des gens de cheval, et cinquante hommes qui marchaient devant lui. Absalom montre assez par sa conduite que tout ce qu'il avait fait jusqu'alors comme pour réparer sa désobéissance envers son père, était plein de dissimulation et de mensonge. Son exil n'a fait que l'irriter, et son abaissement apparent n'a servi qu'à allumer en lui encore davantage ce désir de souveraineté qui le brûle, et qui le porte à tenter tout pour n'avoir plus personne au-dessus de lui. Ayant fait assassiner son frère Amnon qui était son aîné, il avait lieu d'espérer que ce serait lui qui régnerait après le roi, son père. Mais cette espérance paraît trop tardive pour les mouvements précipités de l'ambition qui le possède. Il entreprend de soulever tout Israël contre David, et il lui déclare une guerre mortelle, afin de lui enlever la couronne après lui avoir ôté la vie. (Sacy.)

ignobilis, neque indignus regno, quod captabat. Eodem consilio Adonias frater, cùm idem regnum paternum ambiret, ut habemus lib. 3, cap. 1, v. 5, qui cùm regnum sibi jam præsumpsisset animo, idem quod Absalom, ut populum sibi conciliaret, consilium invenit. Dixit enim : *Ego regnabo, fecitque sibi currus et equites, et quinquaginta viros, qui currerent ante eum.* Quod licet signum non esset occupati, aut affectati regni, via tamen ad regnum eo artificio aliquo modo muniebatur.

Vers. 2. — Et manè consurgens Absalom stabat juxta introitum portæ, etc. Ostenditur jam artificium, quo in apertam erumpens audaciam Absalom, conciliare sibi populum, et à parente abalienare moliebatur. Multo enim mane, ut videretur ad communes causas et publicum civitatis commodum invigilare, egrediebatur ad civitatis portas, ubi frequentes erant populorum conventus, et publicæ disceptabantur causæ. Ibi quasi opportunum elegit locum ad insidias instruendas, et patri, et populo, qui promissis et simulatis officiis magis, quàm oporteret, solet esse credulus. Qui priùs, ubi quemlibet, qui causam haberet ad regem, sive ad magistratum et ministerium forense, amicè salutâsset, laudabat causam à justitiâ ; nihil tamen æquum sperandum dicebat, cùm nemo esset, qui rationes curaret publicas, aut supplices audiret, et judicia essent omninò corrupta; cùm non jam religio et æquitas, sed largitio et privata commoditas dominaretur in foro. Quare concludebat, non priùs in suam sibi sedem justitiam redituram, quàm ipse populi moderaretur habenas, et legum esset et æquitatis vindex. Addebat ad hæc et arctum amplexum, et osculum plus satis molliter impressum. Sic autem populum ad rerum novarum studium instigabat. (1)

(1) Vers. 3. — Non est qui te audiat constitutus a rege. Accusat regis incuriam et imbecillitatem regiminis; cavet ne animi sui desiderium promat, regnandi scilicet loco patris, sed optat tantùm constitui ab illo ad causas populi audiendas, ut jus æquum reddat ; præclarè ille quidem externâ specie, et generosè. (Calmet.)

Absalom disait à ceux qui se présentaient à lui : Votre affaire me paraît bien juste; mais il n'y a personne qui ait ordre du roi de vous écouter. Ce jeune prince fait en cette rencontre ce qu'ont accoutumé de faire tous ceux qui tâchent d'exciter des troubles dans un état : il décrie le gouvernement; il accuse obliquement David de ne se mettre point en peine d'écouter ni de juger ceux qui avaient besoin de son secours, ce qui était considéré alors comme la principale fonction des rois. Et néanmoins nous avons vu auparavant que le Saint-Esprit même lui rend ce témoignage, *qu'il rendait justice à son peuple.* Absalom savait cette vérité qui était publique; mais l'imposture et le déguisement ont été et seront toujours le partage des ambitieux. Il noircit la réputation d'un excellent prince. Il fait le zélé pour le réglement de l'état, et pour le soulagement des particuliers. Il s'insinue dans l'esprit des peuples par les marques obligeantes d'une civilité démesurée. Et toute cette montre spécieuse d'une bonté feinte, n'est qu'un voile qui couvre la haine et la révolte d'un fils dénaturé contre le meilleur pere qui fut jamais.

On peut donner à cette histoire, selon les Saints, un sens plus spirituel. Car il y a des personnes qui étant nées du sang de Jésus-Christ, usurpent dans l'Eglise son sacerdoce royal, qu'il n'a reçu lui-même que de Dieu son père. C'est de ces usurpateurs d'une royauté non humaine, mais divine, que Dieu se plaint par son Prophète, lorsqu'il dit : *Ils ont régné par eux-mêmes, et non par mon ordre; ils sont devenus princes, sans que je l'aie su.* Les Saints autrefois fuyaient ces dignités redoutables, lors même qu'on les leur offrait ; et maintenant on les poursuit avec une ardeur qui n'a plus de honte, et l'on fait violence pour les acquérir, au lieu qu'on la souffrait en ces premiers temps pour les recevoir.

Ce sont ceux-là qui disent en eux-mêmes aussi bien que ce jeune prince : *Oh! qui m'établira juge sur la terre, afin que tous ceux qui ont des affaires viennent à moi, et que je les juge selon la justice!* Non seulement ils trompent les autres par ces protestations de zèle et de désintéressement qu'ils font quelquefois, mais ils se trompent eux-mêmes, selon la parole de saint Grégoire : *Sæpè sibi de se mens ipsa mentitur.* Leur ambition, qui est secrète et très-réelle, se couvre au-dehors par une apparence de piété qui n'est qu'en idée; et ils s'imaginent avoir dans le cœur ce qui n'est que dans leur bouche, et sur la surface de leurs pensées.

Ceux qui sont entrés ainsi, par la porte de la présomption, dans ce ministère de l'humilité, comme marque ce saint Pape, ont un grand rapport avec la conduite de ce prince ambitieux : ils ont de la complaisance pour les hommes ; ils aiment à s'insinuer dans leurs esprits; ils flattent ceux qu'ils seraient obligés de reprendre, et ils couvrent les plaies qu'ils devraient guérir. Dieu souffre ces choses, mais jusqu'à un certain temps; et si le règne de ces personnes est moins odieux, et plus long que celui d'Absalom, il n'en est pas néanmoins devant Dieu, ni plus juste, ni plus heureux. (Sacy.)

Vers. 5. — Extendebat manus suas, et apprehendens osculabatur eum. Servilibus hisce et popularibus favorem populi captabat. Eâdem arte usus est Otho : *Protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, et omnia serviliter, pro dominatione.*

Vers. 6. — Sollicitabat corda virorum Israel. Captabat sibi amorem populi, seu sensim illos abalienabat à Davide, ut in consilia sua occulta venirent ; habenas utcumque illis remittebat, ingerebat præsentis regiminis fastidium. Majore vi Hebræus : *Furabatur cor virorum Israel;* seducebat fucatâ rerum specie, alliciebatque fraudulentis ac dolosis sermonibus populum,

Vers. 7. — Post quadraginta (1) autem annos dixit Absalom ad regem David : Vadam, et reddam vota mea. Cùm jam per aliquot dies hominum animos et studium explorâsset, speraretque tempus cogitationibus suis immaturum non esse, rem aggreditur religionis speciem consilio scelerato prætendens. Votum simulat emissum, quo tempore apud avum longum traxit exilium, nempe oblatas Deo victimas in Hebron, si quando in patris gratiam et aspectum redire contingeret. Facilè autem fuit hominem religiosum et pium, religionis ac pietatis specie decipere. Quare obtinuit quod volebat, et Hebronem profectus conventus agit, et conjurationem in parentem adornat.

Hoc verò factum esse dicitur *post quadraginta annos;* sed est valdè obscurum, undenam horum annorum ducendum sit principium. Quidam legendum esse putant non *quadraginta,* sed *quatuor;* quæ lectio videtur superioribus seculis fuisse non infrequens, ut dicunt hìc Cajetanus, et Abulensis; quod tenent codices Gothici, et quos habuêre Lyra, Petrus Comestor, Dionysius et Hugo. Sed jam eò communiter feruntur omnes, ut *quadraginta* cum vulgatis codicibus legant, quos nunc habemus à Sixto correctos. Neque Hebræi aliter explicari possunt, cùm habeant *arbaim*, quod sine dubio non *quatuor*, sed *quadraginta* valet. Sanè si quatuor haberemus, non esset obscurum conjectare, quodnam esset hujus numeri exordium, nempè à restituto in urbem Absalome, aut ex quo ad regiam consuetudinem, et faciem admissus est. Sed quia hæc lectio jam est ab approbatis codicibus rejecta, et ab omnibus penè interpretibus explosa, *quadraginta annorum* initium exploremus necesse est.

Quidam ab eo tempore sumunt exordium, quo sacerdotes occisi sunt à Saüle; in quo facto aliquid à Davide peccatum fuit, cùm sacerdotem uno et altero mendacio deceperit. Quare cùm hæc Absalomis conjuratio Davidis peccata castiget et expiet, cùm ibi aliquod peccatum Davidis intercedat, optimè videtur ex eo loco *quadraginta annorum* sumi posse principium. Quasi dicas, *quadraginta annos* illius peccati vindictam fuisse dilatam. Ita Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus, et interpretum plerique, auctor Historiæ Scholasticæ, Angelomus, Lyra, Dionysius, Hugo, et Glossa. Quæ opinio licet propter patronorum auctoritatem et numerum explodenda non sit, tamen eo laborat incommodo, quia hæc Davidis vexatio ab Absalome filio, adulterii et cædis Uriæ supplicium fuit, non sacerdotum exitii cujus in Davide aut nulla, aut non nisi levissima culpa fuit. Quòd verò pœnas nunc luat David propter adulterium et adjunctam cædem, constat ex cap. 12, v. 11, ubi hoc supplicium inflictum iri dicitur propter Uriæ irrogatam injuriam : *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tuâ, et tollam uxores tuas in oculis tuis,* etc. Scio contra hæc adduci aliqua à Dionysio et Lyrâ, quæ tamen ejusmodi non sunt, ut hujus objectionis vim admodùm infirment. Plures alias explicationes adducit Cajetanus, qui tamen in illarum nullâ prorsùs acquiescit, atque ideò disputationem illam hoc modo concludit : « Elige, prudens lector, inter ambigua, quod « magis videbitur. »

Mihi id placet, quod ex Hebræis tenent Rab. Salomon, et Rab. David, qui aliquando sapiunt, cùm non rarò desipiant, quos sequitur Abulensis q. 13, Emmanuel Sâ, et Joannes Mariana, licet in aliquo illi inter se dissentiant, quod tamen aut nihil omninò, aut parùm refert. Quidam enim hunc annorum numerum ordiuntur ab unctione Davidis in regem per

qui futurum rei eventum et consilia loquentis ignorabat. Partes ejus secutus est vulgus, prava ejus consilia non intelligens. Legimus in Genesi 31, 20, Jacob *furatum fuisse cor Laban*, cùm scilicet, eo inscio, è Mesopotamiâ sese subduxit. Legimus etiam inferiùs, populum post necem Absalomis *furatum se fuisse*, ne urbem ingrederetur; clam intravit, vel dissipavit se furtim, aliò divertens. Septuaginta : *Absalom suum faciebat*, alliciebat sibi, subdebatque *cor virorum Israel*. S. Bernardus, sive alius sub ejus nomine, Virginem sanctissimam appellat *raptricem cordium;* inspirat enim iis, à quibus agnoscitur, amorem castum, allicitque corda illorum occultis illecebris. Usurpare solemus frequenti sermone, oratorem aliquem rapere nos, sibique subdere animum, mentem atque attentionem. Hebræi dicerent : *Furatur hic orator cor nostrum.* (Calmet.)

(1) Credibile est, si quid aliud maximè, irrepsisse in textum Hebræum *quadraginta* pro *quatuor* ארבעים pro ארבע. Septuaginta in nostris codicibus, cum Hebræo cohærent, ferentes *quadraginta;* sed Josephus et Theodoretus nonnisi *quadriennium* legebant. Veteres plures Latini manuscripti codices eamdem lectionem servant; in aliis sunt anni sex, in aliis quinque, in aliis duo. Discrimen istud codicum animadvertit auctor Quæstionum Hebraicarum in libros Regum. Syriacus et Arabs tuentur lectionem quatuor annorum; quibus adjungunt sese ex doctissimis criticis plures. Faciliùs equidem in mentem educimus, Absalomum, postquàm toto quadriennio populi favorem captavit, secessisse tandem in partes, atque in apertam illam defectionem erupisse, cujus historia hìc texitur. (Calmet.

Samuelem ; alii ab eo tempore, quo mutata est in Israele administrationis forma, et pro judicibus, qui præfuêre priùs, suffecti sunt reges; quod eodem penè tempore contigit. Quod facilè probat temporum ratio, si statuamus, quod supra cap. 13, lib. 1, late probatum est, Saülem duos tantùm annos regnâsse. Quo ita constituto, facile erit hunc annorum numerum, et illorum exordium deprehendere.

Et primùm observo, usitatum esse tam apud sacros, quàm apud profanos, ab aliquâ re maximè notâ rationem ac seriem temporum metiri, quale fuit diluvium, quod sub Noe universum mundum inundavit; Trojanum bellum; urbs Romana condita, et similia. Cùm autem reipublicæ mutatio, si magna fuerit, ab omnibus notari soleat, fit ut ab eâ numerentur anni. Quod probat Augusti imperium, quod novam administrationis formam induxit, à quo Æra Cæsaris appellata fuit, à quâ apud Hispanos per multa secula ratio temporum digesta est. Cùm autem Arabes Hispaniam ingressi, novam formam et statum in illam provinciam invexerunt, ab illorum ingressu numerati sunt anni, quorum in antiquis monumentis apud Hispanos frequens memoria : de quibus noster Mariana in opusculis satis diligenter et latè. Sanè quia Græci Syriam occupârunt, ab illorum imperio numerantur anni, tum alibi, tum in libris Machabæorum, ubi historia annos intuetur Græcorum, seu Seleucidarum, qui iidem sunt, ut nos pluribus in nostris Commentariis in Danielem ad cap. 8, n. 65. Quanta verò facta mutatio fuerit sublatis judicibus, et regio nomine in rempublicam Israelis inducto, satis indicavit Samuel lib. 1, cap. 8, ubi legem scripsit regni, et quàm durum futurum esset pondus, quod è regio dominatu subiturus esset populus, prædixit.

Quòd si ab hâc mutatione ad hoc usque tempus *quadraginta* deprehendantur *anni*, res nobis erit absque dubio satis expedita. Assumo duos annos ex regno Saülis, totidem ex regno Davidis antequàm Absalom nasceretur in Hebron, aut potiùs tres, quia tertius natus esse traditur lib. 2, cap. 3. Adde nunc annos Absalomis, qui supra triginta esse videntur, cùm duos filios suscepisse dicatur ante hoc tempus, cap. 14, v. 27, et cùm regnum ambiret, et ad se plurimos suâ auctoritate pellexerit, credibile est, ætate fuisse regno administrando maturâ. Ex his summa conficitur *annorum quadraginta*. Adde, quòd ex usu Scripturæ imperfectorum numerorum, sive perfectos excedant, sive à perfectis deficiant, dummodò multi non sint, haberi ratio non solet. Quare etiamsi anni fuerint triginta octo, vocari possunt *quadraginta*, quia parùm ab illo perfecto numero deficiunt. Id verò usitatum esse in Scripturâ, docet Augustinus, lib. 15 de Civitate cap. 24, ubi Noe quingentorum annorum fuisse dicitur, cùm tamen annos tunc haberet non plures quadringentis octoginta. « Intelligendum est, « inquit, hoc Deum dixisse, cùm circa finem « quingentorum annorum esset Noe, id est, « quadringentos octoginta annos ageret. Quos « more suo Scriptura quingentos vocat, no- « mine totius maximam partem plerùmque « significans. » Idem docuit Eucherius lib. 1 Commentar. in Genes. cap. 37. Ex his solvitur id, quod in hanc nostram cogitationem objicitur, tres annos exiguum spatium videri, ut David tot fecisse videatur, quot fecisse legitur, postquàm occiso filio in regnum restitutus est. Primùm, quia triennale spatium exiguum non est, ut multò etiam plura peragi non potuerint. Deinde quia juxta regulam proximè adductam, fortassè post hoc tempus plus annis quinque vitam produxit.

Sed dices adhuc, sub extrema vitæ tempora Davidem septuagenarium sic fuisse à senectute debilem, ut cùm operiretur vestibus, non potuerit calefieri : ast hoc tempore egressus fuit pedes, et illa subiit, quæ nullus nisi robusto corpore aut posset, aut auderet : imò et arma sumpsit contra Palæstinos, ubi vitæ periculum adiit, quod non effugisset, nisi maturè subvenisset Abisai, c. 21, v. 16. His ego respondeo, quinquennali, aut etiam triennali spatio magnam fieri mutationem in ætate jam deflexâ, ut quotidiè in nobis ipsis experimur : neque, ut suo dicemus loco, spatium illud longum fuit, quod pedibus confecit David. Quòd autem cap. 21, pugnando defecerit, argumento est, in senili corpore exhaustas esse vires. Quare hæc sententia nihil habet quod vehementer urgeat in oppositum.

Quòd si hanc annorum summam à primâ Davidis unctione deducas, non videtur habere aliquid admodùm distortum. Cùm enim rex hic magno apud omnes in honore fuerit, dies ille, quo à Samuele solemni, atque legitimâ cæremoniâ designatus est, observatus fuit, ut apparet. Sanè in natali Servatoris nostri die, ab unctione Davidis in regem, tanquàm à re maximè notâ ac celebri, anni numerantur, qui ad Christum natum intercessêre. Ubi cùm

alia tempora, et seculorum illustrissima signa præcessissent in kalendario, ut mundi creatio, universale diluvium, Abrahæ nativitas, egressus Israelis de Ægypto, tandem dicitur *ab unctione David in regem anno millesimo trigesimo secundo* natum esse Christum.

Vers. 10.—Misit autem Absalom exploratores in universas tribus Israel, dicens: Statim ut audieritis clangorem buccinæ. Antequàm exploratores hosce in varias regni partes dimisisset Absalom jam rem totam callidis consiliis et fallaci blandimento eò deduxerat, ut animos haberet obsequentes, et ad quidlibet audendum temerariè projectos. Quod sanè mirandum est, neque fortassè in omni memoriâ exemplum simile, quod valdè Chrysostomus exagitat et amplificat tom. 1, Homil. de Absalome patrem persequente. Quòd si causam inquiras, non facilè invenies. Chrysostomus duas ostendit, alteram in Absalome ad audendum illud immane facinus, alteram in populis scelerato filio contra optimum patrem, et regem optimè de re communi meritum, tam facilè obsequentibus. In filio quidem, quia in illum pater indulgentior fuit, quàm fraternæ cædis gravitas postulabat; in animis enim parùm ingenuis peccatorum impunitas parit audaciam, et favor plerùmque indebitus arrogantiam. Quare nullà in re pater magis filium offendit et lædit, quàm cùm illius mores improbos impunitos abire sinit. Sic autem ibi Chrysostomus: « Offendit David filium, quia « fratris in illum noluit ulcisci parricidium: « semper enim scelera, dùm non resecantur, « increscunt, et in argumentum facinorum « prohibetur, quoties securâ impunitate pec- « catur. Dùm enim in Absalom fratris occisi « facinus non vindicatur, in parricidium pa- « tris reciduum facinus iteratur. » Hoc est cum filio ludere, et illum lactare, quem postea pater suæ senectutis vexatorem patitur. De quo Eccles. cap. 30, v. 9: *Lacta filium, et parentem te faciet: lude cum eo, et contristabit te.*

Aliam in populo causam deprehendit Chrysostomus, nempè amentiam, quam facilè patitur stulta multitudo, quæ non tam ratione ducitur, quàm aut suâ, aut alienâ libidine. Illi autem mentem excussit Absalom, tum regiâ nobilitate, quam solus ex omnibus Davidis filiis habuit à genere materno; tum à singulari pulchritudine, quæ blanda est animorum conciliatrix. Deinde promissis, quæ nunquàm, licet regnum, ad quod aspirabat, obtineret, impleturus esset. Quòd autem futuræ fuerint promissiones illæ prorsùs inanes, quicumque foret rerum eventus, docet ille loquendi modus, quo popularium animi ab Absalome sollicitati dicuntur. Ubi enim v. 6, legimus: *Et sollicitabat corda virorum*, Hebraicè est, *vaieganab*: id est, *furabatur*, id est, eripiebat frustra; quod enim sine pretio, callidè et latenter sumimus, id *furari* dicimur, quantumvis alius illud, quod furtum esse ignorat, præsens intueatur. Hoc itaque modo cor furatus Absalom, id est, excordem reddidit, et amentem populum, qui cæcus ferebatur ad mortem, neque futuros rerum eventus considerabat. Audi Chrysostomum supra: « Unius patricidæ furor tot millia « insanire compellit. Unius dementia demen- « tes ellicit multos. » Alia sese mihi causa hujus tantæ, tamque infidæ mutationis offert. Quia florentem ætate et formâ Absalomem viderat populus, qui semper novitatis studiosus est, et vetera fastidit et odit, et cùm illum regnaturum speraret, cùm esset natu tertius, et uno tantùm gradu fratrum maximo minor, maluit Absalomi placere, qui diù regnaturus videbatur, quàm Davidi; qui cùm ad ætatem jam gravem, et penè extremam progressus esset, non videbatur diù regnum habiturus. Accidit autem populo id, quòd usque adeò frequens est, ut in proverbium abierit, ut *orientem adoraret solem, occidentem contemneret.* Vide proverbium: *Plures adorant solem orientem, quàm occidentem.*

Dicite: Regnavit Absalom in Hebron. Hoc Absalomi jam ante convenerat cum illis, quibus cor, ut diximus, et mentem fallacibus promissis, et quasi meretriciis illecebris ademerat, ut cùm primùm clangorem acciperent tubarum, conclamarent omnes et dicerent, Absalomem in Hebrone regem esse creatum. Qualis autem futura esset acclamatio populi, conjectare licet ex cap. 10, v. 25, ubi cùm Saül rex esset à Samuele creatus, clamavit populus: *Vivat rex.* Et lib. 3 Reg. cap. 1, v. 25, cùm eadem, quæ nunc Absalom, tentâsset Adonias, clamavit populus ab illo eam ob rem ad victimas et convivium vocatus: *Vivat rex Adonias.* Et v. 39, designato Salomone rege: *Vivat rex Salomon.* Sic puto clamâsse populum: *Vivat rex Absalom;* imò addidisset aliquod convicium seu imprecationem in Davidem. Quod fieri assolet in seditiosâ et tumultuante turbâ, hunc in modum: *Pereat rex adulter et homicida, senex delirus, regni fastidium,* et similia, quæ stultè et excordatè multitudini in buccam priùs et linguam, quàm in mentem veniunt.

Vers. 11. — Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Jerusalem vocati euntes simpliciter. Quærit hìc Abulensis q. 16, quare adducere secum ducentos hosce viros voluerit Absalom, cùm neque complices essent, neque conscii scelerati consilii, sed fideles servi parentis David, qui simpliciter et tantæ fraudis inscii, abducti potiùs à callido et veteratore hoste, quàm ab amico atque fideli domino deducti, impedire potiùs poterant quàm promovere scelerata consilia. Respondet Abulensis, voluisse Absalomem detractis his ducentis viris, qui videbantur strenui, infirmare exercitum parentis, ut cùm primùm irrumperet in urbem, pater minùs haberet virium, quod subitæ irruptioni imparatus opponeret. Fortassè aliud spectavit callidus adolescens, nempè, ut asciìis secum viris de quorum fide dubitabat nemo, omnem ipse conjurationis et doli suspicionem adimeret.

Vers. 12. — Accersivit quoque Absalom Achitophel. Nôrat Absalom, quàm esset in deliberando prudens Achitophel, cujus consilio pater in rebus quibusque dubiis utebatur; quare illum sibi antea, ut apparet, tum promissis largiter, tum etiam oblatis officiis obligârat. Illum igitur ad se domo evocat, ex cujus societate illud præter alia videtur consecutus, ut omnes, qui illius prudentiam et consilium noverant, sibi persuaderent, nihil in re tantà susceptum esse temerè : neque ubi tanti viri interfuisset, aut potiùs præfuisset intelligentia, de felici rerum eventu fore desperandum. Sed sanè, in aliis prudens fuerit; hìc tamen illi videtur defuisse prudentia sanumque consilium, cùm res tentavit, quas neque recta ratio, neque fides, imò quas neque utilitas aut pudor admitteret. Sunt qui hìc putent, illum non publicam causam spectâsse, sed privatas injurias persequi voluisse. Bethsabee enim, cujus pudori illusit David, neptis erat Achitophel, filia Eliam, ut constat c. 11, v. 4. Eliam autem filius erat Achitophel, c. 23, v. 34. Hæc res non solùm fecit, ut hujus conspirationis conscius esset et socius, sed etiam, ut aliqui putant, auctor et princeps. Vide Abulensem q. 18.

Cumque immolaret victimas, facta est conjuratio valida. Videtur Absalom multos consumpsisse dies in victimarum immolatione, ut honesta prætexeretur species improbo consilio : nemo enim accusaret populum, quòd interesset victimis, quòd religionem coleret, quòd regis filio inter sacrificandum benè precaretur. Deinde, ut interim per emissarios suos multitudinem sibi conciliaret. Quod quidem illi accidit ex voto; nam dùm rei sacrificali daretur opera, magni ex Israele toto concursus hominum fiebant in Hebron, qui augebant quotidie Absalomis vires.

Vers. 13. — Toto corde universus Israel sequitur Absalom (1). Ignorabat David, ut apparet, quid rerum fieret in Hebron, et quinam motus essent in Israel, donec nuntius venit, qui audivit Absalomem conclamatum esse regem, et magnas undique in ipsius caput copias armari; idque non simulatè, ut Absalomis votis blandirentur, sed ex toto corde; ex quo prudens rex etiam inferre posset conventus illos hominum etiam ab ipsius dignitate ac commodis animos habere prorsùs alienos.

Vers. 14. — Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Jerusalem : Surgite, fugiamus (2).

(1) Vel ex Hebræo : *Cor Israel fuit post Absalom.* (Calmet.)

(2) Causam fugæ dat S. Chrysost. in Psal. 3, quem tunc David dictavit invocans Deum in tantâ persecutione, ut patet ex ejus titulo : « Fugiebat, ait, David filium suum, quoniam « castitatem fugerat; fugiebat filium, quoniam « matrimonium pudicum violaverat. Fugiebat « filium, quoniam legem Dei, quæ dicit : « *Non occides; non adulterabis*, fugerat. Quo- « niam enim alienam agnam in domum suam « introduxerat, et ejus pastorem interfecerat, « qui erat è domo suâ agnus, pastorem cornu « petebat. Alienæ domui bellum intulit, sed « ex domo suâ in ipsum bellum incitatur, » etc.

Moraliter, disce hìc, quàm vanum sit, quòd parentes glorientur in filiis suis, quàmque verum illud : *Heroum filii noxæ*. Nam sæpè filii sunt degeneres, et parentum hostes; en tibi David tres genuit filios, quorum primus Amnon incestu sororem violavit, secundus Absalom fuit fratricida et parricida; tertius Salomon fuit idololatra, et planè mulierosus. Quod mysticè Judæis applicat S. Ambr. lib. 1 Apolog. David cap. 3 : « Genuit David, inquit, « duos filios, unum incestum, alium parrici- « dam, eò quòd incestus et parricidalis po- « pulus (Judæorum) affixo patibulo crucis, « carnem proprii jugulaturus esset auctoris. » (Corn. à Lap.)

David dit à ses officiers : Allons-nous-en, fuyons de Jérusalem. Car nous ne trouverons aucun moyen de nous sauver d'Absalom. David avait toujours présent ce que le prophète Nathan lui avait prédit, de la vengeance que Dieu devait tirer de l'adultère et de l'homicide qu'il avait commis. C'est pourquoi, lorqu'il voit ce soulèvement de tout le peuple, et son propre fils à la tête des conjurés, comme étant le chef de la révolte qu'il avait lui-même inspirée aux autres, il reconnaît que c'est là l'heure de la puissance de Dieu, qui veut se faire justice à lui-même, et il s'y soumet de tout son cœur. Il est persuadé qu'il s'est attiré par sa propre faute cet effroyable châtiment du ciel, et il n'attend que de la bonté de celui-là même

Mirum est, quòd rex bellator, neque omninò ab auxilio militari desertus, et in civitate adeò à naturâ munitâ, ut putaretur à cæcis et claudis posse defendi; deinde ab ipso rege egregiè ad repugnandum instructâ, et ad illam magnitudinem et formam erecta, ut appellaretur *civitas David* (sic enim vocari cœpit, quæ priùs dicebatur *arx Sion*), desperârit in illâ arce resistere se posse filii conatibus; atque ideò statuerit, quamprimùm esse abeundum ex urbe, et in desertis locis quærendum esse perfugiùm. Sed pius rex, qui nunquàm victus fuerat à mortali manu, nunquàm se in fugam dedisset, si cum hoste mortali futurum esset certamen. At videbat cum Deo sibi fore pugnandum, cujus ultricem virgam in Absalomis manu considerabat. Audierat enim à Nathan, c. 12, v. 11: *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tuâ*, etc. Quare divinæ voluntati non putabat esse repugnandum, sed illa arma esse capienda, quæ magis divinam potentiam, quàm humanam obtunderent. Quare pœnitentis hominis potiùs, quàm strenui ducis speciem assumit, de quâ suis locis posteà. Fugit itaque rex pius et prudens, non tam Absalomis, quàm divinam iram; cui si restitisset, neque Deum habuisset placatum et mitem, neque tam facilem atque illustrem habuisset de tam copioso exercitu victoriam. Quare si rectè rem totam expendas, timor iste non fuit, sed solers prudentissimi ducis stratagema, quo divinum sibi comparavit auspicium et vires. Timebat prætereà optimus princeps et civitatis amans, ne quid ab hoste infesto, sive obsidente, sive jam sui consilii ac desiderii compote, civitas pateretur, atque ideò maluit ipse fugam subire, quàm civitatem exponere periculo. Quâ de re vide Abulensem q. 20, 21, 22.

Et impellat super nos ruinam (1). Hæc locutio figurata est, neque alius est sensus, quàm impellendos esse muros ab ariete, seu ab aliâ murali machinâ, ita ut alios opprimat; non impellitur ruina, sed murus, ex cujus impulsu ruina sequitur. Quomodò dicimus *molere farinam*, quia grana moluntur, ex quibus fit farina; et *nudum spoliare*, quia vestitus ita spoliatur, ut relinquatur nudus. Quâ de re diximus suprà c. 10, ad illud: *Et præcidit vestes eorum medias.*

qu'il a offensé la modération de la peine qu'il sait avoir très-justement méritée. (Sacy.)

(1) Hebræus: *Impellat super nos malum.* In extremum malum nos impellat; ne penitùs nos opprimat, ut resurgere non valeamus. (Calmet.)

Vers. 16. — Egressus est ergo rex, et universa domus ejus pedibus suis. In domo Davidis non solùm servos intelligo, turbamque palatinam et aulicam; sed etiam filios et uxores, quibus, cùm insuetus esset labor ille, nihilominùs pedibus arduam illam, difficilemque viam ingressi sunt. Sed nihil fuit difficile aut servis, aut domesticis, quantumvis forent educati, atque instituti molliter, cùm regem haberent præcedentem; cùm tamen eâ jam esset ætate, ut non procul abesset à septuagenario. Quæ ratio gravissima est, ut quivis etiam supra naturam vires assumat, ne deficiat in eo, quod à rege et domino susceptum esse videt. Non putabat Urias licere sibi molliter dormire in lectulo strato genialiter, cùm dux Joab interea in humo cubaret nudâ. Vide quæ nos in eum locum diximus. Sed licet omnes egressi essent pedibus, credo tamen non longè ab egressu, qui infirmis essent viribus, vectos esse jumentis, quæ aut ipsi invenerunt, aut certè ab aliis oblata sunt in viâ. Sanè Siba cap. 16, pro domesticis regis asinos obtulit. Quantùm regum aut ducum exempla valeant, ut alii in cursu etiam difficili non languescant, docuit Catonis exemplum, de quo Lucanus, cujus verba statim referam, v. 30, quæ sanè sunt notatu non indigna.

Et dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. Quemadmodùm multi sunt relicti Hierosolymis, quibuscum Absalomi nihil erat negotii, qui se post Davidis exitum ultrò Absalomi, cui repugnare non poterant, tradiderunt; sic etiam David ad custodiendam domum decem reliquit concubinas, quia fore non putabat, ut quisquam illis irrogaret injuriam, quas ipsa naturæ imbecillitas contra barbarorum etiam impetum tuetur. Neque arbitrabatur expedire, ut regia domus aliorum esset præda; et satis in feminis existimabat esse præsidii, quas regia consuetudo nobilitabat; et domûs ipsius regiæ majestas arcere posse videbatur avaras et violentas manus. Alioqui quodnam esset in feminarum imbecillo sexu tantum robur, et audacia, quæ armatis hostibus aut vires frangerent, aut terrorem objicerent? (1)

(1) Vers. 17. — Stetit procul a domo. Facilè ut suos cogeret ac lustraret. Stetit ex urbe egrediens, antequàm trajiceret Cedron. Hebræus: *Steterunt domus fugæ*, vel elongationis, id est, tota familia et copiæ Davidis; domus hæc fugitiva, familia migrans fugiensque substitit. Alii: *Steterunt in domo elongationis*, in loco ab urbe dissito. Sed in ipsis ur-

Vers. 18. — Legiones Cerethi et Pheleti. Quinam hi fuerint, satis à nobis explicatum est supra cap. 8, v. 18, et lib. 1, c. 30, v. 14, ubi diximus prætorianam esse cohortem, cui regii corporis tutela credita est.

Et omnes Gethæi pugnatores validi sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth. Hi sexcenti viri fuisse à quibusdam existimantur viri Gethæi; id est, nati in Geth urbe Palæstinorum, qui cum Ethai item Gethæo inde transfugerunt ad Davidem, et illius religionem amplexi, illi se socios, et fideles ministros præbuerunt; quorum dux et princeps erat Ethai, quem nonnulli filium esse credunt regis Achis. Ita fermè Theodoretus quæst. 29, et Histor. Sch. Et in his nonnulli addunt cum Davide fuisse, quo tempore, dùm Saülem fugeret, fuit in Geth, et posteà diutiùs in Siceleg; et ipsi fidelem, et constantem operam navâsse, cùm vicinas invaderet civitates, et prædas indè continenter aveheret. Quam cogitationem multis confutat Abulensis quæst. 26, 27, 28. Illum adi; neque enim lubet in re neque dubiâ, neque admodùm necessariâ, longam operam ponere. Illud dico, Ethai non multò ante venisse Hierosolymam, et relictâ patriâ, imò et avitâ religione, adhæsisse Davidi. Id enim probat illud, quod statim additur : *Heri venisti, et hodiè compelleris nobiscum egredi.* Adduxit autem secum ejusdem religionis, atque animi aliquos sive familiares, sive domesticos, qui statim illius appellantur fratres; qui secuti suum sive ducem, sive dominum egressi sunt ex urbe, et regem peditem pedites ipsi prosecuti sunt.

De sexcentis viris, qui Gethæi vocantur, dicendum est, fuisse propriè Israelitas, qui fuerunt cum Davide toto tempore, quo à patriâ, suorumque consuetudine profugus, incertis erravit sedibus : nam fuisse à principio cum Davide textus ipse docet, dùm ait : *Qui secuti eum fuerant de Geth;* id est, de civitate ipsâ regiâ, in quâ regnavit Achis; seu de Siceleg, ubi diù David cum sexcentis illis viris, eorumque familiis commoratus est. Dicuntur porrò fuisse in Geth, licet brevi tempore in eâ civitate tanquàm hospites, et peregrini consederint, quia Siceleg ad illam satrapiam pertinebat, cujus caput est Geth. Sic Toletanum dicimus illum etiam, qui nunquàm Toletum vidit, si tamen in oppido vixit in urbis Toletanæ ditionem contributo. Neque novum est, ut aliqui nomen ab eo loco sumpserint, in quo aliquandiù commorati sunt, licet neque ibi sint orti, neque inde genus, aut familiam derivent, ut pluribus ostendimus supra c. 6, ubi rationes adduximus, cur Obed Edom vocaretur *Gethæus*, cùm tamen esset Levita, longè nimirùm à Gethæorum sanguine.

Vers. 19. — Dixit autem rex ad Ethai Gethæum : Cur venis nobiscum? Revertere, et habita cum rege (1), quia peregrinus es. De hoc

bis foribus stetisse, ex narrationis decursu patet. (Calmet.)

« Pourquoi David, dit Voltaire, ce grand « guerrier fuit-il de Jérusalem avant que son « fils y soit arrivé? » La réponse est bien simple : c'est pour n'y être pas investi.

« Jérusalem était-elle fortifiée? ne l'était-« elle pas? » Elle l'était, mais une ville considérable, fort peuplée, attaquée tout à coup, en pleine paix, n'a pas les approvisionnements nécessaires pour soutenir un siége. (Duclot.)

(1) Sunt qui reddant Hebræum : עם המלך שב, *desine sequi regem.* (Calmet.)

Alors le roi dit à Ethaï : Pourquoi venez-vous avec nous? Retournez, et allez avec le nouveau roi. Rien ne fait plus voir la grandeur de l'âme et la fermeté du cœur, que lorsqu'un homme conserve au milieu du péril et dans le plus grand malheur qui lui puisse arriver, la même présence d'esprit et de jugement que s'il se trouvait dans un plein repos. C'est ce qui arrive à David en ce jour de sa fuite de Jérusalem, qui paraît avoir été pour lui un jour de douleur et d'abaissement, et que l'on peut appeler néanmoins le jour le plus heureux et le plus glorieux de sa vie. Car il y a paru non seulement comme un grand prince, mais comme un homme élevé au-dessus de toutes les tempêtes du monde; comme *un homme de Dieu, qui a prévalu contre Dieu même*, selon ce que l'Écriture dit de Jacob, et qui a désarmé sa colère en se soumettant de tout son cœur à sa justice avec une humilité pleine de courage et de sagesse; *præcelsâ humilitate*, selon l'expression de saint Paulin.

C'est dans cet esprit que David veut persuader à Ethaï de se retirer, et de ne se rendre point malheureux en le suivant dans son infortune. Un autre moins résolu que ce prince aurait conjuré un homme si généreux, et qui commandait six cents hommes des plus vaillants de son armée, de ne le pas abandonner dans une si extrême nécessité. Mais David fait voir à Ethaï que sa magnanimité n'est point affaiblie par la grandeur du péril qui le menace, et qu'il ne veut point exposer la fortune de ceux qui le servent pour assurer la sienne, dont la ruine paraissait alors inévitable. C'est ce qui a fait dire à saint Grégoire que les grands justes dans les accidents les plus fâcheux qui leur arrivent en cette vie, pensent plus à leurs amis qu'à eux-mêmes, et qu'au lieu que les personnes faibles sont tout absorbées dans ce qu'elles souffrent, celles-ci, au contraire, sont tranquilles dans leurs plus grandes afflictions, et que sans se mettre en peine de leur propre soulagement, elles ne pensent qu'à celui des autres. (Sacy.)

Ethai nuper diximus, quod conjectabamus esse verisimile, neque aliud putamus esse necessarium. Tantùm hìc commemorare libet, quod de Davidis modestiâ atque clementiâ cum admiratione scribit Theodoretus q. 30. « Jure, inquit, est « admiranda Davidis lenitas et mansuetudo, « quem cùm persequeretur, et bello invaderet « execrandus filius, non eum nominavit parricidam, non fratricidam, sed regem. Et cùm « multo egeret auxilio, curam gessit salutis « proselyti. Revertere, inquit, et averte fra- « tres tuos tecum, et Dominus faciet tecum « misericordiam et veritatem. Sed quantò « majorem ejus curam rex gerebat, tantò ille « in eum majorem ostendebat benevolentiam. « Hæc autem scripta sunt ad nostram doctri- « nam, ut discamus, quòd non oportet in « rebus quidem secundis versari cum amicis; « sin autem in res adversas inciderint, eos « deserere. » (1)

Vers. 22. — Veni, et transi. Constiterat, ut apparet, rex ad torrentem Cedron, expectans ibi, quos sibi in eo rerum articulo usui futuros arbitrabatur, quos jubebat torrentem trajicere, et solitudinem versùs iter instituere. Cæteros autem redire jubebat in civitatem, ne aut impedimento sibi forent, aut magnum ipsi laborem in eâ profectione subirent. Quam ob causam, ut vidimus, redire jubebat Ethai in urbem, ut vitam haberet non molestam in bello, sed quietam et securam in otio. Sed cùm ille durum existimaret amicum in eo periculo deserere, et mallet à vitâ, quàm ab amici latere divelli, jussit, ut transiret Cedronem; sicut etiam fecerunt alii, quos secum rex auxiliares et socios esse voluit.

Vers. 23.—Rex quoque transgrediebatur(1). Hæc verba indicant, postremum omnium regem trajecisse Cedronem. In quo Lyra clementiam regis, et in suos benevolentiam meditatur. Ultimus ingreditur, ut si hostis irruat, in ipsum primùm, imò fortassè solum, impetum faciat. Sciebat enim suum caput ab Absalome peti, quia ille solus obstabat, quominùs ipse regnum obtineret. Atque ideò expedire judicabat, ut unus moreretur homo, ne totus periret populus. Videbat præterea propter se ortam tempestatem, neque fas esse, ut illa infelici naufragio innocentes obrueret; quare in suum caput tumentes fluctus allidi cupiebat, quos aut frangeret, si Deus ipsius causam benignus aspiceret; aut certè demergeretur, si aliter Deo visum esset. Quare dixisse tunc verisimile est, quod in statu non admodùm diverso dixit infra cap. 24, v. 17, cùm suâ causâ in populo ingens ab ultore Angelo ederetur clades : *Ego*

(1) Vers. 20.— Dominus faciat tecum misericordiam et veritatem, quia ostendisti gratiam et fidem. Concisè magis Hebræus : *Tecum misericordia et veritas;* justam mercedem pro fide tuâ invenias. Vel : Deus tibi rependat juxta fidem promissionum suarum. Familiaris est Scripturæ phrasis : *Facere misericordiam et veritatem;* innuens, beneficia beneficiis rependere, quippiam alicui gratum præstare; quæ phrasis passim usurpatur sive de beneficiis Dei in homines, sive hominum inter se. *Misericordia et veritas* idem valent in textu originali ac *gratia et fides.* (Calmet.)

Ethaï lui répondit : Je jure par le Seigneur, qu'en quelque état que puisse être le roi mon Seigneur, ou à la mort ou à la vie, votre serviteur sera aussi avec vous. Il est difficile en cet endroit de ne se pas souvenir des serviteurs du véritable David, en considérant avec quelle ardeur on s'est exposé à la mort pour celui qui n'en était que la figure. Les apôtres, les martyrs et les grands saints, dans tous les siècles, ont eu dans le cœur ce sentiment d'Ethaï, et ils ont dit à Jésus-Christ, non seulement de bouche, mais par leurs actions et par leurs souffrances : Nous sommes prêts à mourir ou à vivre avec vous, parce que nous ne voulons ni vivre ni mourir que pour celui qui a vécu, qui est mort, et qui est ressuscité pour nous. Ces saints ont eu en ce point un merveilleux avantage sur les plus fidèles serviteurs des plus grands rois. Car si Ethaï était mort pour David, David aurait pu le plaindre sans lui pouvoir rendre ce qu'il aurait bien voulu perdre pour son service. Mais ceux qui se sont sacrifiés pour Jésus-Christ ont éprouvé *qu'il est le dominateur des vivants et des morts,* comme dit S. Paul, et qu'on ne peut assez estimer la gloire et le bonheur d'une mort qui n'est qu'un échange en une éternelle vie. (Sacy.)

(1) Torrentem Cedron. Transiit ad orientem Jerosolymæ, inter mœnia urbis et montem Olivarum. Hic torrens hiemali tempore, et cùm imbres abundant, fluit, et tunc pariter nonnisi trium passuum latum alveum implet. Nomen *Cedron,* Hebraicè sonat *umbrosum,* umbris tectum; quare nonnisi ineptè à cedris derivatum censent quidam, ut sit torrens cedrorum. Josephus non appellat nisi *vallem Cedron,* quem sensum Hebræus hujus textûs commodè reddit. (Calmet.)

Tout le monde pleurait dans ce passage. Le roi passa aussi le torrent de Cédron. Ce torrent et la montagne des Olives, dont il est parlé un peu après, sont trop bien marqués et dans cet endroit et dans l'histoire de la Passion du Fils de Dieu, pour ne nous pas porter à joindre dans notre souvenir la figure avec la vérité, et les souffrances de David avec celles du Sauveur. Ces larmes aussi que répand ce prince pénitent, aussi bien que tout le peuple qui le suit, nous avertissent de celles qu'un regret sincère doit tirer de nos cœurs. La pénitence ne peut pas être plus honorée que dans la personne d'un si grand roi, et notre dureté sera bien inexcusable si elle n'est point touchée d'un si grand exemple. (Sacy.)

sum, qui peccavi, et ego iniquè egi; isti, qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me. Dixit aliquid simile quidam ex profanis, licet spiritu longè dissimili.

Propter me mota est, propter me desinat ira :
Simque ego sævitiæ causa modusque tuæ.

VERS. 24. — VENIT AUTEM ET SADOC SACERDOS, ET UNIVERSI LEVITÆ CUM EO PORTANTES ARCAM FŒDERIS DEI : ET DEPOSUERUNT ARCAM DEI. Noluerunt sacerdotes, qui benignum sæpè regem, et sui ordinis amantem experti fuerant, deesse regi, quo tempore ipsius periclitabatur et regnum, et vita; sed cum universo Levitarum ordine secuti sunt illum; quòque majus illius fortunæ præsidium accederet, arcam secum adduxêre, quæ amicis animum, et vires, hostibus autem terrorem, et desperationem injiceret. Cùm autem ventum esset ad locum, ubi substitit agmen, ad ripam videlicet torrentis, deposita est ex Levitarum humeris arca, ut ad illam, qui cum rege discessuri essent, convolarent. Quod fortassè eo consilio factum est à sacerdotibus, ut arcæ religio, atque majestas multos evocaret ex urbe, qui fortassè in illâ manere maluissent, quàm dubiam belli fortunam experiri. Quòd autem in gravi aliquo casu deduci potuerit arca Dei in castra, sicut olim antequàm haberet domicilium stabile, sæpè vidimus in his libris Regum : lib. 1, c. 4, adducta est de Silo contra Philisthæos ; et cap. 14, iterùm tempore Saül ; et paulò ante hoc tempus, cùm bellum illatum fuit Ammonitis supra cap. 11. Cùm autem bellum hoc esset gravissimum, et causa regis videretur in angustum adducta, visum est sacerdotibus, quorum illud erat de re tantâ judicium, arcam proferre, quæ et regiæ causæ æquitatem ostenderet, et bellatorum confirmaret animos.

ET ASCENDIT ABIATHAR, DONEC EXPLETUS ESSET OMNIS POPULUS, QUI EGRESSUS FUERAT DE CIVITATE. Locus hic ad duas sententias trahi non incommodè potest. Altera est, ut cùm Sadoc et Abiathar arcam adduxerint, statuerintque propè torrentem Cedron, in loco, ut est verisimile, sublimi, reversus fuerit Abiathar in urbem, ut eos, qui reliqui fuerant, si qui viderentur utilem aliquam operam navaturi regi, ex urbe suâ auctoritate extruderet. Atque ideò dicitur *ascendisse,* et consequenter *stetisse,* quamdiù egressi sunt : tunc enim ipse quoque egressus est, quia quid ampliùs ageret ibi, nil habebat. Et hoc mihi placebat maximè; neque hinc longè abit Abulensis, qui ait, ascendisse Abiathar in excelsum aliquem locum, ut inde spectaret, quinam transmitterent torrentem ; et ibi constitisse, donec nullus mansit citra torrentis alveum. Alii dicunt ascendisse Abiathar ad locum, ubi locata arca fuerat, ut ibi Deum pro Davide consuleret; quod fecit, donec ad ulteriorem torrentis ripam evaserunt omnes. Et addunt nihil Deum ad interrogata respondisse, et eam ob causam addunt, arcam in suam sedem à Davide jussam esse reduci. Ita putant interpretum plerique; quod fortassè verum ; sed multa supplet et fingit ista sententia. Ita tenent Abulensis, Cajetanus, Dionysius, Angelomus, et Lyra.

VERS. 25. — ET DIXIT REX AD SADOC : REPORTA ARCAM DEI IN URBEM (1). Non puto Dei arcam,

(1) *Alors le roi dit à Sadoc : Reportez à la ville l'arche de Dieu.* David ne veut pas que l'arche de l'Alliance de Dieu l'accompagne. Pouvait-il mieux marquer cette disposition si chrétienne, où les vrais penitents ont été durant tant de siècles, et que l'Eglise elle-même leur a inspirée, qui est de se croire indignes de recevoir dans eux le Sacrement adorable du Fils de Dieu, dont l'arche de l'Alliance était la figure? Ils honoraient de tout leur cœur ce grand mystère, comme David honorait cette arche sainte, et néanmoins ils différaient de s'en approcher, non par une indifférence qui aurait été très criminelle, mais par un respect plein d'une sagesse humble et éclairée.

Si je trouve grâce devant le Seigneur, il me ramènera, et il me fera revoir son arche et son tabernacle. Que s'il me dit : Vous ne m'agréez point, je suis tout prêt : qu'il fasse de moi ce qu'il lui plaira. Jamais homme n'a mieux pratiqué cette parole de David : *Mon cœur est préparé, Seigneur, mon cœur est préparé,* qu'il fait lui-même en cette rencontre. Il a une secrète confiance que Dieu le ramènera un jour dans Jérusalem pour revoir son arche et son tabernacle, et néanmoins il n'ose s'en approcher présentement, et il est prêt à en demeurer éloigné autant que Dieu le lui ordonnera. Tout lui est indifférent, pourvu que la justice de Dieu soit satisfaite, et que sa volonté soit accomplie. Il fait excellemment ce que le Sage nous recommande avec tant de soin, qui est de « concevoir des sentiments dignes de la bonté « de Dieu, et d'avoir en lui une confiance que « rien ne puisse ébranler. »

Pour admirer davantage la disposition de ce roi si saint, nous n'avons qu'à interroger la nôtre. Nous éprouvons tous les jours que la moindre chose nous trouble, et qu'à la seule approche d'un mal qui nous survient, nous perdons Dieu de vue, et nous commençons à douter de la certitude de sa parole. Ce prince au contraire voit que tout se soulève contre lui, et rien ne l'étonne. Il est invincible, parce qu'il est humble. Ses péchés lui sont présents; mais la miséricorde qui lui a été promise lui est encore plus présente. Il désespère tout de sa faiblesse et de son indignité; mais il

jubente, aut conscio rege, eductam è tabernaculo, sed id factum potiùs, ipso nesciente, sacerdotum consilio, qui eo modo consultum etiam esse voluerunt regiæ saluti. Quod non admisit David, ne quid tale pateretur arca, quale olim à Philistæis; aut quia non putabat decere majestatem tantam per solitudinem circumferri, sicut antea, cùm nondùm in terrâ promissionis consedisset; neque videri esse ex dignitate divini subsellii, si videretur fugere, cùm tamen nihil videretur ab hoste Israelitâ in illam indecorum esse metuendum. Hâc autem ratione id voluit rex sacerdoti summo persuadere, quia si res talem haberet exitum, qualem multorum vota postulabant, ipse rediret confestim in urbem, ubi in suo tabernaculo sicut anteà arcam illam adoraret et coleret. Sin Deus de se ac regno aliter statuisset, non recusare se, imò libenti animo subiturum, quicquid Domino, cui repugnare nullo modo liceret, collibuisset (1).

Vers. 28. — Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo a vobis indicans mihi. Jussit David sacerdotibus, ut redirent in urbem, et arcam in suo sibi sacrario reponerent, à quâ ipsi pro suo munere in tantâ præsertim rerum turbatione abesse non poterant. Jussit prætereà ut secum habeant duos filios, Achimaas et Jonatham, per quos edoceant, qualis sit ab hostibus Hierosolymæ status, quid designent animo, quò tandem spectent illorum consilia. Interim tamen dùm aliquid certum ab illis accipiat, habiturum se in campestri solitudine latebras, ubi se ab inimicorum oculis, et fraudibus abducat. Hæc obscura non sunt.

Vers. 30. — Porrò David ascendebat clivum Olivarum (1) scandens et flens, nudis pedibus incedens, et opertocapite (2). Ex his constat, non tam cum Absalome filio, aut mortali manu, quàm cum Deo pugnare voluisse Davidem, quando non arma illa induit, quibus gloriosas antè victorias obtinuerat, sed quæ contra humanam potentiam nullum habent tegumentum et robur; sed potiùs vires frangunt, et corpus nudum inimicorum telis perforandum exponunt. Sed

attend tout de la puissance et de la grâce de celui qui lui commande d'espérer en sa bonté. (Sacy.)

(1) O Videns, revertere in civitatem in pace. Summus sacerdos, qui Dominum consulebat, ejusque nomine reddebat oracula, meritò appellari poterat *Videns*, vel Propheta; neque alio sensu David Videntis titulo donat Sadocum summum sacerdotem. Hebræus : *Nonne Videns tu? Revertere in civitatem in pace.* Habeo te ceu Videntem, ut oraculum Domini; non ignoro quantùm tui indigeam in hâc fugâ; sed in urbem regredere. Aliter : Videns es tu, summus sacerdos, personam publicam gerens. Revertere in urbem; ne deseras tabernaculum et arcam Domini; præsentia enim tua in urbe, quàm hic mecum, utilior est. Denique : *Nonne vides* rerum mearum statum, et causam, cur ita me geram? Revertere in civitatem. Septuaginta : *Vide, et revertere in civitatem.* Adhibe mentem dictis meis, neque ambigas sequi consilium meum. Vel : Regredere, siquidem id opportunum arbitraris. (Calmet.)

(1) Scilicet montem Oliveti, cujus pars erat hic clivus, sive collis. Eò ascendit, ut esset typus Christi, qui in eodem monte Oliveti Patrem orans cum lacrymis, et sudans sanguinem, inchoavit passionem et redemptionem nostram, ideòque ex eodem monte post 40 dies à resurrectione gloriosus in cœlum ascendit. Audi S. Cyrill. Hierosolym. catechesi 2, de pœnitentiâ : « Cùm, inquit, Absalom adversùs « illum, id est, Davidem, arma cepit, quamvis « multæ illi ad fugam viæ paterent, per mon- « tem tamen Olivarum fugere maluit, firmâ « invocans mente liberatorem illum qui istinc « cœlos ascensurus erat. »

Addit S. Chrysost. homil. 3 in Matth., Davidem non tantùm in tantis ærumnis patientem fuisse, sed et Deo gratias egisse : « Cùm illum « tyrannum, inquit, fratricidam et patricidam « pro se regnantem videret, nec sic quidem « scandalum mente concepit. Sed *si*, inquit, « *hoc visum fuerit Deo*, me quidem errare sem- « per, et exulare; illum verò regnare, ample- « ctor atque suscipio, et habeo pro innumeris, « quæ mihi à Deo inferuntur, tribulationibus, « gratiam. Longè aliter, quàm plurimi impu- « dentes pariter et arrogantes, qui, cùm ne « minimam quidem partem de illius virtute « possideant, si quos videant prosperè agen- « tes, se verò parvam sufferre mœstitiam, ani- « mas suas non metuunt mille vulnerare bla- « sphemiis. » (Corn. à Lap.)

(2) Tanquàm reus et luctum agens. Scitum est, reos tecto capite ad supplicium duci consuevisse : *I, lictor, caput obnubito.* Tegebatur etiam in luctu caput, et cùm quis probro ac pudore suffunderetur. Gradiebatur nudis pedibus, ceu servus et luctum agens. *Rex Assyriorum minabit captivitatem Ægypti nudam et discalceatam.* Et Ezechiel imperatur, ne luctum agat : *Calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis.*

« Est-il possible, s'écrie Voltaire, qu'un « homme aussi impitoyable, qui vient de scier « en deux, d'écraser sous des herses, de brûler « dans des fours ses ennemis vaincus, s'enfuie « de sa capitale en pleurant comme un sot en- « fant? » Nous avons justifié David au sujet des cruautés que l'incrédule lui impute; nous nous contenterons d'observer que la valeur dans les combats n'étouffe pas les sentiments que la nature inspire, quand on se voit trahi par un fils qu'on aime, et qu'on est obligé de tirer l'épée contre lui. A ces tristes objets se joignaient les réflexions que faisait David sur la cause de ses malheurs. Il tâchait de fléchir, par ses larmes et par ses humiliations, le Tout-Puissant dont le bras était armé pour punir le meurtre d'Urie et le crime qui en avait été la cause. (Duclot.)

hæc, quæ homines non curant, aut metuunt, imò potiùs contemnunt, et irrident, contra Deum potentissima sunt; nempè lacrymæ, nudipedalia vestigia; in loco maximè clivoso atque arduo, qui silice horret, neque calcari potest sine sanguine.

Et operto capite. Nudum Hebræos habuisse caput, docuimus multis in nostris Commentariis super Acta ad cap. 19, num. 7, ubi etiam docuimus Hebræos solitos in luctu caput operire. Cujus rei exempla in Scripturâ sacrâ obvia. Jerem. cap. 14: *Luxit Judæa, et clamor Jerusalem ascendit,* etc. *Confusi sunt, et afflicti, operuerunt capita sua.* Et statim: *Quia non venit pluvia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.* Et quod modò fecit David, fecit iterùm cap. 19, cùm audivit extinctum Absalomem. *Porrò rex operuit caput suum, et clamabat voce magnâ: Fili mi Absalom.* Quod esse usitatum Hebræis in primis suæ reipublicæ cunabulis, indicat Chaldæus; nam ubi Vulgatus Exod. 14, v. 8, legit: *At illi egressi erant in manu excelsâ,* Chaldæus habet: *Capite discooperto.* Ac si diceret, egressos non mœstos, non ut fugitivos, sed alacres, quasi ab alienis excederent, et ad regiones proprias commigrarent.

Multa Patres de Davidis pœnitentiâ, de fugâ, de injuriarum tolerantiâ, de dolore in ipsorum etiam inimicorum infortunio, quæ vera sunt animi verè pœnitentis indicia; quæ quisque facilè apud alios inveniet. Unum ego pro multis Salvianum adducam, lib. 2 de Providentiâ, ubi cùm eleganter expressisset immissum à Domino supplicium, quod pro adulterio priùs, et homicidio subierat; cùm ad hunc rerum articulum descenderet, alia addidit, quæ ipse patientissimè, ut verè pœnitens, et libentissimè sustulit. Sic autem ille: « Jam si « addenda est et ipsius fugæ facies, quale « illud fuit, cùm tantus, et ex tanti nominis « cunctis regibus altior, mundo major, omnes « admodùm suos cum paucissimis suis fugeret, « in comparatione dudùm suî egestuosus, in « comparatione sui solus, fugiens cum metu, « cum dedecore, cum luctu, operto, inquit « Scriptura, capite, et nudis pedibus incedens; « super istis prioris statûs à seipso exulans, « penè jam post se vivens, dejectus usque in « servorum suorum, vel quod grave est, contumeliam; vel, quod gravius, misericordiam: « ut vel sibi compateretur, vel maledicere publicè non viveret. Ita Dei judicio à se aliter « effectus, ut ei, quem timuerat totus orbis, « unus in faciem insultaret inimicus. » Hæc omnia æquo, imò et libenti animo tulisse, pœnitentiæ rarum et admirabile documentum est.

Illud hic maximè observandum, quantùm momenti habeat in utramque partem principum exemplum, quod facile reddit, et honestum, quod alio tempore, ac loco turpe videretur, et durum. Quis unquàm, nisi qui omninò frontem perfricuit, antecedentem ad laborem, et pericula principem prosecutus non est? Quis navem ascendere, imò et lintrem horruit, quam princeps est ingressus? Quis fluvium pedibus, aut natatu trajicere, cùm dux ipse aut transvadando, aut tranando, aditum non tantùm aperuit, sed etiam expedivit? Hoc modo, Lucano, lib. 9, teste, Cato ad omnes labores, atque molestias, ad belli, locorumque discrimina milites suos promptos reddebat, et alacres; nam pedes per salebrosa, atque ardua anhelatum moliebatur ascensum. Hoc exemplum pro imperio fuit, neque proposito capitali supplicio studiosiùs imperata præstarent, quàm exemplo proposito, quod edictorum multorum minacium instar habet. Sic autem Lucanus de Catone:

Ipse manu sua pila gerens præcedit anhali
Militis ora pedes: monstrat tolerare labores,
Non jubet.

Hoc Davidis exemplum fecit, ut non gravatè alii operto capite, et pedibus, hisque fortassè nudis clivum ascenderent saxosum et asperum, etiam qui molli essent aut ætate aut sexu; quales fuêre regiæ uxores et filii, quibus ut regis lacrymæ lacrymas excussêre, sic etiam pedum nuditas è pellibus calceamenta detraxit.

Vers. 31. — Infatua, quæso, Domine, consilium Achitophel (1). Non videbatur rex pru-

(1) Vulgata, Aquila, Symmachus reddunt ad litteram: *Infatua,* id est, dejice, mentem viri conturba, ne consilia nisi prava suggerat: vel ne permittas, ut consilium ab illo datum sequantur hostes. *Redde vanum* et inutile.
(Calmet.)

Or David reçut nouvelle qu'Achitophel même était de la conjuration d'Absalom; et il dit à Dieu: Seigneur, renversez, je vous prie, les conseils d'Achitophel. Cette nouvelle qu'Achitophel était joint à Absalom, semblait être le comble de tous les maux de David. Car il y avait lieu d'espérer qu'Absalom, étant jeune et enivré de sa nouvelle grandeur, ayant affaire à un roi très-sage, et étant lui-même sans expérience, ne pourrait pas soutenir ce que son ambition avait commencé, et que son entreprise, étant mal conduite, se dissiperait en peu de temps. Mais Achitophel s'étant donné à lui, il semblait que la ruine de David était infaillible, puisqu'il

dens, qui longo usu didicerat quàm esset sagax et prudens Achitophelis ingenium, quem jampridem à consiliis habuerat; non, inquam, videbatur timuisse magis Absalomis arma, quàm Achitophelis explorata consilia. Sciebat enim multitudinem, si consilium absit, sibi ipsi esse nonnunquàm impedimento non levi. Dixit enim optimè Plutarchus in Lycurgo, quod sumpsit ex Pindaro : *Consilia senum hastas esse juvenum.* Futilis enim esset hastarum petitio, nisi illis senum prudentia addidisset amentum. Quare cùm audiisset David in eâ conjuratione Achitophelem esse principem, orat Dominum, ut illius consilium, quod quasi oraculum aliquod videatur, vanum et inutile, aut, quod idem penè est, nullum habeat utilem eventum.

Vers. 32. — Cumque ascenderet David summitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum. Statuerat David, cùm primùm ad montis fastigium evaderet, adorare Dominum, ut illum sibi propitium redderet, et se, suaque omnia illius voluntati permitteret. Nam in excelsis montibus, antequàm erectum esset templum, excitatas aras, et immolatas esse victimas à viris etiam sanctissimis, non semel audimus 1 Reg. cap. 9, de Samuele : *Hodie venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso.* Et 3 Reg. cap. 3 : *Populus immolabat in excelsis; non enim ædificatum erat templum in nomine Domini.* Plura nos in hanc sententiam ad locum proximum ex libro 1 Regum.

Occurrit ei Chusai Arachites scissa veste, et terra pleno capite. Quomodò in luctu conscindi vestimenta soleant, et cinere, aut pulse trouvait sans secours contre un parti formidable, où la force et la prudence s'étaient réunies ensemble pour le perdre. Cependant ce prince si affligé ne se trouble ni ne s'abat point dans une conjoncture si affligeante. Il voit ce péril aussi grand qu'il est, mais il a recours à Dieu, qui est son asile, et il lui demande *qu'il renverse et qu'il rende inutiles les conseils d'Achitophel.* Car il était persuadé de cette grande vérité, qui non seulement est établie par l'autorité de l'Ecriture et des saints, mais qui a été reconnue des païens mêmes, que Dieu, étant l'esprit souverain, préside sur tous les esprits, qu'il y répand des ténèbres quand il lui plaît, et qu'il rend insensée la sagesse de ceux dont il a résolu de punir l'orgueil.

David n'eut pas plus tôt fait cette prière à Dieu, qu'il l'exauça au même moment. Car ce que ce prince dit à Chusaï, *que s'il venait avec lui, il lui serait inutile, mais que s'il allait offrir son service à Absalom, il traverserait les conseils d'Achitophel*, était une pensée pleine de lumière, qui fit en effet tout ce qu'il s'était promis, et qui confondit la sagesse ténébreuse d'Achitophel. (Sacy.)

vere conspergi capita, dictum est lib. 1, cap. 4, ubi qui nuntium attulit ad Heli de arcâ in Philistinorum potestatem adductâ, venisse dicitur, *scissâ veste, et conspersum pulvere caput.*

Vers. 33. — Si veneris mecum, eris mihi oneri. Hæc ad finem capitis aperta sunt : neque aliud continent, quàm jubente rege reversum esse in urbem Chusai, eo consilio, ut dissiparet consilium Achitophel, quod feliciter præstitit, et quicquid in urbe fieret, quamprimùm per duorum sacerdotum filios edoceret. Illud ad extremum habemus ex hoc capite, eodem die Chusai et Absalomem ingressos in urbem; illum ex monte Olivarum, unde remissus fuerat à Davide, hunc ex Hebrone, quò convenerunt conjurati. Ex quo etiam colligitur satis verisimiliter, eodem etiam die desertam à Davide civitatem, et occupatam ab Absalome; atque ideò prudenter factum à Davide, cùm celerrimâ fugâ Absalomis prævertit adventum. Et fortassè eodem temporis vestigio egressa est ex Hebron hostilis acies, et ex urbe David. Tantum enim videtur David posuisse tempus in adornandâ fugâ, et conficiendo, quod est inter Hierosolymam et montis Olivarum fastigium, quantum Absalom in eo quod Hierosolymam ab Hebrone discludit. Distat autem Hebron à Hierosolymâ sedecim milliaribus, quæ quinque leucas Hispanicas complent, quæ uno die facilem ab exercitu percurri potuerunt (1).

(1) Dissipabis consilium Achitophel. Hanc mihi commodam præstabis operam. Suadet hìc David amico suo Chusai, ut personam ludat honesto viro non planè dignam. Offerre operam suam alicui, ut illum prodat, et prava suggerat consilia! esto, de proditore res sit, de filio in patrem perduelli. An igitur sat est malum agere vel suggerere, ut bonum inde oriatur? An fas est uti proditione in proditorem, veritatem adversùs virum mendacem violare? An crimen cujuspiam excusare nos potest, si quid mali committimus? Reponimus, Davidem non persuasisse amico proditionem Absalomi, neque ut in suum commodum amicitiæ ac veritatis leges violaret. Hortatus est solummodò, ut lateri Absalomi adesset, dissipaturus et eversurus data ab Achitophele consilia, quemadmodùm imperatores solent in castra hostium exploratores mittere, ut hostium gesta omnia illis referentibus discant; vel uti principes in aulâ exterorum principum epistolarum commercium detinent, ut secreta adversariorum consilia scrutentur, vel rebus et commodis suis contraria omnia submoveant. Absalomi erat rebus suis invigilare. Injustum illud, quod patri indixerat, bellum jus Davidi intulerat habendi illum loco adversarii, ac dolo se adversùs illum tuendi. Quid vetat ne quis in bello vera consilia sua celet? Nonne ex his petitur mos stratagematum, quem lex nulla

CAPUT XVI.

1. Cùmque David transîsset paululùm montis verticem, apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum ejus, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus et centum alligaturis uvæ passæ et centum massis palatharum et utre vini.

2. Et dixit rex Sibæ : Quid sibi volunt hæc? Responditque Siba : Asini, domesticis regis ut sedeant; panes et palathæ, ad vescendum pueris tuis; vinum autem, ut bibat si quis defecerit in deserto.

3. Et ait rex : Ubi est filius domini tui? Responditque Siba regi : Remansit in Jerusalem, dicens : Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei.

4. Et ait rex Sibæ : Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. Dixitque Siba : Oro ut inveniam gratiam coram te, domine mi rex.

5. Venit ergo rex David usque Bahurim : et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domûs Saül, nomine Semei, filius Gera, procedebatque egrediens, et maledicebat.

6. Mittebatque lapides contra David et contra universos servos regis David. (Omnis autem populus et universi bellatores à dextro et à sinistro latere regis incedebant.)

7. Ita autem loquebatur Semei cùm malediceret regi : Egredere, egredere, vir sanguinum, et vir Belial.

8. Reddidit tibi Dominus universum sanguinem domûs Saül, quoniam invasisti regnum pro eo, et dedit Dominus regnum in manu Absalom filii tui : et ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.

9. Dixit autem Abisai filius Sarviæ regi : Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? vadam, et amputabo caput ejus.

10. Et ait rex : Quid mihi et vobis est, filii Sarviæ? dimittite eum ut maledicat; Dominus enim præcepit ei ut malediceret David, et quis est qui audeat dicere quare sic fecerit?

damnat? Cæterùm ut Davidis gesta omnia excusemus, nulla nos necessitas cogit. (Calmet.)

CHAPITRE XVI.

1. Après que David eut passé un peu le haut de la montagne, Siba, serviteur de Miphiboseth, vint au-devant de lui, avec deux ânes chargés de deux cents pains, de cent paquets de raisins secs, de cent cabas de figues et d'un vaisseau plein de vin.

2. Le roi lui dit : Que voulez-vous faire de cela? Siba lui répondit : Les ânes sont pour servir de monture aux officiers du roi, les pains et les figues pour donner à ceux qui vous suivent, et le vin afin que si quelqu'un se trouve faible dans le désert, il puisse en boire.

3. Le roi lui dit : Où est le fils de votre maître? — Il est demeuré, dit Siba, dans Jérusalem, en disant : La maison d'Israël me rendra aujourd'hui le royaume de mon père.

4. Le roi dit à Siba : Je vous donne tout ce qui était à Miphiboseth. Et Siba répondit : Je vous prie, ô roi, mon seigneur, que je trouve grâce devant vous.

5. Le roi David étant venu jusqu'auprès de Bahurim, il en sortit un homme de la maison de Saül, appelé Séméï, fils de Géra, qui s'avançant dans son chemin, maudissait David;

6. Lui jetait des pierres et à tous ses gens, pendant que tout le peuple et tous les hommes de guerre marchaient à droite et à gauche à côté du roi;

7. Et il maudissait le roi en ces termes : Sors, sors, homme de sang, homme de Bélial.

8. Le Seigneur a fait retomber sur toi tout le sang de la maison de Saül, parce que tu as usurpé le royaume pour te mettre en sa place; et maintenant le Seigneur fait passer le royaume entre les mains d'Absalom, ton fils, et tu te vois accablé des maux que tu as faits, parce que tu es un homme de sang.

9. Alors Abisaï, fils de Sarvia, dit au roi : Faut-il que ce chien mort maudisse le roi, mon seigneur? J'irai, et je lui couperai la tête.

10. Le roi dit à Abisaï : Qu'y-a-t-il de commun entre vous et moi, enfants de Sarvia? Laissez-le faire, car le Seigneur lui a ordonné de maudire David; et qui osera lui demander pourquoi il l'a fait?

11. Et ait rex Abisai et universis servis suis : Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam; quantò magis nunc filius Jemini! Dimittite eum ut maledicat juxta præceptum Domini,

12. Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, et reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hâc hodiernâ.

13. Ambulabat itaque David et socii ejus per viam cum eo; Semei autem per jugum montis ex latere contra illum gradiebatur, maledicens, et mittens lapides adversùm eum, terramque spargens.

14. Venit itaque rex et universus populus cum eo lassus, et refocillati sunt ibi.

15. Absalom autem et omnis populus ejus ingressi sunt Jerusalem, sed et Achitophel cum eo.

16. Cùm autem venisset Chusai Arachites amicus David ad Absalom, locutus est ad eum : Salve, rex! salve, rex!

17. Ad quem Absalom : Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non ivisti cum amico tuo?

18. Responditque Chusai ad Absalom : Nequaquàm, quia illius ero quem elegit Dominus et omnis hic populus et universus Israel, et cum eo manebo.

19. Sed, ut et hoc inferam, cui ergo serviturus sum? nonne filio regis? Sicut parui patri tuo, ita parebo et tibi.

20. Dixit autem Absalom ad Achitophel : Inite consilium quid agere debeamus.

21. Et ait Achitophel ad Absalom : Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum, ut, cùm audierit omnis Israel quòd fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.

22. Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israel.

23. Consilium autem Achitophel quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum; sic erat omne consilium Achitophel, et cùm esset cum David, et cùm esset cum Absalom.

11. Le roi dit encore à Abisaï et à tous ses serviteurs : Vous voyez que mon fils, qui est sorti de moi, cherche à m'ôter la vie : combien plus un fils de Jémini, *un Benjaminite, naturellement attaché à la maison de Saül,* doit-il me traiter de cette sorte ! Laissez-le faire, laissez-le *me* maudire, selon l'ordre qu'il en a reçu du Seigneur;

12. Et peut-être que le Seigneur regardera mon affliction, et qu'il me fera quelque bien pour ces malédictions que je reçois aujourd'hui.

13. David continuait donc son chemin accompagné de ses gens; et Séméï, qui le suivait, marchait à côté sur le haut de la montagne, le maudissant, lui jetant des pierres, et faisant voler la poussière *en l'air.*

14. Le roi arriva enfin *à Bahurim,* et avec lui tout le peuple qui l'accompagnait, très-fatigué; et ils prirent là un peu de repos.

15. Cependant Absalom entra dans Jérusalem, suivi de tous ceux de son parti et accompagné d'Achitophel.

16. Chusaï d'Arachi, ami de David, s'étant présenté à Absalom, lui dit : O roi, Dieu vous conserve! Dieu vous conserve, ô roi!

17. Absalom lui répondit : Est-ce donc là la reconnaissance que vous avez pour votre ami? D'où vient que vous n'êtes pas allé avec votre ami?

18. Dieu m'en garde, dit Chusaï; car je serai à celui qui a été élu par le Seigneur, par tout ce peuple et par tout Israël; et je demeurerai avec lui.

19. Et de plus, qui est celui que je viens servir? n'est-ce pas le fils du roi? Je vous obéirai comme j'ai obéi à votre père.

20. Absalom dit alors à Achitophel : Consultez ensemble pour voir ce que nous avons à faire.

21. Achitophel dit à Absalom : Abusez des concubines de votre père qu'il a laissées pour garder son palais, afin que lorsque tout Israël saura que vous avez déshonoré votre père, ils s'attachent plus fortement à votre parti, *ne voyant plus d'apparence que vous puissiez vous réconcilier avec lui.*

22. On fit donc dresser une tente pour Absalom sur la terrasse *du palais du roi;* et il abusa devant tout Israël des concubines de son père, *selon que Nathan l'avait prédit à David.*

23. Or, les conseils que donnait Achitophel étaient regardés alors comme des oracles de Dieu même, et on les considérait toujours ainsi, soit lorsqu'il était avec David, soit lorsqu'il était avec Absalom.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Cumque David transisset paululum montis verticem, apparuit Siba (1). Hic Siba est ille, de quo cap. 9, qui servus fuit ante Jonathæ, nunc verò Miphiboseth. Qui cùm vellet aliquam à rege gratiam inire, non putavit hanc occasionem omittendam. Quare aut egressus est ex urbe, ubi tunc morabatur, cum cibo egentibus, aut iter agentibus opportuno; aut certè sumpsit ex proximâ villâ, in quâ collectos ex agro fructus asservabat. Illud prius placet magis, quia ipse Siba apertè docet se egressum ex urbe, ubi ait domini sui filium esse relictum, hilarem et exultantem, quòd esset expulsus David è regno, à quo avus ejus exciderat. Illi porrò fructus, quibus duos oneravit asinos, illius regionis erant familiares, atque vernaculi; quales etiam obtulit Abigail, cùm eadem regem necessitas urgeret. Sed ibi plura alia sunt à prudentissimâ feminâ comparata, quæ ante pro regio epulo, plurimisque convivis adornaverat. (2)

(1) In occursum ejus. Maluerim ego vertere : *Apparuit veniens Siba, ut jungeret se, ut opperiretur Davidem*, nisi fortè Siba viæ compendio præverterit Davidem cæterosque ejus comites, qui pedestres gradiebantur.

Centum alligaturis uvæ passæ. Hebræus : *centum zimmukim.*

Centum massis palatharum. Hebræus : *Centum æstivis*, vel centum libris, seu mensuris fructuum, seu ficuum, vel uvarum æstivarum; neque enim in textu fructûs et mensuræ nomen exprimitur. Hebræum *kaiz*, quod sonat æstatem, usurpatur etiam pro botris recentibus, vel etiam præcocibus, quales descripsimus agentes de uvis, quas exploratores Moysis è terrâ Chanaan retulerunt. Collatis autem inter se variis Scripturæ locis, eamdem vocem exhibentibus, resultat, fructum hunc colligi cum vindemiâ et post messem consuevisse. Jeremias capite 40, 10 : *Colligite vindemiam et messem* (Hebræus, *kaiz*). Et capite 48, 32 : *Super messem tuam* (Hebræus, *super kaiz*), *et vindemiam tuam prædo irruit.* Commodè etiam accipitur de fructibus omnibus, qui per autumnum, exeunte æstate, colliguntur. Michæas: *Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ* (Hebræus : *Sicut qui colligit kaiz*), *non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desideravit anima mea.* (Calmet.)

(2) Vers. 2. — Asini, domesticis regis ut sedeant : panes et palathæ, ad vescendum. Hebræus : *Asini domui regis ad equitandum et præliandum, et kaiz ad comedendum.* Unius litterulæ additio nomen panis transformat in vocem quæ sonat præliari. Septuaginta et Vulgata litteram hanc vel non legerunt, vel neglexerunt ut superfluam ; notant illam pariter Judæi tanquàm litteram non legendam ; idcircò profectò, quòd asinum bellicosum animal non esse, et in usus bellicos nunquàm valuisse crediderint. Sed in hâc ipsâ historiâ

Vers. 4. — Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth. Hoc agebat Siba, dùm tam se in regem officiosum ostendit, ut quæ data fuerant Miphiboseth prædia, regis beneficio sibi vendicaret. Quod facilè à rege benevolo et grato consecutus est; cùm enim in Siba animum videret, saltem in specie, liberalem et officiosum ; in Miphiboseth autem insignis immemorem beneficii, quique illius oblectaretur incommodis, qui regiâ ipsum dignatus mensâ fuerat, et non secùs ac filium amplectebatur : æquum existimavit illum ornare agris et possessionibus propter grati animi atque fidelis officium; hunc autem iisdem agris spoliare propter hostilis animi impudentem injuriam.

Oro ut inveniam gratiam coram te. Gratias agit pro tam liberali, ac regiâ munificentiâ, quasi nihil aliud aut petat, aut cupiat, quàm illum habere gratum ; modestè tamen, et astutè contendit, ut beneficium illud velit esse perpetuum, à quo beneficio nunquàm excidet, nisi fortè à regiâ gratiâ atque benevolentiâ excidere contingat.

Vers. 5. — Et ecce egrediebatur vir de cognatione domus Saul nomine Semei (1). Ad cæ-

nonne Absalom è mulo decertat? Demonstrat Bochartus, Persas et Arabes non semel asinis vectos certamini adfuisse, asseritque Ælianus, Saracenos uti asinis in bello, quemadmodùm Græci equis. Merwan, vigesimus primus Califa, Asini Mesopotamiæ cognomen obtinuit, quòd scilicet nunquàm in prælio referret pedem, uti assueti bello asini, qui nunquàm retrocedunt.

Obtulisse se ait Siba asinos et cibaria in usum servorum regis; quæ loquendi phrasis est Orientalibus familiaris. Ita de utensilibus pretiosis usurpant; digna sunt hæc, ut condantur in thecâ vestiariâ servorum regis. Legatus aliquis ad regem salutandum admissus, *osculatum se esse*, ait, *pedes servorum regis*, etc. (Calmet.)

Vers. 3. — *Le roi dit à Siba : Où est le fils de votre maître ? Il est demeuré, dit Siba, à Jérusalem, en disant : La maison d'Israël me rendra aujourd'hui le royaume de mon père.* Nous ne parlerons point maintenant de la fausseté de ce que Siba avance ici contre Miphiboseth son maître, parce que nous verrons dans la suite de cette histoire de quelle manière Miphiboseth soutient lui-même son innocence devant David contre la perfidie de son serviteur. (Sacy.)

(1) Usque Bahurim. Locus erat ad septentrionem Jerosolymæ, in tribu Benjamin. Phaltiel, Micholis maritus, eò usque uxorem suam comitatus est plorans, cùm Abner illam reduxit ad Davidem, Hebræum בחורים, *Bachurim*, sonat, juvenes delecti. Idem pariter locus nomen obtinuit *Almuth*, vel *Almath*, vel *Almon*, quod juventutem sonat. (Calmet.)

teras vexationes, quæ sanè gravissimæ fuerunt, accessit alia, quæ excruciare regium animum acerbissimè potuit. Vir enim quidam de cognatione Saülis, qui diù, ut apparet, metu inveteratum odium in Davidem compresserat, ubi excidisse existimavit è regno, evomuit in illum quidquid fellis et acerbitatis imbiberat. Neque solùm diris exagitavit conviciis, sed etiam quo licuit modo, lapidibus appetiit et fœdavit pulvere. Quæ verba jactârit, nôsse difficile non est. Illud hìc observandum, hæc verba lib. 3, cap. 2, v. 8, à Davide vocari *maledictionem pessimam.* Sic enim ille moriturus ad Salomonem filium : *Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessimâ.* Quo loco ubi Vulgatus *pessima*, Hebraicè est *nimreset.* Quam vocem Hebræi, ut in Quæst. Hebraicis observavit Hieronymus, sic expendunt, ut in singulis litteris contumeliosum aliquid latere putent. Quinque litteris constat vox illa Hebraica; totidem in eâ continentur opprobria. In נ *nun* intelligitur נאף *noeph*, id est, *adulter;* quâ voce objectum est Davidi adulterii crimen. In מ *mem* continetur *Moabita*, quo nomine exprobratum est Davidi, quòd genus duceret ex Ruth, id est, ex alienâ, atque ignobili Moabitarum stirpe. In ר *resch*, ריצח *roseach*, quæ homicidam sonat. In צ *sade*, צרוע, *saruahh*, id est, leprosus, quia non aliter David ejectus videbatur ab urbe, quàm leprosus, cujus consor-

Séméï s'avançant dans son chemin maudissait David et lui jetait des pierres et à tous ses gens. La modération de David à l'égard de Séméï se peut appeler l'action la plus glorieuse de la vie de ce grand saint. Il avait combattu contre Goliath, étant tout jeune, et il avait été considéré dès lors comme le vainqueur des géants. Mais ce qu'il fait maintenant est sans comparaison au-dessus de cette première gloire. Il se surmonte lui-même ; il fait violence à la nature ; il étouffe tous ces ressentiments qui nous piquent d'une douleur si vive et si pénétrante, principalement lorsque nous sommes outragés devant tout le monde, avec une audace pleine de mépris ; par une personne qui est sans comparaison au-dessous de nous, et dont nous pouvons arrêter l'insolence sans aucune peine.

Toutes ces circonstances se rencontrent au souverain degré dans les insultes que Séméï fait à David. Aussi elles paraissent insupportables à ses officiers, et David est obligé de les retenir, afin qu'ils ne lui ôtent pas le mérite de la souffrance, sous prétexte de le venger des outrages d'un homme insolent. Car ce prince, étant aussi éclairé qu'il l'était, savait combien cette occasion devait être précieuse. Il la recevait de la main de Dieu comme une très-grande grâce, et il la ménageait comme un trésor. (Sacy.)

tium horrent et execrantur alii. In ת *tau* comprehenditur תועב *toebah*, quod abominabile significat. Ex litteris autem acrostichis, id est, initialibus, vocem aliquam componi, quæ multarum dictionum vim obtineat, probat illud Dan. 5 : *Mane, tekel, phares.* Ubi nos eâ de re pluribus, et in illis hæc eadem adduximus, quæ nunc de maledictione *Semei.*

Vers. 6. — Mittebatque lapides contra David. Licet adigi lapis non posset ad illum locum, ubi erat David, neque si posset, illum attingeret, quia totus populus et universi bellatores regium latus undecumque cingebant : erat tamen gravis injuria, quia illudebat intentatâ saltem lapidatione regi, et illum aliquid esse sordidum et vile significabat, imò et lapidum supplicio dignum judicabat, cùm alienum adulterino congressu torum violâsset, cui sceleri indicta erat à lege lapidatio. Deut. cap. 22. Quod nos pluribus ostendimus in cap. 13 Dan. n. 57. Et super Ezechielem ad illud cap. 23, v. 45 et 47 : *Judicabunt eas judicio adulterarum*, etc. *Et lapidentur lapidibus populorum.* Simile aliquid accidit Paulo Actor. cap. 22, v. 23, adversùs quem jactatus dicitur pulvis, sed in aerem. *Projicientibus vestimenta sua, et pulverem jactantibus in aerem.* Ubi in nostris commentariis ad illum locum diximus, nobis videri eo signo ostendi, blasphemum esse Paulum, dignumque juxta legem, qui lapidationis supplicium subiret. Spargebant autem in illum pulverem Judæi, quia lapides non erant in templo, quos sursùm jactarent ; satis tamen significabant, quòd vellent in Pauli caput supplicium decerni. (1)

(1) Vers. 7. — *Séméï maudissait le roi en ces termes : Sors, sors, homme de sang, et homme de Bélial.* David écoute ces reproches si sanglants avec un esprit tranquille, parce qu'il se faisait justice à lui-même, et qu'il reconnaissait qu'il y avait quelque chose de très-véritable parmi ces accusations fausses dont Séméï le noircissait avec tant d'aigreur. Il lui reproche *qu'il avait répandu le sang des princes de la maison de Saül*, et que Dieu permettait avec grande raison que son propre fils lui enlevât la couronne, parce que lui-même l'avait ravie au roi légitime. Ces injures étaient certainement pleines de mensonges. Mais en même temps David avouait devant Dieu que, selon les reproches de Séméï, *il était véritablement un homme de sang, et un homme de Bélial*, c'est-à-dire un méchant et un scélérat, parce qu'il avait répandu le sang d'un serviteur très-fidele avec une cruauté détestable. Ainsi il se disait à lui-même devant Dieu les paroles de cet homme insolent, injurieuses en un sens, et très-véritables en un autre : *Tu te vois accablé des maux que tu as faits, parce que tu es un homme de sang.* (Sacy.)

VERS. 9.— DIXIT AUTEM ABISAI FILIUS SARVIÆ REGI : QUARE MALEDICIT CANIS HIC MORTUUS DOMINO MEO REGI ? Ferebat patienter rex suorum peccatorum conscius, et pœnitens, maledicas voces ; non tamen illi viri fortes, et regii nominis amantes, qui Davidis latus hinc inde stipabant. Quorum unus Abisai, tam maledicæ ac rusticæ loquacitatis impatiens, facultatem à rege petiit, ut tanti sceleris atque impudentiæ vindex petulantissimi hominis caput amputaret. Quem canem appellat mortuum, qui proverbiali specie abjectissimum hominem et odiosissimum indicat. Quid sit canis mortuus, aut caput canis, et quis illius nominis familiaris usus, diximus ad illud lib. 1, cap. 24, v. 15, ubi hoc ipsum de se dixit David ad Saülem : *Canem mortuum persequeris, et culicem unum.* Et supra cap. 9, Miphiboseth ad David : *Respexisti super canem mortuum.*

VERS. 10. — DIMITTE EUM UT MALEDICAT : DOMINUS ENIM PRÆCEPIT EI, UT MALEDICERET DAVID. ET QUIS EST (1), QUI AUDEAT DICERE QUARE SIC FECERIT ? Gravissimum hoc documentum est, et fortassè eo nullum potentius, ad sedandum animum, confirmandumque contra omnes hominum injurias, et quæcumque incommoda, sive à fortunæ adversitate, sive ab imbecillitate naturæ, sive ab hominum insidiis, et improbitate proveniant : si consideramus illa non fortuitò, et casu, aut à mortalium perfidiâ fuisse profecta, sed potiùs à vidente atque jubente, aut annuente Domino contigisse. Adversùs quem velle quidquam moliri, et quam putamus injuriam vindicari, ejus esset, in quo neque pietas esset ulla, neque pudor, aut mens. Sic Jeremias, Thren. 3, v. 4, ad Dominum pro populo quem in captivitatem abegerat : *Nos iniquè egimus, et ad iracundiam provocavimus, idcircò tu inexorabilis es : operuisti in furore, et percussisti nos; occidisti, nec pepercisti.* Sic Job percussum se dicit à Deo, et omnia bona ab illo fuisse sublata, cùm tamen illorum greges invasissent, diripuissentque Sabæorum et Chaldæorum turmæ, quia sciebat nihil fieri posse, inscio aut non permittente Deo. Hæc secum meditabatur prudens, et religiosus princeps, quia se peccâsse recordabatur, et illas secum recolebat minas, quas à Deo per prophetam audierat.

Hic sanè affectus est ejus, qui se peccati reum agnoscit, quemque peccati pœnitet, et expiari sustinendo cupit in se peccati labem. De hâc Davidis mansuetudine multa, et graviter Patres, ex quibus nos nostro more pauca. Bernardus serm. 34 : « Parùm est cùm per « seipsum humiliat nos Deus, si tunc libenter « accipimus, nisi quando et per alium hoc « facit, sapiamus similiter. Quamobrem acci- « pite hujus rei mirabile documentum de san- « cto David. Aliquando maledictum est illi, et « à servo ; at ille ne cumulatam injuriam sen- « sit, quia præsensit gratiam. Quid mihi, ait, « et vobis, filii Sarviæ ? O verè hominem se- « cundùm cor Dei, qui se ulciscenti potiùs, « quàm exprobranti succensendum putavit. « Unde et secura conscientia loquebatur : Si « reddidi retribuentibus mihi mala, decidam « meritò ab inimicis meis inanis. Vetuit ergo « prohiberi maledicum conviciantem, quæstum « existimans maledicta. Et addit : Dominus « misit illum ad maledicendum David. Prorsùs « secundùm cor Dei, qui de corde Dei ferebat « sententiam. Sæviebat lingua maledica, et « ille intendebat, quid in occulto ageret Deus. « Vox maledicentis in auribus, et animus in- « clinabat se ad benedictionem. Numquid in « ore blasphemi Deus ? Absit ; sed eo usus est « ad humiliandum David. Nec latuit prophe- « tam, quippe cui incerta et occulta sapien- « tiæ suæ manifestaverat Deus. Et ideò dicit : « *Bonum mihi, quia humiliâsti me.* » Idem penè Gregorius lib. 31 Moral. cap. 17, qui cùm

Hebræus : *Dominus dixit ei : Maledic David.* (Calmet.)

(1) *Le roi dit à Abisaï : Laisez-le faire, car le Seigneur lui a ordonné de maudire David, et qui osera lui demander pourquoi il l'a fait ?* David parle ici en prophète. L'expression dont il se sert est d'autant plus obscure qu'elle est plus haute et moins proportionnée à la faiblesse de notre raisonnement. C'est ce que saint Augustin reconnaît lui-même, et il l'éclaircit en cette manière : « Ces paroles de « David, dit ce saint, sont pleines d'une sa- « gesse véritable, humble et profonde. Et « néanmoins, qui est le sage qui puisse com- « prendre la manière en laquelle Dieu a or- « donné à cet homme de maudire David ? Car « s'il l'avait fait effectivement par un ordre « qu'il en eût reçu de Dieu, il aurait plutôt « mérité des louanges pour lui avoir obéi, que « la punition à laquelle il a été depuis très- « justement condamné. » Ce que nous devons donc concevoir par cette expression, c'est que Dieu ne pouvant avoir aucune part à la malice des hommes, *et tout pouvoir néanmoins venant de lui,* selon saint Paul, il a abandonné Séméï au déréglement de son esprit et de son cœur, et qu'ainsi cet homme superbe s'est emporté ensuite contre David sans aucune crainte de Dieu ni des hommes, et l'a déchiré d'une manière d'autant plus insolente, qu'il croyait qu'Absalom allant être roi, son audace pourrait être récompensée, ou qu'au moins elle demeurerait impunie. (Sacy.)

adduxisset illud : « Dimitte eum, ut maledicat « juxta præceptum Domini, si fortè respiciat « Dominus afflictionem meam, et reddat mihi « bonum pro maledictione hâc, subjecit : Quibus profectò verbis indicat, quia pro perpetrato Bethsabee scelere, exurgentem contra « se filium fugiens, reduxit ad animam malum « quod perpetravit, et æquanimiter pertulit « quod audivit, et contumeliosa verba non « tam convicia, quàm adjutoria credidit, quibus se purgari, sibique misereri posse judicavit. Tunc enim illata convicia benè toleramus, cùm in secreto mentis ad mala « perpetrata recurrimus. »

Et quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Impudens esset, et stuporis insignis, qui à Deo quæreret cum stomacho, quid negato imbre cœlesti, spem frugum ademerit, quid grandine protriverit fruges, quid urente vento spicæ sint exustæ, et arborum flores, cur de cœlo vibrata fulmina, dejectæ turres, et discissæ quercus. Eodem etiam modo excors esset et stolidus, qui cùm ab homine, aut per homines potiùs infligantur mala, quæ à Deo nobis aut jubente, aut permittente advenisse existimaret, indignemur tamen, et quæramus à Deo, cur ita faciat, cur nostra disperdat, atque enecet; cur nomini nostro ab inimicis, aut à petulante turbâ patiatur illudi. Hæc autem verba spectare videntur illud Abisai verbum minax, et vindictæ appetens : *Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi?* Quasi dicat, à Deo non esse quærendum, quid ita faciat, qui Semei, ut David hoc loco cogitat, jusserit ut regi maledixerit.

Vers. 11. — Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam, quanto magis nunc filius Jemini (1)! Indignatus fuerat, ut notavit supra Bernardus, David in Abisai ulciscendæ ignominiæ regiæ studiosum; et causam illudentis et subsannantis susceperat, usque adeò non gravatè tulerat insusurrantis injuriam : nunc ut Semei quasi clientis sui patrocinium suscipiat, rationem aliam adducit, cur ab illo tunc non expediat exigere supplicium, idque hâc ratione persuadet, quia si filius, qui alter ipse debuit esse, cùm esset pars sui, vitæ suæ tam insidiatur hostiliter, quid mirum, si homo ex alienâ familiâ, Saüli cognatus, non telo, sed linguâ, non armis, sed voce petulanti lacessat? Porrò filium, aut virum Jemini, idem esse quòd Benjaminitam, alibi à nobis sæpiùs probatum est. (1)

(1) Vir è tribu Benjamin, quæ partium Davidis nunquàm studiosa satis fuerat. E Benjaminitis enim nonnisi tria millia Hebronem venerunt, ut regem illum agnoscerent : reliqui amorem suum erga domum Saülis gentilis sui nondùm penitùs exstinxerant. (Calmet.)

(1) Vers. 12. — Si forte respiciat Dominus afflictionem meam. Patientiæ suæ sacrificium Deo offert, cujus est victima dolor et pœnitudo cordis, certò sciens, *cor contritum et humiliatum à Deo non despici;* atque inter sacrificia illud esse Numini gratissimum, quod illi exhibet *spiritus contribulatus.* (Calmet.)

S. Ambr. l. 1 de Offic. cap. 48, notat hic tres rationes, quibus David probat sibi tolerandam esse hanc Semei maledicentiam : « Vide, « inquit, quomodò et humilitatem et justitiam « et prudentiam emerendæ à Domino gratiæ « reservaverit. Primò dicit : *Ideò maledicit « mihi, quia Dominus dixit illi ut maledicat;* « habes humilitatem, quia ea divinitùs imperabantur, æquanimiter quasi servulus ferenda arbitrabatur. Iterùm dixit : *Ecce filius « meus, qui exivit de ventre meo, quærit animam « meam.* Habes justitiam; si enim à nostris « graviora patimur, cur indignè ferimus quæ « inferuntur ab alienis! Tertiò ait : *Dimitte « illum, ut maledicat, quoniam dixit illi Dominus, ut videat humiliationem meam, et retribuat mihi Dominus pro maledicto hoc.* Nec « jam solùm conviciantem pertulit, sed etiam « lapidantem et sequentem illæsum reliquit, « quin etiam post victoriam petenti veniam, « libenter ignovit. Quod eò inserui, ut evangelico Spiritu sanctum David non solùm « inoffensum, sed etiam gratum fuisse convicianti docerem, et delectatum potiùs quàm « exasperatum injuriis; pro quibus mercedem « sibi reddendam arbitrabatur. » (Corn. à Lap.)

Peut-être que le Seigneur regardera mon affliction. Il semble que ce prince si humble était alors dans la même disposition où Jésus-Christ a été depuis, lorsqu'il a dit à saint Pierre, qui voulait empêcher les Juifs de le prendre : *Pourrais-je ne pas boire le calice que mon Père me présente? Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* Car il a reçu, selon la pensée de saint Augustin, les injures sanglantes de Séméï, comme une liqueur très-amère, mais très-salutaire en même temps, que lui présentait ce médecin suprême qui lui avait promis de le guérir. Et en effet cette espérance ne le trompa point. Car Dieu, *qui résiste aux superbes,* et qui ne peut résister aux humbles, dont il est, au contraire, le consolateur et le protecteur, fut apaisé par cette soumission si profonde et si sincère que lui offrit ce roi pénitent. On peut dire même en un sens véritable qu'Absalom fut vaincu à cette même heure, et que Séméï servit plus à David par ses insultes, que cinquante mille hommes n'auraient pu faire par tous leurs efforts, parce que la manière si humble avec laquelle ce prince reçut une injure si atroce, désarma la colère de Dieu, et attira sa protection sur lui, et sa vengeance sur ses ennemis.

On peut remarquer encore sur cette conduite de David, qu'il a suivi une excellente règle que les saints nous ont donnée, pour la perfection de la pénitence. Lorsqu'un homme, disent-ils, est véritablement touché du regret

Vers. 14. — Et refocillati sunt ibi. Statuerat, ut supra vidimus, David subsistere in solitudine campestri, et ibi expectare quid facto opus esset. Eò igitur pervenit cum populo lassus ex itinere, cùm illud suis peragràsset pedibus, neque via esset expedita, et facilis; ubi omnes paululùm sunt à labore recreati, et refecti cibo.

Vers. 15. — Absalom autem, et omnis populus ejus ingressi sunt Jerusalem. Eodem tempore, quo David pervenit ad campestre desertum, ingressus est Absalom cum exercitu conjurato Hierosolymam, et aliâ ex parte Chusai Arachites, ut in fine capitis præcedentis audivimus. Quod reliquum est ad capitis usque finem, apertum est, neque operam desiderat interpretis. Tantùm enim habemus, quomodò Chusai in Absalomis se gratiam in-

sinuârit, quò meliùs explorare posset, atque dispicere illius consilia, et quo in statu esset res Solymitana. Et impium consilium de temerando paterno lecto datum ab Achitophel, et pari impudentiâ atque impietate ab Absalome susceptum. (1)

Vers. 21. — Ut cum audierit domus Israel, quod fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum (2). Hìc nobis explorandum

de ses fautes, et qu'il a de l'amour pour celui qu'il a offensé, il ajoute quelque chose de lui-même aux châtiments que Dieu lui envoie, pour témoigner qu'il les accepte de tout son cœur, et qu'il croit ce qu'il souffre infiniment au-dessous de ce qu'il mérite. C'est ce qui paraît clairement dans tout ce que fait David en ce jour de son affliction et de sa douleur. Il ne se contente pas de se retirer de Jérusalem, comme la sûreté même l'y obligeait, mais il s'en retire *en pleurant, ayant les pieds nus, la tête couverte, et tous ses gens pleurant avec lui.* Il pouvait emmener l'arche avec lui, comme les prêtres le lui avaient offert; mais il s'en juge indigne, et il n'attend que de la bonté de Dieu la grâce de la recevoir. Il ne pouvait pas empêcher que son propre fils et tout son royaume ne se révoltât contre lui; mais il lui était aisé de se défendre et même de se venger des outrages de Séméï qui n'était qu'un particulier, ce qui rendait son insolence plus insupportable, et ce qui la pouvait faire paraître d'une conséquence plus dangereuse. Et cependant, bien loin de punir cet homme audacieux, il arrête celui qui était prêt de le faire. C'est pourquoi Théodoret dit de cette action de David, « qu'il regardait Dieu comme celui qui le « châtiait, et Séméï comme la verge dont il « ressentait le coup. Ce saint prophète, ajoute-« t-il, ne murmure point contre la verge « qui le frappe, de peur de ne pas respecter « assez cette main suprême dont elle n'était « que l'instrument. » Heureux sont les pénitents à qui Dieu inspire une disposition si humble, puisqu'il n'y a point de si grande maladie qui ne puisse être guérie par un remède si saint. (Sacy.)

Vers. 13. — Terram spargens. Hebræus ad litteram : *Pulverabat in pulvere;* pulverem et terram in aera furiosorum more dissipabat; quod inter populos illos familiarissimum erat. Verba faciens Apostolus ad Judæos Jerosolymitanos, cùm mandata sibi à Deo tradita recitaret : *Vade,* inquit, *quoniam ego in nationes longè mittam te;* continuò adstantes *vociferabantur, et projiciebant vestimenta sua, et pulverem in aerem jactabant,* (Calmet.)

(1) Vers. 16. — Chusai amicus David. Favore principis et amicitiâ pollebat, causâ ejus, quod gerebat, muneris.

Chusai Arachites. Hebræus : חושי הארכי, *Arachæus;* quod facilè genus referret è vetustis Aracæis, quos Moyses inter posteros Chanaani recenset. Aracæis hisce sedes erant in *Araca,* vel *Arca* Phœniciæ, inter Aradum, vel Arthosiam, et Tripolim. Vide Itinerarium Antonini. Propè hanc urbem fluebat amnis, si quis erat, Sabbaticus. Ibi natus est Aurelius imperator, qui nomen Alexandri è templo Alexandri sumpsit, ubi editus à matre est. *Arca,* vel *Arcæ* appellatur etiam Cæsarea. Unica sententiæ hujus difficultas ea est, quòd nomen *Aracæorum* aliter scribatur. Quare appellationem *Arachi* ducere maluerim ex urbe Arach, vel Archi, in finibus Benjamini et Ephraïmi, ad occidentem Bethel, Bethoronem versùs. Ita Chusai ad tribum Benjaminicam pertinebit. (Calmet.)

Vers. 18. — Illius ero, quem elegit Dominus. Quo pacto ista cum sinceritate et æquitate Chusai cohæreant? Affirmarene poterat, integrâ fide, Absalomum à Deo electum fuisse? Scimus equidem, *vocem populi, vocem* esse *Dei,* atque in similibus rerum articulis plerùmque de jure principum, et causis rei ab universo populo gestæ, judicium ferre ad privatos non pertinere. Sed causa Absalomi longè alia erat. Israel regem suum agnoverat, et longâ possessione confirmaverat. Absalom usurpator erat et rebellis, publicus, exploratus, quod utique nemo meliùs quàm Chusai nôrat. Nihilò tamen seciùs indignâ assentatione novo principi subblanditur, ut incautum decipiat. Ægrè utique ista cohæreant cum iis quæ ratio et Evangelium de homine justo et sincero doceat. (Calmet.)

(2) *Achitophel dit à Absalom : Voyez les concubines de votre père, afin que lorsque tout Israël saura que vous l'avez déshonoré, il s'attache plus fortement à votre parti.* Théodoret demande comment Achitophel étant si méchant et David si saint, ce prince, comme il est marqué un peu auparavant, en avait fait un de ses ministres. Mais il répond que cet homme était déguisé, et qu'il cachait sa malice avec adresse. Il diversifiait ses conseils selon les personnes. Il en donnait de bons aux bons, et de mauvais aux méchants, comme n'ayant pour règle que son intérêt. C'est pourquoi ce ministre peut passer pour un modèle de cette sagesse charnelle et politique que les hommes admirent et que Dieu condamne. Car c'était un génie extraordinaire, capable de se démêler des affaires les plus difficiles; et il savait trouver avec une facilité incroyable les moyens assurés pour arriver à la fin qu'il s'était proposée, sans se mettre en peine que cette fin fût bonne ou mauvaise, ni que ces moyens fussent justes ou

est, nam cætera explicatione non egent, quid utilitatis afferre potuerit hoc Achitophelis consilium studiis et votis Absalomis; nam tanti sceleris turpitudo abalienare potiùs debuit, quàm allicere populares animos. Hanc Josephus in tam nefario scelere utilitatem invenit, cui Abulensis, Lyra, Dionysius, Historia Scholastica, et plures alii subscribunt. Cùm enim Absalom juvenili quâdam ambitione, atque æstu videri posset consilium illud occupandi regni suscepisse, neque rarò contingat, ut juveniles impetus facilè, cùm aliquid inciderit difficile, frangantur, existimare poterant, qui tunc illius votis atque studiis favebant, mutaturum animum, et gratiam inventurum apud patrem, quem exorabilem agnoverant, neque ad ignoscendum difficilem. Tunc autem ex eâ conjuratione illum videbantur habituri successum, ut nihil in Absalome haberent præsidii, et magnam apud parentem regem offensionem, cùm adversùs illius caput et regnum infideles manus et animos armâssent. Quare, ut spem omnem veniæ à parentis benignitate sibi præcideret Absalom, atque obstinatiùs negotium persequeretur inchoatum, ad illud scelus illum est adhortatus Achitophel, quo nullum excogitari poterat gravius; nullum, quod magis regium animum pudore atque dolore compungeret; nullum indignius veniâ, ut populus inde prudentem caperet conjecturam, nunquàm fore ut adolescens, licet naturâ levis, aut pudore, aut metu violati parentis, in susceptâ cogitatione langueret. Et ideò addidit Achitophel : *Ut roborentur tecum manus eorum,* quia illa suspicio de conciliandâ pace debilitaret animos, et arma prorsùs è manibus excuteret. Quare consilium illud et Absalomem regem constituere, et illius asseclas fortunatos reddere putabatur. Hæc mihi ratio omnium maximè placet, et quia aliena non est, et quia probatur pluribus.

Sed addam ego suspicionem meam, suspicionem, inquam, non opinionem, quæ aliquid hìc odoratur quasi in regnorum occupatione legitimum. Scimus usurpatum aliquid à regio munere, aut personâ, aut quod ad unius regis usum, aut dignitatem pertinebat, auspicium fuisse, aut initium regni, veluti si quis in regio sederet solio, aut coronam sibi per jocum imponeret, si vestem assumeret regiam. Sanè, ut docet in Artaxerxe Plutarchus parùm à principio, qui regiam vestem induisset, capitale censebatur admisisse crimen. Et Pompeius cùm in cruribus cretatam gestaret fasciam, quod imperatorium erat insigne, suspicionem apud aliquos movit affectati imperii. Ejus fortassè generis fuit cum regiâ sive conjuge, sive concubinâ, corpora miscere, quod uni tantùm regi licebat; quod qui assecutus esset, magnum sibi videretur ad regnum aperuisse aditum. In eam ego cogitationem veni, quia hoc ipsum Salomon horruisse videtur, lib. 3 Reg. cap. 2, v. 22. Nam cùm Adonias uxorem sibi peteret Abisag Sunamitidem, quæ licet nunquàm à parente cognita fuisset, secùs tamen à populo existimari poterat, respondit matri Bethsabee, quam eam ob rem Adonias ad Salomonem allegârat : *Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei et regnum,* etc.; *et nunc vivit Dominus,* etc., *quia hodiè occidetur Adonias.* Hæc mea suspicio est; scio non satis firmum habere fundamentum, alius fortassè inveniet. Interim prior mihi sententia potior est.

Libet hìc de consiliario Achitophel et de Absalomis improbitate aliquid ad extremum adjicere, de quibus multa Patres et interpretes. Et primùm de Achitophel, qui tale adolescenti leviculo ac credulo consilium dedit, quale neque suggeri potuisse videbatur à diabolo. Quærit hìc Procopius, quomodò David vir sanctus et prudens usus est tamdiù viri usque adeò scelerati consilio, et ita respondet: « Certum est Achitophelem se rebus præsen- « tibus accommodâsse, et pro utriusque inge- « nio et moribus consilium dedisse; erga

injustes. Lors donc que l'Ecriture dit *que ses conseils étaient regardés comme les oracles de Dieu même,* elle se sert d'un langage humain pour parler aux hommes. Elle veut marquer par cette expression cette lumière naturelle qu'il avait reçue de Dieu, qu'il aurait dû employer à des usages saints et légitimes, et dont il se servait, au contraire, pour venir à bout des entreprises les plus détestables et les plus diaboliques. C'est ce qui paraît dans le conseil qu'il donne à Absalom en cette rencontre. Rien n'est plus sage que cet avis, si l'on en considère *l'utilité* seule, puisque c'était un moyen indubitable pour faire arriver ce prince ambitieux où il tendait, qui était de détacher tous les Israélites du service de David, et de les attacher à ses intérêts.

On voit par l'exemple de ce ministre si habile, et de ce jeune prince qui avait de si grandes qualités naturelles, que les raisons les plus éclairées s'obscurcissent, et ne servent plus que d'instruments aux crimes les plus énormes, depuis qu'une passion violente s'est une fois emparée du cœur. Car ce ministre donne un conseil qu'il n'y a que l'esprit de malice qui pût inventer, et ce prince fait une action dont le comble de la méchanceté humaine paraît à peine capable, et qui n'est digne que de l'enfer. (Sacy.)

« bonum malitiam celans, erga pravum osten- « dens. » Sumpsit, opinor, ex Theodoreto, sicut alia plurima, qui eamdem sententiam q. 33, magis amplificat : « Sceleratissimi, inquit, « dæmones celant suam nequitiam, conver- « santes cum bonis : sed si invenerint aliquem « qui eorum delectetur studiis, eam aperiunt, « et ea loquuntur, quæ conferunt audientibus. « Iste quoque erat talis. Nam et divino Davidi « eas adhibebat suasiones et consilia, quæ « optimo ejus scopo convenirent, et ea Absa- « lomi consulebat, quæ ejus congruebant mo- « ribus. Timens enim ne natura eos rursùs « conjungeret, deinde, si fieret reconciliatio, « pœnas daret proditionis, extremam illam « suggerebat iniquitatem, ut reconciliationi « nullus pateret aditus. Statim autem dedit « pœnas illius impiæ et nefariæ suasionis : et « quoniam in patrem armavit filium, ipse « rursùs in se armavit manus, et iis laqueum « collo injiciens miserrimum sustinuit finem. « Nam cùm ad rerum finem prævidendum esset « idoneus, non admissâ ejus suasione Davidis « futuram credidit victoriam ; et timens pro- « ditionem, suâ manu de se sumpsit supplic- « cium. »

De Absalomis jam improbitate pauca, de quâ Salvianus, lib. 2 de Providentiâ. « Jam, « inquit, hinc juxta verbum Dei inæstimabilis « mali cumulus. Insidias diù pater à filio pa- « titur, regno pellitur, et ne occidatur, pro- « fugus abscedit. Impurior nescias, an cruen- « tior filius : quia interficere patrem non « potest parricidio, fœdat incestu, et quidem « incesti nefas per industriam accumulandi « sceleris elato. Cùm utique facinus, quod « etiam secreta abominabile facerent, perse- « cutor parentis publicè perpetraret : scilicet « ut feralissimo crimine non pater tantùm « absconsus deformaretur, cùm oculi etiam « totius orbis publico fœdarentur incestu. » De eâdem re optimè et elegantissimè Chrysostomus tom. 1, Homil. de Absalome patrem persequente. « Quis te, inquit, ô Absalom, in « hoc facinus prosilire, parricida teterrime, « docuit? Quis te furor audere tam immane « facinus provocabit? Si offendit, pater est; « si læsit, genitor. Quin imò neque offendit, « nec læsit. Vincat timorem pietas, affectus « insaniam superet, crudelitatem natura de- « bellet. Aut numquid te pater, quia non « læsit, offendit; aut idcircò te offendit, quia « non læsit? Qui forsitan non offenderet, si « læsisset. » Et paulò post : « Bestiæ et mutæ « pecudes pietatis jura conservant, et quibus « natura denegat rationem, non tamen dene- « gat pietatem. Innocentem perimere nefas « est, patrem occidere scelus. Prophetam « jugulare facinus inauditum, et ante hoc « tempus mortalibus cunctis ignotum. Cessa « jam ab isto scelere, cessa, cessa, inquam, « ne te boni omnes semper exhorreant, ne « audaces ex te, quod non noverant, discant. « Cessa, inquam, ne qui post te tantum faci- « nus perpetraverit, te utatur auctore. Cur « mundo novum facinus tradis? Cur doces « quod natura non novit? Cur audes perfi- « cere, quod novo supplicio cogatur Deus « vindicare? » Lege reliqua, quæ planè admirabilia sunt, quæque ego invitus omitto : sed longus esse nolo, neque hoc, ut ego censeo, interpretis opus est. (1)

(1) Vers. 22. — Ingressus est ad concubinas patris sui coram universo Israel. Oculis totius populi patebant ea tentoria, in superiori regiæ domûs tecto erecta, et palam omnibus Absalom intrò ingressus est cum uxoribus secundariis, quas David in urbe reliquerat; cæteras enim secum duxerat; atque ita sua fides mansit vaticinio Nathani : *Tollam uxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus.* Superati regis uxores inter exuvias regi victori cedebant. Vide supra, 8. Smerdis potitus regno Persarum, post Cambysis mortem, uxores illius omnes adscivit in torum.

Vers. 23. — Quasi si quis consuleret Deum. Tantam sibi prudentiæ laudem comparaverat Achitophel, ut ejus consilia perinde ac oracula haberentur. Hyperbolicum est quidem hoc; sed magnâ rerum experientiâ excultum fuisse illum oportet, magno ingenii acumine ac solertiâ præditum, cùm David in afflictis rebus suis nihil metueret magis, nihil haberet antiquius, quàm ut consilia periti hujus æquè ac perniciosi hostis præcaveret. Monita ejus maximi fuisse ponderis opus est, ut facilè admitterentur in re adeò turpi atque odiosâ, ut scilicet filius patris sui uxoribus abuteretur.

(Calmet.)

CAPUT XVII.

1. Dixit ergo Achitophel ad Absalom : Eligam mihi duodecim millia virorum, et consurgens persequar David hâc nocte,

2. Et irruens super eum (quippe qui lassus est solutis manibus), percutiam eum;

CHAPITRE XVII.

1. Achitophel dit donc à Absalom : Je vais prendre douze mille hommes choisis; j'irai poursuivre David cette même nuit;

2. Et fondant sur lui (car il est fatigué et ses mains sont défaillantes), je le battrai; tout le

cùmque fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem desolatum.

3. Et reducam universum populum quomodò unus homo reverti solet, unum enim virum tu quæris ; et omnis populus erit in pace.

4. Placuitque sermo ejus Absalom et cunctis majoribus natu Israel.

5. Ait autem Absalom : Vocate Chusai Arachiten, et audiamus quid etiam ipse dicat.

6. Cùmque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum : Hujusce modi sermonem locutus est Achitophel : facere debemus an non? quod das consilium?

7. Et dixit Chusai ad Absalom : Non est bonum consilium quod dedit Achitophel hâc vice.

8. Et rursùm intulit Chusai : Tu nôsti patrem tuum et viros qui cum eo sunt esse fortissimos et amaro animo, veluti si ursa raptis catulis in saltu sæviat; sed et pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo.

9. Forsitan nunc latitat in foveis, aut in uno quo voluerit loco : et cùm ceciderit unus quilibet in principio, audiet quicumque audierit, et dicet : Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom ;

10. Et fortissimus quisque, cujus cor est quasi leonis, pavore solvetur, scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum et robustos omnes qui cum eo sunt.

11. Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium : congregetur ad te universus Israel, à Dan usque Bersabee, quasi arena maris innumerabilis ; et tu eris in medio eorum ;

12. Et irruemus super eum in quocumque loco inventus fuerit, et operiemus eum sicut cadere solet ros super terram, et non relinquemus de viris qui cum eo sunt ne unum quidem.

13. Quòd si urbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel civitati illi funes, et trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur ne calculus quidem ex eâ.

14. Dixitque Absalom et omnes viri Is-

peuple qui est avec lui fuira, et je frapperai le roi désolé.

3. Je ramènerai tout ce peuple comme si ce n'était qu'un seul homme, car vous ne cherchez qu'une seule personne; et après cela tout sera en paix.

4. Cet avis plut à Absalom et à tous les anciens d'Israël.

5. Néanmoins Absalom dit : Faites venir Chusaï d'Arachi, afin que nous sachions aussi son avis.

6. Chusaï étant venu devant Absalom, Absalom lui dit : Voici le conseil qu'Achitophel vient de nous donner : devons-nous le suivre? Que nous conseillez-vous ?

7. Chusaï, *voulant détourner la ruine inévitable de David,* répondit à Absalom : Le conseil qu'a donné pour cette fois Achitophel ne me paraît pas bon.

8. Vous n'ignorez pas, ajouta-t-il, quel est votre père, que les gens qui sont avec lui sont très-vaillants, et que maintenant ils ont le cœur outré, comme une ourse qui est en furie dans un bois de ce qu'on lui a ravi ses petits. Votre père aussi, qui sait parfaitement la guerre, ne s'arrêtera point avec ses gens.

9. Il est peut-être maintenant caché dans une caverne ou dans quelque autre lieu qu'il aura choisi : si quelqu'un de vos gens est tué d'abord, on publiera aussitôt partout que le parti d'Absalom a été battu ;

10. Et les plus hardis *de ceux qui vous suivent, et* qui ont des cœurs de lion, seront saisis d'effroi; car tout le peuple d'Israël sait que votre père et tous ceux qui sont avec lui sont très-vaillants.

11. Voici donc, ce me semble, le meilleur conseil que vous puissiez suivre : faites assembler tout Israël, depuis Dan jusqu'à Bersabée, comme le sable innombrable de la mer; vous serez au milieu d'eux ;

12. Et en quelque lieu qu'il puisse être, nous irons nous jeter sur lui; nous l'accablerons comme quand la rosée tombe sur la terre, et nous ne laisserons pas un seul de tous les gens qui sont avec lui.

13. S'il se retire dans quelque ville, tout Israël en environnera les murailles de cordes, et nous l'entraînerons dans un torrent, sans qu'il en reste seulement une petite pierre.

14. Alors Absalom et tous les principaux

rael : Melius est consilium Chusai Arachitæ consilio Achitophel. (Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel utile, ut induceret Dominus super Absalom malum.)

15. Et ait Chusai Sadoc et Abiathar sacerdotibus : Hoc et hoc modo consilium dedit Achitophel Absalom et senioribus Israel, et ego tale et tale dedi consilium.

16. Nunc ergo mittite citò, et nuntiate David dicentes : Ne moreris nocte hâc in campestribus deserti, sed absque dilatione transgredere, — ne fortè absorbeatur rex et omnis populus qui cum eo est.

17. Jonathas autem et Achimaas stabant juxta fontem Rogel. Abiit ancilla, et nuntiavit eis, et illi profecti sunt ut referrent ad regem David nuntium ; non enim poterant videri, aut introire civitatem.

18. Vidit autem eos quidam puer, et indicavit Absalom. Illi verò concito gradu ingressi sunt domum cujusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo ; et descenderunt in eum.

19. Tulit autem mulier et expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas; et sic latuit res.

20. Cùmque venissent servi Absalom in domum, ad mulierem dixerunt : Ubi est Achimaas, et Jonathas? Et respondit eis mulier : Transierunt festinanter, gustatâ paululùm aquâ. At hi qui quærebant, cùm non reperissent, reversi sunt in Jerusalem.

21. Cùmque abiissent, ascenderunt illi de puteo, et pergentes nuntiaverunt regi David, et dixerunt : Surgite, et transite citò fluvium, quoniam hujusce modi dedit consilium contra vos Achitophel.

22. Surrexit ergo David et omnis populus qui cum eo erat, et transierunt Jordanem donec dilucesceret; et ne unus quidem residuus fuit qui non transîsset fluvium.

23. Porrò Achitophel videns quòd non fuisset factum consilium suum, stravit asinum suum, surrexitque et abiit in domum suam et in civitatem suam ; et dispositâ domo suâ, suspendio interiit; et sepultus est in sepulcro patris sui.

d'Israël dirent : L'avis de Chusaï d'Arachi est meilleur que celui d'Achitophel. Mais ce fut par la volonté du Seigneur que le conseil utile d'Achitophel fut ainsi détruit, afin que le Seigneur amenât le mal sur Absalom.

15. Alors Chusaï dit aux prêtres Sadoc et Abiathar : Voici l'avis qu'Achitophel a donné à Absalom et aux anciens d'Israël, et voici celui que j'ai donné ;

16. Envoyez donc en diligence à David pour lui en donner nouvelle ; et faites-lui dire qu'il ne demeure point cette nuit dans les plaines du désert, mais qu'il passe au plus tôt le Jourdain, de peur qu'il ne périsse, lui et tous ses gens.

17. Jonathas et Achimaas étaient près de la fontaine de Rogel, *aux environs de Jérusalem*, n'osant se montrer ni entrer dans la ville; et une servante, *faisant semblant d'aller puiser de l'eau*, alla les avertir de tout ceci. Ils partirent en même temps pour en porter la nouvelle au roi David.

18. Il arriva néanmoins qu'un esclave les vit, et en donna avis à Absalom. Mais ils entrèrent aussitôt chez un homme de Bahurim, qui avait un puits à l'entrée de sa maison, dans lequel ils descendirent ;

19. Et la femme de cet homme étendit une couverture sur la bouche du puits, comme si elle eût fait sécher des grains pilés : ainsi la chose demeura cachée.

20. Les gens d'Absalom, étant venus dans cette maison, dirent à la femme : Où sont Achimaas et Jonathas? Elle leur répondit : Ils ont bu un peu d'eau, et s'en sont allés bien vite. Ainsi ceux qui les cherchaient, ne les ayant point trouvés, revinrent à Jérusalem.

21. Après qu'ils s'en furent retournés, Achimaas et Jonathas sortirent du puits, continuèrent leur chemin, et vinrent dire à David : Décampez, et passez le fleuve au plus tôt, parce qu'Achitophel a donné un tel conseil contre vous.

22. David marcha donc aussitôt avec tous ses gens, et ils passèrent le Jourdain avant la pointe du jour, sans qu'il en demeurât un seul en deçà du fleuve.

23. Achitophel, voyant qu'on n'avait point suivi le conseil qu'il avait donné, fit seller son âne, s'en alla à la maison qu'il avait en sa ville, et ayant mis ordre à toutes ses affaires,

24. David autem venit in Castra, et Absalom transivit Jordanem, ipse et omnes viri Israel cum eo.

25. Amasam verò constituit Absalom pro Joab super exercitum. Amasa autem erat filius viri qui vocabatur Jethra de Jesraeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Sarviæ, quæ fuit mater Joab.

26. Et castrametatus est Israel cum Absalom in terrâ Galaad.

27. Cùmque venisset David in Castra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, et Machir filius Ammihel de Lodabar, et Berzellai Galaadites de Rogelim,

28. Obtulerunt ei stratoria et tapetia, et vasa fictilia, frumentum et hordeum, et farinam et polentam, et fabam et lentem et frixum cicer,

29. Et mel et butyrum, oves et pingues vitulos; dederuntque David et populo qui cum eo erat ad vescendum, suspicati enim sunt populum fame et siti fatigari in deserto.

il se pendit; et on l'ensevelit dans le sépulcre de son père.

24. David vint ensuite au *lieu appelé Mahanaïm, qui signifie un* Camp. Et Absalom, suivi de tout Israël, passa *aussi* le Jourdain.

25. Absalom fit général de son armée, au lieu de Joab, Amasa, fils d'un homme de Jezraël nommé Jéthra, qui avait épousé Abigaïl, fille de Naas, *père de David,* et sœur de Sarvia, mère de Joab.

26. Israël se campa avec Absalom dans le pays de Galaad.

27. David étant venu au Camp (*c'est-à-dire à Mahanaïm*), Sobi, fils de Naas de Rabbath, ville des Ammonites, Machir, fils d'Ammihel de Lodabar, et Berzellaï de Rogelim en Galaad,

28. Lui offrirent des lits, des tapis, des vaisseaux de terre, du blé, de l'orge, de la farine, de l'orge séchée au feu, des fèves, des lentilles et des pois fricassés,

29. Du miel, du beurre, des brebis et des veaux gras. Ils apportèrent tout ceci à David et à ceux qui le suivaient, parce qu'ils crurent bien que le peuple, se trouvant dans un désert, était accablé de faim, de soif et de lassitude.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Dixit ergo Achitophel ad Absalom : Eligam mihi duodecim millia virorum (1). Totum hoc caput historicum est, et explicatu facile. Principio Achitophel maturandum esse dicit, et opprimendum regem, dum adhuc lassus est, et infirmus, neque res ad repugnandum disposita, antequàm se et opportuno loco communiat, et ad illum novæ conveniant copiæ, quibus vitam suam, et regnum tueatur. Quare ex illâ multitudine, quam ex Hebrone secum Absalom attulerat, dari sibi postulat duodecim millia, quibus brevi rem totam confectum iri promittit; et sublato rege nihil præterea negotii futurum esse reliquum. Quod consilium cùm reliquæ multitudini placuisset, quia reverà illi rerum articulo admodùm videbatur opportunum, Absalomi tamen visum est, ut ad illam etiam consultationem ascisceretur Chusai, quem et virum nôrat esse magni consilii, et sibi fidelem fore arbitrabatur. Qui, ut benè priùs conjectârat David, consilium dissipavit Achitophelis, perfecitque ut nullum haberet successum utilem illa conjuratio. Hinc jam apparet, quemadmodùm plus valeant puræ apud Deum preces, humilitas, mansuetudo,

(1) *Achitophel dit à Absalom : Si vous l'agréez, j'irai poursuivre David cette même nuit. Je battrai ses gens sans peine; tout le monde fuira, et le roi se trouvant seul, je m'en déferai.* Si Absalom avait eu auprès de lui un homme sage et affectionné à ses véritables intérêts, il aurait porté peu à peu les choses à la douceur pour étouffer cette guerre si pernicieuse du fils contre le père, et pour les réconcilier l'un avec l'autre. Mais Dieu, qui voyait la malignité du cœur de ce prince ambitieux, le livre avec une très-grande justice à ses désirs déréglés, et il lui donne un ministre semblable à lui.

Après qu'Achitophel a porté Absalom à faire au roi son père le dernier outrage, il lui conseille maintenant de le poursuivre dans sa fuite, et de s'en défaire. Il savait que les entreprises aussi détestables que celles-ci ne réussissent que dans la chaleur du premier emportement, et que lorsqu'on a le loisir de les envisager et d'en découvrir l'énormité, elles se dissipent en peu de temps. Ainsi il conclut d'abord à faire perdre la vie à David.

Absalom n'a point d'horreur d'un conseil si barbare. Il lui importe peu par quels moyens il s'élève à la royauté, pourvu qu'il règne; et il ne refuse point d'être le parricide de son père, pourvu qu'il en soit le successeur. Mais après que la malice de l'homme est montée à son comble, Dieu fait voir que sa justice agit invisiblement dans les désordres du monde, et que sa providence veille sur les siens.

(Sacy.)

et pœnitentis animi demissio, quàm currus, et equites, et magni alii bellorum apparatus. Illa enim hostium perverterunt consilia, in quibus plus est opis, quàm in militum armis, ad victoriam. Illa fecerunt, ut licet Achitophelis verba instar essent oraculi, tamen in illis non satis acquiesceret, nisi etiam Chusai accederet auctoritas. Illa tantùm Chusai verbis tribuerunt ponderis, ut Achitophelis consilium omnium judicio damnarentur.

Consilium porrò Achitophelis fuisse ad illum temporis articulum opportunum probarent omnes, quotquot rei militaris essent non imperiti. Sic sanè docuit Vegetius lib. 3, c. 28, dùm ait occasionem in bello plus interdùm quàm virtutem juvare. Quod documentum lib. 9, tradit etiam Polybius. Idem apud Lucanum Cæsar lib. 1 Pharsaliæ.

Dùm trepidant nullo firmatæ robore partes,
Tolle moras, semper nocuit differre paratis. (1)

Vers. 7. — Et dixit Chusai ad Absalom : Non est bonum consilium, quod dedit Achitophel. Negat Chusai futurum esse usui consilium Achitophelis, imò potiùs certam populo allaturum esse perniciem. Id verò probat ex eo, quod quotidiana docet experientia : fieri etenim quotidiè videmus tam in bello, quàm in rebus aliis, ut in mercaturâ, et navigatione, ut ex principiis futura conjectemus, et ex illis in nobis timor oriatur, et audacia. Dixit hoc optimè Tacitus lib. 13 Annal., ubi in novis cœptis validissimam dicit esse famam, et lib. 12, primis eventibus metum, aut fiduciam gigni; et rursùs in Agricolâ instandum famæ, et prout prima cesserint, fore universa. Quòd verò quodvis malum in illo primo congressu timeri possit, ex eo probat, quia tam David, quàm qui illi ex civibus adhæserunt, diù sunt in acie versati, et armis tractandis assueti; quare quidvis audebunt : quòd si eò fuerint adacti, ut de victoriâ, aut salute desperent, eò magis esse formidandos : est enim periculosa desperatio, ut dixit Abner capite 2, vers. 26, lib. 2, et nos ibi pluribus. Sunt autem Davidis socii viri audaces, et soliti mortem, dùm student gloriæ militari, contemnere : quare non minori rabie, atque aviditate contra insequentes hostes convertentur, quàm ursæ in illos, à quibus rapti sunt catuli. Quòd si tunc populus, qui nunc Absalome duce triumphare videtur, plagam aliquam accipiat, quod non videtur incredibile, cadent tunc aliorum animi, et aut castra deserent, et domos suas repetent, aut si manere velint sub signis, exiguam navabunt, et inutilem operam. Deinde inutilem fore dicit illum conatum, cùm nemo sciat quem locum eo tempore rex occupaverit; neque ex usu fore lassari exercitum, incertumque vagari, cùm sciat nemo, an in montibus consederit, unde vis omnis hostilis arceri possit; aut certè latebras subierit, et foveas, ubi tunc lateat, sicut antea sæpè, cùm fugeret Saülem, cujus potentiam, cùm minùs haberet potestatis, effugit. Quod autem docuerat Achitophel facilè posse capi regem, et occidi, et tunc rem totam videri transactam; id ostendit aut nullo posse modo fieri, aut non nisi difficilè. Neque enim tam est rex inconsideratus, et excors, ut cùm odorari potuerit quamprimùm hostes in exercitum tenuem, et adhuc imparatum irrupturos, voluerint cum populo commorari, et non potiùs secesserit à turbâ in aliquem occultum locum, quem nôrit nemo, et se maturè exemerit à periculo. Illo autem incolumi, licet gens illa magnam acceperit plagam, nihil actum est : Illud autem: *Sicut ursa raptis catulis*, proverbialem habet formam, quâ significamus furorem et sævitiam, et impavidum animum, qui quidvis aggreditur, neque ullum habet impedimentum, à quo retardari queat. Sic Proverb. 17, vers. 12 : *Expedit magis ursæ occurrere raptis fœtibus.* Et Oseæ capite 13, vers. 8 : *Occurram eis quasi ursa raptis catulis, et dirumpam interiora jecoris eorum.* Vide quæ nos in nostris commentariis super

(1) Vers. 3. — Reducam universum populum, quomodo unus homo reverti solet : unum enim virum tu quæris ; et omnis populus erit in pace. Hebræus ad litteram : *Reducam omnem populum ad te, ut rediit omnis populus, quem tu quæris; omnis populus erit in pace.* Implexa sunt quædam in textu, quæ quâdam vocum transmutatione inducta videntur. Commodè in hunc sensum reddi potest : *Reducam ad te omnem populum, quem quæris, quomodò redierunt ad te ii quos tecum habes; et tunc pax erit universo Israeli.* Vel nullâ transmutatione : *Reducam ad te omnem populum; et cùm omnes redierint, et vir quem quæris, omnis populus erit in pace.* Vel juxta Vatablum : *Educam ad te universum populum; et cùm reversi fuerint omnes, vir, quem tu quæris veniet in potestatem tuam.* Vel : *Statim ac venerit in nostram potestatem vir quem tu quæris, reliqui facilè redibunt.* Vel denique : *Reducam universum populum : et cùm illi quos quæris redierint, omnis populus erit in pace.* Postrema hæc versio cohærere magis Hebræo videtur. Septuaginta : *Reverti faciam omnem populum ad te, quemadmodùm redit sponsa ad virum suum. Cæterùm animam unius viri tu quæris, et universo populo erit pax.* Chaldæus : *Reducam omnem populum ad te; redibunt omnes illi, postquàm occisus fuerit vir, quem tu quæris; omnis populus erit pacificus.* (Calmet.)

Oseam ad hunc locum, ubi causam adduximus, cur ursa tantoperè raptis catulis sæviat. (1)

VERS. 11. — CONGREGETUR AD TE UNIVERSUS ISRAEL, A DAN USQUE BERSABEE, QUASI ARENA MARIS INNUMERABILIS, ET TU ERIS IN MEDIO EORUM. Duo dixerat Achitophel; primùm, ut sibi duodecim hominum millia tribuerentur; deinde ut ipse tanto exercitui præficeretur imperator. Utraque confutat Chusai, et docet congregandum esse priùs totum Israelem, ne posset David aut occultari, ut maximè cupiat, cùm innumeri futuri sint quasi venatici canes, qui omnibus illum vestigiis indagent; neque vis sit ulla adversaria, quæ tanti exercitûs impetum et pondus sustinere possit. Deinde ut rex ipse bellis intersit, cujus auspiciis administrentur omnia. Quod ad priorem partem attinet, à Dan usque ad Bersabee conscribi copias jubet, et quàm maximè possit, copias armari. Sunt enim duæ istæ civitates, quæ omnia promissæ terræ spatia definiunt. Unde in Scripturâ frequens : *A Dan usque Bersabee.* Hæc porrò multitudo variis in Scripturâ modis explicari solet. Primò locustarum similitudine, quâ Judicum 6, vers. 7, hostium, et gregum multitudo significatur : *Ipsi enim, et universi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, et instar locustarum cuncta vastabant.* Et cap. 7, vers. 12, Madianitæ, et alii dicuntur jacere in terrâ fusi, *ut locustarum multitudo.* Explicatur etiam sumptâ similitudine ab arenâ maris, ut hoc ipso in loco Jud. 7, vers. 12, et multis aliis. Altera sumpta à rore, qui è superiori loco cadit super herbam, quam opplet, et quodammodò subjicit. His duabus similitudinibus utitur Chusai; à terrâ hoc loco, à rore v. 12 : *Operiamus eum sicut cadere solet ros super terram.* Qui dicendi modus etiam profanis familiaris est, qui copiosum exercitum, nimbum et nubem vocant. Sic Virgil. Æneid. 7 :

Insequitur nimbus peditum, clypeataque totis
Agmina densantur campis.

Et Silius lib. 12, *telorum nimbum,* et Claudianus *belli nubem* appellat.

(1) VERS. 8. — NEC MORABITUR CUM POPULO. Hebræus : *Non pernoctabit cum populo.* Non permanebit in medio multitudinis, parùm tutus; curabit ut per noctem tutum sibi quærat perfugium, ne improvisus opprimatur. Vertendum ego maluerim : *Non permittet ut populus noctem negligat.*

VERS. 9. — ET CUM CECIDERIT UNUS QUILIBET IN PRINCIPIO. Reddi potest Hebræus : *Si impetus in illos fiat,* vel, si festinemus aggredi Davidem, *in principio,* statim per ora hominum dissipabitur, copias tuas victas perfugatasque fuisse. (Calmet.)

Quod verò secundo loco dicit, magni momenti est. Neque enim milites admodùm curarent, quid Achitopheli placeret, à quo mercedis nihil essent accepturi pro re præclarè gestâ ; neque illius aspectus aut confirmaret languentes, et desperantes animos. Aut si diffluerent, quod sæpè solet, quando res subitò, et sine consilio geritur (quia tunc sicut citò excitatus est, sic etiam citò restinguitur animorum ardor) aut si transfugerent ad inimica castra, in officio posset, aut acie continere. Sanè magnum ab imperatoris conspectu res bellicæ capiunt emolumentum, ut docent omnium gentium annales tam novi, quàm antiqui, qui magnas res produnt feliciter gestas præsente rege, et illo absente miserè dissolutas. Eo certè nomine laudat Plinius in suo Panegyrico Trajanum, et quid imperatoris præsentia opis militibus attulerit, quantùm injecerit ardoris, eleganter exprimit, et ad rem præsentem accommodatum maximè. Ait enim apud milites admirationem, et amorem comparâsse, idque hoc modo, utar ejus verbis : « Cùm tecum inediam, tecum ferrent sitim, cùm in « illâ meditatione campestri militaribus tur« mis imperatorium pulverem, sudoremque « misceres, etc. Quid cùm solatium fessis, « ægris opem ferres ? Non tibi moris tua inire « tentoria, nisi commilitonum antè lustrâsses, « nec requiem corpori nisi post omnes dare. » Quid ? pro tam humano, atque benevolo principe nonne omnes quantùmcumque timidi, hostili ferro latus opponerent, et in omne discrimen caput objicerent ? Quid, quòd idem imperator, teste Suidâ in Trajano : « Milites « in prælio vulneratos curabat ; cùm autem « fasciæ, et volumina deficerent, nec suæ « quidem vesti pepercit, sed eam totam in li« gamenta discidit. » Extat Synesii elegans ad imperatorem Arcadium exhortatio, quâ monet, ut ipse bellis intersit, in quâ rationes affert multas, et graves, quas hìc referre opus esset longum. Præcipuæ illæ sunt, quas Onosander Strategicus adducit cap. 42 : « Si quid, « inquit, subitò confici optet imperator, pri« mus ipse manu operi admotâ conspiciatur. « Neque enim militum vulgus adeò potentio« rum comminationibus cogitur, atque præ« stantium dignitate virorum exemplis vere« cundiam pulsantibus. Conspiciens enim ali« quis ducem suum in re attrectandâ om« nium principem, festinandum esse anim« advertit, cessare erubescit, imperatisque « non parere veretur ; nec jam ut servus, aut

« imperio subditus, sed commilitonis instar « ad opus quoque provocatus accedit. » (1)

Vers. 13. — Quòd si urbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel civitati illi funes (2), et trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur ne calculus quidem ex ea. Accommodat Chusai orationem suam ad adolescentis insani vanissimum ingenium, qui superbè de se cogitat, et nihil suæ felicitati ac viribus non pollicetur. Duo loca sibi eligere posset ad resistendum David; aut campestrem locum, qui nullis vallatur mœnibus; aut urbem aggere munitam. Si locum, qui cœlo sub est aperto, erit Absalomis exercitus sicut ros, qui patentem agrum sine ullo impedimento, ac morâ humectat, et complet : si verò ad civitatis alicujus septa confugerit, tunc innumerabilis multitudo implicatam funibus civitatem non majori difficultate à fundamentis convulsam in torrentem præcipitem dabit, quasi truncus foret, aut ramus ab arbore decussus. Hoc esse reor proverbiale, atque hyperbolicum dicendi genus, quo gloriosi, atque arrogantes milites tunc utuntur, cùm suas venditant vires, et cœlum, ut aiunt, territant armis. Hoc videntur usi, licet paulò obscuriùs, Isaiæ cap. 7, reges Samariæ et Syriæ, cùm adversùs Judam exercitum valdè copiosum collegerunt : *Ascendamus,* inquiunt, *ad Judam, et suscitemus eum, et avellamus eum ad nos.* Quasi dicerent : Non erit opus ad opprimendam Judæorum potentiam nostras explicare acies, et bellicis machinis muros verberare; satis erit nobis, si funibus circumvolutam urbem devolvamus ad nos; avellemus enim à fundamentis, proculque ad nostros usque fines adducemus. Hæc eadem Chusai arrogantissimo adolescenti persuasit, qui, quo erat spiritu insolenti, ac vano, non minora de suâ fortunâ meditabatur.

In illo quoque, *ut non reperiatur ne calculus quidem ex eo,* proverbialis est, et hyperbolica figura, quæ sæpè occurrit in Scripturâ sacrâ, cùm de civitatum excidio sermo est. Ezech. capite 26, de Tyro : *Radam pulverem ejus de eâ, et dabo eam in limpidissimam petram.* Isaiæ capite 14, de Babylone : *Et scopabo eam in scopâ terens.* Lib. 3 Reg. cap. 14 : *Mundabo reliquias domûs Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum.* Hoc hyperbolico dicendi genere usus est Christus, cùm de Jerusalem dixit Matth. cap. 24 : *Non relinquetur lapis super lapidem.*

Chrysostomus magnam hìc Chusai prudentiam, et in ejus oratione artificium considerat, et Absalomem notat stuporis ingentis. Sic autem ille in Psalm. 7 : « Vocat etiam Chusai, « qui ad ipsum transfugerat per simulationem, « et eum facit ejus, quod petebatur, consilii « participem, quod non erat humanæ rationi « consentaneum, ut eum, qui recenter venerat, tanto honore afficeret, et fide dignum « existimaret, ut etiam de rebus ejusmodi « eum esse vellet consiliarium : sed quando « Deus est ductor, etiam quæ sunt difficilia, « evadunt facilia. Quid verò Chusai? Nunquàm, inquit, aberravit Achitophel. Vides « prudentiam viri? Non reprehendit statim « ejus sententiam, sed cum laude. Eum enim « laudans, quòd opportunum antea consilium « dedisset, ita præsentem vituperat sententiam. Quod autem dicit, tale est : Miror, « quomodò nunc erraverit; non enim mihi esse « videtur utile consilium. » (1)

(1) Vers. 12. — Operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram. Tumido et exaggerato sermone utitur Chusai, ut assentetur superbo et ambitioso juvenis animo; nihil ab illo audias, nisi conterendos, opprimendos terrore, præsentiâ, numero copiarum hostes. Comparatio roris in terram cadentis cum agmine ruente in adversarios, minùs scita et ad rem exprimendam idonea nobis videtur, apud quos nec ros abundat, neque ita cadit, ut sensibus percipiatur; contraria tamen omnia in Palæstinâ eveniunt, ubi rarissimos æstate imbres supplere fertur singulis noctibus cadens ros largus adeò et abundans, uti sub nostro cœlo imbres. *Rorarios* appellabant Romani levis armaturæ milites, qui primas velitationes obibant, quòd ruerent in hostes, uti ros super terram. Plautus in Frivolaria : *Ubi rorarii estis? En sunt.* (Calmet.)

(2) Vox Hebræa quæ sonat *crates* et *funes*, accipi etiam potest de copiis, ut hæc sententia reddatur : *Omnis Israel assumet copias, et nos trahemus eas in torrentem.* Sed prior interpretatio magis prona videtur. (Calmet.)

(1) Vers. 14. — Domini nutu dissipatum est consilium Achitophel. Hebræus : *Dominus præcepit infringere consilium Achitophel.* Auctore Deo, Chusai consilium magis quàm alterum ab Achitophele datum, probatum est. *Præcepit,* id est, paravit mentes et animos, ut abirent in sententiam Chusai. Solemne est Scripturæ nos ad Deum ubique revocare; omnia eidem auctori tribuit, cavetque ut humanorum casuum nonnisi umbram quamdam aspiciamus; quin et ea quæ in medio esse posita videntur, consideranda nunquàm proponit, nisi ut ad Deum et divina ejus consilia referuntur. Permittit autem Deus non rarò, ut impii proponant vel sequantur consilia quæ fatalia ipsis et exitiosa futura sunt. « Plerùmque « qui fortunam mutaturus est, consilia corrumpit, efficitque, quod miserrimum est, ut « quod accidit, etiam meritò accidisse videatur, et casus in culpam transeat. » (Calmet.)

Alors Absalom dit : L'avis de Chusaï est meil-

Vers. 17. — Jonathas et Achimaas stabant juxta fontem Rogel. Fecit Chusai, quod illi fuerat imperatum à rege, capite 15, vers. 35, aperuitque Sadoc, et Abiathar sacerdotibus omnia, quæcumque essent in senatu disceptata; quæ ipsi per filios, qui extra civitatem parentum expectabant mandata, Davidi renuntiârunt. Illi autem stabant in eam curam, et expectationem intenti, juxta fontem Rogel, qui, ut habes Josue capite 15, est prope Jerusalem, et sortem Juda à meridianâ plagâ à Benjamin funiculo distinguit, et est utrique termino communis. Ad hunc igitur fontem ancilla quædam, quæ minùs Davidis hostibus suspecta videri poterat, specie lavandi pannos, ut nonnulli putant, in quibus est Josephus, et Hebræi, teste Hieronymo, egressa est, re tamen verâ, ut quid gestum esset in urbe, et in Absalomis transacto consilio, duobus adolescentibus aperiret. (1)

Vers. 18. — Vidit autem eos quidam puer. Hic puer filius esse creditur illius ancillæ, quæ à duobus sacerdotibus ad duos illorum filios mandata pertulerat. Ita Hebræi ex Hieronymo in Traditionibus Hebraicis, qui cùm nesciret, quantum et matri, et aliis periculum astrueret; aut certè, quia aliquam gratiam inire ab Absalome voluit, ad illum retulit quid vidisset ad fontem. Tunc autem Absalom cursores misit veloces, et strenuos, qui captos reducerent à viâ. Illi autem cùm rem essent adorati, cùm pervenissent in Bahurim, ingressi sunt domum viri sibi ut apparet noti, et amici, ut ibi tamdiù laterent, donec nihil ab emissariis illis foret periculi.

Habebat puteum in vestibulo suo. Cùm tota Palæstina paucis in locis aquas haberet jugiter manantes, frequens erat cisternarum, seu lacuum, qui etiam putei dicebantur, usus; ex quibus pluviales aquas ad potum, aliosque domesticos usus haurirent. Hi verò putei, seu cisternæ interdùm erant siccæ, quia jam collectæ in illis aquæ defecerant, aut quia dissipatæ, atque rimosæ cisternæ collectam aquam continere non poterant. Talis erat cisterna, in quam Josephus à fratribus demissus fuit Ge-

leur que celui d'Achitophel. Mais ce fut par l'ordre du Seigneur que le conseil d'Achitophel, qui était le plus utile, fut détruit. Le conseil d'Achitophel est appelé *utile* par l'Ecriture, parce qu'il conduisait Absalom infailliblement à la fin à laquelle il aspirait, qui était de perdre David et de régner en sa place. Cependant l'avis que propose Chusaï paraît si probable, qu'il est difficile de ne s'y pas laisser éblouir.

Il arrive ainsi souvent que, dans les affaires non criminelles, comme était celle-ci, mais très-innocentes et très-justes, la fausseté n'est pas moins vraisemblable, et qu'elle est quelquefois même plus plausible que la vérité. C'est pourquoi nous avons besoin d'une lumière non seulement humaine, mais divine, pour nous défendre de toutes ces lueurs fausses et trompeuses qu'un raisonnement artificieux jette dans l'esprit.

Le conseil d'Achitophel fut ainsi détruit, afin que le Seigneur fît tomber Absalom dans le malheur dont il était digne. Saint Augustin admire cette puissance souveraine que Dieu fait paraître dans le gouvernement du monde, et qui est encore plus incompréhensible dans les méchants que dans les bons. Car il n'est pas étrange que Dieu, qui habite dans les âmes pures, et qui leur fait faire tout le bien qu'elles font, tourne leur cœur vers tous les objets où il les porte lui-même par l'impression de son esprit. Mais c'est une merveille que nous adorons sans en pouvoir sonder la profondeur, que Dieu agisse avec un pouvoir suprême dans les âmes mêmes de ceux qui lui résistent et qui le combattent, et que sans qu'il ait aucune part au déréglement de leurs désirs, il dispose tellement toutes les circonstances des choses qui les environnent, et qui ont une étroite liaison avec les secrets mouvements de leur cœur et de leur esprit, que lorsqu'ils s'imaginent qu'ils font malgré lui tout ce qu'ils veulent, ils ne font néanmoins que ce qu'il lui plaît. *Deus,* dit ce saint, *habet sine dubio humanorum cordium quò placet inclinandorum omnipotentissimam potestatem.* Il n'est pas besoin d'être chrétien pour connaître cette grande vérité. Il suffit de n'être pas plus aveugle que les païens, qui ont été obligés de rendre gloire à Dieu en cette rencontre, étant convaincus de ce principe par les marques sensibles de sa providence, qui éclate souvent dans la protection des bons et dans la punition des méchants. (Sacy.)

Vers. 15. — Hoc et hoc modo consilium dedit Achitophel. Nullâne secreti lege tenebatur Chusai erga Absalomum, qui sese in consilium admiserat ? Porrò secretum jure naturali imperatur, neque illud prodere datum est, nisi cùm præceptum aliud gravius urgeat, quod impleri nisi secreto violato non possit. Chusai in consilium Absalomi admissus est; quare et silentium illi pollicitus fuerat; ea tamen obligatio, quâ tenebatur in patriam, in regem legitimum, et in rempublicam, et tempore prior erat, et jure potior. Servare regem suum, vitare civile bellum ac patriæ desolationem non poterat, nisi priùs Absalomi factionem everteret; frustra autem hæc conatus fuisset, nisi consiliis hostis Davidi proditis. (Calmet.)

Vers. 16. — Ne moreris nocte hac in campestribus. Verebatur Chusai, ne fortè Absalom ad consilium Achitophelis regrederetur, et improvisus per noctem Davidem opprimeret; monuitque Davidem, ut cautus secederet trans Jordanem, amnem constituens pro vallo inter sese et Absalomum. (Calmet.)

(1) Non enim poterant videri, aut introire civitatem. Hebræus : *Quia non poterant videri ingredi urbem.* Interdictus illis fuerat ingressus, ne detegerentur. (Calmet.)

nes. capite 37, et lacus ille, in quem Jeremias conjectus est. Puteus ille occultandis juvenibus commodissimus fuit, quia nemo existimaret in patenti loco latuisse illos, quorum vita ad certum discrimen vocabatur.

VERS. 19. — EXPANDIT VELAMEN SUPER OS PUTEI, QUASI SICCANS PTISANAS. Sic callidè mulier latebras illas occultavit, ut neque ullum in domûs vestibulo putei vestigium appareret. Expandit enim supra illius os stragulum, in quo ptisanas posuit, quasi multò antea illas ad solem siccare voluisset. Ubi Vulgatus *ptisanas*, Hebræi *riphoth*, cujus significatio obscura est. Quidam hordeum decorticatum esse putant, alii frumentum, alii hæc non decorticata solùm, sed etiam contusa, et in farinam redacta, ex quâ pultes fiant, sive polentæ. Translatio Hispanica reddit *trigo pilado*, Vulgatus *ptisanas*. Hæ verò sunt variorum seminum farinæ, seu cremores. Horatius ptisanarum meminit ex oryzâ lib. 2, Satyrâ 3 :

Tu cessas? agedum, sume hoc ptisanarium oryzæ.

Hunc igitur granorum cremorem aut contusa grana siccare se simulabat solers illa mulier, quæ duos illos sacerdotum filios abscondit. Unde nonnulla conjectura sumitur, hæc sub æstatem contigisse : hæc enim macerari solent, ut ex illis cremor exprimatur, et siccari, quo tempore calor maximè viget. (1)

VERS. 22. — TRANSIERUNT JORDANEM, DONEC DELUCESCERET (2). Accesserunt, ut apparet, adolescentes illi ad Davidem, qui longiùs jam fuerat ab urbe progressus, de nocte, imò fortassè altâ jam nocte, qui ubi primùm de rerum statu, præsentique periculo cognovit, jussit ut omnes Jordanem trajicerent : in illâ verò transmissione totum tempus, quod supererat noctis ad diluculum usque matutinum posuerunt. Cùm autem Jordanis terræ promissionis terminus esset, ex illâ terrâ ad regionem Galaaditidem transgressus est, versùs illam partem, quam tenuerunt Ammonitæ, de quibus statim.

VERS. 23.—PORRO ACHITOPHEL VIDENS QUOD NON ESSET FACTUM CONSILIUM SUUM (1), etc. Impatiens Achitophel repulsæ, quam tulerat non ab Absalome solùm, sed etiam à toto populo, cùm rejectum, repudiatumque esset consilium, quod ipse pro oraculo suscipiendum putabat; secessit statim à conjuratâ multitudine in domum suam, quam ubi disposuit, prout illius temporis ratio postulabat, innexo faucibus laqueo et incluso intra fauces spiritu, infelicem et impuram animam exhalavit. Cur Achitophe suspendium elegerit, conjectare difficile non est, si statuas virum esse insignis arrogantiæ. Nam qui ejusmodi ingenii, seu insaniæ sunt quidvis libentiùs subeunt, quàm ignominiam et dedecus? Quam ob causam plurimos voluntariam oppetiisse mortem legimus, ut dolorem, qui est à turpitudine, declinarent. Sic sanè Brutus et Cassius, ne in manus Augusti Cæsa-

(1) VERS. 20. —TRANSIERUNT FESTINANTER, GUSTATA PAULULUM AQUA. Hebræus : *Transierunt rivum quemdam*, vel *rivum*. Septuaginta : *Pertransierunt pusillum aquæ*. (Calmet.)

VERS. 21. — SURGITE ET TRANSITE CITO FLUVIUM, Jordanem. Hoc consilium Davidi dat Chusai, quia licet ipse evertisset consilium Achitophelis suadentis Absalomo ut illicò persequeretur Davidem, tamen verebatur ne Absalom urgente Achitophele et sociis mutaret mentem, et illicò milites post Davidem submitteret ad eum capiendum. (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 22. — TRANSIERUNT JORDANEM, DONEC DILUCESCERET, ET NE UNUS QUIDEM RESIDUUS FUIT. Jerosolymis ad Jordanem in Mahanaim iter erat viginti leucarum circiter, totumque emensus est David cum suis totâ die ac nocte post egressum ab urbe. Hebræus ad litteram : *Transierunt Jordanem usque ad lucem matutini, usque ad unum non defuit, qui non transierit.* (Calmet.)

(3) VERS. 23. — DISPOSITA DOMO SUA, SUSPENDIO INTERIIT. Hebræus : *Præcepit ad domum suam, et strangulavit se.* (Calmet.)

Symbol. Achitophel proditor Davidis, fuit typus Judæ proditoris, qui pariter laqueo se suspendit; ait Angelom. et Rupert. (Corn. à Lap.)

Achitophel, voyant qu'on n'avait point suivi le conseil qu'il avait donné, s'en alla en sa maison, et ayant disposé de toutes ses affaires, il se pendit. Voilà une étrange fin d'un homme si sage selon le monde. On ne peut pas apporter plus de précaution ni plus de prudence pour faire la plus grande folie dont un homme soit capable, qui est de mourir en désespéré. Il conseille d'abord ce qui était le plus utile pour faire réussir l'entreprise d'Absalom. Il en prévoit la ruine parce qu'on n'a pas suivi son conseil. Il appréhende le supplice dont il était digne, après s'être déclaré comme le chef de cette révolte. Il se retire en sa maison. Il dispose de ses affaires, il pense à tout, excepté à Dieu et à son salut. Et enfin il se désespère, et il se pend.

Il était juste que celui qui avait conseillé au fils d'avoir un cœur de pierre pour celui qui lui avait donné la vie, n'eût point de compassion pour lui-même, et que par un arrêt secret de la vengeance du ciel, il devînt son juge et son bourreau. Ainsi le ministre qui a trahi David s'est désespéré, aussi bien que le disciple qui a trahi le Sauveur, dont Achitophel était la figure. Le premier a paru plus cruel; le second plus avare. Le démon a possédé l'un et l'autre, et a terminé leur vie criminelle par la même mort. (Sacy.)

ris venirent, qui Julii Cæsaris mortis ultor esse voluit, adacto in viscera mucrone, ignominiam redemerunt, quam ab hoste victore perferendam sibi apertè videbant. Sic Cato Uticensis ne serviret Cæsari, cujus consiliis obstinatò restiterat, suis sibi manibus mortem conscivit. Eamdem ob causam Abimelec Judicum cap. 9, et Saül 1 Reg. ultimo, ultrò sibi mortem accersierunt; alter, ne diceretur à feminâ peremptus; alter ne foret ludibrio Philistinis. Hæc eadem causa adegit hominem superbissimum Achitophelem, ut nodo sibi frangeret gulam, ne Davidi victori occurreret, cujus scelerato consilio filius fœdaverat domum, et omnium acerrimè vitam insectabatur. Ita fermè Theodoretus q. 53 : « Dedit Achitophel pœnas illius impiæ, et nefariæ suasionis. Et quoniam in patrem armavit filium, ipse rursùs in se armavit manus, et iis laqueum collo injiciens, miserrimum sustinuit finem. Nam cùm ad rerum finem prævidendum esset idoneus, non admissâ ejus suasione, Davidis futuram credidit victoriam, et timens proditionem, suâ manu de se sumpsit supplicium. » Eodem fermè modo Josephus lib. 7 Ant. cap. 9 : « Convocatis, inquit, omnibus domesticis, exposuit eis, quæ Absalomo consuluerat, addens quia non persuasisset certò se brevi fore periturum. Davidem enim omninò superiorem hoc bello fore, et amissum regnum recepturum esse. Præstat igitur, inquit, magno animo, ut virum ingenuum decet, è vitâ exire, quàm Davidi ob filio navatam contra eum operam excarnificandum se præbere. » Hoc idem tenent Abulensis, et Lyra. Exemplum habent quod imitantur, non pauci nostro ævo, qui domui suæ, ac filiorum commoditati impensè invigilant, imò et immoriuntur, et ut illis benè sit, omni ratione student, sibi verò nihil provident, nisi laqueum, dedecus, et mortem sempiternam.

Ubi vulgatus, *suspendio interiit,* Hebraicè est *iechanac,* quod idem valet atque strangulatus, seu suffocatus est, et ita vertunt recentiores interpretes. Cùm autem strangulationis multa sint genera, nam multis modis spiritus præcluditur et sublatâ respirandi facultate, illicò mors sequitur, hinc aliqui existimârunt alio modo quàm incerto faucibus laqueo strangulatum fuisse Achitophelem. Accedit quòd verbum Hebraicum est in conjugatione passivâ niphal; neque aliqua ostenditur persona, vel causa à quâ strangulatus fuerit Achitophel. Et Septuaginta sine ullâ personâ, quæ ageret, ἀπήγξατο reddidêre, quod idem valet atque *suffocatus est.* Quare strangulari potuit ab anginâ, ab immodicâ aquâ, ut in flumine, à bucellâ, quæ hæsit in faucibus, nec transglutiri potuit; imò et à pilo in lacte hausto, et acini grano, nam eo modo aliqui strangulati dicuntur. Plinius lib. 7, cap. 7 : « Anacreon poeta acino uvæ passæ; « Fabius senator prætor in lactis haustu uno « pilo strangulatus est. » Propter hoc quidam haud dubiè ex Hebræorum grege, quos citat, neque tamen nominat Elias in Tisbi in radice שכר *sacar,* anginâ putant strangulatum, non laqueo. Sic autem ibi Elias : « Sunt qui in hâc « significatione (nempè ab anginâ strangulari) « exponunt illud 2 lib. Samuelis, cap. 17, de « Achitophele. Et præcepta dans domui suæ « strangulatus est. Ubi dicunt, quòd morbus « iste invaserit eum ob nimiam animi tristitiam, « et dolorem, quo fuerit affectus, eò quòd « non successisset consilium ejus, et quòd « perierit strangulatione. Hoc autem ideò dicunt quòd putant absurdum esse dicere de « viro sapiente, et prudente, qualis ipse Achitophel erat, quòd seipsum suspenderit. »

Sed est omninò tenenda vulgata translatio, quam alii penè omnes sequuntur. Et quidem Pagninus verbum *chanac* in conjugatione niphal, verbum docet esse reciprocum : sanè omnes Hebræi, quos mihi videre licuit, reciproquo exponunt sensu. Sic Mardochai in radice חנק, sic Hispanica translatio, jampridem ab Hebræis ex Hebraicis codicibus expressa, ita vertunt, *e afogose,* quod multò ante dixit Josephus. Neque Hebræorum ratio quicquam habet momenti. Neque enim viri, quorum ante meminimus, imprudentes erant, et tamen ut ignominiosam mortem evitarent, suis sibi manibus mortem attulerunt. Præsertim cùm hic non solùm ignominiam et odium commune, sed etiam acerbissimam, et proditore dignam mortem timere potuerit. Ignominiam et mortem timebant duo viri, et suâ, et aliorum opinione prudentes, Herennius Siculus, et Licinius Macer, de quibus Valerius Maximus libro 9, capite 12, et tamen ille « cùm in carcerem deduceretur, in ejus postem illiso capite in ipso ignominiæ aditu concidit; hic « verò sudario, quod habebat in manibus, ore, « et faucibus coarctatis, incluso spiritu pœnam morte præcurrit. »

Vers. 24. — David autem venit in castra. Hebraicè *Mahanaim*, quomodò reliquerunt Septuaginta. Mahanaim autem castra significat :

sed hìc est civitatis nomen impositum à Jacob Genes. cap. 32, v. 2, quando venerunt illi obviam angeli Dei. *Quos cùm vidisset, ait : Castra Dei sunt hæc, et appellavit nomen loci illius Mahanaim, id est, castra.* Elegit autem, opinor, David locum illum, quia ibi Jacob, cùm fratrem timeret, Angelos habuit adjutores, et ipse idem contra filium non dissimile sperabat auxilium. Tum etiam, quia civitas illa juxta nomen suum satis videbatur ad repugnandum munita.

Et Absalom transivit Jordanem. Aliquot arbitror intercessisse dies inter appulsum Davidis in castra, et adventum Absalomis Jordane transmisso. Nam et ille juxta consilium Chusai expectare tamdiù debuit, quando totum Israelem congregaret, quod multorum dierum negotium fuit. Deinde quia ab his, qui Davidi subsidio fuerunt, attuleruntque pro exercitu cibaria, longè aberant à castris, sive Mahanaim, quales fuerunt Ammonitæ; et tamen Davidi ante Absalomis adventum illa oblata sunt. Et est verisimile magnam hominum vim interea se conjunxisse cum Davide, ex quibus tres acies conflari potuerunt; quas David tantæ hostium multitudini prudens opposuit.

Vers. 25. — Amasam vero constituit Absalom pro Joab. Amasa cognatus erat Davidis, et sororis filius; cognatus item Joab, quia mater illius Abigail, hujus matris Sarviæ soror erat; utraque verò mater soror erat Davidis, et filia Naas. Erat autem hic Naas binominis, dicebatur enim etiam Jesse, vel Isai, ut patet ex lib. 1 Reg. sæpè, et ex Isaiâ cap. 11, v. 1, qui etiam vocatur Naas. Quòd autem idem sit Naas et Isai, constat, quia lib. 1 Paralip. cap. 2, v. 13, iidem filii, filiæ, atque nepotes tribuuntur Isai, qui hoc loco Naas : *Isai autem genuit primogenitum Eliab*, etc., *septimum David. Quorum sorores fuerunt Sarvia, et Abigail. Filii Sarviæ Abisai, Joab, et Asael tres; Abigail autem genuit Amasa; cujus pater fuit Jether Ismaelites.* Sed aliquid diversum esse video. Nam qui dicitur *Jether* lib. 1 Paralip. et *Ismaelites*, idem hoc loco dicitur *Jethra, et Jesraeli.* De *Jether* non laboro, quia eædem sunt litteræ radicales, et pro regionum varietate, variæ etiam sunt dialecti, et qui alibi Jether, alibi appellari consuevit Jehra. De *Jesraeli* et *Ismaelites* magis est difficultatis; fortassè alicubi corruptum est nomen propter maximam similitudinem. Jesraeli, quod idem est atque Israelita, Hebr. dicitur ישראלי Ismaelites ישמעאלי. Sed si mihi divinare licet, potiùs existimarem Ismaelitem esse, quàm Israelitem : cur enim Israelitem diceret, cùm nihil in eo nomine appareret novi ? An novum est Israelitidem feminam Israelitæ viro nubere ? Sed erat inusitatum et novum, conjugem habere Ismaelitam. Sed credo habuisse duo nomina, et reverà fuisse Ismaelitam genere, et Israelitem religione. Erat enim, ut opinor, proselytus, qui cùm uxorem duxit Israelitidem, mutavit patriam, et nomen : et qui in patriâ dicebatur Jethra, Ismaelitide dialecto, factus jam Israelita vocatus est Jether. Nisi mavis Ismaelitam fuisse appellatum non nomine, sed cognomento, quia aliquando inter Ismaelitas commoratus est; quomodò supra diximus cap. 15, ad v. 18, sexcentos viros, qui fuerunt cum David, et Obed Edom, appellatos esse Gethæos, quia aliquandiù fuerunt in Geth.

Qui ingressus est ad Abigail filiam Naas. Modus iste loquendi aliquid indicat non omninò legitimum. Quare aliqui existimant Amasam ex furtivo concubitu fuisse susceptum. Quâ de re nihil habemus certum, neque plurimi refert illud explorare.

Vers. 27. — Cumque venisset David in castra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon (1). Statim atque David ingressus est castra, id est, civitatem Mahanaim, ex finitimis populis regiam conditionem miserati quamplurimi, tam regi, quàm multitudini, quæ illum è Hierosolymâ comitata fuerat, quæ usui esse poterant, contulerunt, tum quæ ad victum, tum quæ ad alios corporis necessarios usus pertinebant. In his fuerunt Sobi filius Naas regis Ammonitarum, et frater Hanon ejus, qui Davidis legatis turpissimam irrogavit ignominiam, quem David loco fratris constituisse existimatur in regno, cujus ille beneficii memor, illa attulit vel subsidia vitæ, vel dignitatis ornamenta, de quibus statim, nempe vasa, stratoria, frumentum, et si qua alia exigit naturæ necessitas. Fuit item Machir et Bercellai, qui in suâ gente, ac patriâ fuisse videntur locupletes, et nobiles. Quæ verò fuerint illa, quæ allata fuerunt, satis explicatè suppeditat textus; neque in his explicandis, aut commemorandis immemor, licet non omnes eodem accipiant modo. (2)

(1) Machir. Idem est Machir filius Ammielis, qui apud se retinuerat Miphibosethum filium Jonathæ, antequàm David illum Jerosolymam accivisset.

(2) Vers. 28.—Stratoria. Quidquid necessarium est ad cubandum, cubilia, pelles, culcitas, linea, etc. Septuaginta Romanæ editionis : *De-*

CAPUT XVIII.

1. Igitur considerato David populo suo, constituit super eos tribunos et centuriones;

2. Et dedit populi tertiam partem sub manu Joab, et tertiam partem sub manu Abisai filii Sarviæ, fratris Joab, et tertiam partem sub manu Ethai qui erat de Geth. Dixitque rex ad populum: Egrediar et ego vobiscum.

3. Et respondit populus : Non exibis; sive enim fugerimus, non magnoperè ad eos de nobis pertinebit, sive media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt, quia tu unus pro decem millibus computaris : melius est igitur ut sis nobis in urbe præsidio.

cem cubilia velluta ex utroque latere, vel culcitas utrimque vellutas.

Tapetia. Vox Hebræa redditur à Chaldæo et recentiorum interpretum plurimis, *lagenæ*, vel scyphi et vasa, ubi liquida continentur. Verùm Septuaginta, Symmachus, Syriacus, et Arabs, tuentur Vulgatæ interpretationem, *tapetia*. Septuaginta editionis Romanæ ferunt, *decem caldarias*.

Vasa fictilia. Ineptum utique in aliis rerum articulis munus; sed in fugâ tumultuariâ, ubi omnia desunt, nihil erat aptius, nihil gratius. Magnificum hic nihil est, quod certè intempestivum fuisset, et vasa è pretioso metallo in usum mensæ et culinæ ætas illa rarò ferebat.

Farinam et polentam. Prima vox originalis קמח, sonat farinam generatim ; altera קלי hordeum, frumentum, vel aliud id generis, vel legumen tostum. Hæc vox bis in eodem textu occurrit. Hic redditur *polenta*, hordeum friatum, seu frumentum aliud siccum et tostum; paulò inferiùs verò, *frixum cicer*. Qui iter per Orientem habuerunt, docent, apud Æthiopes, qui se itineri committunt, commeatum sibi comparare ex hordeo tosto; Turcæ verò familiariùs utuntur oryzâ paratâ et purgatâ, vel farinâ. Ægyptii in eum usum adhibent cicer in sartagine frixum. Vetustissimum eorum leguminum usum demonstrat apertissimè Athenæus ; vescebantur autem illis virentibus adhuc et tostis. Vide quæ contulimus in Ruth 2, 14. Hebræum *kali* ad litteram non sonat nisi *tostum*. Jungi autem solet hordeo, oryzæ, frumento, ciceri, et fabæ, quòd hæc omnia torrerentur in itineris commeatum. (Calmet.)

Vers. 29. — Et pingues vitulos. Hebræus : *Elevationes boum*, quod accipi potest de eximiis, selectissimis et pinguissimis totius armenti. Recentiorum interpretum plerique reddunt, *caseos vaccarum*, appellatos *elevationes boum*, vel vaccarum, quòd figurâ sint erectâ, vel quòd colentur ac separentur à sero. Hebræum *schaphah* sonat inter cætera, *colare*.

Suspicati sunt, populum fame et siti fati-

CHAPITRE XVIII.

1. David ayant fait la revue de ses gens, établit sur eux des tribuns et des centeniers.

2. Et il donna le tiers de ses troupes à commander à Joab, le tiers à Abisaï, fils de Sarvia, frère de Joab, et le tiers à Ethaï de Geth. Le roi dit ensuite à ses gens : Je veux me trouver au combat avec vous.

3. Mais ses gens lui répondirent : Vous ne viendrez point avec nous ; car quand les ennemis nous auraient fait fuir, ils ne croiraient pas avoir fait grand'chose, et quand ils auraient taillé en pièces la moitié de nos troupes, ils n'en seraient pas fort satisfaits, parce que vous êtes considéré vous seul comme dix mille hommes. Il vaut donc mieux que vous demeuriez dans la ville, pour être en état de nous secourir.

gari in deserto. Tunc utique populus in deserto non erat, David enim cum suis pervenerat in Mahanaim. Quare vertere præstat : *Suspicati sunt, populum fame et siti fatigatum fuisse in deserto*; vel potiùs hic extra suum locum ea narrantur quæ Davidi acciderunt, cùm adhuc in deserto subsisteret. (Calmet.)

Berzellaï et quelques autres apportèrent diverses choses à David et à ceux qui le suivaient, parce qu'ils crurent bien que le peuple dans ce désert était abattu de faim et de lassitude. Berzellaï et les autres qui sont nommés ici avec lui, n'attendirent pas que David leur témoignât le besoin qu'il avait de leur secours. Mais ne doutant point que le peuple qui suivait ce prince ne fût abattu de faim et de lassitude dans ce désert, ils l'assistèrent en toutes les manières qu'il leur fut possible, et ils furent ravis d'avoir trouvé cette occasion de donner à David des preuves effectives de l'attachement sincère qu'ils avaient pour sa personne et pour son service. C'est ainsi que les saints ont cru que l'on doit assister les vrais serviteurs de Dieu et les ministres de Jésus-Christ, selon que saint Augustin nous le représente en ces termes : « Vous devez rechercher, dit-il, si « les serviteurs de Dieu n'ont pas besoin de « votre secours, et ne pas dire : Je leur donne- « rai s'ils me le demandent. Vous attendez « donc qu'un ministre de Jésus-Christ vous « demande? Et vous voulez traiter un servi- « teur et un officier de Dieu comme un men- « diant qui passe? Si les ministres de Jésus- « Christ sont réduits parmi vous à vous « demander la charité, prenez garde qu'ils « ne vous jugent avant qu'ils vous la de- « mandent. Car peut-être qu'ils ne vous « demanderont rien, quelque incommodés « qu'ils puissent être, et qu'ils ne vous laisse- « seront pas de vous condamner un jour. C'est « pourquoi soyez charitablement curieux dans « ces rencontres. Soyez sincères dans cette « recherche des besoins des serviteurs de « Dieu, et vous les découvrirez. Mais parce « que vous êtes bien aises de vous excuser sur « votre ignorance, vous ne les découvrez pas. (Sacy.)

4. Ad quos rex ait : Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex juxta portam ; egrediebaturque populus per turmas suas, centeni et milleni.

5. Et præcepit rex Joab et Abisai et Ethai dicens : Servate mihi puerum Absalom. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom.

6. Itaque egressus est populus in campum contra Israel, et factum est prælium in saltu Ephraim.

7. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu David, factaque est plaga magna in die illâ viginti millium.

8. Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ, et multò plures erant quos saltus consumpserat de populo quàm hi quos voraverat gladius in die illâ.

9. Accidit autem ut occurreret Absalom servis David, sedens mulo ; cùmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum et magnam, adhæsit caput ejus quercui, et, illo suspenso inter cœlum et terram, mulus cui insederat pertransivit.

10. Vidit autem hoc quispiam, et nuntiavit Joab dicens : Vidi Absalom pendere de quercu.

11. Et ait Joab viro qui nuntiaverat ei : Si vidisti, quare non confodisti eum cum terrâ ? et ego dedissem tibi decem argenti siclos et unum balteum.

12. Qui dixit ad Joab : Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquàm mitterem manum meam in filium regis ; audientibus enim nobis præcepit rex tibi et Abisai et Ethai dicens : Custodite mihi puerum Absalom.

13. Sed et si fecissem contra animam meam audacter, nequaquàm hoc regem latere potuisset, et tu stares ex adverso.

14. Et ait Joab : Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu suâ, et infixit eas in corde Absalom ; cùmque adhuc palpitaret hærens in quercu,

15. Cucurrerunt decem juvenes armigeri Joab, et percutientes interfecerunt eum.

4. Le roi leur dit : Je ferai ce que vous voudrez. Il se tint donc à la porte *de la ville de Mahanaïm* pendant que toute l'armée en sortait par diverses troupes de cent hommes et de mille hommes.

5. En même temps il donna cet ordre à Joab, à Abisaï et à Ethaï : Conservez-moi mon fils Absalom. Et tout le peuple entendit le roi, qui recommandait Absalom à tous ses généraux.

6. L'armée marcha donc au combat contre Israël ; et la bataille fut donnée dans la forêt d'Ephraïm.

7. L'armée de David tailla en pièces celle d'Israël ; la défaite fut grande, et vingt mille hommes demeurèrent sur la place.

8. Les gens d'Absalom, fuyant après le combat, furent dispersés de tous côtés, et il en périt beaucoup plus dans la forêt qu'il n'y en eut de tués par l'épée en ce jour-là.

9. Or, il arriva qu'Absalom fut rencontré par les gens de David ; car, comme il était sur son mulet, et qu'il passait sous un grand chêne fort touffu, sa tête s'embarrassa dans les branches du chêne, et son mulet passant outre, il demeura suspendu entre le ciel et la terre.

10. Quelqu'un, l'avant vu en cet état, vint dire à Joab : J'ai vu Absalom suspendu à un chêne.

11. Joab lui dit : Si tu l'as vu, pourquoi ne l'as-tu pas percé jusqu'en terre ? et je t'aurais donné dix sicles d'argent et un baudrier.

12. Il répondit à Joab : Quand vous me donneriez présentement mille pièces d'argent, je me garderais bien de porter la main sur la personne du fils du roi ; car nous avons tous entendu l'ordre que le roi vous a donné, à vous, à Abisaï et à Ethaï, lorsqu'il vous a [d] Conservez-moi mon fils Absalom.

13. Et si j'avais, au risque de ma vie, fait une action si téméraire, elle n'aurait pu être cachée au roi, et vous seriez vous-même contre moi.

14. Joab lui dit : Je ne m'en rapporterai pas à toi, mais je l'attaquerai moi-même en ta présence. Il prit donc à la main trois dards, dont il perça le cœur d'Absalom. Et comme il respirait encore, toujours pendu au chêne,

15. Dix jeunes écuyers de Joab accoururent, le percèrent de coups et l'achevèrent.

16. Cecinit autem Joab buccinâ, et retinuit populum ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini.

17. Et tulerunt Absalom, et projecerunt eum in saltu in foveam grandem, et comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis. Omnis autem Israel fugit in tabernacula sua.

18. Porrò Absalom erexerat sibi, cùm adhuc viveret, titulum qui est in Valle Regis; dixerat enim : Non habeo filium, et hoc erit monimentum nominis mei. Vocavitque titulum nomine suo, et appellatur Manus Absalom usque ad hanc diem.

19. Achimaas autem, filius Sadoc, ait : Curram, et nuntiabo regi quia judicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum ejus.

20. Ad quem Joab dixit : Non eris nuntius in hâc die, sed nuntiabis in aliâ; hodiè nolo te nuntiare, filius enim regis est mortuus.

21. Et ait Joab Chusi : Vade, et nuntia regi quæ vidisti. Adoravit Chusi Joab, et cucurrit.

22. Rursùs autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Joab : Quid impedit si etiam ego curram post Chusi ? Dixitque ei Joab : Quid vis currere, fili mi ? non eris boni nuntii bajulus.

23. Qui respondit : Quid enim si cucurrero? Et ait ei : Curre. Currens ergo Achimaas per viam compendii, transivit Chusi.

24. David autem sedebat inter duas portas. Speculator verò, qui erat in fastigio portæ super murum, elevans oculos, vidit hominem currentem solum;

25 Et exclamans indicavit regi; dixitque rex : Si solus est, bonus est nuntius in ore ejus. Properante autem illo et accedente propiùs,

26. Vidit speculator hominem alterum currentem; et vociferans in culmine, ait : Apparet mihi alter homo currens solus. Dixitque rex : Et iste bonus est nuntius

27. Speculator autem : Contemplor, ait, cursum prioris quasi cursum Achimaas filii Sadoc. Et ait rex : Vir bonus est, et nuntium portans bonum venit.

28. Clamans autem Achimaas dixit ad

16. Aussitôt Joab fit sonner la retraite : et, voulant épargner le peuple, il empêcha ses gens de poursuivre davantage les Israélites qui fuyaient.

17. Ainsi les Israélites se retirèrent chacun chez eux. On emporta Absalom, et on le jeta dans une grande fosse qui était dans le bois, sur laquelle on éleva un grand monceau de pierres.

18. Or, Absalom, *ayant perdu ses trois fils* lorsqu'il vivait encore, s'était fait dresser une colonne dans la Vallée du Roi. Je n'ai point de fils, disait-il, et ce sera là un monument de mon nom. Il donna donc son nom à cette colonne, et on l'appelle encore aujourd'hui la Main d'Absalom.

19. Achimaas, fils de Sadoc, dit à Joab : Je vais courir vers le roi, et lui dire que Dieu lui a fait justice et l'a vengé de ses ennemis.

20. Joab lui dit : Vous porterez les nouvelles une autre fois, mais non aujourd'hui. Je ne veux pas que ce soit vous présentement, parce que le fils du roi est mort.

21. Joab dit donc à Chusi : Allez-vous-en, vous, et annoncez au roi ce que vous avez vu. Chusi adora Joab, et se mit à courir.

22. Achimaas, fils de Sadoc, dit encore à Joab : Mais si je courais aussi après Chusi ? — Mon fils, dit Joab, pourquoi voulez-vous courir ? vous ne serez pas le porteur d'une bonne nouvelle.

23. — Mais enfin si je courais ? ajouta Achimaas. Courez *donc*, répondit Joab. Ainsi Achimaas, courant par une voie plus prompte, devança Chusi.

24. Cependant David était assis entre les portes de la ville, et la sentinelle qui était sur la muraille au haut de la porte, levant les yeux, vit un homme qui courait tout seul ;

25. Et jetant un grand cri, il en avertit le roi. Le roi lui dit : S'il est seul, il apporte une bonne nouvelle. Lorsque ce premier, qui s'avançait à grande hâte, était déjà proche,

26. La sentinelle en vit un second qui courait *aussi;* et, criant d'en haut, il dit : Je vois accourir encore un autre homme qui est seul. Le roi lui dit : Il apporte aussi une bonne nouvelle.

27. La sentinelle ajouta : A voir courir le premier, il me semble que c'est Achimaas, fils de Sadoc. Le roi lui dit : C'est un homme de bien, et il nous apporte de bonnes nouvelles.

28. Achimaas, criant *de loin*, dit au roi : Seigneur, que Dieu vous conserve ! Et, adorant le

regem : Salve, rex ! Et adorans regem, coram eo pronus in terram, ait : Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines qui levaverunt manus suas contra dominum meum regem.

29. Et ait rex : Estne pax puero Absalom ? Dixitque Achimaas : Vidi tumultum magnum cùm mitteret Joab servus tuus, ô rex, me servum tuum : nescio aliud.

30. Ad quem rex : Transi, ait, et sta hic. Cùmque ille transisset et staret,

31. Apparuit Chusi ; et veniens ait : Bonum apporto nuntium, domine mi rex : judicavit enim pro te Dominus hodiè de manu omnium qui surrexerunt contra te.

32. Dixit autem rex ad Chusi : Estne pax puero Absalom ? Cui respondens Chusi : Fiant, inquit, sicut puer inimici domini mei regis, et universi qui consurgunt adversùs eum in malum.

33. Contristatus itaque rex ascendit cœnaculum portæ, et flevit. Et sic loquebatur vadens : Fili mi Absalom ! Absalom fili mi ! Quis mihi tribuat ut ego moriar pro te, Absalom fili mi, fili mi Absalom !

roi, incliné en terre devant lui, il ajouta : Béni soit le Seigneur votre Dieu, qui a livré entre vos mains ceux qui s'étaient soulevés contre le roi mon seigneur.

29. Le roi lui dit : Mon fils Absalom est-il en vie ? Achimaas lui répondit : Lorsque Joab votre serviteur m'a envoyé vers vous, j'ai vu s'élever un grand tumulte, c'est tout ce que je sais.

30.—Passez, lui dit le roi, et tenez-vous là. Lorsqu'il fut passé, et qu'il se tenait en sa place,

31. Chusi parut, et dit en arrivant : O roi, mon seigneur, je vous apporte une bonne nouvelle, car le Seigneur a jugé aujourd'hui en votre faveur, et vous a délivré de la main de tous ceux qui s'étaient soulevés contre vous.

32. Le roi dit à Chusi : Mon fils Absalom est-il en vie ? Chusi lui répondit : Que les ennemis de mon roi et tous ceux qui se soulèvent contre lui pour le perdre, soient traités comme il l'a été !

33. Le roi, étant donc saisi de douleur, monta à la chambre qui était au-dessus de la porte, et se mit à pleurer. Et il disait en se promenant : Mon fils Absalom ! Absalom mon fils ! Que ne puis-je donner ma vie pour la tienne ! Mon fils Absalom ! Absalom mon fils !

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IGITUR CONSIDERATO DAVID POPULO SUO, CONSTITUIT SUPER EOS TRIBUNOS, etc. (1). Quod dederat Absalomi consilium Achitophel, hoc sibi contra Absalomem suscepit David, ut cùm primùm accederet Absalom, antequàm se, et castra communiret, et ordinem bellatorum suo loco, stationeque digereret, illum aggrederetur. Cùm ergo primùm venit Absolom in regionem Galaaditidem, ubi pater consederat, consideravit David, et expendit, quid haberet virium ; et cùm se videret non omninò imparatum ad pugnam, tres ex suis copiis acies instruxit, in quibus cùm tribunos, et centuriones designâsset juxta bellicam disciplinam, cujus ipse peritissimus erat, singulis suos duces præposuit : illi fuerunt Joab militiæ princeps, et ejus frater Abisai, et Ethai Gethæus. Josephus lib. 7, cap. 9, habuisse dicit regem quatuor bellatorum millia : unde id collegerit, non invenio. Ego plura habuisse suspicor, neque pauciores arbitror excessisse cum illo Hierosolymâ. Nam, ut habes cap. 15, v. 17, egressus dicitur cum David universus Israel, et universi servi ejus, et legiones Cerethi, et Phelethi, et omnes

(1) *David, ayant fait la revue de ses gens, dit à ses officiers : Je veux combattre avec vous.* C'aurait été un spectacle étrange et funeste de voir deux armées en présence, le père d'un côté, et le fils de l'autre, avec des armées semblables, mais avec des dispositions bien différentes, l'un combattant pour conserver sa couronne, et l'autre pour la lui ravir. Néanmoins la magnanimité de David ne lui permet pas de voir ses plus fidèles serviteurs sacrifier leur vie pour ses intérêts, sans prendre part au péril auquel ils s'exposent. C'est pourquoi il leur dit *qu'il veut se trouver lui-même au combat.* Les saints docteurs ont considéré toujours la conduite de ce prince comme une image de celle des ministres de Jésus-Christ. Car ils doivent, à son imitation, partager le travail et le péril avec ceux qui les assistent dans leur ministère. Et ils ne sauraient mieux ménager leur vie que de la dévouer aux intérêts du Sauveur, sans craindre de la perdre pour un si grand maître.

Mais plus leur zèle les rend assurés dans les occasions les plus redoutables, plus l'amour et l'estime de leur vertu doit imprimer de retenue à ceux qui les environnent, comme nous voyons qu'il arrive ici aux officiers de David, pour ne pas les commettre en des rencontres où leur présence peut être suppléée par le ministère et le soin des autres. Car il n'y a point de vie, ni plus précieuse devant Dieu, ni qui doive être plus chère aux hommes, que celle d'un pasteur qui est toujours prêt à s'exposer à la mort pour faire sa charge. (Sacy.)

Gethæi pugnatores validi sexcenti viri. Quis autem dubitet venisse postea plures alios, ut causam parentis optimi, deque re Israeliticâ perquàm bellè meriti, contra impium, et flagitiosum filium tuerentur? Neque defuerunt è terrâ Galaaditide plurimi, qui se ad certaminis periculum socios offerrent, quando quæ ad victum, aliosque exercitûs usus pertinebant, liberali manu contulerunt. Neque præterea consequens est, ut à tam parvâ manu viginti militum millia ferro sublata sint, quòd in primo congressu ante initam fugam ceciderunt. Illud porrò v. 4: *Egrediebatur populus per turmas suas centeni, et milleni*, amplius aliquid indicat, quàm quod quater millenario numero continetur.

VERS. 2.—DIXITQUE REX AD POPULUM: EGREDIAR ET EGO VOBISCUM. Nôrat David quantam alacritatem, et ardorem in pugnando afferat principis præsentia, neque præterea exors esse voluit communis periculi; atque ideò significat nolle se manere in castris, et spectator esse potiùs alieni periculi, quàm appetens sui. Neque tamen permiserunt socii in belli sese conjicere discrimina, quia in illius vitâ magna contineri momenta arbitrabantur, et cùm unus ab omnibus ad mortem expeteretur David, difficilè videbatur incolumem se ab omnium telis, et insidiis præstare. Quibus acquievit rex, et emissis aliis ipse in urbe remansit, ut suis, si quid adversi contingeret, esset præsidio, quemadmodùm ab illo postulârant sui. (1)

VERS. 5. — ET PRÆCEPIT REX JOAB, ET ABISAI, ET ETHAI, DICENS: SERVATE MIHI PUERUM ABSALOM (1). Hic Chrysostomus suo more fulminat, dùm patris in filium parricidam clementiam, et filii in patrem immanem crudelitatem considerat. Sic autem ille tom. 1, Homil. de Absalome patrem persequente: « Disponitur properè « bellum, acies dirigitur, pugna paratur, co- « gnatæ classes in semet ardescunt. Inde par- « ricida exercitum contra patrem inflam- « mat; hinc David, ut filio abeuntes duces « exorat. Parcite, inquit, filio meo Absalom. « Inde dementia contra genitorem exurgit; « hinc clementia ut parricidæ parcatur, expo- « scit. Inde furor, hinc pietas operatur; « inde insania, hinc misericordia interpo- « nitur; inde crudelitas, hinc bonitas ostenta- « tur. Parricida non læsus insanit; David « læditur, et mitescit. Debellatur ab impietate « pietas, nec movetur; pietas patris nec gladio « vincitur, nec terrore mutatur. »

Hoc etiam loco aliquid meditatur Ambrosius, quo majorem in modum paterni animi bonitas in diram filii feritatem ostenditur, et quomodò David secundùm Domini verbum rectè vivendi semitam tenuerit. Sic autem Ambrosius serm. 17 in Psal. 118, ad illud: *Gressus meos dirige secundùm verbum tuum:* « Sciebat Abraham « gressus suos secundùm præcepta Domini di- « rigentem, et appetito speciosæ uxoris pudore « tentatum, sed non confusum, et in unici im- « molatione filii postlatâ patriæ mentis pietate « luctatum, sed coronatum: se quoque in fu- « rore Saül, incestu Amnon, Absalom parrici- « dio, iniquitatis improbæ feralibus tentationi- « bus appetitum hoc solo evasisse, quòd dirigens « gressus suos secundùm pietatem Domini à « paterno non recessisset affectu, intra se ge- « mens crimen incesti, à se relegans odia par- « ricidæ. Filius meus, inquit, Absalom, quis « dabit mihi mortem pro te? memor naturæ « pietas, offensæ immemor, de quo ante quæsi- « vit, puerne vivit? Et fortassè quâ ratione « ante puerum dixit, postea filium nominavit. « Cur non in utroque aut puerum dixit, aut « filium? Si viveret, puer erat, quia parricidio « petebat patrem: non enim pietatis nomen « accipere debebat, sed infirmitatis. Ideòque « vir justus, quod religionis fuit, tacuit, quod « infirmitatis, aspexit. Ubi verò est mortuus,

(1) VERS. 3.— QUIA TU UNUS PRO DECEM MILLIBUS COMPUTARIS. Hebræus: *Nunc tu es, sicut nos decem millia.* Vales pro decem millibus nostrorum. Vel juxta alios: Neque tunc profecisse se credent, *cùm fuderint similium nobis decem millia.* Aliter: *In urbe te continens, adeò magno nobis eris auxilio, ac si auxilia nobis decem millium addideris.* Chaldæus explicat de precibus Davidis, quæ pro decem millibus essent. Reddi etiam posset: *Modò decem millia circiter sumus.*

VERS. 4. — STETIT REX JUXTA PORTAM. Hebræus: *Stetit ad manum portæ.* Septuaginta: *Ad latus portæ*, in loco ad latus portæ, ubi jus dicebatur. Inferiùs autem, v. 24, sedisse legitur inter duas portas, ac supra ipsum fuisse aulam, quam ascendit ploraturus Absalomum. Deferens igitur rex consiliis suorum, continuit sese in Mahanaim non sine copiis, ne, si fortè in prælio sui caderent, tota simul spes periret, atque se ad meliora tempora servaret. Tacitus libro 1 Historiarum de Othone: *Dubiis prœliorum exemptus, summæ rerum et imperii se ipsum reservaret.* (Calmet.)

(1) Hebræus: *Leniter mihi ad puerum Absalom.* Mitiùs cum illo agere vos jubeo; parcite illi, consulite ejus saluti. Vers. 12, ubi eædem preces repetuntur, legimus: *Custodite mihi puerum Absalom;* cavete ne occidatis. Hebræus: *Observate in puerum Absalom, ne quis vulnus illi inferat*, etc. (Calmet.)

« apud pium patrem personæ crimen defecit, « naturæ nomen remansit. » Ubi optimè Ambrosius parentum in filios ingenium expressit, qui filiorum aut naturale vitium, aut personale coram alienis sic extenuant, aut removent, ut nulla, aut certè levis appareat turpitudo. Atque ideò commune esse dicunt naturæ vitium, non proprium personæ ; aut certè filiorum deformitati nomen attribuunt, quod in illo genere honestum existimatur, et pulchrum. Dixit hoc optimè Horatius lib. 1, Satyrâ 3 :

At pater ut nati, sic nos debemus amici,
Si quod sit vitium, non fastidire. Strabonem
Appellat pætum pater, et pullum, malè parvus
Si cui filius est.

Quod multò antè dixerat Plato, lib. 5 de Repub. et Cicero, lib. 1 de Naturâ deorum. Retinuit igitur David paternum animum, qui filium errore lapsum dicit, cùm puerum vocat, et scelus elevat. Cùm enim pueris consilium absit, et prudentia, inconsideratè potiùs, et imprudenter lapsus existimatur, quàm impiè, atque impudenter rem tentâsse impietatis, et impudentiæ planè singularis. Si appellâsset filium, cùm ducibus illius incolumitatem commendat, exaggerâsset crimen ; nam inauditum scelus est à filio parentem ad mortem quæri. Cùm puerum dicit, filii removet impietatem, et nomen, et tantùm objicit ignorantiam, et errorem, quibus à prudentibus indulgentia, et venia negari non solent.

Vers. 6. — Et factum est prælium in saltu Ephraim. Certum est commissum esse prælium ultra Jordanem, et extra funiculum Ephraim, in terrâ videlicet Galaaditide, ubi erat illa civitas, cui ab angelorum cuneo datum est nomen castrorum, seu Mahanaim. Et ex illo manifestè liquet, quòd transacto bello cap. 19, v. 15, rursùs dicitur, ut ad Hierosolymam rediret, trajecisse Jordanem. Quærendum est igitur cur saltus iste, cùm ab Ephraimitide terrâ, imò à terrâ promissionis separatus sit, dicatur tamen saltus Ephraim. Multi multa fingunt et dicunt; sed in illis aliquid inveniunt viri curiosi, quod non probent. Placet quod visum est Abulensi q. 10, ideò appellatum esse saltum Ephraim, quia ibi aliquid fecerunt olim Ephraimitæ, sive ad laudem, sive ad reprehensionem insigne, propter quod nomen illud ex suo nomine indidêre saltui. Sic Siceleg cùm esset extra sortem Judæ, in sortem tamen Judæ contributa est, quia in illâ David ex tribu Juda habitavit aliquandiù, et in eâ facinus edidit illustre. Sic Ephrata vocata est Rachel, quia ibi Rachel sepulturam invenit. Sic Genesis ultimo locus quidam, qui nullo modo ditionis erat Ægyptiæ, planctus tamen Ægyptiorum nominatus est , quia ibi ad Jacobi tumulum cum Josepho filio planxerunt Ægyptii. Quid in eo saltu fecerint Ephraimitæ, ex Scripturâ, quod ego viderim, non constat. Quare affirmare aliquid, imò suspicari, nisi divinando, non possum.

Notum est ex cap. 12 Judic. Ephraimitas ultra Jordanem magnam accepisse cladem, eodem opinor loco, in quo hoc cum Absalome prælium commissum est, in quo Ephraimitarum quadraginta duo millia ceciderunt. Quæ clades satis habuit causæ, cur saltus ille, qui tot ex illâ tribu sanguine commaduit, appellari potuerit saltus Ephraim; non quòd ibi aliquid insigne fecerint, sed aliquid inauspicatum et acerbum subierint. Sed præstat audire hoc ipsum ex ipsis historiæ sacræ monumentis. Sic autem ex cap. 12 Judic. v. 1: *Ecce autem in Ephraim orta est seditio; nam transeuntes contra aquilonem* (transmisso nimirùm Jordane) *dixerunt ad Jephte* (qui erat in Galaad): *Quare vadens ad pugnandum contra filios Ammon, vocare nos noluisti, ut pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam* (hæc autem domus erat in Galaad). Et v. 4: *Jephte vocatis ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim: percusseruntque viri Galaad Ephraim.* Et v. 5 : *Occupaveruntque Galaaditæ vada Jordanis, per quæ Ephraim reversurus erat* (vide quomodò relictâ suâ, in aliam regionem trajecto Jordane transierint). Et v. 6: *Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia.* Hæc carptim ex toto capite. Quæ satis ostendunt, si non omninò veram, at certè verisimilem causam, cur saltus ille vocari potuerit saltus Ephraim.

Vers. 8. — Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ (1). Hâc dicendi formâ nil opinor significari aliud, quàm statim turbatos esse ordines exercitûs Absalomis, et hàc atque illàc palabundos esse dissipatos, ita ut non uno in loco, sed in variis, non unum bellum, sed multa fuerint collata. Neque sanè id mirum, etiamsi humanâ hæc tantùm cogi-

(1) Ad litteram: *Prælium dispersum super faciem omnis terræ;* quod duplici sensu reddi potest: utriusque exercitûs milites inter se commixti decertabant per totam ejus regionis faciem. Ubique decertatum est; vel potiùs, fusum fugatumque est totum latè agmen, fracta est ubique tota acies Absalomi, et latè dissipata. (Calmet.)

tatione consideres. Erant enim cum Absalome plurimi, sed sine duce, quibus ipsa multitudo erat impedimento. Neque David satis illis spatii dedit, ut ex disciplinâ militari, si qua in illo exercitu militaris esset disciplina, aciem disponerent. Quare cùm Davidis esset acies ordinata, facilè à paucis turbari multi potuêre, et congressu primo super faciem universæ terræ pavidi, et sine ullo aut suo, aut imperatoris consilio latè dispergi.

Et multo plures erant, quos saltus consumpserat de populo, quam hi, quos voraverat gladius. Illi dicuntur à saltu consumpti, qui extra certaminis locum, palantes et fusi in fugâ ceciderunt, sive fessi immodico labore, sive fame et siti, sive, quod potiùs reor, insequentium confecti ferro. Est autem in omni idiomate usitatum, et frequens, ut ab aliquo loco id factum dicatur, quod in loco ab aliis perfectum est. Sic dicimus, plorare, aut esurire civitatem, quando illi, qui in civitate sunt, esuriunt, et plorant. Sic Numer. cap. 13, v. 33, terra promissionis dicitur habitatores suos devorare, quia ibi se habitatores intestinis bellis assiduè conficiunt; aut quia locus insalubris, in illâ diù vitam producere non sinit. Quæ omnia viri timidi fingebant, ut alios ab illius regionis studio deterrerent. Quare juxta exploratorum mentem non devorabat terra suos indigenas, sed vel mutuus gladius, vel insalubris aer, vel illius loci pestilens natura. Quidam dicunt in eo saltu plurimos esse consumptos, quia ibi plurima erant ferarum latibula, ex quibus egressæ homines de viâ lassos, et exanimes, quique illarum sævitiam declinare non poterant, devorabant. Ita Hebræi, ut tradit Hieronymus in Tradit. Hebr. et historia Scholastica. Sed illud, ut dixi, certum est, extra palæstram in fugâ plurimos hostili ferro corruisse.

Vers. 9. — Accidit autem, ut occurreret Absalom servis David sedens mulo (1). Videtur Absalom spectâsse potiùs pugnantes ex secreto aliquo, et securo loco, quàm in acie cum suis adversùs hostilem manum dimicâsse: si enim in acie versaretur, non diceret Scriptura casu occurrisse servis David; neque enim casu occurrit hostibus, qui illorum telis adversum objicit pectus. Aut certè casu occurrit, quia illa turbatis jam ordinibus, et fusis sociis, fugam intendit, ubi non putabat futuros hostes, qui ipsum occiderent, aut à fugâ retractum vinctum deducerent ad parentem. At contra accidit; incurrit enim in servos David insidens mulo, quos cùm vellet veloci fugâ declinare, in condensam ingressus sylvam impietatis suæ pœnas dedit, ut mox dicemus. Quærit Abulensis cap. 13, q. 18, quomodò filii Israel habere potuerint mixtum genus, prolemque biformem, cùm id Deus Levit. cap. 19, v. 19, severè prohibuerit: *Jumenta non facies coire cum alterius generis animantibus.* At ex simili coitu muli nascuntur. Respondet Abulensis ibi prohiberi quidem Hebræis diversorum generum admissuram, non tamen illis uti animalibus, quæ ex ejus modi conjunctione nascuntur. Sic cap. 13, filii regis ex Absalomis convivio conscensis mulabus fugisse dicuntur; et lib. 3 Reg. cap. 1, Salomon vectus esse traditur parentis mulâ, quo tempore rex à patre renuntiatus, et eo nomine à populo salutatus est. Sed est fortassè verius, illud mulorum genus, quod fuit Israelitis familiare, non esse mixtum, atque biforme, id est, ex equo, atque asinæ commixtione conceptum, sed esse genus quoddam unum, et simplex, quod quia alteri biformi quàm simillimum est, in illo commune nomen habet. Quod mihi verisimile facit Aristotelis in eo genere non vulgaris auctoritas, qui lib. 1 Histor. anim. c. 6, ait in Syriâ (ad quam pertinet Palæstina, et tota terra promissionis) esse mulas, quæ cùm idem nomen

(1) Et illo suspenso inter cœlum et terram, mulus, cui insederat pertransivit. Septuag.: *Et suspensus est in arbore inter cœlum et terram*, etc. Sic et Chald. Audi Chrysost. Hom. in Psal. 7: « Absalom Davidem aggressus est, occisus à Joab, et in alto ligno suspensus est, qui adversùs patrem erigebatur, et ab arbore detinebatur, qui cum radice pugnabat; et vinctus erat à ramo ramus, qui erat à paternâ affectione abruptus; et capite tenebatur, qui genitoris caput auferre contendebat, et tanquàm fructus pendebat ab arbore, qui naturæ agricolam volebat exscindere, et in corde jaculo confossus est, illic occisus, ubi cædem parabat. Et tunc videri poterat spectaculum admirabile. Mulo enim equitans ex pilorum comâ, à comâ arboris tenebatur, et coma tenebat comam, tyrannum illic eum contundens, ubi diadema paternum gestare contendebat. » Causam deinde cur suspensus sit Absalom, subjicit: « Poterat ergo videri Absalom suspensus in medio cœli et terræ. Cœlum eum non admittebat. Si enim primum insurrectorem ejecit diabolum, quomodò ipsum insurrectorem secundum admisisset? Terra eum aversabatur, non ferens pollui passibus parricidæ. Si enim Dathan devoravit, qui contra Mosen erat locutus, et os suum aperuit adversùs eum qui os improbè aperuerat, quomodò potuisset ferre pedes currentes adversùs genitorem? (Corn. à Lap.)

habeant cum illis, quæ ex equo, ac asinâ confuso semine generantur, non tamen ejusdem sunt generis. Nam muli in eo genere, et mulæ coeunt, et generant similem sibi prolem. Et idem repetit lib. 7, c. 24.

Adhæsit caput ejus quercui. Non ausi fuêre Davidis servi Absalomem persequi, quia regis audierant verba, quibus edixerat ducibus, ut manus à filio cruentas abstinerent. Sed comprehendit quercus, divini furoris administra, illum, cui homines pepercerant. Quâ de re audi Chrysostomum tom. 1, homil. de Absalome persequente patrem : « Respice, inquit, jam « scelestissime hostis ac nefande, jam respice, « parricida, respice, inquam, usquequaque « in te cuncta converti. Respice contra te ab « ipsâ naturâ repugnari, et quamvis contra te « dimicet cœlum, moveatur terra, exercitus « pugnet, tamen aliud te ignotum et inopi- « natum sustinet bellum, aliud ubi jam para- « tum prælium est, quod fugientem excipiat, « properantem interimat, festinantem occidat. « Adest, inquam, arbor in campo ramorum « telis ornata, quæ te excipiat fugientem, pro- « perantem rapiat, patris injuriam in parrici- « dam defendat. Adest, inquam, arbor, quæ « nec patrem, ut tibi parcatur, audivit, et « jussa Dei instanter implere contendit. »

Mirum hoc est, et singulare, aliquem ex capillitio potuisse suspendi, sicque implexam arboris ramis esse cæsariem, ut non extricari potuerit penduli corporis non exiguo pondere. Legimus in profanâ historiâ Theutonicas feminas ex suis crinibus texuisse restes, quibus elisis faucibus vitam amisêre. Quod sanè mirandum non est, cùm in restes contorti, ac complicati crines majora etiam pondera suspendere, ac sustinere possint. Legimus in annalibus sacris feminas à tyrannis suis capillis è sublimi loco fuisse suspensas. At singulares crines, nec illos, ut apparet, multos sustinere pondus armati viri, neque illos ab incitato quadrupedis impetu fuisse discissos, illud est mirabile. Et multò magis capillos sic momento temporis fuisse implicatos, ut inter cœlum, et terram pendentem reliquerint. Deinde sic esse conglobatos, aut quasi in funem, cirrosque collectos, cùm à vento potiùs dissipati essent, atque diffusi, ut ramis implexi pondus sustinerent. Neque capillorum plexus in fasces coacti implicari solent, sed illi fortassè, qui diffusi sunt, et singulares. Adde, quòd capilli paulò longiores cùm in equestri, aut pedestri cursu diffunduntur, non eriguntur sursùm, ut sese ramis intricent, uti experientia docet, sed rejiciuntur ad tergum. Quare hic aliquid sine dubio fuit ab ultrici Domini providentiâ, quod non facilè sperari poterat à rerum naturâ, aut hominum consuetudine.

Hic tu paulisper immorare, et attentè considera, quemadmodùm illa, quæ hominum vulgus existimat maxima aut ornamenta fortunæ, aut naturæ beneficia, esse hominibus insidiosum malum, et ab illis extremam provenire perniciem. Exempla sunt plurima : ex hoc libro habemus tria satis illustria, et valdè ad hanc cogitationem accommodata. Cap. 2, v. 18, pedum velocitas, quâ plurimùm excellebat, et gloriabatur Asael, illi fraudi fuit: neque enim tam pertinaci studio insequeretur Abner, qui fugiebat eques, nisi pedestri cursu illum se assecuturum esse confideret. *Porrò Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capris, quæ morantur in sylvis.* Magni vir consilii censebatur Achitophel; sed singularis illum prudentia, et ingenii sagacitas ad suspendium adegit. Erat Absalomi aurea verè cæsaries, quæ magno ab aliis comparabatur pretio, quam ille sic amabat, ut nunquàm deponeret, nisi cùm illius pondere gravaretur caput; sed ab illâ tandem suspensus inimicorum ludibriis ac vulneribus patuit.

Illud item hic pro re morali observatione dignum, quæ in otio et pace homini in amore fuerunt et deliciis, illa in summo etiam discrimine non omitti. Quod plus quàm vellemus, quotidianâ docemur experientiâ. Cupiebat Absalom haberi atque videri pulcher, atque ideò comam alebat solaribus radiis non dissimilem. Hanc ostentabat in juvenum, puellarumque conventibus, et dùm ad se aliorum oculos et animos non semper pudentissimos raperet, de aliis aut nihili, aut modicè curabat. Hoc idem studium illius fuit, cùm illud omissum maximè oportuit. Magis sanè ad durum illud certamen opportuna esset galea, quæ petitiones exciperet hostiles, quàm prolixa cæsaries, quam diffunderet ventus, et quæ commilitonum oculos oblectaret; sed galeâ in illo rerum articulo comam premere noluit, quam solutam, et liberam, et à sole radiantem in deliciis attulerat. Sic certè in extremo vitæ certamine agentes jam animam, rebus student inanibus, qui inanium rerum studiis, cùm integris essent viribus et corpore sano, capiebantur. Est planè verum, quod in materiâ non dissimili, falsò tamen, commentus est Virgilius lib. 6 Æneid., dùm sepultis hominibus illa

adhuc placere dicit, quæ in vitâ placuerunt :
Arma procul, currusque virûm mirantur inanes.
Stant terrâ defixæ hastæ, passimque soluti
Per campos pascuntur equi. Quæ gratia currûm
Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Vers. 10. — Vidit autem hoc quispiam, et nuntiavit Joab. Hinc constat aliquandiu Absalomem è quercu pependisse, quando de illo miles retulit ad Joab, qui non videbatur esse prope; deinde nonnihil in colloquio non brevi positum est moræ; toto illo tempore ad necem usque inter quercum et terram medius pependit. Increpuit autem militem Joab, quòd non illum statim gladio confecisset. Ex quâ vel inertiâ, vel misericordiâ id consecutus est, ut balteum unum, et decem siclos amiserit argenteos, quibus ipse illius fortunâm illicò munerâsset. At miles, qui regis voluntatem noverat, et illam satis commendatam ducibus audierat, vile existimavit omne præmium præ regis mandato et præ illo dolore, quem ex filii interitu erat accepturus. Neque enim regem lateret, à quo esset occisus; et, si alii testes aut accusatores abessent, Joab ipse, quem nunc habebat hortatorem, postea haberet accusatorem, cùm omnem culpam à se in interfectorem filii derivaret. Quàm porrò balteus haberetur in pretio, et quomodò in eo excolendo magni fierent sumptus, docuimus lib. 1, cap. 18, v. 4, ubi Jonathas dicitur balteum suum Davidi fuisse largitus. (1)

(1) Vers. 11. — Dedissem tibi decem argenti siclos, et unum balteum. Decem argenti sicli pecuniæ nostratis libras sexdecim circiter conficiunt. Balteus totius armaturæ pars erat potissima atque ditissima. Balteum suum Jonàthas dono Davidi dedit, amicitiæ suæ cum illo pignus. Ajax suo donavit Hectorem. Job 12, 18 : *Balteum regum dissolvit Deus, et præcingit fune renes eorum.* Ignominiæ nota erat, et militare supplicium, exui balteo. Parthorum baltei opibus et magnificentiâ distinguebantur :
Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis.
Veteres etiam Romani utebantur balteo ditissimo, bullis laminisque argenteis nitenti :
Balteus, et notis fulserunt cingula bullis.
(Calmet.)

Vers. 13. — Si fecissem contra animam meam audacter. Hebræus : *Fecissem in animam meam mendacium.* Vitam illi ademissem reclamante conscientiâ, et contra exploratam regis voluntatem, qui apertissimis verbis vetuit. Vel juxta aliam lectionem, quam Septuaginta et Vulgata secuti sunt : *Fecissem in animam meam mendacium?* Num scelus tam grande committerem, ut vitæ discrimini me exponerem, siquidem ad regis aures id pervenisset? Septuaginta : *Quomodò fecissem in animam meam injustitiam?*

Tu stares ex adverso. Vel interrogantis sententiâ : *Tu stares pro me ex adverso ejus?* Reddi posset Hebræus : *Tu stares longè à me;* me solum relinqueres in discrimine, (Calmet.)

(1) Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Hebræus : *Non exspectabo coram te;* non eâdem ac tu indulgentiâ utar, interficiam illum *coram te.* Septuaginta : *Ideò ego aggrediar coram te.* Chaldæus: *An credis me remansurum coram te?*

Et infixit eas in corde Absalom, ut cor proditorium triplici telo confoderet. Causam hanc dat S. Chrysost. Hom. in Psalm., dicens: « In cor excordis tres sagittas infixit, illic eum « feriens ubi erat receptaculum iniquitatis, et « cùm in arbore sublimi penderet, pulchrum « epitaphium ei David cecinit : *Vidi impium « superexaltatum et elevatum tanquàm cedros « Libani; et transivi, et ecce non erat.* » Idem Chrysost. in psalm. 7 : « Et ut scias quod factum est non fuisse humanæ industriæ, sed « totum fuisse divini judicii, capilli et lignum « illum alligârunt, et brutum animal tradidit, « et pro funere quidem coma, pro ligno autem « arbor extitit; pro milite autem eum adduduxit mulus. Considera autem (id quod est « admirabile); cùm hæc passus est, nemo suorum ad eum accedere ausus est, cùm tantum fuisset spatium. Hoc autem Deus providerat, ut neque detraheretur, nec vinctus « ad patrem afferretur, quoniam paterna viscera ei parci velle, ultra modum indicaverant; et quod est admirabilius, qui patrem « ei reconciliavit, is ipsum interfecit, propemodùm instans vehemens accusator. Sed is « quidem eum occidit, Deus autem tulit sententiam. » Probat id ex Psalm. Davidis : « Quòd enim à superis lata sit sententia, audi « quomodò id ipse ostenderit. Cùm enim dixisset : *Et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet,* dicit : *Confitebor Domino secundùm « justitiam ejus, et psallam nomini Domini altissimi.* Gratias agam, inquit, non aliorum gaudens cædibus, sed Dei sententiam suscipiens. »

Mysticè Glossa : *Arbor Absalomi*, ait, *significat patibulum gehennæ :* « Tres lanceæ triplicem « damnatorum pœnam, scilicet, ignis, vermis « et carentia visionis beatificæ. »
(Corn. à Lap.)

Cumque adhuc palpitaret. Conjungi potest Hebræus cum præcedentibus : *Infixit tria spicula, cùm adhuc viveret;* cùm adhuc non interiisset à tempore, quo hæsit suspensus.
(Calmet.)

Joab dit au soldat : Je ne m'en rapporterai pas à vous, mais je l'attaquerai moi-même devant vous. Il prit donc trois dards dans sa main, dont il perça le cœur d'Absalom. Lorsque David envoyait ses gens au combat, il avait donné, comme nous avons vu auparavant, un ordre très-exprès à ses principaux officiers de sauver la vie à Absalom. Les desseins cruels et les incestes exécrables de ce jeune prince n'avaient pu vaincre la bonté d'un père si doux et si digne d'avoir un fils qui fût au moins un homme, et non pas une vipère,

rum abundè est, sed satis erit nobis locus iste, quem nunc versamus. Ubi enim vulgatus habet statim, *hærens in quercu*, Hebr. est *be leb haelah*, id est, *in corde quercûs*, quod nihil est aliud, quàm in medio quercûs, aut in quercu. Quare hic nil significatur aliud quàm, in medio Absalomis, id est, in thorace, aut pectore tres hastas hæsisse. Neque enim tres hastæ in uno hominis corde infigi poterant; et sanè, si cor esset vel ab unâ tantùm lanceâ percussum, non potuisset postea retinere vitam, quæ nunquàm durat sauciato corde; at post tres lanceas vixit, et cùm adhuc palpitaret, à decem armigeris Joab interfectus est.

Hic ego duo apud auctores invenio, quæ non facilè cum ipso textu Scripturæ concilio. Alterum est, quod historia refert, et probat Scholastica, Absalomem non tribus lanceis, sed tribus sagittis esse confixum; quod minùs convenit cum militiæ principe, cui alia arma magis sunt accommodata, quàm arcus. Neque vox Hebraica *sebet* unquàm sagittam valet, sed id, quod vibratur aut tenetur manu. Magis miror, quod ait Chrysostomus Homiliâ citatâ de Absalome persequente patrem, ubi docet non esse confixum à Joab, sed in arbore fuisse suffocatum : « Paratam, inquit, properè festi- « nat ad arborem, cui est traditus, et ictu « violento immissus, animali subducto, et sub- « ter in campos elapso, inseritur ramis, obli- « gatur lignis, transfixus gutture colligatus. « Pendens jam mortuus ab hominibus invenitur, « quem jam nec cœlum potuit conspicere « vivum, nec terra ulteriùs sustinere. » Ubi etiam negare videtur crinibus ex arbore fuisse suspensum, sed transfixo gutture ab aliquo arboris acuto ramo interiisse. Ego quid hic dicam honestè non invenio; nam lapsum existimari Chrysostomum durum est; Chrysostomi sensus ex Scripturæ textu informari, nullâ, ut arbitror, ratione potest. Quid ergo? Duo hic video contra quàm alii communiter sentiunt, nempe Absalomem non fuisse suspensum ex capillorum plexu; et eumdem à Joab, et ab aliis inventum jam esse mortuum. Illud priùs etiam dictum est à Theodoreto c. 25 : « De « illo, inquit, scelerato Deus sumpsit pœnas. « Effecit etenim ut in querceto equitans veni- « ret sub arborem, quæ ramos habebat incli- « natos; ut qui obliquè germinârant, non « multùm inter se distantes. Illic cùm venis- « set mulus, inter ramos quidem infixum est « caput ejus, pependit autem totus. » Et sanè ex textu tam Hebraico, quàm Latino vulgato nihil convinci potest in oppositum. Tantùm enim ex utroque habemus adhæsisse caput quercui, et illum fuisse suspensum inter cœlum et terram. Utrumque verò contingere potuit, sive implexis crinibus arborum ramis, sive inserto collo inter ramos, ut vult Theodoretus; aut transfixo gutture, ut dicit Chrysostomus; ad quam-

prête à déchirer les entrailles qui lui avaient donné la vie. Mais le crime de ce parricide était trop odieux et attaquait trop sensiblement la majesté de Dieu, dont les pères sont les images vivantes, pour demeurer impuni, par la raison même qui le rendait plus punissable. Car David voulait absolument que l'on sauvât ce prince, quelque coupable qu'il pût être, parce qu'il était son fils, et c'était pour cela même qu'il devait périr, de ce qu'il haïssait si cruellement un père qui ne pouvait cesser de l'aimer après tant de preuves de sa haine et de sa fureur.

Comme donc David était prévenu d'une affection trop excessive pour pouvoir juger équitablement d'une personne qui lui était si chère, Dieu s'en rend lui-même le juge, et il veut faire un exemple du châtiment d'un fils dont l'inhumanité déshonore la nature, et crie vengeance au ciel et à la terre.

Sa providence, qui use souvent avec une sagesse pleine d'équité de ceux mêmes qui n'ont pour conduite que le déréglement de leurs passions, se sert de Joab pour être en ce point l'instrument de sa justice. Cet homme audacieux, à qui la victoire qu'il venait de gagner élevait encore le cœur, comme ayant assuré par elle la couronne à David, se moque d'un soldat qui, ayant trouvé Absalom pendu à un chêne, n'avait osé lui toucher, pour obéir au commandement exprès que le roi avait donné de sauver son fils. Il l'attaque, au contraire, malgré tous les ordres de David, et *il lui perce le cœur de trois dards*. Il semble que Joab en cette rencontre oublie qu'il est sujet, et qu'il fait le souverain. Car assurément ce n'était pas à un particulier à fouler ainsi aux pieds, et même avec quelque sorte d'insulte, un ordre que le roi avait donné de sa propre bouche, pour sauver un fils dont la vie lui était si chère. Mais Dieu permet que Joab en cette occasion, ne se souvient plus qu'Absalom est né du sang de David, parce que ce fils impitoyable avait voulu répandre ce même sang. Joab avait devant les yeux les grands troubles que ce prince venait de susciter; il prévoyait ceux qui en pouvaient naître à l'avenir. Ainsi il le considère, non comme un prince de la maison de David, mais comme l'ennemi de l'état, puisqu'il avait abusé des qualités avantageuses que la nature lui avait données, pour prendre celle d'un usurpateur et d'un tyran.

Ce sont là les considérations qui peuvent justifier la conduite de Dieu dans la mort de ce prince, mais non pas celle de Joab. Car c'est à Dieu proprement à régner sur les rois, et à faire voir qu'il est le juge de ceux qui n'en ont point. Mais c'était à Joab à se souvenir qu'il n'était qu'un particulier, et qu'il n'appartenait qu'au roi seul d'être l'arbitre ou de la vie ou de la mort de son fils. (Sacy.)

libet enim harum cogitationum patet textus.

Illud difficilius, quod Chrysostomus dicit, inventum esse mortuum Absalomem. Quod omninò pugnat cum textu tam vulgato, quàm Hebraico. Quid ego hic afferam pro Chrysostomo, nihil habeo. Fortassè locus corruptus est, et aliter scriptus à Chrysostomo, aliter per tot manus ad nostra secula deductus, ut sæpè observârunt, qui antiquam consuluerunt librorum fidem, et recentissimos quosque codices cum antiquissimis quibusque componunt. Aut certè accidit Chrysostomo, quod multis aliis viris æquè sanctis, ac doctis, qui, ut erant in Scripturâ versatissimi, memoriter potiùs retulerunt aliqua, quàm exemplari consulto; qui tamen ubi in illa loca jamjam interpretes inciderunt, expenderuntque attentiùs, aliter existimârunt. Unus nobis Hieronymus, et qualis vir! aliquot suppeditat exempla. Nam super Matth. cap. 11, ad illud: *Venite ad me omnes,* et in illud Ezech. 22: *Et factum est verbum Domini*, dicit iniquitatem, de quâ Zacharias cap. 5, sedisse supra talentum plumbi. At in illius loci commentariis affirmat, ut necesse est, sedisse mulierem in amphorâ, et deinde advenisse plumbeum talentum. Et idem in Epistolâ ad Paulinum, septem lucernas vidit in candelabro Zachariæ; ubi propiùs candelabrum consideravit, et attentiùs, octo deprehendit. Sic puto accidisse Chrysostomo: nam quid ipse de Absalomis exitio senserit, satis explicuit in Commentariis Psal. 7, qui nunc primùm prodierunt, cùm ad hoc usque tempus latuissent. Ubi apertè docet ex crinibus fuisse suspensum Absalomem, et à Joab occisum. Sic ibi Chrysostomus ad illud: « Convertetur dolor ejus in « caput ejus. Absalom cùm sub arborem ve- « nisset, et comâ esset suspensus, illic longo « tempore pependit. » Et paulò post: « Capilli, « et lignum eum alligârunt, et pro fune quidem « coma, pro ligno autem arbor extitit. » Et statim: « Et quod est admirabilius, qui pa- « trem ei conciliavit (nempe Joab) is ipsum « interfecit. » Quare vehementer suspicor illam homiliam de Absalome patrem persequente, quasi adulterinum partum pro genuino suppositam esse Chrysostomo. Sanè ex hâc editione postremâ expuncta est. Sed dici etiam potest inventum esse Absalomem mortuum, non à Joab, et illius armigeris, qui illum occiderunt; sed ab aliis, qui eò convenerunt postea ut horribile illud spectaculum viderent: neque enim verisimile est venisse paucos, qui illum tribus lanceis transfixum aspexerunt. Et hoc fortassè Chrysostomus voluit; neque enim fas est tanto doctori errorem illum infantilem impingere. Sed sanè etiamsi maximè cupiam tantum Patrem hoc loco excusare, non possum ab aliquâ saltem incogitantiâ. Nam statim addit: *O nefandum meritum parricidæ! Injuriam patris non pugnantis gladius, non hostilis manus, non jaculantis ictus defendit* (id est, ulciscitur), *sed vindicant ligna, arbor ulciscitur, rami defendunt.* (1)

Vers. 16. — Cecinit autem Joab buccina, et retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israël. Cùm Absalome sublato, cessâsse viderentur inimicorum consilia, et extincta conjurationis semina, visum est Joab non futurum ex usu tam regni, quàm regis, si ferrum fratres in cognata viscera distringerent. Quare cùm conservare mallet, quàm perdere viros Israelitas, receptui cecinit, et ab insequentibus hostibus revocavit.

Vers. 17. — Et tulerunt Absalom, et projecerunt eum in saltu in foveam grandem, et comportaverunt super eum acervum lapidum (2).

(1) Vers. 15. — Decem juvenes armigeri Joab. Cur tanto armigerorum numero stiparetur Joab, planè non intelligo. Abimelech, Jonathas, Saül et Goliath, unico usi sunt. Armigerorum autem Joabi nomina in Scripturâ recitantur; at de numero decem armigerorum, aliud nullum ejus exemplum Scriptura suppeditat. (Calmet.)

(2) *On jeta Absalom dans une grande fosse.* Ce prince *lorsqu'il vivait s'était fait dresser une colonne. Je n'ai point de fils,* disait-il, *ce sera là un monument qui fera vivre mon nom.* Il a été marqué auparavant qu'Absalom avait trois fils. Et apparemment ils étaient morts au temps que l'Ecriture parle, puisqu'il dit ici lui-même *qu'il n'a point de fils.* Ce prince ambitieux *s'était fait dresser une colonne,* ou quelqu'autre monument superbe, ou un tombeau magnifique, selon quelques-uns, afin que n'ayant point d'enfants dans lesquels son nom pût revivre, il laissât après lui quelque marque éclatante qui le fît connaître aux siècles suivants. Mais Dieu a pris plaisir à confondre ces pensées superbes. Car au lieu de ce trophée que ce prince avait élevé lui-même à sa vanité, nous voyons qu'après avoir été pendu à un arbre par les cheveux, et percé de trois dards et de plusieurs coups d'épées, *il est jeté dans le bois, en une fosse profonde,* comme on y jetterait une bête morte, *et qu'on élève sur son corps un monceau de pierres.*

Telle fut la vie et la mort de ce jeune prince. Il fut grand en plusieurs manières selon le monde. Il était sorti du sang du premier roi de la terre, et sa mère était aussi fille de roi. Il était né d'une beauté si parfaite que l'Ecriture dit *qu'il n'y avait pas en lui le moindre défaut.* Outre cette mine si avantageuse et si propre à attirer du respect à la personne d'un prince, il avait l'esprit vif et entreprenant. Il

Non majori honore sepultum est Absalom à totâ multitudine, quàm canis mortuus, aut asinus, aut quodlibet animal odiosum, et vile, quod terrâ tegimus, non ad honorem funeris, sed ut spectaculum fœdum subtrahamus oculis, et gravem submoveamus anhelitum, quem ad hominum molestiam aspiraret. Quare projecerunt impurum illud, et execrabile cadaver in foveam, illudque congestis magno cumulo saxis oppleverunt; ut quoquot illàc transirent, haberent potiùs quid execrarentur, quàm cui quietem precarentur, et pacem. Manet ad hoc usque tempus cumulus ille lapidum, ut referunt, qui terræ sanctæ nobis prodiderunt topographiam : quem sic horrent propter impium, et crudele facinus ipsi etiam Mahumetani, qui terram illam incolunt, ut cum execratione eò lapides mittant, dicentes : « Maledictus sit parricida Absalom, et quicumque « injustè parentes suos persequuntur, maledicti sint in æternum. » In sepulcrum autem Absalomis conjecti sunt lapides, quia Deut. cap. 21, filius contumax jubetur à populo lapidari; cùm autem jam esset telo transfossus, obrutus est in foveâ lapidibus, quos, si viveret, experiri debuit à populari manu. Ita putant Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus : « Projectum, inquit, eum in « saltum Hebræi dicunt, eò quòd gladio peremptus lapidibus obrui deberet; quippe qui « sceleratissimus erat, et geminæ neci obnoxius; scilicet quia et patrem contra legis « præceptum valdè dehonoraverit, et turpitudinem ejus revelaverit. »

Hic multa Hebræi suo more fingunt, quæ licet mera sint somnia et fabulosæ nugæ, lubet tamen eorum aliqua commemorare breviter. Quærunt Hebræi, quod etiam quærit Abulensis q. 12, quomodò Absalom non se extricavit è quercu, cùm liberas haberet manus, et posset aut ramos abscindere, quibus illigârat crines, aut crines ipsos resecare, cùm in eo articulo illi defuisse gladium verisimile non sit. Hic ego nullam aliam rationem neque invenio, neque quæro, quàm illum urgeri tunc à divino judicio, quod solet sapientibus eripere consilium, ac tandem facere, ut nihil præstare ac cogitare sanum possint ii, quos tam sibi infensos persequitur Deus. Sed dicit Rab. Salomon, Absalomem voluisse sibi resecare crines, vidisse tamen subter se ingentem patere hiatum ad gehennam usque; in quem ne solutus ab arbore decideret, pendere maluit, et hostile ferrum expectare.

Vers. 18. — Porrò Absalom erexerat sibi, cum adhuc viveret, titulum, qui est in Valle Regis. Titulus monumentum aliquod est memoriæ causâ ab iis excitatum, qui apud posteros memoriam suî interire nolunt, qualis est columna, statua, aut quæcumque artificiosa moles, quæ auctoris sui loco suffecta est. Hujus porrò tituli ideò videtur hic inductus sermo, ut ostendatur quàm aliter Absalomi contigerit, quàm ipse secum antea meditabatur. Excitârat credo sibi vanissimus adolescens operosam molem, mausolæum aliquod, arbitror, ubi regio more conderetur cadaver, ut quando nullos suscepisset filios, qui parentis memoriam conservarent, saltem lapides illi muti signis notati hieroglyphicis de Absalomis vitâ, rebusque gestis ad posteros loquerentur. Dicitur autem excitatus titulus in valle regis. Quæ porrò fuerit hæc vallis, obscurum est : Josephus dicit duobus stadiis distare à Hierosolymâ, sed ad quod spectet civitatis latus, nihil dicit. Mihi videbatur esse in Topheth, seu Gehennâ, quæ aliter dicitur vallis regis Josaphat; sed Absa-

savait dissimuler ses passions; il était capable de former un grand dessein, et de prendre les moyens les plus sûrs pour l'exécuter dans les conjonctures les plus favorables. Il parlait avec beaucoup de grâce et d'adresse. Il était civil jusque dans l'excès, et il savait l'art de se faire aimer, et de se rendre maître de l'esprit des peuples.

Mais parce qu'il n'avait point dans le cœur cette honnêteté et cette bonté qui est comme l'âme de toutes les actions, qu'il ne respectait ni Dieu ni les hommes, et qu'il s'était abandonné aux désirs aveugles d'une ambition démesurée, toutes ces grandes qualités qu'il avait reçues du ciel sont dégénérées en de grands vices. Il a cru qu'il n'y avait point d'actions, ni si honteuses, ni si cruelles, qui ne devinssent glorieuses, pourvu qu'elles lui servissent de degrés à monter sur le trône. Il est devenu le meurtrier de son frère, le parricide de son père, l'ennemi et le tyran du peuple de Dieu, et enfin tous ses grands desseins se sont réduits en fumée, et ils l'ont conduit à une mort digne de sa vie.

Il avait désiré avec ardeur de s'acquérir un grand nom, et il s'en est acquis un grand, en effet, mais d'une autre manière qu'il n'avait pensé. Car tant qu'il y aura des hommes sur la terre, et des princes assis sur les trônes, on se souviendra de lui, mais comme d'un monstre qui a déshonoré la nature. On le proposera comme un modèle des plus grands exces dont l'esprit humain puisse être capable. On parlera de lui comme on parle des aspics et des vipères, avec aversion et avec horreur ; et ayant traité si indignement un père pour lequel il devait avoir une profonde vénération, et que le Fils de Dieu même a bien voulu prendre pour le sien, sa mémoire sera détestée, comme celle de David sera révérée dans tous les siècles. (Sacy.)

lomis tempore nondùm illud acceperat nomen, quia Josaphat, qui multis abhinc annis vixit, dedit valli nomen. Utcumque sit, puto illustrem fuisse locum, neque procul ab urbe regiâ.

Illud difficile, quomodò dicatur Absalom nullos suscepisse filios, cùm cap. 14, v. 27, nati dicantur illi tres filii, et una filia. Quidam dicunt illos filios jam fuisse mortuos, aut certè fuisse eo ingenio, ut ab illis nihil magni expectari potuerit. Sanè filia mortua non erat, quæ postea nupsit Salomonis filio Roboam, à quâ susceptus Abias, qui Roboamo mortuo regnum obtinuit. Ego sic puto, longè ante hoc tempus excitatum ab Absalome titulum, cùm filium haberet nullum, et omnem fortassè spem abjecisset futuræ prolis; sub hæc autem tempora auctum jam esse filiis, quorum Scriptura postea non meminit, sicut neque aliorum, qui ex aliis Davidis filiis propagati sunt.

Vocavitque titulum nomine suo, et appellavit manus Absalom. Quia manus operum penè omnium artifex est, fit ut pro ipso sumatur opere: quomodò imaginem manum esse dicimus statuarii: sanè hoc modo sæpè quodcumque opus, aut artificium nominatur. Unus modò sufficiat nobis Martialis, qui vas ab opifice elaboratum manum vocat opificis. Sic autem ille lib. 8, epigr. 51:

Quis labor in phialâ docti Myos? anne Myronis
Mentoris hæc manus est, an, Polyclete, tua?

Manus verò dicitur Absalomis, quia licet ad hujus tituli constructionem non admoverit suas, admovit tamen artificum manus mercede conductas. Eodem modo in suî memoriam alium quoque titulum construxit Saül lib. 1 Reg. cap. 15, v. 12. Nam ubi Vulgatus legit: *Et erexisset sibi fornicem triumphalem,* Hebr. est, *masib lo iad,* id est, *statuit sibi manum.*

Quid de hoc titulo fabulentur Hebræi, in eorum Traditionibus scribit Hieronymus, qui non vident, quàm id malè cum Scripturâ sacrâ concilient: « Tradunt, inquit Hieronymus, « Hebræi, quòd depositus de quercu petierit « sibi inducias, antequàm perimeretur, ut fa- « ceret sibi titulum ob memoriam suî, eò « quòd non haberet filium talem, qui regno « dignus esset. Putabat enim filios suos non « solùm regno indignos, sed etiam ob pecca- « tum suum, quod in patrem gesserat, præ- « senti vitâ indignos. In quo titulo manus di- « citur defixisse, et figuram manûs suæ expres- « sisse, et ob hoc titulum hoc modo vocari. » O præclarum cerebrum! Hunc titulum Josephus lib. 7, cap. 9, marmoream dicit fuisse columnam cum inscriptione; quod mihi verisimile est.

Vers. 19. — Achimaas autem filius Sadoc ait: Curram, et nuntiabo regi. Ex hoc loco ad versum 24, nihil occurrit quod lucem desideret interpretis. (1)

Vers. 24. — David autem sedebat inter duas portas. Duas portas ego accipio, quæ sunt in murorum parte maximè munitâ. Satis constat in portis esse præcipua urbium propugnacula, in quibus cùm turres essent, quas esse latas et crassas ad firmitatem oportet, necesse est duas habere portas, alteram extrorsùs, introrsùs alteram; quales etiam nostris temporibus civitates habent, in quibus est diligens et accurata custodia. In medio igitur duarum portarum, id est, in ipso turris sinu, ubi priùs constiterat, quando ducibus suis Absalomis salutem commendabat, sedebat rex, neque fortassè à matutinâ luce inde discessit, donec accepit nuntium de confecto prælio, et Absalome mortuo, ut si quid in acie accideret adversi, commodiùs suos, quo possit modo, consilio, aut subsidio juvaret. Sicut duces ipsi dixerant supra v. 3: *Melius est, ut sis nobis in urbe præsidio.*

Vers. 25. — Si solus est, bonus est nuntius in ore ejus. In eo, quod reliquum est capitis, nihil fermè est observatione dignum. Tantùm enim habemus profectos esse nuntios ex castris ad Davidem, et ab illis accepisse regem, quemadmodùm concisus partim, et partim fugatus fuerit inimicorum exercitus, et filius occisus. Sunt tamen nonnulla nobis observanda. Primùm prudenter conjectâsse Davidem rem à suis feliciter gestam, quia unus homo concitato cursu ad urbem properaret. Cùm enim multi turmatim atque confusè veniunt, apertè docent se ab hoste victore urgeri à tergo, neque sibi licere disciplinam, et ordinem militarem servare. At cùm unus venit cursu velociùs concitato, suspicionem removet acceptæ cladis, cùm homo solitarius redire non

(1) Vers. 21. — Ait Joab Chusi: Vade. Alius est hic *Chusi* à Chusi, vel Chusai Arachæo Davidis amico. Homo erat privatus, nominis obscuri; et nullâ re conspicuus; vel fortè Arabs quidam vel Æthiops; *Chuschi* enim sonat Æthiopem. (Calmet.)

Vers. 22. — Non eris boni nuntii bajulus. Non enim creditur vir ingenuus esse susceptur us, ut nuntium ingratum deserat. Hæc sedit vulgò omnibus omni ætate opinio. Hebræus ad litteram: *Tibi nuntium hoc nihil dabit.* Præmium nullum referes, operam perdes. Vel potiùs: *Non convenit tibi hoc nuntium;* præsens rei occasio tibi non favet. (Calmet.)

soleat, ubi malè geritur, maximè cùm ad locum properat, ubi profligatis et perditis aliquod se ostentat in desperatione perfugium, qualis erat civitas, ubi tunc cum aliis commilitonibus substiterat David.

Vers. 29. — Estne pax puero Absalom? Absalom idem valet, quòd *patris pax*. Ad quam significationem allusisse videtur David, dùm rogat, an Absalomi sit pax. Quasi dicat: Si Absalomi pax est, pax erit etiam mihi, qui pater illius sum: sin autem illi pax non est, id est, si quicquam accidit adversum (id enim valet, non esse alicui pacem), neque mihi pax erit; si mortuus est ille, de me quoque actum esse putate.

Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines, qui levaverunt manus suas. Quid est, quòd cùm tam nuntio quàm aliis omnibus, qui Davidi aderant in civitate, aut cum hoste pugnabant in saltu, communis sit Deus, communis religio, tamen Davidis solius nunc appellat Deum? Sanè Davidis nunc appellatur Deus eam ob causam, quia Davidis videtur suscepisse causam, et pro illo contra perduelles et infidos dimicâsse. Sic vulgò communiter dicimus: Meus est populus, noster est senatus, quia ille suffragiis, hic judiciis causæ nostræ favet, et pro illius felici expeditione laborat. Concludere, idem est, quod in angustias redigere, ita ut jam liberè vagari non audeat; sed perindè ac feræ à venatoribus concluduntur et compinguntur in retia, sic etiam hostes eò videntur coacti atque conclusi, unde incolumes nequeant emergere. Ubi Vulgatus, *conclusit*, Hebr. est, *sigar*, quod etiam *tradere* significat, quomodò reddidit Chaldæus. Quòd si utramque significationem conjungas, sensus erit commodissimus, nempè hostes à Deo traditos esse Davidi constrictos, ita ut illos superare non fuerit majoris negotii, quàm hostes conficere ita ligatos, ut neque armorum, neque manuum, ac pedum ullus esset usus. Sanè si leonem, aut rhinocerotem ita constrictos tradas aut imbecillo puero, aut teneræ virgini, illos sine ullo periculo, aut labore confodient.

Vers. 31. — Judicavit enim pro te Dominus de manu omnium, qui surrexerunt contra te. *Judico* verbum est ambiguum, quod modò favorem et benevolentiam, modò aliquid significat adversum, et ab animi offensione profectum. Sed hic illud, *pro te*, satis ostendit benevolè à Deo de Davidis causâ sumptum esse judicium.

Vers. 33.— Contristatus itaque rex ascendit ad cœnaculum portæ. Hinc constat, quod paulò ante dicebamus, in portâ fuisse turrem, et in eâ duas esse portas, quæ laxum in ipso turris sinu spatium relinquerent: nunc apparet excelsam fuisse turrem, et plures habuisse contignationes, quando in portâ, id est, in turre, dicitur fuisse cœnaculum, ad quod ut liberiùs ploraret sese à suorum oculis abdidit David. Est autem cœnaculum pars extrema domûs, et tecto propior, quæ pars, quia rudior est, et minùs ad habitandum idonea, à pauperibus plerùmque conducitur, aut vilioris turbæ habitationi destinatur. Sic sanè Juvenalis Satyrâ 3, qui divitibus et lautis inferiora, suprema pauperibus assignat.

Quem (pauperem) *tegula sola tuetur*
A pluviâ, molles ubi reddunt ova columbæ.

Absalom, fili mi, fili mi, Absalom (1). Hæc

(1) Flebat David mortem non tam præsentem, quàm æternam Absalomi, quòd in flagranti delicto parricidii occisus foret; unde metuebat, imò credebat eum esse damnatum. Porrò S. Chrysost. Homil. de Absalom Davidi respondet, ejusque lamenta inhibet dicendo: « Quid plangis, gloriose pater, quid lamentaris, quasi Absalom quod ausus est comprobares? Quid fles scelestum, quasi eum parricidium perpetrare volueris? Plangis gloriam victoris exercitûs, si fletur hostis interitus, nec lætitia esse poterit in victoriâ, si parricidæ plangitur pœna. Ille tuus non fuit filius, qui sic violavit paternos affectus. Ille tuus dici non meruit, qui jus patris sanctissimi violavit. Te non contempserunt exercitus, non duces, quibus parci scelesto mandâsti, sed illa arbor, illa te primùm ulta est; illa defendit, illa læsit patris injuriam, quæ te non audierat, vindicavit. » Et paulò post, causam subjicit dicens: « Novo enim supplicio debuit interire, qui seculo novum scelus per patris exitium voluit inferre. » Denique paternus affectus in filium licet sceleratum urgebat Davidem. Nam, ut ait Quintil. declam. 322: « Pater erat; nunquàm hi affectus in tantum vincuntur, ut non ad naturam suam tandem revertantur. »

(Corn. à Lap.)

Mon fils Absalom, Absalom mon fils, qui me fera la grâce de mourir pour vous? Saint Augustin considère cette affliction de David par des sentiments fort élevés au-dessus de la faiblesse humaine, et vraiment dignes de ce saint prophète. « Absalom, dit-il, a persécuté David, non seulement en voulant lui ôter la couronne, mais encore plus en lui déchirant le cœur, par la compassion qu'il avait du malheureux état de son âme. Aussi ce prince a été beaucoup plus touché de la mort de son fils que de sa révolte. Car tant qu'il vivait, il espérait toujours que Dieu pourrait lui toucher le cœur. C'est dans cette vue qu'il avait donné des ordres si exprès, afin qu'il ne fût point tué dans le combat. Mais lorsqu'il le vit mort dans son péché et dans l'impénitence, sans qu'il lui restât aucune espérance

vocum iteratio magnam habet epitasim ; id enim, quod in corde altiùs infixum est, et in eo effervescit ardentiùs, frequentiùs ebullit, et erumpit foràs. Sic porrò filium amabat, ut cùm esset omnium filiorum adversùs patrem sceleratissimus, et contra ipsius caput proximè manus elevâsset armatas, tamen suam vitam non gravatè profunderet, ut filii redimeret. *Quis,* inquit, *mihi tribuat, ut ego moriar pro te?*

Multa hìc dicunt Patres et interpretes, dùm hanc Davidis mansuetudinem, et in filium clementiam admirantur. Quæ non videor præterire posse, quia et gravissima sunt, et maximè faciunt ad mores. Primo loco pono Augustinum lib. 3 de Doctrinâ christianâ, c. 21 : « David « cùm hoc ab impio, atque immani filio pas- « sus esset, non solùm ferocientem toleravit, « sed etiam planxit extinctum. Non enim car- « nali zelo irretitus tenebatur, quem nullo « modo injuriæ suæ, sed peccata filii com- « movebant. Nam ideò, si vinceretur, eum « occidi prohibuerat, ut edomito servaretur « pœnitendi locus. Et quia non potuit, non « orbitatem doluit in ejus interitu, sed quia « noverat, in quales pœnas tam impiè adul- « tera et parricidalis anima pateretur. Nam « qui alio priùs filio, qui innocens erat, pro « quo ægrotante affligebatur, moriente lætatus « est. » Hoc idem contra Faustum Manichæum lib. 22, cap. 66. Non longè ab hoc abit Ambrosius, de obitu Valentiniani, ubi docet ideò Davidem luxisse Amnonem et Absalomem mortuos, non autem cùm puerulus ex adulterio susceptus mortuus est : hic enim consecutus videbatur vitam æternam, neque egebat longiori spiritu, ut pœnitentiam ageret ; illis autem de quorum peccatis optimus pater non dubitabat, diuturnior vita necessaria fuit, ut meliùs se, placato per pœnitentiam Deo, ad futuræ vitæ felicitatem compararent. Idem Theodoretus q. 26 : « Tanquàm pius luxit eum, qui « non poterat ampliùs curari per pœnitentiam. « Nam post mortem pœna peccatis est imme- « dicabilis. »

« de son salut, il s'abandonna à sa douleur, et « il s'écria : *Mon fils Absalom, qui me fera la « grâce de mourir pour vous!* Car il aurait sans « doute souffert avec joie la mort temporelle, « pour le délivrer de l'éternelle. » Cet exemple est grand pour nous faire voir avec combien de tendresse nous devons aimer les âmes que Dieu nous a confiées. David pleure un ennemi déclaré et un parricide : combien devons-nous pleurer ceux qui sont infiniment éloignés de ces désordres, mais qui sont exposés à des tentations violentes, et qui attendent que nous les soutenions par nos prières dans leur faiblesse, et que nous attirions sur eux les grâces du ciel? David pleure un fils dont la perte est sans ressources. *Ses larmes étaient saintes,* dit saint Bernard. *C'était la charité qui les répandait, et néanmoins elles étaient inutiles.* Combien donc doit-on pleurer ceux qui peuvent encore revivre après leur mort, et qui peuvent être du nombre de ceux dont parle saint Prosper, lorsqu'il dit que « Dieu, comme Créateur d'un « monde spirituel, fait sortir quand il lui plaît « la lumière des ténèbres, et que des débris « d'un vase cassé, il forme un vase nouveau et « une créature nouvelle? »

Vasque novum ex fracto fingens, virtute creandi.

(Sacy.)

CAPUT XIX.

1. Nuntiatum est autem Joab quòd rex fleret et lugeret filium suum.

2. Et versa est victoria in luctum in die illâ omni populo ; audivit enim populus in die illâ dici : Dolet rex super filio suo.

3. Et declinavit populus in die illâ ingredi civitatem, quomodò declinare solet populus versus et fugiens de prælio.

4. Porrò rex operuit caput suum, et clamabat voce magnâ : Fili mi Absalom! Absalom fili mi, fili mi!

5. Ingressus ergo Joab ad regem in domum dixit : Confudisti hodiè vultus omnium servorum tuorum, qui salvam fecerunt animam tuam, et animam filiorum tuorum et filiarum tuarum, et animam uxorum tuarum, et animam concubinarum tuarum.

6. Diligis odientes te, et odio habes di-

CHAPITRE XIX.

1. Or, on avertit Joab que le roi était dans les larmes et qu'il pleurait son fils ;

2. Et la victoire fut changée en deuil dans toute l'armée, parce que tout le peuple sut que le roi était affligé de la mort d'Absalom.

3. Le peuple se détourna ce jour-là pour ne pas entrer dans la ville, comme une armée qui aurait été défaite et mise en fuite dans une bataille.

4. Mais le roi s'était couvert la tête, et criait à haute voix : Mon fils Absalom ! Absalom mon fils ! mon fils !

5. Joab étant entré au lieu où était le roi, lui dit : Vous avez aujourd'hui couvert de confusion tous vos serviteurs qui vous ont sauvé la vie, qui l'ont sauvée à vos fils et à vos filles, à vos femmes et à vos concubines.

6. Vous aimez ceux qui vous haïssent et vous haïssez ceux qui vous aiment ; vous avez fait

ligentes te; et ostendisti hodiè quia non curas de ducibus tuis et de servis tuis; et verè cognovi modò quia si Absalom viveret, et omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi.

7. Nunc igitur surge, et procede, et alloquens satisfac servis tuis; juro enim tibi per Dominum, quòd, si non exieris, ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hâc, et pejus erit hoc tibi quàm omnia mala quæ venerunt super te ab adolescentiâ tuâ usque in præsens.

8. Surrexit ergo rex, et sedit in portâ; et omni populo nuntiatum est quòd rex sederet in portâ, venitque universa multitudo coram rege. Israel autem fugit in tabernacula sua.

9. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israel, dicens : Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum ; ipse salvavit nos de manu Philisthinorum; et nunc fugit de terrâ propter Absalom.

10. Absalom autem, quem unximus super nos, mortuus est in bello : usquequò siletis, et non reducitis regem?

11. Rex verò David misit ad Sadoc et Abiathar sacerdotes, dicens : Loquimini ad majores natu Juda, dicentes : Cur venitis novissimi ad reducendum regem in domum suam? (Sermo autem omnis Israel pervenerat ad regem in domo ejus.)

12. Fratres mei vos, os meum et caro mea vos, quare novissimi reductis regem?

13. Et Amasæ dicite : Nonne os meum et caro mea es? Hæc faciat mihi Deus et hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Joab.

14. Et inclinavit cor omnium virorum Juda quasi viri unius, miseruntque ad regem dicentes: Revertere tu, et omnes servi tui.

15. Et reversus est rex, et venit usque ad Jordanem; et omnis Juda venit usque in Galgalam ut occurreret regi et traduceret eum Jordanem.

16. Festinavit autem Semei filius Gera filii Jemini de Bahurim, et descendit cum viris Juda in occursum regis David,

17. Cum mille viris de Benjamin; et

voir aujourd'hui que vous ne vous souciez guère ni de vos officiers ni de vos soldats; et je vois fort bien que, si Absalom vivait, et que nous eussions tous été tués, vous seriez content.

7. Venez donc présentement vous montrer à vos serviteurs; parlez-leur, et témoignez-leur la satisfaction que vous avez d'eux ; car je vous jure par le Seigneur que, si vous ne le faites, vous n'aurez pas cette nuit un seul homme auprès de vous, et vous vous trouverez dans un plus grand péril qu'aucun de ceux où vous ayez jamais été depuis les premières années de votre vie jusqu'aujourd'hui.

8. Le roi alla donc s'asseoir à la porte *de la ville;* et, le peuple ayant été averti qu'il était là, tout le monde vint se présenter devant lui. Cependant, comme après la fuite d'Israël chacun s'était retiré chez soi,

9. Le peuple, dans toutes les tribus, s'entredisait à l'envi l'un de l'autre : Le roi nous a délivrés de nos ennemis, il nous a sauvés de la main des Philistins ; et il a été contraint de fuir hors de son pays, à cause du soulèvement d'Absalom.

10. Absalom, que nous avions sacré pour roi, est mort dans le combat. Qu'attendez-vous donc? et pourquoi ne faites-vous point revenir le roi?

11. Le roi David, ayant été averti, en sa maison, de la bonne disposition de tout Israël, *et voulant faire entrer Juda dans la même disposition*, envoya dire aux prêtres Sadoc et Abiathar : Parlez aux anciens de Juda, et dites-leur : Pourquoi êtes-vous les derniers à faire revenir le roi en sa maison?

12. Vous êtes mes frères, vous êtes mes os et ma chair; pourquoi êtes-vous les derniers à faire revenir le roi?

13. Dites aussi *de ma part* à Amasa : N'êtes-vous pas ma chair et mes os? que Dieu me traite avec toute sa sévérité si je ne vous fais pour toujours général de mon armée, à la place de Joab.

14. Il gagna *ainsi* le cœur de tous ceux de Juda, qui tous unanimement lui envoyèrent dire : Revenez, vous et tous ceux qui sont demeurés attachés à votre service.

15. Le roi retourna donc, et s'avança jusqu'au Jourdain ; et tout Juda vint au-devant de lui jusqu'à Galgala pour lui faire passer le fleuve.

16. Or, Séméï de Bahurim, fils de Géra, de la tribu de Benjamin, *craignant le ressentiment*

Siba, puer de domo Saül, et quindecim filii ejus ac viginti servi erant cum eo; et, irrumpentes Jordanem ante regem,

18. Transierunt vada ut traducerent domum regis et facerent juxta jussionem ejus. Semei autem filius Gera, prostratus coram rege, cùm jam transisset Jordanem,

19. Dixit ad eum : Ne reputes mihi, domine mi, iniquitatem, neque memineris injuriarum servi tui in die quâ egressus es, domine mi rex, de Jerusalem, neque ponas, rex, in corde tuo;

20. Agnosco enim servus tuus peccatum meum, et idcircò hodiè primus veni de omni domo Joseph, descendique in occursum domini mei regis.

21. Respondens verò Abisai, filius Sarviæ, dixit : Numquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit Christo Domini?

22. Et ait David : Quid mihi et vobis, filii Sarviæ? cur efficimini mihi hodiè in satan? Ergone hodiè interficietur vir in Israel? an ignoro hodiè me factum regem super Israel?

23. Et ait rex Semei : Non morieris. Juravitque ei.

24. Miphiboseth quoque filius Saül descendit in occursum regis, illotis pedibus et intonsâ barbâ, vestesque suas non laverat à die quâ egressus fuerat rex usque ad diem reversionis ejus in pace.

25. Cùmque Jerusalem occurrisset regi, dixit ei rex : Quare non venisti mecum, Miphiboseth?

26. Et respondens ait : Domine mi rex, servus meus contempsit me; dixique ei ego famulus tuus ut sterneret mihi asinum, et ascendens abirem cum rege, claudus enim sum servus tuus;

27. Insuper et accusavit me servum tuum ad te dominum meum regem. Tu autem, domine mi rex, sicut angelus Dei es, fac quod placitum est tibi.

28. Neque enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia domino meo regi; tu autem posuisti me servum tuum inter convivas mensæ tuæ : quid ergo habeo

de David pour l'injure qu'il lui avait faite, vint en toute hâte, avec ceux de Juda, au-devant du roi David,

17. Suivi de mille hommes de Benjamin; Siba, serviteur de la maison de Saül, y vint aussi avec ses quinze fils et vingt serviteurs; et s'étant hâtés d'arriver au Jourdain avant le roi,

18. Ils passèrent ce fleuve à gué, pour faire passer toute la maison du roi et pour faire tout ce qu'il leur commanderait. Lorsque le roi eut passé le Jourdain, Séméï, fils de Géra, se prosternant devant lui,

19. Lui dit : Ne me traitez point selon mon iniquité, mon seigneur; oubliez les injures que vous avez reçues de votre serviteur le jour où vous sortîtes de Jérusalem, et que votre cœur, ô roi, mon seigneur, n'en conserve point de ressentiment;

20. Car je reconnais le crime que j'ai commis : c'est pourquoi je suis venu aujourd'hui le premier de toute la maison de Joseph au-devant de mon seigneur et de mon roi.

21. Abisaï, fils de Sarvia, dit alors : Ces paroles suffiront-elles donc pour sauver la vie à Séméï, après qu'il a maudi l'oint du Seigneur?

22. Sur quoi David répondit à Abisaï : Qu'y a-t-il entre vous et moi, enfants de Sarvia? Pourquoi me devenez-vous aujourd'hui des adversaires? Est-ce ici un jour à faire mourir un Israélite? Et puis-je ignorer que je deviens aujourd'hui roi d'Israël?

23. Alors il dit à Séméï : Vous ne mourrez point. Et il le lui jura.

24. Miphiboseth, fils de Saül, descendit aussi au-devant du roi, les pieds non lavés et la barbe non rasée; et depuis le jour où David sortit *de Jérusalem* jusqu'à celui-ci où il retournait en paix, il n'avait pris aucun soin de ses vêtements.

25. Etant venu au-devant du roi à Jérusalem, le roi lui dit : Miphiboseth, pourquoi n'êtes-vous point venu avec moi?

26. Miphiboseth lui répondit : O roi mon seigneur, mon serviteur n'a pas voulu m'obéir; car, étant impotent des jambes, je lui avais dit de me préparer un âne pour vous suivre,

27. Et au lieu de le faire, il m'est venu accuser devant mon seigneur. Mais pour vous, ô roi mon seigneur, vous êtes comme un ange de Dieu, *plein de lumière et de justice*; faites de moi tout ce qu'il vous plaira.

28. Car au lieu que vous pouviez traiter toute la maison de mon père comme digne de mort,

justæ querelæ? aut quid possum ultra vociferari ad regem?

29. Ait ergo ei rex : Quid ultra loqueris? fixum est quod locutus sum : tu et Siba, dividite possessiones.

30. Responditque Miphiboseth regi : Etiam cuncta accipiat, postquàm reversus est dominus meus rex pacificè in domum suam.

31. Berzellai quoque Galaadites, descendens de Rogelim, traduxit regem Jordanem, paratus etiam ultra fluvium prosequi eum.

32. Erat autem Berzellai Galaadites senex valdè, id est, octogenarius, et ipse præbuit alimenta regi cùm moraretur in Castris; fuit quippe vir dives nimis.

33. Dixit itaque rex ad Berzellai : Veni mecum, ut requiescas securus mecum in Jerusalem.

34. Et ait Berzellai ad regem : Quot sunt dies annorum vitæ meæ, ut ascendam cum rege in Jerusalem?

35. Octogenarius sum hodiè. Numquid vigent sensus mei ad discernendum suave aut amarum? aut delectare potest servum tuum cibus et potus? vel audire possum ultra vocem cantorum atque cantatricum? Quare servus tuus sit oneri domino meo regi?

36. Paululùm procedam famulus tuus ab Jordane tecum. Non indigeo hâc vicissitudine;

37. Sed obsecro ut revertar servus tuus, et moriar in civitate meâ, et sepeliar juxta sepulcrum patris mei et matris meæ. Est autem servus tuus Chamaam, ipse vadat tecum, domine mi rex, et fac ei quidquid tibi bonum videtur.

38. Dixit itaque ei rex : Mecum transeat Chamaam, et ego faciam ei quidquid tibi placuerit, et omne quod petieris à me impetrabis.

39. Cùmque transisset universus populus et rex Jordanem, osculatus est rex Berzellai et benedixit ei; et ille reversus est in locum suum.

40. Transivit ergo rex in Galgalam, et Chamaam cum eo. Omnis autem populus

vous m'avez donné place à votre table; de quoi donc pourrais-je me plaindre avec quelque justice? et quel sujet aurais-je de vous importuner encore?

29. Le roi lui répondit : C'est assez, n'en dites pas davantage; ce que j'ai ordonné subsistera; vous et Siba, partagez le bien.

30. Miphiboseth répondit au roi : Je veux bien même qu'il ait tout, puisque je vois le roi mon seigneur revenu heureusement en sa maison.

31. Berzellaï de Galaad, étant venu de Rogélim, accompagna aussi le roi à son passage du Jourdain; et il était prêt à le conduire encore au-delà du fleuve.

32. C'était un homme fort vieux, qui avait déjà quatre-vingts ans; il avait fourni des vivres au roi lorsqu'il était au Camp, car il était extrêmement riche.

33. Le roi lui dit donc : Venez avec moi, afin que vous viviez en repos auprès de moi dans Jérusalem.

34. Berzellaï dit au roi : Suis-je maintenant en âge d'aller avec le roi à Jérusalem?

35. J'ai aujourd'hui quatre-vingts ans. Peut-il me rester quelque vigueur dans les sens pour discerner ce qui est doux d'avec ce qui est amer? Puis-je trouver quelque plaisir à boire et à manger, ou à entendre la voix des musiciens et des musiciennes? Pourquoi votre serviteur serait-il à charge au roi mon seigneur?

36. Je vous suivrai encore un peu, après avoir passé le Jourdain; *mais* ce changement de vie ne me convient point.

37. Permettez-moi seulement de m'en retourner, afin que je meure dans mon pays, et que je sois enseveli auprès de mon père et de ma mère. Mais, ô roi, mon seigneur, voilà *mon fils* Chamaam, votre serviteur; vous pouvez l'emmener avec vous, et faire de lui ce qu'il vous plaira.

38. Le roi dit à Berzellaï : Que Chamaam passe avec moi, et je ferai pour lui tout ce que vous voudrez, et je vous accorderai tout ce que vous me demanderez.

39. Le roi passa *ensuite* le Jourdain avec tout le peuple. Il baisa Berzellaï et le bénit; et Berzellaï s'en retourna chez lui.

40. Le roi passa à Galgala, et Chamaam avec lui. Lorsque le roi passa le Jourdain, il fut accompagné de toute la tribu de Juda, et il ne

Juda traduxerat regem, et media tantùm pars adfuerat de populo Israel.

41. Itaque omnes viri Israel concurrentes ad regem dixerunt ei : Quare te furati sunt fratres nostri viri Juda, et traduxerunt regem et domum ejus Jordanem omnesque viros David cum eo?

42. Et respondit omnis vir Juda ad viros Israel : Quia mihi propior est rex Cur irasceris super hâc re? numquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt!

43. Et respondit vir Israel ad viros Juda, et ait : Decem partibus major ego sum apud regem, magisque ad me pertinet David quàm ad te : cur fecisti mihi injuriam, et non mihi nuntiatum est priori ut reducerem regem meum? Duriùs autem responderunt viri Juda viris Israel.

s'y trouva que la moitié du peuple d'Israël.

41. Tous ceux d'Israël s'adressèrent donc en foule au roi, et lui dirent : Pourquoi nos frères de Juda nous ont-ils enlevé le roi en lui faisant passer le Jourdain avec sa maison et toute sa suite?

42. Et tous ceux de Juda leur répondirent : C'est que le roi est plus proche parent de nous. D'ailleurs quel sujet avez-vous de vous fâcher? avons-nous vécu aux dépens du roi? ou nous a-t-on fait quelques présents?

43. Ceux d'Israël leur répondirent : Nous sommes auprès du roi dix fois plus que vous, et David nous appartient plus qu'à vous. Pourquoi nous avez-vous fait cette injure? et pourquoi n'avons-nous pas été avertis les premiers, pour ramener notre roi? Mais ceux de Juda répondirent encore plus durement à ceux d'Israël.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Nuntiatum est autem Joab, quòd rex fleret. Acciderunt regis et preces, et lacrymæ toti populo perquàm molestæ; adeò ut non tam exultaret de partâ victoriâ quàm de regis dolore, et gemitu doleret : victum putares populum, non victorem, cùm neque regis sui vultum subire sine pudore auderet, quasi ab illo res foret infeliciter gesta, et proditæ patriæ, aut læsæ majestatis reus ageretur. Rex etenim quod fieri in mœrore solet, operuit caput suum, et suum illud funebre lamentum iterabat : *Absalom, fili mi!* (1)

Vers. 5. — Ingressus ergo Joab ad regem in domum suam, dixit. Tulit permolestè militiæ princeps Joab, quòd rex majorem doloris significationem dederit de filii morte, quàm lætitiæ de comparatâ tam feliciter, ac brevi de hoste

(1) Vers. 3. — Declinavit populus ingredi civitatem. Hebræus : *Furatus est se populus ingrediendo in urbem.* Furtim dilapsus est in urbem. Aliter : Furtim sese subduxit, nec ausus est ingredi urbem. Recepit quisque se domum suam, coram Davide venire non audens. Sed prior interpretatio litteræ propiùs accedit. Constat utique ex narrationis decursu, populum venisse in urbem, sed clam et silenter. (Calmet.)

Vers. 4. — Operuit caput suum, ut in luctu mos est.

Absalom, fili mi. Hebræus : *Absalom, fili mi, fili mi, Absalom, fili mi!* Repetitæ ejusmodi invocationes è stylo lugubrium carminum sunt. Virgilius :

.... *Daphninque tuum tollemus ad astra,*
Daphnin ad astra feremus : amavit nos quoque Daphnis. (Calmet.)

Joab dit à David : Vous avez aujourd'hui couvert de confusion tous vos serviteurs. Vous aimez ceux qui vous haïssent, et vous haïssez ceux qui vous aiment. Dieu a soin d'humilier ses saints parce qu'il les aime, et qu'il sait que la mesure de leur humilité est celle du progrès qu'ils font dans sa grâce. Il tempère ici d'une admirable manière la joie, et ensuite la complaisance secrète que David aurait pu avoir, de se voir rétabli par le gain d'une bataille dans la paisible possession de son royaume. Car premièrement la mort de son fils *avait changé sa victoire en deuil,* selon l'expression de l'Ecriture, et secondement Joab lui parle avec tant d'insolence, qu'on peut dire que cette occasion a été peut-être l'une des plus rudes épreuves auxquelles il ait été exposé dans toute sa vie. Ce n'est pas qu'un autre que Joab n'aurait pu lui représenter, avec le respect qui lui était dû, qu'il était digne de la grandeur de son âme de ne se pas laisser aller tellement à ce que lui pouvait inspirer sa tendresse de père, qu'il oubliât en même temps qu'il était roi, et qu'après avoir satisfait à cette première qualité par tant de larmes, il était juste qu'il soutînt aussi la seconde, en prenant part à la victoire que Dieu lui avait donnée; qu'il avait trop de bonté et trop de justice pour refuser la vue de sa personne et les témoignages de sa bienveillance à tant de vaillants hommes qui avaient exposé leur vie pour assurer la sienne, et pour l'affermir dans ce haut point de grandeur où Dieu qui l'y avait élevé, venait de le conserver par une protection si miraculeuse; et qu'ainsi il leur fit la grâce de leur témoigner la satisfaction qu'il avait de leurs services. Ethaï ou quelque autre des principaux officiers de l'armée aurait pu parler à David de cette sorte. Mais celui qui se présente à lui d'une manière si fière et si audacieuse, c'est Joab qui avait encore les mains teintes du sang de son fils. Car David avait été sans doute informé de

victoriâ : et quos ornare debuerat pro operâ fortiter, feliciterque navatâ regiâ liberalitate, contracto vultu, et stillantibus oculis, et flebili voce acerbè confuderit. Quare ut populum solaretur, ad regem ingreditur, illumque oratione pro tempore gravissimâ ad æquitatem traducere conatur, ut saltem si à seipso impetrare non potest, ut hilari sit animo, at saltem lætitiam vultu simulet, et alto in pectore dolorem premat. Sumit autem ad persuadendum argumentum ab honesto, et utili : ab honesto quidem, quia turpe videbatur, aut certè parùm grati atque ingenui animi, illorum vultum tacitâ quâdam reprehensione fœdare, qui suorum laterum oppositu regium caput ab hostili petitione defenderant; per quos id esset illius diei certamine consecutus, ne regnum amitteret; et non unum lugeret sceleratum filium, sed omnes filios, ac filias, et quicquid uxorum habuit, aut concubinarum. Quâ in re non obscurè docuit, odio se habere eos, qui ipsius saluti, et dignitati serviunt, quemque sic amant ardenter atque constanter, ut pro ipsius salute non dubitârint sanguinem, ac vitam profundere : illos autem diligat, qui sanguinem ipsius sitiant, et eò aspirent, ut hanc communem lucem et spiritum adimant. Neque hâc significatione ulli fore dubium, quin maluerit Absalomem vivere, quàm illos, à quibus regnum nunc accepit, et vitam : neque curaturum, aut aliquid habiturum pensi, an omnes, qui ipsius causâ in apertum se conjecêre periculum intereant, dummodò in salvo filio sceleratissimo contingat. Hoc argumentum est ab honesto, quod sanè apud honestos, et ingenuos animos potentissimum est. Illud ab utili, quod juramento eventurum esse confirmat illo ipso die, nisi egrediatur ad populum, illique se gratum, et benevolum ostentet, futurum esse neminem, qui cum ipso velit vivere diutiùs, et illius nomen et dignitatem tueri; quo illi neque accidit unquàm, neque accidere potuit quicquam acerbius. (1)

Vers. 8. — Surrexit ergo rex, et sedit in porta. Ascenderat ante rex, ut nuper vidimus, in cœnaculum, ut illo secessu abductus à popularium oculis liberiùs lugeret filium, et absque arbitris, quâ posset ratione, saltem impensis lacrymis parentaret. Persuasus tamen à Joab descendit ad portam, seditque eodem quo proximè loco, antequàm de filii morte nuntium accepisset. Quod ubi universus populus agnovit, ad illum, lætus, et alacer convolavit : cæteri autem, qui ex conjuratione supererant, in sua quique tabernacula redierunt.

Vers. 9. — Omnis quoque populus certabat. Mortuo Absalome, qui auctor fuerat illius conjurationis, non putavit populus, qui illius partes, et studia fovebat, ab illo rege esse deficiendum, à quo tot extabant in rem Israeliticam merita, et à quo plura sperare poterat ornamenta pacis, et belli subsidia. Quare omnes se mutuò cohortantur, ut regem quamprimùm in suum locum, et ordinem restituant.

Hic duo observanda. Alterum est, Absalomem unctum esse regem; quod populus apertè fatetur dùm ait v. 9 : *Absalom autem, quem unximus super nos, mortuus est.* Quando verò, aut à quo unctus fuerit, non constat. Neque huic cogitationi quicquam incommodat quòd duo sacerdotes, qui putantur fuisse summi, Sadoc et Abiathar, nunquàm fuerunt cum Absalome :

quelle manière était mort celui dont la perte lui était si sensible. Il savait qu'Absalom n'avait point été tué dans la chaleur du combat, ce qui aurait pu arriver innocemment, mais que Joab ayant su qu'on l'avait trouvé pendu à un arbre, l'avait été attaquer, et l'avait percé de plusieurs coups, comme en se moquant de l'ordre qui lui avait été donné de lui conserver la vie.

Un mépris si visible de l'autorité royale, et un assassinat si prémédité commis en la personne d'un fils, et d'un fils aussi cher qu'était celui-là, devait exciter en David d'étranges mouvements d'aversion et d'indignation contre Joab. Un prince moins patient que lui aurait eu de la peine à empêcher que son ressentiment ne passât jusqu'à la fureur. Et cependant, au lieu que cet homme cruel aurait dû au moins ne se pas présenter devant le roi s'il avait eu quelque modération, ou lui parler avec plus de retenue et de circonspection qu'un autre, il s'adresse à lui, au contraire, avec une fierté insupportable : *Je vois fort bien,* lui dit-il, *que si Absalom vivait, et que nous eussions tous été tués, vous seriez content.* Il lui dit ensuite qu'il se fasse voir à son armée, non comme un conseil qu'il lui donne, mais en le menaçant que s'il ne le fait, *il ne demeurera pas cette nuit-là même un seul homme auprès de lui.* David fait aussitôt ce que cet homme si insolent lui ordonne, sans répliquer un seul mot. Il adore cette justice suprême qui punit en même temps le fils et le père; le fils en le faisant mourir dans son crime, et le père en voyant dans cette mort un mépris si visible de tous les ordres qu'il avait donnés. Il dit en lui-même de Joab ce qu'il avait dit de Séméï, *que Dieu lui avait commandé* de lui insulter de la sorte, et de percer par un même dard le cœur du fils et du père. (Sacy.)

(1) Vers. 7. — Alloquens satisfac servis tuis. Hebræus : *Loquere ad cor servorum tuorum.* Benigno gratoque sermone tuorum animos recrea : gratum animum tuum de præstito ab illis officio exhibe; nunquàm te permissurum, ut ex animo cadant, profitere. (Calmet.)

nam, ut lib. 2, cap. 2, diximus, ab aliis quàm à sacerdote summo inungi potuêre reges. Nisi dicamus unctionem sumi pro designatione, aut acclamatione, qualis fuit illa, de quâ cap. 15, v. 10 : *Regnavit Absalom*. Sæpè enim usu venit, ut cæremonia, quæ communiter adhiberi solet, etiamsi aliquando prætermitti contingat, sumatur pro eo, quod eâ cæremoniâ designatur. Quomodò de B. Virgine dicitur illud Isaiæ 45 : *Aperiatur terra, et germinet Salvatorem*, cùm tamen purissima illa terra in Christi nativitate aperta non sit, cùm Christus, integro virginitatis claustro, natus fuerit, quia id plerùmque in feminarum puerperio contingit. Hanc regulam nos ad illum Isaiæ locum adduximus, et confirmavimus exemplis.

Alterum est *silere* idem interdùm esse quòd cessare, aut quietum esse. Quod nos pluribus ostendimus ad illud Isaiæ 7 : *Vide ut sileas, noli timere*. Job cap. 3 : *Nunc dormiens silerem*, id est, quiescerem. Et in Psalmis audimus : *Domine, ne sileas à me*. Et Marci 4, v. 39, cùm magnus esset motus, atque turbatio in mari, jussit Christus obmutescere illud, et tacere, et statim quieto mari cessavit tempestas, Quare cùm filii Israel meliori jam mente sibi mutuò dicunt, *usquequò siletis?* cessationis se, et tarditatis incusant, quia quàm primùm regem in solium, à quo excidisse videbatur, non reducunt. (1)

Vers 11. — Loquimini ad majores natu Juda, dicentes : Cur venitis novissimi ad reducendum regem (2) ? In causâ Absalomis videntur omnium maximè peccâsse viri Juda, quia cùm apud se illum frequentiùs habuissent, usumque cum illo haberent familiarem, facilè pellacis adolescentis seductis blanditiis in illius vota, atque consilia jurârunt : atque ideò meritò timere poterant regis offensionem. Hæc, arbitror, ratio continuit domi homines, quos perfidiæ, scelerisque conscientia damnabat. Cùm ergo rex illius tarditatis causam agnosceret, per sacerdotes summos, qui, ut supra vidimus, manserunt Hierosolymæ, conciliare sibi voluit gentem illam, et si quis esset, ex illorum animis, metum detergere. Quasi enim contribules suos videre cuperet, quorum desiderium ferre non posset, de illorum tarditate, ac cessatione queritur. Quod amoris eximii non vulgare existimatur argumentum : et qui benè de amoris naturâ sentiunt, hujusmodi accusationem adeò non ferunt molestè, ut etiam ament. Quod dixit Cicero, qui amicitiæ ingenium optimè novit, lib. 2, Epist. famil., epist. 1 : « Non tam molestum mihi « fuit accusari abs te officium meum, quàm « jucundum requiri. » Et qui Amasa princeps fuerat in Absalomis exercitu, eâque de causâ, aut pudore, aut metu, à congressu regis deterreri poterat, ideò speciatim illum accersit, locumque in exercitu principem promittit pro Joab quod sanè obtinuisset, nisi à Joab per insidias foret occisus, qui Davidis consilium graviter accepit. De quo statim cap. 20, v. 9. (1)

Vers. 14. — Et inclinavit cor omnium virorum Juda (2). Timebat, credo, David, ne viri Juda ipsum ab urbe excluderent regiâ, quam pro Absalome firmo occupaverant præsidio, atque ideò tanto sibi studio per sacerdotes

(1) Vers. 10. — Usquequo siletis? Quid expectatis ? Quid siletis inertes et ignavi ? *Silere* valet sæpè pro quiescere. *Sol, tace. Domine, ne sileas, ne discedas à me.* (Calmet.)

(2) Tribus Juda, ac præsertim cives Hierosolymæ, Davide fugiente, Absalomum cum exercitu magno venientem acceptârant, eique urbem et arcem Sion tradiderant, quam ille firmo militum præsidio munierat; quare malè sibi conscii, quòd scilicet Davidem offendissent, ac metuentes præsidium Absalomi arcem Sionis occupans, non audebant Davidem revocare. David ergo omnes benignè ad se invitat, vocans eos suos consanguineos, et impunitatem pollicens, ut se in urbem et regnum reciperent. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 13. — Et Amasæ dicite : Nonne os meum et caro mea es? Amasa filius erat Abigailis, sororis Davidis quem copiis suis Absalom præfecerat. Non ignorabat utique David, quanti esset momenti ad reliquias defectionis dissipandas unicum eum virum subducere, à quo labentes ejus res sustineri potuissent. Spondet igitur Amasæ summum copiarum suarum imperium loco Joabi, qui insolenti audaciâ jam ferri non poterat. Censuit David futurum, ut Amasa vir esset mitior, præsertim conscientiâ criminis à se commissi, et veniæ à rege impetratæ. Nec ambigendum est, quin David sincerè et ex animo id promiserit. Amasam præfecit, ut cogeret ex Judâ copias, atque in expeditionem adversùs Sebam filium Bochri duceret. Sed cùm Joab perfidè virum interfecisset, atque ad se imperium exercitûs transtulisset, abrogare ab illo imperium deinceps rex non valuit, præsertim post novissimum illud præstitum sibi officium, reducti scilicet ad obsequium universi Israelis, quod sequenti capite narrabitur. (Calmet.)

(2) Clementiâ Davidis largisque ejus promissionibus captus Amasa, filios Juda illexit, omnesque ad Davidem reduxit. Promus est hic litteræ sensus. Sunt tamen qui ad Davidem hæc omnia referant, quasi is lenibus verbis, quibus voluntatem suam tribui Juda indicari curavit, illorum animos ad se pertraxerit; alii dicta hæc de Deo arbitrantur, qui abalienatos animos in Davidem inclinavit. (Calmet.)

conciliare voluit, et exercitûs principem, oblato militum imperio, sibi demereri. Neque sua regem conjectura fefellit : nam statim Amasa rem totam composuit, eòque adduxit viros Juda, ut, quod aliæ tribus ante fecerant, legatos miserint, ac significarent posse illum in civitatem suam, et regiam sedem tutò remigare. Id enim valet mandatum illud, quod datum est legatis : *Revertere tu, et omnes servi tui.* Neque, ut apparet, ante hæc mandata omninò erat expeditus in Hierosolymam reditus. Nam statim movit ex urbe, in quâ aliquandiù consederat in terrâ Galaaditide, et pervenit ad ripas usque Jordanis. Cui occurrit omnis Juda ad Galgala, quæ erant propè fluvium, ut regem, quem antè ignominiosè expulerant, in regiam urbem cum dignitate reducerent. (1)

Vers. 16. — Festinavit autem Semei. Hic est ille Semei, de quo supra cap. 16, qui cùm videret regem subacto hoste ad pristinum gradum cum plausu, et majestate reverti, et scelerum illum conscius animus graviter argueret, aliquo obsequio deliniendum sibi putavit regium animum. Quare ipse occurrit cum totâ familiâ, quam habebat copiosam, et lautam, cum videlicet filiis, et servis viginti; et collegit præterea ex suâ tribu mille viros, quò reditus regis esset ornatior. Reliqua, ad v. 24, aperta sunt : tantùm enim continent supplices Semei preces, et regis in illum clementiam singularem, obnitente contra Abisai, qui illum indignum judicabat. Illud tantùm observandum v. 20, populum, seu domum Israel appellari domum Joseph. *Primus veni de omni domo Joseph.* Quod aliis sæpè locis invenitur, ut diximus ad illud Zachariæ cap. 10 : *Et domum Joseph salvabo.* Sic Psal. 79, v. 2 : *Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ovem Joseph.* Et Psal. 80, v. 7 : *Quia præceptum in Israel est, et judicium Deo Jacob, testimonium in Joseph posuit illud.* Et psal. 76 : *Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob et Joseph.* Ubi per epexegesim eadem in singulis membris iteratur sententia. Cur autem Joseph pro Israele toto capiatur, ea ratio est, quia in Ægypto fratribus suis pro parente fuit; tum etiam quia loco Ruben nactus est primogenii dignitatem. 1 Paralip. cap. 5 : *Ruben fuit primogenitus ejus* (Israel); *sed cùm violâsset torum patris sui, data sunt primogenita ejus filii Joseph.* Hæc mihi explicatio potissima est. Cajetanus aliam adducit, ita ut Semei anteverterit in causâ regis duas tribus, quæ Joseph interdùm appellantur, quia à Joseph propagatæ; cùm tamen illæ, quæ propiores Jordani sunt, occurrere regi priùs debuissent. Vatablus putat tribum Benjamin vocari tribum Joseph, quia sub vexillo Ephraim, quæ pertinebat ad Joseph, duæ etiam aliæ tribus militabant, nempe Manasses et Benjamin. Illa porrò legio, quæ tribus constabat familiis, Joseph dicebatur, quia illi præerat aliquis de stirpe Joseph. Ait ergo Semei ex suâ legione priùs occurrisse neminem. Quomodò sub quatuor vexillis duodecim tribus aut militaverint, aut progressæ fuerint, vide Abulensem in cap. 40 Exod. q. 12. (1)

(1) Vers. 15. — Omnis Juda venit in Galgalam. Ex omnibus tribûs illius urbibus concursus factus est; tum Jordanem versùs iter susceperunt ad locum, ubi rex amnem transmissurus erat; ibi enim operam suam trajicienti præstiterunt, ut inferiùs narrabitur v. 40. (Calmet.)

(1) Vers. 17. — Et Siba puer de domo Saul, id est, *Siba* servus Miphiboseth, qui ex Jonathâ erat nepos Saülis. Prævenit Siba suum herum Miphiboseth, ut Davidis gratiam conservaret, ac ut David eum sibi fideliorem quàm Miphiboseth existimaret, itàque donationem bonorum Miphiboseth sibi ab eo factam confirmaret. (Corn. à Lap.)

Vers. 18. — Transierunt vada ut traduceret domum regis. Interpretum plures reddunt Hebræum : *Transierunt scapham, ut traducerent domum regis.* Cymbam impulerunt trans amnem, ut rex cum suis transiret. (Calmet.)

Vers. 16. — *Séméï dit à David : Ne me traitez point selon mon iniquité, mon seigneur; car je reconnais le crime que j'ai commis.* On voit dans Séméï une image des hommes du monde, qui se font une sagesse d'être toujours pour les plus forts, parce qu'ils sont amis de la fortune et non des personnes. Quand David s'enfuit de Jérusalem, et qu'il paraît perdu sans ressource, Séméï le déchire avec des injures insupportables à tout autre qu'à ce prince si généreux et si humble, et en cela même si digne d'être respecté dans son malheur. Mais lorsque Dieu se déclare en faveur de David, Séméï se hâte de venir se jeter à ses pieds, et de lui demander pardon du crime qu'il a commis en l'outrageant de la sorte.

Abisaï se moque de cette soumission forcée, et menace cet homme lâche de la punition qu'il avait si justement méritée. Mais David l'arrête avec ces excellentes paroles : *Qu'y a-t-il de commun entre vous et moi, enfants de Sarvia? Est-ce ici un jour à faire mourir un Israélite? Et puis-je ignorer que je deviens aujourd'hui roi d'Israël?* David était persuadé qu'il avait mérité par son crime de perdre et son royaume et la vie. Il en avait été tout proche, puisque, si on avait suivi le conseil d'Achitophel, que Dieu seul détourna par sa main toute-puissante, il aurait indubitablement perdu l'un et l'autre. C'est ce qui lui fait dire qu'il n'ignorait pas qu'il était devenu ce jour-là roi d'Israël. Comme donc ce jour-là était pour lui un jour de grâce, il est ravi de trouver une occa-

Vers. 23. — Et ait rex Semei : Non moriemis, juravitque ei. Hic nonnulli in hâc Davidis promissione fidem desiderant. Nam post lib. 3 Reg. cap. 2, Salomoni filio commendavit, ne pateretur illius impudentiam abire impunitam. *Deduces*, inquit, *canos ejus cum sanguine ad inferos.* Agit hâc de re Abulensis latè q. 26, et refutatis solutionibus aliis non paucis tandem dicit, licet verba Davidis aliter à Semei forent accepta, imò et juxta communem acceptionem aliter sonarent, tamen sensum juramenti juxta Davidis mentem esse, neque illo die, neque suâ manu, aut dùm ipse viveret, occidendum esse Semei. De illo die ex eo conjectura sumitur non obscura, quia cùm Abisai regem ad sumendum capitale supplicium instimularet, respondit : *Ergone hodiè interficietur vir in Israel?* Et concludit : « Quod ergo « David juraret ambiguè, et interpretaretur ju- « ramentum suum in quocumque casu vellet, « non præjudicabat ipsi Semei, quia etiam non « jurando potuisset illum occidere, quando- « cumque vellet. » Hæc Abulensis; quæ mihi sententia potior est quàm Cajetani in cap. 2 lib. 3 Reg., ubi dicit non violatum à Davide jusjurandum, « quia non mandavit occidi « Semei absolutè, sed ex novo peccato, ad « inveniendum siquidem novam causam jus- « tam. Quia vir sapiens es, et scies quid facies « ei. » Quam solutionem jam ante supra confutârat Abulensis, ad solutionem huic similem, quam adduxit Lyra, quia quamcumque honestam speciem huic veniæ juratæ prætexerat David, et ex illius consilio Salomon filius, tamen mortis causa maledictio fuit, quam Semei priùs in Davidem intorserat. Sic autem ad Salomonem David : *Habes quoque apud te*, etc., *qui maledixit mihi; tu noli pati eum esse innoxium*, etc. Maledictio illa mortis fuit; aliter enim licet millies transiisset torrentem Cedron, nunquàm sustinuisset capitale supplicium. Quare hæc solutio regem à violato juramento non liberat.

sion de la faire aux autres, et de traiter Séméï comme il a été traité de Dieu. (Sacy.)

Vers. 20. — Primus veni de omni domo Joseph. Ad familiam Josephi non pertinebat Semei, neque enim erat sive Ephraimita, sive è Manasse. Cur igitur se venisse gloriatur *primum de omni domo Joseph?* — Respondeo nomine domûs Joseph innui universum Israelem, ut distinctum à Judâ, quæ duo diversum inter se corpus constituere solent; meritò igitur affirmabat, se post tribum Judam primum è reliquis Israelitis convenisse regem. Certum utique est, nomen Josephi eo quem diximus sensu non rarò usu pari. Vertere tamen Hebræum maluerim : *Veni ante omnem domum Joseph*, antequàm reliquæ tribus moverint ut revocaturæ te veniant. Septuaginta editionis Romanæ : *Veni prior universo Israel et domo Joseph.* Sed Complutensis editio legit solummodò : *Prior domo Joseph.* (Calmet.)

Vers. 22. — Cur efficimini mihi hodie in Satan? Cur hodiè mihi contrarios vos exhibetis? Ita J. Christus conantem S. Petrum ipsum suadere, ne properaret ad crucem, repulit : *Vade post me, Satana.* Quæ Hebræa vox sonat adversarium illum propriè qui causam in alium dicit, accusat, et reum coram judice sistit. Hinc nomen diaboli translatum est in spiritum malum accusatorem, et justorum omnium adversarium.

An ignoro hodie me factum regem super Israel? Nolo læti hujus diei serenam lucem supplicio hominis turbari; perinde enim diem hunc habeo ac primum suscepti imperii. Mos olim obtinebat, ut è carcere dimitterentur sontes, quâ die principes imperium capessebant. Quâ verò die læta et solemnia festa celebrabantur, nemo sontium agebatur in supplicium; quin et in festo Paschatis pracurator Judææ sontem dimittebat capite damnatum, quem populus poposcisset. Romæ observatum est, ne quoties Augustus introiret urbem, supplicium de quoquam sumeretur. (Calmet.)

Vers. 24. — Miphiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus, et intonsa barba, vestesque suas non laverat. Hic fuit Miphiboseth filius Jonathæ, de quo supra c. 9, quem suæ mensæ David paternæ amicitiæ memor participem fecit. Dicitur autem filius Saülis Hebræorum more, qui ut parentes vocant majores, quocumque gradu à posteris recesserint; sic minores illorum appellat filios, quantùmcumque ab illis ordine distantes. Venit autem eo habitu, quem gestare solent illi, qui in luctu atque dolore sunt, quem habuit ex quo rex coactus est ignominiosè ab urbe recedere exauctoratus, nudis pedibus, et eodem propè habitu ac specie, quam David jam propè non rex, sed regis informe quoddam simulacrum, attulerat. Ex quo apparet Sibam illius famulum egregiè fuisse mentitum, cùm dixit Miphiboseth in Davidis fugâ triumphâsse, exultâsseque vehementer, quòd eâ ratione ad paternam hæreditatem reditus pateret. Illa porrò quæ secum attulisse dicitur, signa sunt doloris et luctûs, illis familiaria, qui aut suam fortunam lugent, aut condolent alienæ. Quibus familiares sunt sordes et squalor : unde sorditati dicuntur, qui mœrent et lugent.

Illotis pedibus. Erat nimis familiare Hebræis pedes lavare, ut in conviviis, et in aliis deliciis, quæcumque illæ forent. In conviviis sanè sæpè audimus lotos esse pedes; quod officium

angelis præstare voluit ex gentium consuetudine Abraham Genes. 18, v. 24, et Josephus fratribus cap. 43, v. 24, et Cant. 5, sponsa lavisse se dicit pedes suos. Et cùm Christus Lucæ cap. 7, pharisæo objecit quòd pedes non laverit, aliquod officium prætermissum queritur, quòd hospitibus, aut convivis solitum esset impendi. Ideò verò lavari solent Hebræorum pedes perquàm frequenter, quia illis naturalis est quædam graveolentia; sicut etiam nunc grave aliquid halant Arabes, et hircino simile. Sanè Judæis naturalis est quidam fœtor, tam communis, et notus, ut ab eo nomen vulgare traxerint, et vocati fuerint *fœtentes*. Martialis quidem inter res maximè fœtentes et odiosas, halitum numerat Judæorum lib. 4, epigr. 4, ubi illos Sabbatarios appellat. Audi Ammianum lib. 2, de imperatore Marco: « Cùm Palæstinam transiret, Ægyptum petens, fœtentium Judæorum et tumultuantium « sæpè tædio percitus dolenter dicitur exclamâsse : O Marcomani, ô Quadi, ô Sarmatæ! « tandem alios vobis deteriores inveni. » Ut ergo fœtorem illum, qui ex sudore plerùmque provenit, detergerent Hebræi, sæpè aut publicis, aut privatis balneis utebantur. Quare non leve sui doloris documentum dedit Miphiboseth, cùm à balneis abstinuit, neque à suis pedibus quorum sudor aliquid molestum exhalat, sordes abstersit. Illotos autem apparere pedes aliorum oculis difficile non fuit, cùm Hebræis nullus esset tibialium usus; et sandalia, quæ illis pro calceis sunt, quæque non omninò pedes contegunt, non subducunt oculis, si quid est in pedibus aut illotum, aut lautum. Sic puto exponi posse illud Thren. cap. 1, v. 9, de Hierosolymâ captivâ : *Sordes ejus in pedibus ejus*. Qui habitus ancillarem et sordidam conditionem ostendunt.

Ubi Vulgatus, *illotis pedibus*, Hebr. est, *lo asah*, id est, *non fecit pedes*. Hebræi dicunt Miphiboseth fecisse sibi ligneos pedes, quibus pro veris, ac suis uteretur, eâ fortasse de causâ, quia erat claudus, ut vel eâ ratione debilium crurum fœditatem celaret. Quod si ita esset, ut in Tradit. Hebr. refert Hieronymus, et ex eo Angelomus, et Hist. Schol., eo consilio infectis, id est, non factis pedibus egressus est Miphiboseth, ut claudus et reptans, et habitus omnibus ludibrio, suam aliis deformitatem ostentaret, et eâ specie doceret alios, quàm non gauderet Davidis vexatione, ac fugâ, cùm illud deposuerit et levamentum naturæ, et turpitudinis fucum. Vide quàm aptè lugenti ac squalido regi sese attemperârit Miphiboseth, cùm tam longè fuerit, ut à fuco, ac lenocinio pulchritudinem accersierit, ut naturale neglexerit ornamentum, cùm barbam promiserit, et comam, et quæ et ipsi, et aliis familiaria sunt, ut pedum, vestimentorumque munditiem abjecerit, et reptare maluerit indecorè, quàm ligneis pedibus attolli, et incessu ingredi minùs turpi. Documentum sanè optimum illis, qui Christi causâ lugent, cùm illius crucis renovatur memoria; et tamen ita elegantiæ student, ut omnium oculis placere velint.

Sed nostra translatio omninò melior. Neque illud, *non fecit*, quicquam incommodat. Nam verbum *facio* apud Hebræos, sicut etiam interdùm apud Latinos, ad naturam, et exigentiam nominis significationem accommodat. Quo modo Virgilius Eclog. 3, dixit:

Cùm faciam vitulâ pro frugibus, ipse venito.

Ubi *facio* sacrificare est, accommodatè ad *vitulam pro frugibus*. Hinc fit ut nullum fermè nomen sit, quod verbo *facio* non adjungas. Hebræi eodem fermè modo omnia enuntiant per verbum *asah*. Sanè inter alia etiam significat aptare, et concinnare, ut Deuter. 21, v. 12, ubi Vulgatus, *circumcidit ungues*, Hebr. est, *ve asethah*, id est, *faciet*. Sed longiùs exemplum petendum non est. Nam statim ubi Vulgatus, *intonsâ barbâ*, Hebr. est, *non fecit barbam*. Utroque loco aptare, et concinnare valet, resecare nempe ungues, et barbam tondere, quo modo viri urbani solent et elegantes. Sic etiam *facere pedes*, idem erit quòd aptare ad munditiam et elegantiam.

Septuaginta aliquid præterea addunt, scilicet neque ungues resecuisse, in manibus videlicet, et pedibus, cùm ita vertunt in Sixtiano codice : *Non curaverat pedes suos, neque fecerat ungues*. Græcè οὐδὲ ὠνυχίσατο : significant enim non præsecuisse ungues; existimatur munditiæ et elegantiæ causâ. Unde qui in luctu sunt, ut comam gerunt et barbam intonsam, sic etiam excrescere patiuntur ungues. Utrumque opus erat tonsorum, et eodem utrumque tempore præstabant : et pro barbâ et capillis, diversa secum portabant ferramenta. Sic sanè Martialis lib. 14 epigram. 36, cujus titulus est, *ferramenta tonsoria :*

Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis,
Ut quibus hæc labiis, utilis illa genis.

Significatur igitur Miphiboseth nullum sive ad munditiem, sive ad speciem, seu levamentum, toto illo tempore admisisse tonsoris officium,

Et intonsa barba. Quidquid alienum est ab hominum frequenti, atque honesto usu, id ad luctum et mœrorem adhiberi solet : quale est capillos habere aut nimiùm prolixos, aut ad cutem detonsos aut barbam rasam, aut camdem hirsutam, et profundè defluentem. Sanè in funere, aut dolore radi caput, et barbam, satis liquet ex Levit. cap. 21, v. 5, ubi prohibetur sacerdos in suorum funere caput, et barbam radere. Et cùm ageret Isaias de vastitate Moab, cap. 15, ait : *In cunctis capitibus ejus calvitium, et omnis barba radetur.* Et Jerem. cap. 41, v. 5, quidam ut lugerent Jerusalem eversam à Chaldæis, *venerunt rasi barbâ, et scissis vestibus, et squalentes.* Sed idem est, si nimis capilli defluant, aut barba sit intonsa, atque hispida. Qui enim dolere se vehementer simulant, aut etiam verè dolent, omnem contemnunt cultum, neque faciem lavant neque vestes, neglectos defluere capillos sinunt et barbam, et amant quod est inelegans et horridum. Apud Romanos, ut inquit Livius Decad. 1, lib. 6, solemne fuit in aliis luctibus, quàm funerum, capillos, barbamque promittere, et Decad. 3, lib. 7, sic de Marco Lucio : « Erat veste obso- « letâ, capilloque, ac barbâ promissâ, præ- « ferens in vultu, habituque insignem me- « moriam ignominiæ acceptæ. » Frontinus lib. 3 Stratagem., cap. 5, tradit Varronem, qui Cannensis cladis causa fuit, post illam capillum barbamque submisisse. Cùm ergo tam hæc, quàm illa ab eleganti, et lautâ hominum consuetudine abhorreant, utraque in mœrore, et luctu, tam apud Hebræos, quàm apud nationes alias adhibentur. Ex hâc Miphiboseth intonsâ, atque prolixâ barbâ colligo non paucos dies intercessisse inter Davidis fugam et triumphalem reditum; neque enim paucis diebus fieri potuit intonsæ barbæ tanta prolixitas.

Ubi Vulgatus *barba*, Hebr. est *sephamo*, id est, *pilus supra labium*, qui à Græcis μύσταξ appellatur, ab Hispanis *boço*, et ita reddit Hispanica translatio. Neque Vulgata contra facit, quæ tantùm significat intonsam esse barbam; barba autem dicitur quicquid in superiori labro pilorum est. Fortassè in eo labio tondendo, seu radendo, aliquid apud Hebræos erat dignitatis; sicut contra in labio hirto, et ex arte contorto alicubi gentium plurimùm esse censetur elegantiæ. Sanè pars illa villosa plurimùm habet impedimenti, et quia naso subjecta est, qui non semper emunctus esse solet, et siccus, non multùm facit ad munditiem. Omnes, uno Vulgato excepto, labrum superius transferunt. Septuaginta μύσταχα, quod Hispanus ab origine Græcâ *mostachos* vocat.

Vestesque suas non laverat. Interulas intellige, et lineas; nam quæ ex lanâ fiunt, quæque carni adhærere non consuevêre, lavari non solent. Hoc etiam in luctu familiare est, hodièque multis in locis quasi solemne. Ex hâc sanè consuetudine Ovidius in Epist. Laodamiæ illam squalentem inducit; et ab omni cultu alienam, dùm vir abest :

Nec mihi pectendos cura est præbere capillos,
Nec libet auratâ corpora veste tegi.
Quo possum squalore tuos imitata labores
Dicar, et hæc belli tempora tristis agam.

Vers. 25. — Cumque Jerusalem occurrisset regi, dixit ei. Effusa est regi obvia tota Jerusalem; venit autem, inter primos, ut est verisimile, cùm vir esset nobilis, et ex regio sanguine Miphiboseth, ad quem rex severiùs ingratitudinem exprobrat, quòd cum aliis ipsius discessum non esset comitatus, cùm illum ad regiæ mensæ honorem, et delicias admisisset. Manserat videlicet, ut apparet, altè in mente repostum, quod audierat à Siba cap. 16, v. 3. Nam cùm quæsiisset David ubinam esset illius dominus Miphiboseth, respondit : *Remansit in Jerusalem, dicens : Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei.* Quæ verba licet omninò falsa à mendaci et infideli servo, graviter exulcerârunt regis animum. Atque ideò statim atque illum obvium habuit, his verbis est aggressus : *Quare non venisti mecum?* Mirum est, quòd cùm tam in alios mitis fuerit David, et tam omnibus facilè, et clementer ignoverit, in unum tamen Miphiboseth, à quo nullam acceperat contumeliam, et plagam, tam se difficilem, et severum ostenderit. Nimirùm illum existimârat ingratum; ingratitudo autem ejus generis est, ut omnem exhauriat clementiam, omnem impediat liberalitatem. Quâ de re optimè Bernardus, serm. 51 super Cant. : « Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio « meritorum, virtutum dispersio, beneficio- « rum perditio, ventus urens, siccans fontem « pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gra- « tiæ. » Si verum esset crimen, quod à Siba objectum fuit Miphiboseth, non miror in tam abundanti, et liberali pectore exhaustum esse fontem, quem alii etiam magnorum scelerum rei supereffluentem invenerunt.

Vers. 26. — Servus meus contempsit me. Excusat se Miphiboseth ab impossibili, cùm etiam, si maximè cuperet, non tamen posset

comitari Davidem, cùm ex urbe profugus excederet. Neque enim aliud videtur in illo desiderâsse David, cùm claudus, et debilis nulli potuerit usui esse aut præliaturo, aut fugitivo regi. Ait ergo se præcepisse servo, ut asinum sterneret; pedibus enim iter ingredi ipsa pedum infirmitas prohibebat. Qui domini sui præcepta contempsit, et qui in causâ fuerat ne officium illud observantiæ, et gratitudinis obiret; idem dominum suum affectati imperii et impietatis apud regem accersit. Sed tantam rem expendendam regi, et judicandam permittit, neque videtur de æquitate judicii dubitare, cùm regem angelo quamsimillimum appellat, qui acutus est ad explorandam causam, et ad judicandam integer, et æquus. Porrò cùm aliquem in aliquo genere magnum esse significare volumus, cum angelo illum comparamus. Cujus rei exempla non desunt, et habemus nonnulla in hâc Regum historiâ. Lib. 2, cap. 14, v. 20, dixit Thecuitis femina : *Sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei.* Vide quæ nos ibi. (1)

Vers. 28. — Neque enim fuit domus patris mei nisi morti obnoxia domino meo regi. Non queritur Miphiboseth de injusto, aut severo nimis regis judicio, quo à paternis bonis dejectus est, quæ, regio decreto, adiit callidus, et infidelis servus Siba, cùm loco beneficii ponat, quòd vivat, cùm tota Saülis domus obnoxia morti fuerit apud Davidem, quem variis modis innoxium, imò valdè de Saülis honore, et capite, et de re totâ Israeliticâ meritum, odio quodam obstinatissimo insectatus est. Nihilò tamen minùs sic paternas injurias ultus est, ut pro supplicio novo, et verè regio beneficio prosecutus fuerit, cùm assiduum esse voluerit regiæ mensæ. Quare concludit sibi nefas esse queri de regis decreto, neque sibi ad clamandum reliquum esse spiritum, ac vocem, cùm plura acceperit quàm à regiâ liberalitate sperare debuerit.

Vers. 29. — Fixum est quod locutus sum : Tu et Siba, dividite possessiones (2). Cognovit, ut apparet, David in Miphiboseth nullam hæsisse culpam; quod facilè ex ejus illuvie, et sordibus intelligere potuit; ille enim habitus non tam suspicionem movebat affectati impe-

(1) Vers. 27. — Tu autem, domine mi rex, sicut angelus Dei es, q. d. : Tu sapientissimus es, et prudentissimè judicas et statuis; quare fac de me quod *placitum est tibi;* quidquid enim statueris, accipiam quasi de manu angeli ut sapientissimè et optimè factum. (Corn. à Lap.)

(2) *Le roi répondit à Miphiboseth : C'est assez; n'en dites pas davantage; ce que j'ai ordonné subsistera; vous et Siba, partagez le bien.* Saint Grégoire pape, dans ses Dialogues, parle en ces termes de la manière dont David a traité Miphiboseth en cette rencontre. Après que celui avec lequel il s'entretient dans ces livres, lui a témoigné qu'il s'étonnait comment un pape de grande vertu s'était laissé prévenir par de faux rapports contre un saint auquel il avait résolu d'imposer silence, saint Grégoire lui répond : « Vous étonnez-vous que nous soyons « trompés quelquefois, nous qui sommes hommes, puisque David l'a bien été, lui qui « agissait d'ordinaire par un esprit prophétique, et qu'il a condamné le fils de Jonathas, « qui était innocent, en se laissant surprendre par les mensonges et les impostures de « Siba? » Nous pouvons tirer de grandes instructions de cette surprise de David, selon qu'elle nous est représentée par ce saint pape. Car qui est celui qui ne doive craindre de se laisser prévenir contre la justice dans des occasions très-importantes, si un prince aussi saint, et un prophète aussi éclairé que David, n'a pu éviter de l'être? Siba accuse d'abord Miphiboseth devant David du plus grand des crimes, qui est d'avoir voulu usurper la couronne. David le croit sur sa simple parole. Il ôte tout le bien à Miphiboseth, sans l'avoir ouï, et le donne à Siba. Après le rétablissement de David, Miphiboseth paraît devant lui. Il défend son innocence contre la perfidie de Siba. Il soutient qu'il a voulu suivre David, lorsqu'il s'est retiré de Jérusalem; que c'est Siba qui l'en a empêché, et qu'après cela il l'a encore noirci devant lui par une insigne calomnie. Siba, qui apparemment était présent, demeure muet, et se condamne par son silence. Et après cela néanmoins, David répond : *Ce que j'ai ordonné subsistera. Vous et Siba, partagez le bien.* Que s'il est permis de dire en cette rencontre ce qu'il est comme impossible de ne pas penser, il semble qu'on ne peut assez admirer que, sous le plus juste des rois, on voie ainsi la vertu punie et l'imposture récompensée. Et ce qui est plus digne d'étonnement, David traite en cette manière, non seulement *un innocent, mais le fils de Jonathas*, selon la remarque de saint Grégoire, c'est-à-dire le fils d'un prince qui avait donné d'abord son cœur à David, *et qui l'avait plus aimé que sa propre vie;* qui lui avait cédé la couronne, qui semblait lui être acquise par sa naissance; qui s'était exposé à perdre la vie en irritant le roi, son père, pour soutenir l'innocence de son ami, et qui avait fait jurer à David qu'il aurait soin après lui de toute sa race.

C'est donc avec grande raison que saint Bernard s'écrie « que la crédulité est l'écueil le « plus dangereux pour les personnes qui sont « élevées dans les plus hautes dignités du mon- « de. Ils sont, dit-il, accablés de soins. On « leur déguise la vérité en mille manières. » Et ainsi il est aisé que ceux qui leur parlent les premiers, et qui ont plus d'accès auprès d'eux, les préviennent par de fausses impressions, qui leur rendent, ou odieuses, ou au moins suspectes les personnes les plus innocentes. Saint Grégoire, après avoir marqué ce que nous avons dit touchant cette surprise de

rii, quàm ex regiâ calamitate dolorem. Tum etiam, quia cùm præsens esset Siba, ut constat ex versu 17, nihil tamen ad objecta respondit. Quare ne videretur ingratus Sibæ, à quo prope *Bahurim* benignè fuerat acceptus, non omninò mutavit sententiam, sed ex æquo inter utrumque possessionem divisit, quod sibi molestum non fuisse sermone significavit ingenio Miph boseth. Ait enim sibi nihil accidere posse molestum, cùm rex devictis hostibus, lætus, et gloriosus in solium, ex quo excidisse videbatur, redierit. An aliquid David addiderit eorum loco, quæ ex alienis bonis Sibæ concesserat, non constat; mihi, cùm Davidis ingenium, et fidelitatem, tum etiam liberalem animum intueor, verisimile est, jacturam illam aliâ ex parte liberali manu compensâsse : nam illum admisisse innocentis hominis excusationem, mihi dubium non est. Quod si ita est, non erit cur quisquam accuset Davidem violati fœderis cum Jonathâ percussi; quem aliis modis alii defendunt ab hoc scelere. Vide Abulensem q. 31, qui tamen q. 29, non liberat Davidem à peccato, quia injustè judicavit; suspicatur tamen q. 30, alio modo à Davide fuisse compensatam jacturam illam.

Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus, ideò putant regnum Israeliticum fuisse divisum, et majorem partem è familiâ Davidis excidisse, quia David fœdus juramento firmatum violavit quod cum Jonathâ Miphiboseth parente percussit lib. 1, cap. 20, v. 16, et lib. 2, cap. 23, v. 18. Sed hoc est omninò falsum; alia enim fuerunt peccata, propter quæ divisum est regnum; imò quòd regnum totum non abierit à familiâ David, illius merita fecerunt. 3 Reg. cap. 11, v. 32. Quâ de re suo loco longiùs disputandi succurret occasio.

Vers. 31. — Bercellai quoque Galaaditès, etc. Tota historia hujus Bercellai, quæ ad numerum usque 40 producitur, aperta est, neque luce indiget interpretis. Fuit autem hic homo dives, de quo cap. 17, v. 17, qui Davidi, dùm esset in castris, ad militum subsidium magno usui fuit; cui cùm gratiam referre vellet David, illumque secum familiarem, et

David, ajoute : « Comme c'est David qui a « fait cette action, on la croit juste selon le « secret jugement de Dieu. Mais à parler selon « la raison ordinaire des hommes, on ne com- « prend pas comment elle s'est pu faire avec « justice. » Quoique saint Grégoire eût dit d'abord que David, tout prophète qu'il était, a été surpris en cette rencontre, et qu'il a condamné un innocent, ce qu'il ajoute néanmoins peut subsister : *Que ceci est arrivé par un secret jugement de Dieu.* Car il est sans doute que c'est par un arrêt de sa justice que David a humilié encore de cette sorte la maison de Saül, en la personne de celui qui était le seul de toute sa race qui parût dans le monde avec honneur, et qui s'y était conservé un rang proportionné à la grandeur de sa naissance.

Il pourrait venir dans l'esprit, sur ce que nous venons de dire de David après saint Grégoire, qu'il est fâcheux de concevoir une opinion désavantageuse à un si grand prince sur le sujet d'une action que l'histoire sainte ne condamne pas en termes formels. Mais on peut répondre, avec saint Augustin, qu'il y a diverses choses dans l'Écriture que le Saint-Esprit ne fait que rapporter simplement, sans déterminer si elles sont bonnes ou mauvaises, et dont on doit juger par les vérités qui sont établies en d'autres endroits. C'est ainsi que dans le livre des Machabées, la mort de Rasias, qui se tua lui-même, est rapportée d'une telle sorte qu'il semble que l'Écriture ne l'improuve pas, quoiqu'il soit très-certain qu'elle la condamne.

Mais comme il semble que David a été surpris, et qu'il a manqué en cette rencontre, il y a aussi lieu de croire qu'étant saint comme il était, il aura reconnu cette faute, comme il reconnut depuis celle qu'il fit au dénombrement du peuple. C'est ainsi que S. Augustin nous enseigne qu'Aaron a sans doute fait pénitence du crime qu'il avait commis en condescendant au désir du peuple, qui lui demandait une idole pour l'adorer, quoique l'Écriture, qui marque son péché, ne parle pas formellement de sa pénitence. Nous pouvons donc croire de même que David aura depuis satisfait à Dieu, pour n'avoir pas été d'abord assez réservé ni assez équitable dans son jugement, et à Miphiboseth, en lui rendant ce qu'il lui avait ôté, et en l'estimant autant que ce prince méritait de l'être. Car il est vrai qu'on ne peut voir la manière si peu favorable dont David le traite, sans être touché en même temps de respect et d'admiration pour sa vertu. *Toute la maison de mon père,* dit il à David, *était digne de mort, et vous m'avez donné place à votre table. De quoi donc me pourrais-je plaindre avec quelque justice?* Il n'a nul égard à ce qu'on lui ôte. Il se croit indigne de posséder même ce qu'on lui laisse. Comme il est persuadé qu'on lui a fait grâce en lui donnant ce qu'il a, il croit aussi qu'on en peut retrancher une partie sans lui faire injure. Que Siba, dit-il, ait non seulement la moitié du bien, *mais qu'il le possède tout entier. Pour moi, il me suffit de voir mon seigneur et mon roi rétabli si heureusement en sa maison.* Le bonheur de David est le sien, il n'en souhaite point d'autre; ce qu'il désire de lui seulement est qu'il reconnaisse son innocence, et qu'il soit persuadé qu'il a eu et qu'il aura toujours un zèle inviolable pour ses intérêts et pour sa personne. Il semble qu'on a quelque peine, en cette rencontre, de voir que le fils de Jonathas imite si parfaitement la générosité de son père, et que David, au contraire, y paraisse en quelque sorte si peu semblable à lui-même. (Sacy.)

necessarium habere, ille aulicas delicias contempsit, quia erat eâ ætate, in quâ omnes hebescunt voluptarii sensus, neque ex aulicorum, aut regis consuetudine aliquod haberet levamentum, aut gravis, aut ingravescentis ætatis, et aliis poterat esse molestus. Tamen petiit, ut suum secum rex haberet filium, cujus ætas his rebus magis erat idonea, ad quem transferret illam, quam parenti pollicebatur, regiam humanitatem. (1)

Vers. 40. — Transivit ergo rex in Galgalam. Cùm Bercellai in domum suam esset reversus, persecutus est rex institutum iter, et trajecto Jordane pervenit in Jerusalem, quem comitabatur virorum Juda contribulium suorum magnus numerus, duplò major, quàm aliarum omnium tribuum Israel. Quod tulerunt graviter aliæ familiæ, et quòd ad illum regium et triumphalem ingressum non essent ascitæ, et quòd tribus Juda tam se in reducendo rege strenuam, atque lubentem ostentâsset. Quare apud regem contra tribum illam stomachabundi hanc querelam et accusationem instituunt.

Vers. 41. — Quare te furati sunt fratres nostri viri Juda? *Furari, furtum* (1), et similia aliquid significant occultum, et callidum, quod insciis aliis fit; quomodò dicimus furtum Veneris, furtiva consilia; et quicquid insidiosum est, et call dum, hoc nomine significare solemus. Cùm verò hæc aptè cadant in tribum Juda, quæ callidè atque furtivè hanc restituti regis gloriam præripuisse sibi visa est, tamen credo hoc loco *furari* in significatione propriâ esse sumendum, quæ vendicatum aliquid alienum, aut commune ad privatum usum et commoditatem importat. Quod fecisse videntur viri Juda, quia cùm rex ad omnes pertineret tribus Israel, ut ab omnibus electus, et qui præfuisset omnibus; illi tamen hoc officio demereri sibi voluerunt regem, et quasi ad se pertineret, sibi ex omnibus totum vendicare. Quam tribus aliæ magnam sibi irrogatam inju-

(1) Vers. 35. — *Berzellaï dit au roi : Suis-je maintenant en âge d'aller à Jérusalem? Permettez moi seulement de m'en retourner, afin que je meure en mon pays, et que je sois enseveli auprès de mon père.* L'amour que Berzellaï témoigne avoir pour David est admirable. Il ne veut point d'autre récompense de son action que la joie de l'avoir faite. Après avoir rendu à son prince un très-grand service, il se retire aussitôt, et il refuse tout ce qu'il lui offre. Cet homme, retiré dans le secret de sa maison, et qui n'a plus d'autre pensée, comme il dit, *que d'attendre la mort en paix, et d'être enseveli avec ses pères*, nous représente excellemment ces anciens solitaires qui fuyaient le monde pour ne s'appliquer plus qu'à Dieu, et qui ne désiraient rien de tout ce qui est sur la terre. Ces excellents hommes ont imité Berzellaï, lorsqu'ils ont vu l'Eglise et ses principaux ministres dans la confusion et dans le trouble. Ils ont quitté leur solitude, qui leur était si chère, et ils sont venus dans les villes pour soutenir, par l'autorité que leur sainteté leur avait donnée, ceux que l'on persécutait injustement. Mais après qu'ils ont rendu à la foi et à ceux qui souffraient pour elle, tout ce que la charité demandait d'eux, aussitôt qu'ils ont vu les choses en paix, ils se sont retirés, et ils n'ont point été tentés des offres qu'on leur faisait, des charges et des dignités les plus saintes. Ils ont eu, comme dit ici Berzellaï, *les sens morts*, pour tout ce qui paraît beau dans ces emplois, et ils n'ont pas cru faire une faute en priant qu'on les laissât aller mourir en paix dans leurs sépulcres, et se cacher plus que jamais dans leur retraite sur la terre, comme s'il n'y eût eu que Dieu et eux. (Sacy)

Vers. 37.—Est autem servus tuus Chamaam, scilicet filius meus, q. d.: Meus filius Chamaam pro me senio confecto comitabitur te, et quæ mihi beneficia rependere cogitabas, in illum confer. Quod illi feceris, mihi feceris. Ita Abulensis, Cajetan. et alii. Mysticè S. Hieron., et ex eo Angelom.: « Chamaam, inquit, interpretatur *suspirans*; quamdiù enim cum patre « permansit, suspirans vocatus est: postquàm « verò in doctrinam David regis transiit, non « Chamaam sed *Chanaan*, quod interpretatur « *fidelis*, appellatus est. » (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 41.—*Ceux d'Israël dirent : Pourquoi nos frères de Juda nous ont-ils enlevé le roi sans nous attendre? Mais ceux de Juda répondirent un peu durement à ceux d'Israël.* Dieu fait bien voir, quand il lui plaît, qu'il est le maître de l'esprit des hommes. Il n'y a qu'un moment que David paraissait un prince perdu sans ressource. De simples particuliers croyaient qu'il leur fût permis de le déchirer par les injures les plus sanglantes. Et maintenant Israël et Juda disputent ensemble à qui s'empressera davantage à lui rendre ses respects, et à le rétablir dans son royaume. Il arrive seulement ici, à l'égard de David, ce qui n'est que trop ordinaire dans le royaume de Jésus-Christ, qui est que les hommes étant superbes, leur orgueil produit la jalousie, et que la jalousie ensuite fait naître les divisions et les querelles. Ce mal est né dès le commencement du monde. Il a paru au temps des Patriarches et de David, et il affligera l'Eglise dans tous les siècles. Dieu nous offre un remède unique contre cette peste de la jalousie, qui est l'humilité et la douceur inséparable de la charité. Si les Juifs des onze tribus avaient été humbles, ils n'auraient pas trouvé mauvais que ceux de Juda les eussent prévenus à ramener le roi qui leur était plus proche, comme étant sorti de leur tribu. Et si ceux de Juda avaient eu la douceur qu'ils devaient avoir, ils n'auraient pas répondu aux autres avec une dureté qui les irrita, et qui donna lieu à un nouveau trouble, d'où il serait né une guerre très-dangereuse, si David ne l'eût apaisée par sa vigilance et par sa sagesse. (Sacy.)

riam interpretabantur, et de hâc apud regem cum stomacho, et penè cum convicio querebantur. Quibus viri Juda cum aliquâ etiam animorum offensione responderunt.

VERS. 42. — QUIA MIHI PROPIOR EST REX. Propior dicitur, qui quovis modo cum altero conjunctus est, aut sanguine, aut loco, aut etiam morum studiorumque similitudine. Cùm igitur cognatione, et genere magis esset conjunctus David cum viris Juda, utpote illis contribulis, simul etiam illis eo nomine propior appellari potuit. Deinde quia propior etiam loco, quia Jerusalem, ad quam rex triumphalem moliebatur incessum, erat in tribu Juda, atque ideò ex eâ familiâ commodiùs obviàm prodire potuerunt, quàm qui distabant longiùs. Et hæc causa gravissima visa est, ut invidiam levaret, et offensionem, si qua ex occursu illo festinato nasceretur.

NUMQUID COMEDIMUS ALIQUID EX REGE, AUT MUNERA NOBIS DATA SUNT? Quod ex benevolentiâ nascitur, aut ex aliquâ generis, aut societatis conjunctione, honestam habet causam, quam nemo sanus reprehendere, nemo improbare jure possit: secùs esset si avaritiæ studium, ambitionis æstus, aut aliqua privata commoditas impelleret. At neque ad victum quicquam sumpserunt ex regio fisco, neque munera à regiâ liberalitate acceperunt, sperantve, neque in eo officio, atque observantiâ aliquid aliud sibi proposuêre, quàm ostendere regi, quo in illum sint studio, et quantam ex illius secundo eventu, redituque felici conceperint animo lætitiam.

VERS. 43. — DECEM PARTIBUS MAJOR EGO SUM. Rationibus virorum Juda eam reliquæ tribus rationem opponunt, quòd multò plures sint, decem nimirùm partibus; dicerent, opinor, *undecim*, nisi tribus Levi omnibus esset intermixta, et multò plures essent in tribu Juda, propter tabernaculum, et arcam, quàm in quâlibet aliarum tribuum. Multitudinem itaque propinquitati tam loci, quàm sanguinis obtendunt. (1)

DURIUS AUTEM RESPONDERUNT VIRI JUDA VIRIS ISRAEL. Quid responderint viri Juda, non habemus è textu, hoc unum habemus respondisse duriùs: quæ responsio parùm fuit in illum rerum articulum opportuna. Ex illâ enim gravis quædam orta est seditio, de quâ sequenti capite. Hic tu observa nihil esse tam dulce, ac lætum, cui non sit admixtum aliquid amari; et verè appellari potest, quod lætum est in rebus, quantumcumque illud videatur ex omni parte fortunatum, γλυκύπικρον, id est, aliquid ex dulci amaroque compositum. In ipsis etiam sacris, religiosisque conventibus, in communibus precibus, proh dolor, et pudor! contentio est de loco, de ordine et de rebus prudentium judicio omninò vanissimis. Accidit aliquid simile Judic. cap. 12. Nam cùm Jephte devictis Ammonitis rediret lætus, et triumphans, Ephraimitæ, quòd ad illud bellum invitati non essent, seditionem excitârunt, quæ reddidit cruentam illam victoriam, et ex Ephraimitide tribu multa hominum millia delevit.

(1) NON MIHI NUNTIATUM EST PRIORI, UT REDUCEREM REGEM MEUM. Reddi potest Hebræus: *Nonne prima locuta sum ad regem deducendum?* Constat utique tribus Israelis inter se de rege deducendo deliberâsse, antequàm Juda id susciperet. Hinc David per destinatos viros eam tribum sollicitavit: *Quare novissimi reducitis regem?*

(Calmet.)

CAPUT XX.

1. Accidit quoque ut ibi esset vir Belial nomine Seba, filius Bochri, vir Jemineus; et cecinit buccinâ, et ait: Non est nobis pars in David neque hæreditas in filio Isai; revertere in tabernacula tua, Israel.

2. Et separatus est omnis Israel à David, secutusque est Seba filium Bochri; viri autem Juda adhæserunt regi suo à Jordane usque Jerusalem.

3. Cùmque venisset rex in domum suam in Jerusalem, tulit decem mulieres concubinas quas dereliquerat ad custodiendam domum, et tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens; et non est ingres-

CHAPITRE XX.

1. Il arriva aussi qu'il se trouvait un homme de Bélial, nommé Séba, fils de Bochri, de la ville de Jémini, et il commença de sonner de la trompette, et dit: Nous n'avons point de part avec David, ni d'héritage avec le fils d'Isaï; Israël, retournez chacun dans votre tabernacle.

2. Ainsi tout Israël se sépara de David, et suivit Séba, fils de Bochri; mais ceux de Juda demeurèrent toujours auprès du roi, *et l'accompagnèrent* depuis le Jourdain jusqu'à Jérusalem.

3. Le roi, étant revenu dans son palais à Jérusalem, commanda que les dix concubines qu'il avait laissées pour le garder, fussent ren-

sus ad eas, sed erant clausæ usque in diem mortis suæ, in viduitate viventes.

4. Dixit autem rex Amasæ : Convoca mihi omnes viros Juda in diem tertium, et tu adesto præsens.

5. Abiit ergo Amasa ut convocaret Judam, et moratus est extra placitum quod ei constituerat rex.

6. Ait autem David ad Abisai : Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri quàm Absalom ; tolle igitur servos domini tui, et persequere eum, ne fortè inveniat civitates munitas, et effugiat nos.

7. Egressi sunt ergo cum eo viri Joab, Cerethi quoque et Phelethi ; et omnes robusti exierunt de Jerusalem ad persequendum Seba filium Bochri.

8. Cùmque illi essent juxta Lapidem Grandem, qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. Porrò Joab vestitus erat tunicâ strictâ ad mensuram habitûs sui, et desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia in vaginâ, qui fabricatus levi motu egredi poterat et percutere.

9. Dixit itaque Joab ad Amasam : Salve, mi frater. Et tenuit manu dexterâ mentum Amasæ, quasi osculans eum.

10. Porrò Amasa non observavit gladium quem habebat Joab, qui percussit eum in latere, et effudit intestina ejus in terram ; nec secundum vulnus apposuit, et mortuus est. Joab autem et Abisai frater ejus persecuti sunt Seba filium Bochri.

11. Interea quidam viri cùm stetissent juxta cadaver Amasæ, de sociis Joab, dixerunt : Ecce qui esse voluit pro Joab comes David.

12. Amasa autem conspersus sanguine jacebat in mediâ viâ. Vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad videndum eum, et amovit Amasam de viâ in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum.

13. Amoto ergo illo de viâ, transibat omnis vir sequens Joab ad persequendum Seba, filium Bochri.

14. Porrò ille transierat per omnes tribus Israel in Abelam et Beth-Maacha ;

fermées dans une maison, où il leur faisait donner ce qui leur était nécessaire, et il ne s'approcha plus d'elles, mais elles demeurèrent ainsi enfermées, vivant comme veuves, jusqu'au jour de leur mort.

4. Le roi dit alors à Amasa : Faites-moi venir dans trois jours tous ceux de Juda, et trouvez-vous-y avec eux.

5. Amasa partit donc pour assembler Juda ; mais il tarda au-delà du temps que le roi lui avait marqué.

6. David dit donc à Abisaï : Séba, fils de Bochri, va maintenant nous faire plus de mal que ne nous en a fait Absalom ; c'est pourquoi prenez avec vous tout ce que j'ai de troupes ici, et poursuivez-le, de peur qu'il ne se rende maître de *quelques* places fortes, et qu'il ne nous échappe.

7. Il partit donc de Jérusalem, accompagné des gens de Joab, des Céréthiens et des Phéléthiens, et de tous les plus vaillants hommes, afin de poursuivre Séba, fils de Bochri.

8. Lorsqu'ils furent près de la grande pierre qui est à Gabaon, ils rencontrèrent Amasa, qui venait trouver le roi. Joab était revêtu d'un habillement étroit, qui lui était juste sur le corps, et par-dessus il avait son épée pendue au côté dans un fourreau fait de telle sorte qu'on pouvait la tirer et en frapper en un moment.

9. Joab dit donc à Amasa : Je vous salue, mon frère. Et il prit de sa main droite le menton d'Amasa, comme pour le baiser.

10. Et comme Amasa ne prenait pas garde à l'épée qu'avait Joab, Joab l'en frappa dans le flanc, et répandit ses entrailles sur la terre ; et, sans qu'il fût besoin d'un second coup, il tomba mort. Joab et Abisaï, son frère, continuèrent de poursuivre Séba, fils de Bochri.

11. Quelques-uns des gens de Joab, s'étant arrêtés près du corps d'Amasa, disaient : Voilà celui qui voulait être général de David au lieu de Joab.

12. Cependant Amasa, tout couvert de son sang, était étendu au milieu du chemin. Mais quelqu'un, voyant que tout le peuple s'arrêtait pour le voir, le tira hors du chemin dans le champ *voisin*, et le couvrit d'un manteau, afin que ceux qui passaient ne s'arrêtassent plus à cause de lui.

13. Lors donc qu'on l'eut ôté du chemin, tout le monde marcha après Joab, et poursuivit Séba, fils de Bochri.

14. Séba, ayant passé au travers de toutes

omnesque viri electi congregati fuerant ad eum.

15. Venerunt itaque, et oppugnabant eum in Abela et in Beth-Maacha, et circumdederunt munitionibus civitatem, et obsessa est urbs; omnis autem turba quæ erat cum Joab moliebatur destruere muros.

16. Et clamavit mulier sapiens de civitate: Audite, audite; dicite Joab: Appropinqua hùc, et loquar tecum.

17. Qui cùm accessisset ad eam, ait illi: Tu es Joab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit: Audio.

18. Rursùmque illa: Sermo, inquit, dicebatur in veteri proverbio: Qui interrogant, interrogent in Abela; et sic perficiebant.

19. Nonne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel? et tu quæris subvertere civitatem, et evertere matrem in Israel. Quare præcipitas hæreditatem Domini?

20. Respondensque Joab ait: Absit, absit hoc à me: non præcipito, neque demolior.

21. Non sic se habet res; sed homo de monte Ephraïm, Seba, filius Bochri cognomine, levavit manum suam contra regem David; tradite illum solum, et recedemus à civitate. Et ait mulier ad Joab: Ecce caput ejus mittetur ad te per murum.

22. Ingressa est ergo ad omnem populum, et locuta est eis sapienter; qui abscissum caput Seba filii Bochri projecerunt ad Joab. Et ille cecinit tubâ, et recesserunt ab urbe, unusquisque in tabernacula sua; Joab autem reversus est Jerusalem ad regem.

23. Fuit ergo Joab super omnem exercitum Israel; Banaias autem filius Joiadæ super Cerethæos et Pheletheæos;

24. Aduram verò super tributa; porrò Josaphat filius Ahilud à commentariis;

25. Siva autem scriba; Sadoc verò et Abiathar sacerdotes;

26. Ira autem Jairites erat sacerdos David.

les tribus d'Israël, était allé à Abéla et à Beth-Maacha; et tous les hommes choisis d'Israël s'étaient ralliés auprès de lui.

15. Joab et ses gens vinrent donc assiéger Abéla et Beth-Maacha. Ils élevèrent des terrasses autour de la ville, et l'investirent; et tous les gens de Joab travaillaient à saper la muraille.

16. Alors une femme de la ville, qui était fort sage, s'écria: Ecoutez, écoutez: Dites à Joab qu'il approche, et que je veux lui parler.

17. Joab s'étant approché, elle lui dit: Etes-vous Joab? Il lui répondit: Je le suis. — Ecoutez, lui dit-elle, les paroles de votre servante. Il lui répondit: Je vous écoute.

18. Elle ajouta: On disait dans un ancien proverbe cette parole: Que ceux qui cherchent *un bon* conseil le demandent à Abéla; et ils terminaient ainsi leurs affaires.

19. N'est-ce pas moi qui dis la vérité dans Israël *à ceux qui me la demandent?* Cependant vous voulez ruiner cette ville *si célèbre*, et renverser une cité mère *de tant d'autres*. Pourquoi détruisez-vous l'héritage du Seigneur?

20. Joab lui répondit: A Dieu ne plaise! Je ne viens point pour ruiner ni pour détruire.

21. Ce n'est point là mon intention; mais je cherche un homme de la montagne d'Ephraïm, nommé Séba, fils de Bochri, qui s'est soulevé contre le roi David; rendez-nous seulement cet homme, et nous nous retirerons. Cette femme répondit à Joab: Sa tête va vous être jetée par-dessus la muraille.

22. Elle alla ensuite trouver tout le peuple, et elle leur parla si sagement qu'on coupa la tête à Séba, fils de Bochri, et qu'on la jeta à Joab. Il fit aussitôt sonner la retraite; l'armée leva le siége de devant la ville, et chacun s'en retourna chez soi. Joab revint trouver le roi à Jérusalem.

23. Joab était donc général de toute l'armée d'Israël; Banaïas, fils de Joïada, commandait les Céréthiens et les Phéléthiens;

24. Aduram était surintendant des tributs; Josaphat, fils d'Ahilud, avait la garde des registres;

25. Siva était secrétaire, Sadoc et Abiathar prêtres,

26. Et Ira de Jaïr, *en Galaad*, était prêtre de David.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Accidit quoque ut ibi esset vir Belial. Inter illos, quos cum viris Juda jurgatos esse diximus, fuit Seba, qui, ut apparet, in Absalomis exercitu unus erat è principibus, et fortassè, uno excepto Amasâ, omnium primus. Qui omnium ægerrimè tulit illam, quam ipse interpretabatur, injuriam. Accedebat ad hanc offensionem, quòd vir erat Jeminæus, id est, de tribu Benjamin, quæ propter Saülem è solio depulsum, minùs in Davidem afficiebatur æquè. Ille ergo insonuit buccinâ, quod proprium est ejus, qui cum potestate est in militari republicâ, et à Davidis studio populum tumultuantem avertit.

Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai (1). Hæc verba sunt ejus, qui statuit cum altero nihil futurum esse negotii; et puto formam habere proverbialem, quia hæc duo in simili deliberatione, atque consilio sæpè conjunguntur. Sed antequàm exempla ad hanc cogitationem idonea produco, observo, ubi Vulgatus *hæreditas*, Græcè esse κλῆρος, quæ vox tam hæreditatem, quàm sortem significat, quam noster interpres modò sortem, modò hæreditatem convertit. Sic sanè Actorum 8, Petrus ad Simonem Magum : *Non est tibi pars, neque sors in sermone isto.* Quibus verbis Petrus Simonem à fidelium communione abscidit. Quod valdè probabile censet noster Turrianus lib. 1, cap. 11, Constit. Apost. Quod docuisse videtur Petrus ipse in Canonibus Apostolicis can. 28 : « Si quis, inquit, episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecuniam hanc obtinuerit dignitatem, etc. à communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à me Petro abscissus est. » Assiduitatem, et frequentem usum earum rerum, quæ voluptarios permulcent sensus, significabant illi, qui Sap. 2, v. 9 : *Nemo nostrùm exors sit luxuriæ nostræ : ubique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, et hæc est sors nostra.* Hanc ego solemnem esse arbitror, et legitimam formam, quâ quis negat sibi cum aliquo futurum esse commercium, sive consortium, aut in negotiorum, aut gerendarum rerum societate, sive in conjugali nexu, sive etiam in familiâ, ac genere, à quo se quispiam totum alienat. Quare si filius genus abjuret, discedereque velit à parente, cujus ingenium durum ferre non potest, aut quia impedimento est, ne Deo in religione serviat, sic, opinor, cum patre ageret : « Non est mihi pars, neque sors, aut hæreditas in te. » Sic vir, qui dato libello uxorem repudiat, licet nihil ab Scripturâ sacrâ certum habeamus, dixisse hæc eadem verba videri potest, cùm uxorem ex toro ac domo excedere jubet. Quo modo Romani legitimâ formâ uxori in solemni repudio dicebant : « Res tuas tibi habeto; res tuas tibi agito. » Aut quo modo dixit Apuleius, lib. 5 de Asino : « Confestim toro meo divorte, tibique res tuas habeto. » Seu quo modo Plautus in Amphitruo Act. 3, scen. 2 : « Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. » Idem credo sibi voluisse illos qui à Davide recesserunt, quasi nihil voluerint habere commune cum illo, neque ut subditi tributa dependere, neque ab ejus liberalitate expectare quicquam. Idem omninò dixerunt iidem Israelitæ, cùm à Roboam Salomonis filio defecerunt, cujus imperio neque subesse voluêre, neque

(1) *En même temps Séba sonna de la trompette, en disant : Nous n'avons point de part avec le fils d'Isaï. Et tout Israël se sépara de David, et suivit Séba.* La modération est une grande vertu, et l'aigreur des paroles a eu souvent d'effroyables suites. Nous en voyons ici un exemple remarquable. Les Israélites des onze tribus venaient de se révolter contre David pour faire régner Absalom au lieu de lui. Mais voyant que Dieu avait pris la protection du roi légitime, et qu'il avait détruit cette révolte en faisant périr Absalom, qui en était le chef, ils témoignaient vouloir effacer leur faute passée par de nouvelles marques de leur affection et de leur zèle pour le service de David. C'est ce qui les porte à se plaindre de ce que ceux de la tribu de Juda ne les avaient pas attendus, afin de se joindre à eux pour ramener tous ensemble le roi à Jérusalem. Des p rsonnes sages et affectionnées aux véritables intérêts de David, auraient dû être ravies de ce changement des cœurs, que Dieu avait fait en si peu de temps dans un si grand peuple. Ils les auraient loués de leur zèle, et ils auraient pris plaisir de leur répondre avec des paroles obligeantes. Mais ceux de la tribu de Juda font tout le contraire. Il paraît que le grand service qu'ils venaient de rendre à David, en le suivant dans son malheur comme dans sa prospérité, et le succès que Dieu avait donné à leurs armes, leur avait élevé le cœur. Ils répondent avec quelque sorte de fierté à ceux des onze tribus. Ce mépris apparent les met en colère, et s'étant trouvé là un séditieux, il les divise d'avec David, et il commence un soulèvement d'où pouvait naître un plus grand désordre que n'était celui que la mort d'Absalom venait d'apaiser.

Ainsi ce que dit le Sage se vérifie en cette rencontre : *Que la langue cause quelquefois plus de meurtres que l'épée, et qu'elle a ruine des villes et des provinces entières.* Ceux de la tribu de Juda venaient de rétablir David en son royaume, et la seule indiscrétion de leurs paroles les met en danger de perdre en un moment tout ce que leur courage et leur fidélité leur avait acquis. (Sacy.)

ab eo in minimâ quâque regulâ pendere. Ad quem legati totius populi nomine lib. 3 Reg. cap. 12, v. 16 : *Quæ nobis pars in David, vel quæ hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua, Israel; nunc vide domum tuam, David.*

Vers. 2. — Et separatus est omnis Israel a David, secutusque est Seba. Non difficile fuit persuadere discessionem populo, quem ambitionis æstus, et jactata utrinque convicia ad seditionem inflammabant. Quare omnes, quotquot ad illum usque locum regem deduxerant, in sua quique tabernacula profecti sunt. Qui sanè non videntur fuisse pauci, quando et Seba voluit se regi tunc adversarium ostendere; quod sanè non fecisset, nisi satis se videret contra aliorum multitudinem à copiis instructum. Et quidem David grave aliquid ex illâ discessione timuit, quando dixit v. 6 : *Num magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quàm Absalom?*

Vers. 3. — Tulit decem mulieres concubinas, etc., et tradidit eas in custodiam (1). Rediit David stipatus viris Juda, qui illi ex tanto hominum conventu fideles adhæserant, et statim expiare voluit, quicquid domus regia ex violatis ab Absalome concubinis sordium contraxerat. Concubinis primùm ampliùs consuescere noluit, quia quodammodò filius incesto concubitu fecerat suas : neque præterea regiam dignitatem decebat, ut quas fœdâsset lascivus et petulans filius, illæ postea in thalamum patris, complexumque redirent. Deinde quia à regio cubili ad aliorum nuptias descendere parùm erat decorum : neque sperabat rex prudens, et cautus, usque adeò pudicas fore, et suæ famæ studiosas concubinas, ut si dimissæ forent, et suo sibi juri, ac voluntati relictæ, petulantium hominum libidini non succumberent : neque dubitabat futuros esse quamplurimos, qui illarum nuptias, aut consuetudinem ambirent. Ergo conclusit illas, non quasi captivas, et reluctantes, in carcerem, qui magni sceleris reos coercet et punit, sed voluntarias, illasque de honestâ ac regiâ alimoniâ providit, quia satis nôrat eas vim illatam ab impudenti filio, licet maximè reluctarentur animo, viribus tamen repellere non potuisse. Aluit itaque non aliter, opinor, quàm apud nos hodiè aluntur in secessu, et claustro, Deo dicatæ virgines, aut certè quæ sub hæc tempora, cum honore, et, ut est verisimile, non invitæ in Salomonis templo, in destinato parthenone morabantur virgines.

Vers. 4. — Dixit autem rex Amasæ : Convoca mihi omnes viros Juda in diem tertium. Nullus videbatur aptior ad convocandum viros ex tribu Juda, quàm Amasa; tum quia ille erat ex eâ tribu, atque ideò apud suos contribules aliquid habebat auctoritatis, et gratiæ; tum quia cùm viveret, et floreret Absalom, cui ex eâ tribu adhæserunt non pauci, ipse princeps erat militiæ, quo tempore seditiosorum animos demereri potuit. Jussus est ad diem tertium redire, sed cùm res plus haberet difficultatis, quàm principio videbatur, plusculùm moræ in evocando populo ponendum fuit. Cùm autem rex maturandum esse censeret, ut hostem opprimeret, aut serpentem conjurationem præcideret, advocavit Abisai, edixitque ut quamprimùm ex parato, atque domestico milite exercitum cogeret, quos hic appellat *servos domini sui*. Hic porrò dominus est David, cui aderant viri Cerethæi et Phelethæi, tum præterea sexcenti viri, qui Gethæi vocantur, quia cum Davide quondàm morati sunt in Geth. Quibus sese socios adjunxerunt plures alii, qui erant in Jerusalem viri robusti. Neque facta est levis accessio ex his quos secum princeps exercitûs adducebat Joab. (1)

(1) *Le roi étant revenu à Jérusalem, fit enfermer dans une maison les dix concubines qu'il avait laissées pour la garde de son palais, et elles demeurèrent ainsi comme veuves jusqu'au jour de leur mort.* David, en renfermant ces femmes, témoigne l'horreur qu'il avait d'un crime dans lequel elles avaient été engagées, et qu'on ne saurait assez détester. Si sa passion a maîtrisé autrefois sa raison, ici sa raison agit toute seule, et elle le rend un juge incorruptible dans une affaire qui le touche de si près, comme si elle lui était entièrement étrangère. Il a soin de celles qui avaient été ses femmes légitimes, mais il ne veut plus les voir. Il allie l'honnêteté avec l'humanité, et il satisfait à l'une sans blesser l'autre. Il met ces femmes dans une retraite qu'elles auraient dû choisir elles-mêmes, pour faire voir à tout le monde combien elles condamnaient cette abomination si scandaleuse qui s'était commise en leurs personnes à la vue de tout un peuple, et pour pleurer toute leur vie ou leur faute, si elles étaient coupables en quelque chose, ou leur malheur, si elles étaient innocentes. (Sacy.)

(1) Vers. 5. — Abiit ergo Amasa, ut convocaret Judam, ut scilicet ipse quasi dux exercitûs pro Joab à Davide constitutis, per milites è tribu Juda Davidi et sibi adhærentes rebellionem Sebæ in suo ortu comprimeret et suffocaret, ne si ei daretur tempus, adeò cresceret, ut separari non posset.

Vers. 6. — Ait autem David ad Abisai; quia Amasa, qui abierat convocaturus ex Judâ exercitum, ultra triduum sibi à Davide præscriptum morabatur, nec redibat, timens

Vers. 8. — Cumque illi essent juxta lapidem grandem, qui est in Gabaon. Lapis iste non est excisus è saxeo colle, sed collis ipse saxeus prælatus, ille, in quo erectum erat altare, et in quo fuerunt sæpè immolatæ victimæ; quod dicebatur excelsum Gabaon, de quo lib. 3 Reg. cap. 3, v. 4 : *Abiit itaque* (Salomon) *in Gabaon, ut immolaret ibi : illud quippe erat excelsum maximum.* Cùm ergo venisset exercitus ad illam rupem, occurrit Amasa, cùm jam regia mandata complevisset, et viros Juda ad opprimendum novum illum hostem evocâsset.

Porro Joab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, et desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia in vagina, qui fabricatus levi motu egredi poterat, et percutere. Hunc locum difficilem reddunt variæ translationes, quas hìc primùm adducam, deinde vulgatam translationem, et sensum, quàm potuero diligenter, expendam. Septuaginta sic reddunt : « Joab indutus mantelum vestimentum suum, et super illud « accinctus gladio conjuncto super lumbum « suum in vaginâ ejus. Et gladius exivit, et « ipse exivit, et irruit. » Paulò aliter habent Complutenses codices. Pagninus, juxta codices Hebræos : « Joab autem erat accinctus tunicâ « vestimenti sui, et super eam cingulum gladii « adhærentis lumbis ejus in vaginâ suâ, cùm« que egressus esset, tunc cecidit. » Tigurina : « Erat Joab accinctus tunicâ suâ, quâ erat « indutus, super quam succinctus erat gladio, « qui in vaginâ jugi in modum ad lumbos ejus « pendebat, sic ut facilè exiret et excide« ret. » Cajetanus, ex Hebræi translatione, cujus operâ usus fuit : « Joab autem cinctus « panno vestimenti sui, et super eum cingu« lum gladii applicati super lumbos ejus in « vaginâ suâ : et ipse exivit, et cecidit. » Chaldaica paraphrasis : « Et Joab erat accinctus « zonâ super vestimenta sua, et super eum « erat balteus, et gladio erat accinctus super « lumbos suos, in vaginâ suâ, et ipse ibat, « et gradiebatur. » Hispanica translatio : E « Joab venia armado sobre su vestimento, « y encima cenia una espada aguda de amas « partes sobre sus lomos en su bayna, e el salio, « y cayo se el espada. » Expendere, atque explicare, quid quæque translatio sibi velit, longum esset opus, neque admodùm necessarium. Tantùm expendam vulgatam translationem, quæ una instar omnium, et supra omnes est.

Joab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui. Joab statuerat, cùm obvium habuit Amasam, illum occidere; deposuit paludamentum, si quod erat, imperatoris insigne, ut à laciniâ, et pondere vestimentorum expeditus non aggrederetur, perficeretque commodiùs. Sanè dùm dicit strictam esse tunicam, aliquid indicat in Joab, et in imperatore minùs usitatum.

Et desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia in vagina. Supra tunicam, et non subtus gestabat gladium, ut illum magis haberet ad manum, quam in complexu simulato et callido habiturus videbatur impeditam. Gladius porrò ideò dicitur ad ilia dependere, quia, ut est verisimile, Hebræi milites sic accingebantur, ut non demitteretur gladius ad ilia, seu lumbos usque, sed altiùs, puta sub axillam, aut supra pectus, ut nonnulli gestant nostro tempore, aut certè infra, supra femur, ut alii nostrâ ætate communiter ferunt; et hoc verius, quia sæpè in sacris litteris audimus gladium esse super femur. Psal. 44 : *Accingere gladium tuum super femur tuum, potentissime.* Et Cant. 3 : *Uniuscujusque ensis super femur suum.* Si in femore gladium habuisset Joab, non commodè amplexatus Amasam, illum è vaginâ potuisset eximere.

Qui fabricatus levi motu egredi poterat, et percutere. Accedebat aliquod præterea artificium, quo levi motu gladius eximeretur, imò et spontè egrederetur è vaginâ, et levi atque occulto impetu adversarium perfoderet. Quodnam fuerit hoc artificium, non assequor; certum tamen est aut ipsum sine manu, aut impetu stringi, imò et percutere posse adversarium, quod non videtur esse difficile, et probat quia ex eo loco pendebat, unde ad latus Amasæ, id est, ut Hebræus habet textus, ad quintam costam, adigi potuerit; ex ilibus enim Joab directò spectabat gladius ad Amasæ latus, id est, ilia, aut certè non ab ilibus procul. Sed credo manu eductum esse gladium à Joab; quod licet non omninò convincat, indicat tamen quod sequitur v. 10 : *Porrò Amasa non observavit gladium, quem habebat Joab, qui percussit eum in latere;* et Hebræus legit : *Non observavit gladium, qui in manu Joab.*

Josephus lib. 7, cap. 10 Ant., refert venisse Amasam cum exercitu magno (quod fortass

David ne Seba se roboraret contra eum, illicò præmisit Abisai fratrem Joab cum parte copiarum, quæ ad manum erat, ut illum persequeretur. (Corn. à Lap.)

verum), deinde in hunc modum Amasæ cædem describit: « Joabus thorace munitus, accinctus-« que gladio, accedente ad complectendum « Amasam, de industriâ gladium sibi à vaginâ « elabi passus est: eoque mox à terrâ sublato, « et alterâ manu barbâ Amasæ ceu deoscu-« landi prehensâ, improviso ictu ventrem ei « perfodit, hominemque confecit. » Cum Josepho sentiunt Hebræorum aliqui; de quâ sententiâ, et de re totâ vide Abul. q. 16, ubi tenet Joab manu, et non artificioso motu gladii occubuisse Amasam, quod et nobis supra visum est. Addo ad extremum eodem modo videri Septuaginta reddidisse hunc locum, quo Vulgatum. Nam quod dixit Vulgatus: *Qui fabricatus levi motu egredi poterat, et percutere,* in quo alii fermè dissentiunt, Septuaginta legunt: *Et ipse exivit, et irruit.* Cujus sensus est (ut notant Scholia ad hunc locum in translatione Septuaginta, nunc proximè à Sixto correctâ, quæ etiam dicunt translationem illam à Vulgatâ non videri diversam) *tantam esse gladii agilitatem, ut simul egrederetur, et feriret.*

Vers. 9. — Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum. Cur Amasæ mentum, seu barbam apprehenderit Joab, obscurum est. Abulensis q. 16, ideò putat, ne Amasa fugeret. Mihi hoc visum est durum, neque admodùm ad Joab consilium fraudulentum: facilè enim Amasa, si in eâ menti apprehensione vis aliqua esset, aut metus hostilis, caveret sibi ab eo, quem propter ablatam dignitatem aut nôrat, aut suspicabatur infensum. Ego id puto usitatum Hebræis, ut sicut se mutuis excipiebant osculis, neque id putabatur indecorum, aut inurbanum; sic etiam aut genas tangerent, aut barbam illorum, quorum se profitebantur familiares, et amicos. Hoc verò tam abeat olim ut censeretur rusticum, et fatuum, ut potiùs qui contra faceret, parùm videretur officiosus, et urbanus. Homerus lib. 1 Iliad. sub finem, juxta illam consuetudinem, quæ sub illa tempora vigebat, inducit Thetim, quæ supplicatura Jovi, ejus mentum dextrâ manu prehendit.

Δεξιτε ῇ δ'ἀρ ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα
Λισσομένη προσείπε Δία.

Dexterâ apprehendit mentum, et supplex allocuta est Jovem. Similia apud eumdem poetam occurrunt non rarò. Ut autem virorum etiam principum supplices, aut etiam venerabundi mentum attingebant; sic feminarum nobilium, quales sunt heroides, aut reginæ, tangebant genas. Quod fecit Ulysses, cùm deprehensus est simulato habitu à Trojanâ reginâ. Quod docuit Euripides in Hecubâ, quam his verbis cum Ulysse agentem inducit:

Ἥψω τῆς γεραιᾶς προσπιτνῶν παρηΐδος,

Tetigisti supplex hanc anilem genam. Quod etiam cum Ulysse mutatâ jam fortunâ fecisset eadem, si Ulysses permisisset. Nam cùm dixisset: « Supplex anilem hanc contigisti ge-« nam, » addit idem omninò supplex factura: « Nunc hæc vicissim prona contingo tui. » Et aliquantò postea de eodem queritur Polyxena supplex: « Video te, Ulysse, ora vertentem « retrò tetigisse malam, ne mihi sit fas tuam. » Et quidem Plinius lib. 11, cap. 45, hanc esse olim apud Græcos consuetudinem dicit. « An-« tiquis, inquit, Græcis, in supplicando men-« tum attingere mos erat. » Eamdem ego reor consuetudinem fuisse inter Hebræos, cùm occurrerent illi, quibuscum sanguinis erat, aut animorum aliqua conjunctio.

Joab autem, et Abisai frater ejus persecuti sunt Seba. Si verum est, quod supra dicebamus ex Josepho, attulisse nimirùm Amasam secum vim hominum maximam, quam ex contribulibus suis evocaverat, illud quicquid erat, secum adduxerunt Joab, et Abisai. Sed mirum est, illos, qui ducem Amasam secuti fuerant, non convertisse arma, quæ in conjurationis auctorem assumpserant, in illum, à quo per scelus, et fraudem Amasam interfectum esse cognoverant. Quæ res dubiam mihi facit Josephi fidem, et facit ut putem evocatos quidem esse plurimos, et illis certum diem, et locum esse condictum; non tamen simul cum Amasâ fuisse profectos. (1)

(1) Vers. 10. — Percussit eum in latere. Septuaginta: *In lumbo.* Ita pariter reddit interdùm auctor Vulgatæ eamdem vocem Hebræam, quam recentiorum plerique vertunt, *quintam costam.* (Calmet.)

Comme Amasa ne prenait pas garde à l'épée qu'avait Joab, Joab l'en frappa, et il tomba mort. Nous avons vu auparavant que David envoya dire à Amasa: *N'êtes-vous pas ma chair et mes os,* c'est-à-dire: N'êtes-vous pas un de mes plus proches? parce qu'il était neveu de David, fils d'Abigaïl sa sœur. *Que Dieu me traite avec toute sa sévérité, si je ne vous fais pour toujours général de mon armée à la place de Joab.*

David était très juste dans ce traitement qu'il avait résolu de faire à Joab, et l'on peut dire qu'il était plutôt trop doux que trop sévère. Cet homme audacieux avait assassiné d'abord Abner, prince de la maison de Saül, comme il a été marqué auparavant. Après cela il tue le fils du roi même, contre le commandement exprès qu'il avait reçu de le sauver; et il le tue, non dans la chaleur du combat, mais de sang-froid, lorsqu'il était hors d'état de se

VERS. 11. — INTEREA QUIDAM VIRI CUM STETISSENT JUXTA CADAVER (1), etc. Hæc ad versum usque 18. aperta sunt; tantum enim habemus ad aspectum cadaveris, quod jacebat in viâ, substitisse omnes tanti viri tam acerbum casum, et ducis Joab fraudulentam audaciam admiratos. Cùm autem tam crudelis species omnium ordinum fregisset animos, submovit quidam illum de viâ, et impedimento sublato, alii quam ingressi fuerant viam, persecuti sunt. Ubi nota pro re morali, quantùm afferat impedimenti populari turbæ principum lapsus, quo illorum qui in eodem studio sunt, debilitantur vires, et studia frigent. Quare eodem vulnere, quo cecidit Amasa, alii quoque cecidisse videri possunt. (2)

défendre, et comme pour insulter aux ordres du roi. David étant percé jusqu'au cœur et de la mort de son fils, et de la manière si outrageuse dont il lui avait été ravi, déclare devant tout le monde qu'il veut ôter à Joab la charge de général et la donner à Amasa. Joab en même temps prend la résolution de faire voir à David que, s'il lui a donné le commandement de ses armées, il n'a pas néanmoins assez de pouvoir pour le lui ôter. Après avoir assassiné Absalom, il assassine encore Amasa. Il veut que tout le monde sache qu'il est plus absolu dans les armées du roi que le roi même ; que malgré lui il demeurera toujours général, et que la mort sera le prix de quiconque osera prétendre à sa charge. David sent comme il doit une injure si atroce. Son âme est trop grande pour n'être pas touchée vivement de cet abaissement si prodigieux de la majesté royale. Mais il regarde Dieu, qui gouverne tout, et il tempère par cette vue le ressentiment de cet outrage. Il vérifie ici la parole qu'il dit à Dieu dans un de ses psaumes : *Je suis prêt à souffrir tous les châtiments qu'il vous plaira de m'envoyer: Ego autem in flagella paratus sum.* Il avait toujours devant les yeux les excès qu'il avait commis. Il était persuadé qu'il ne pouvait ni s'humilier assez lui même, ni être assez humilié par les autres, pour pouvoir satisfaire à la justice de Dieu. Il savait que, pour des actions si criminelles, il méritait de perdre, non seulement la couronne, mais la vie. Ainsi il disait à Dieu en quelque sorte dans la disposition de son cœur : Vous êtes infiniment au-dessus de moi, et vous m'avez mis au-dessus de mes sujets. J'ai oublié ce que je vous devais ; ils oublient maintenant ce qu'ils me doivent. Je vous ai méprisé, et ils me méprisent. J'adore votre justice, qui me punit avec tant de bonté, au lieu des rigueurs que je méritais, et j'embrasse de tout mon cœur cet anéantissement où je me vois réduit et dont je suis digne.

Qui n'admirera cet exemple si illustre d'un roi pénitent? Il y avait moins lieu de s'étonner que dans la révolte d'Absalom il se fût toujours considéré comme n'étant plus roi, et qu'il eût accepté d'un si grand cœur toutes ces peines que le Prophète lui avait prédites. Mais dans l'état où il se voyait alors, la mort d'Absalom lui avait assuré la couronne, et il déclare lui-même que Dieu lui avait rendu de nouveau le royaume d'Israël. C'est pourquoi on ne peut assez admirer qu'il ne soit pas moins humble dans la prospérité que dans l'adversité, et qu'étant le même dans tous les temps, il n'envisage que Dieu en toutes choses.

Aussi le soulèvement qu'Absalom avait causé dura peu de temps, et les injures de Séméï s'évanouirent en peu d'heures. Absalom avait été puni plus sévèrement que David même n'avait souhaité, et Séméï se tenait heureux d'avoir sauvé sa vie en demandant pardon de sa faute. Mais tant que David a régné, il a vu en quelque sorte Joab au-dessus de lui. Il a conservé le titre de roi, et l'un de ses sujets en a eu la principale autorité. Il a vu cet assassin de son fils et de deux princes, jouir en paix du fruit de ses crimes; et il a ressenti dans son âme une joie secrète, de pouvoir offrir à Dieu ce sacrifice si grand et si continuel de son humiliation et de sa pénitence, qui a duré autant que sa vie.

(Sacy.)

(1) ECCE QUI ESSE VOLUIT PRO JOAB COMES DAVID. Ad litteram Hebræus : *Quis est qui complacuit in Joab? et quis est Davidi? Post Joab* veniat. Militum verba sunt Joabi amicissimorum; ac si dicerent : Unus est imperator Joab; qui Davidem colunt atque amant, inter Joabi milites nomen dent. Aliter verti potest : *Quis est qui voluit* evertere *Joab? Et quis* est *qui* voluit esse *Davidi post Joab?* Ludibria sunt militum Joabi de Amasæ infortunio.

(Calmet.)

(2) VERS. 14.—ILLE TRANSIERAT PER OMNES TRIBUS ISRAEL IN ABELAM ET BETHMAACHA. Fortè Seba. Is, post eas turbas quæ ad Jordanem de regis transitu excitatæ fuerant, seditiosorum ducem se præbens, decursisque omnibus Israelis tribubus cis Jordanem, cum selectis à se copiis in urbe Abela, inter Damascum et Paneadem sitâ, sese munierat. Eadem est fortassè *Abela* ac *Abyla Lysaniæ*, et metropolis Abylenes apud S. Lucam 3, 1. Inter Heliopolim et Damascum ab alienis geographis collocatur. Ego eamdem esse arbitror ac *Hoba* Geneseos 14, 15. Scriptura hìc jungit *Abelam* et *domum Maacha*, vel *Beth-Maacha*, אבלה ובית מעכה. Porrò *Maacha*, *Machati*, *Beth Maacha*, regio Maacha, satis ad septentrionem erant terræ sanctæ, et propè Syriam, et ad tribum Nephthali pertinebant; quare maximè omnium probabile, *Abelam* hanc eam esse, quam Eusebius inter Paneadem et Damascum locat. *Abel* tantummodò in quarto Regum libro appellatur.

OMNES VIRI ELECTI CONGREGATI FUERANT AD EUM. Tribus percurrens Siba, quidquid optimum invenit è militibus, ad se collegit. Hebræus : *Et omnes Berim contempserant, et venerant cum eo.* Qui *Berim* ejusmodi, ignoramus. Septuaginta legunt *Hirim*, cùm vertant : *Et omnes civitates congregatæ fuerant, et advenerant post eum.* S. Hieronymus duxit הברים ex Hebræo *Barah*, eligere. Aiunt alii, eâ voce indicari Berothitas. Cur verò non potiùs cives Bahurim בחורים? Scribendi earum vocum ratio simillima est. Bahurim urbs erat Benjamitica, patria impii Semei. Ea Saülis memoriæ maximè devota fuisse videtur; neque in eâ

VERS. 18. — SERMO DICEBATUR IN VETERI PROVERBIO : QUI INTERROGANT, INTERROGENT IN ABELA, ET SIC PERFICIEBANT. Obsederat Joab Abelam, in quam se receperat Seba, urgebatque obsidionem vehementer, admotoque ariete, muralibusque machinis subruendis, evertendisque mœnibus constans dabatur, et acris opera. Et certè urbs illa gravem accepisset ruinam et plagam, nisi prudentis feminæ sedulitas occumbenti patriæ maturum adhibuisset remedium. Quæ cùm ascendisset murum, principem advocat exercitûs, et rationem ostendit, quâ victoriam imperator habeat incruentam, nempe ut unius hominis interitus, in quo tota hærebat culpa, omnium civium redimat commune periculum. Verba porrò, quæ Abelana femina locuta est ad Joab, obscura sunt, quæque interpretum diù, ac multùm vexârunt ingenia.

SERMO DICEBATUR IN VETERI PROVERBIO. Aliquid sine dubio præcipuum erat in hâc civitate, unde natum est hoc proverbium; quid illud fuerit, nobis explorandum. Sed priùs nobis illa explicatio rejicienda, quæ ideò, ut puto, aliquibus placuit, quia nulla illis occurrebat solutior, quam sumpserunt ex Hebræorum traditionibus, qui, ut in illis refert Hieronymus, existimant allusum esse ad illud Deut. cap. 20, ubi præceptum est à Domino, ut quando ingressuri terram Chanaam essent, et gentes deleturi, primùm pacem offerrent, et si pax ab eis reciperetur, pacem recipientes tributarii eorum efficerentur, sin secùs delerentur. Hæc ergo Abelana femina monet Joab, ut in Abelæ obsidione servet illam legem, quam in aliis alienigenarum civitatibus servare jubentur, qui exercitibus præsunt. Hæc probant viri non pauci; sed sanè huic expositioni non adeò favent, quæ sequuntur, quæ omnia non tam à lege illâ Deuteronomii videntur accepisse vim, quàm ab aliâ civitatis Abelæ commendatione, ut constat, quia non aptè familiæ deerant sanguinis cognatione conjunctæ cum Saüle, uti familia Semei. Seba filius Bochri Benjamita erat, ac fortè ex urbe Bahurim; quare cives omnes suos Abelam transferre potuit. (Calmet.)

VERS. 15. — ET CIRCUMDEDERUNT MUNITIONIBUS CIVITATEM, ET OBSESSA EST URBS. Hebræus : *Et congregaverunt aggerem ad urbem, et exercitus fuit in antemurali.* Putant aliqui, aggestâ humo fossas urbis opplevisse, ut faciliùs ad oppugnationem accederent. Maluerim tamen ego, ex veteri oppugnandi more, aggeres adversùs mœnia structos fuisse, ubi sagittarii constituti et defensores à mœnibus arcerent, et aggressoribus cuniculos agendi locum facerent. Seu potiùs : Aggere et fossis tota undique urbs circumdata est, ne quis vel egredi vel ingredi posset; Davidicis copiis intra fossas constitutis, seseque fossarum ope tuentibus, quæ sibi adversùs externos hostes præsidium erant. Primâ aggerum coronâ ab Joabi copiis superatâ, jam ad murum accedebant, ac propediem urbs capienda erat.

OMNIS AUTEM TURBA... MOLIEBATUR DESTRUERE MUROS. Censet S. Hieronymus, muros ariete quassos fuisse : *Et dux exercitûs Joab muros ariete quateret.* Arietis tamen usus multò recentior est. Moniti cives discrimine, feminam spectatæ prudentiæ misêre, quæ Joabum è mœnibus alloqueretur. (Calmet.)

VERS. 16. — *Alors une femme de la ville d'Abéla, qui était fort sage, dit à Joab : Pourquoi voulez-vous ruiner une ville qui est mère de tant d'autres, et pourquoi voulez-vous détruire l'héritage du Seigneur?* Theodoret remarque sur ces paroles ce qui est confirmé aussi par la langue originale, que cette femme, dont l'Ecriture loue la sagesse, avertit Joab qu'il n'avait point traité la ville d'Abéla selon les ordres que Dieu avait prescrits à son peuple. Car il est marqué dans le Deutéronome que lorsque les Israélites assiégeront une ville, ils seront obligés d'envoyer savoir d'abord si elle ne pense point à se rendre, avant que de se mettre dans la nécessité de souffrir un siége. C'est pourquoi cette femme reproche avec raison à Joab qu'il s'était précipité dans l'attaque de cette ville, et qu'avant que de lui déclarer la guerre, il aurait dû lui proposer des conditions de paix. Joab lui témoigne qu'il ne pensait nullement à perdre Abéla, qu'il n'en veut qu'à un seul homme qui s'est déclaré le chef d'une nouvelle révolte, et qui a soulevé les peuples contre leur roi légitime. Cette femme aussitôt parle aux principaux de la ville; elle leur représente que c'était Dieu même qui avait donné la couronne à David, et qu'il venait de la lui conserver par une protection miraculeuse; qu'ayant toujours été très-fidèles à leur prince, ils ne devaient point ternir leur gloire, en prenant quelque part à la révolte d'un séditieux. Tous se rendent à un si sage conseil; le crime de Séba tombe sur lui seul : on lui coupe la tête, et on la jette par-dessus la muraille. Joab aussitôt se retire, et la ville demeure en paix.

Ainsi la sagesse d'une femme sauve tout un peuple. Un conseil prudent doit être toujours écouté avec respect, puisque de quelque part qu'il vienne, il vient de Dieu, qui est la source de toute sagesse. Dieu a parlé, quand il lui a plu, par des femmes saintes, comme par des hommes pleins de son Esprit. Tout instrument suffit à Dieu, quand il veut agir, et les plus faibles font encore plus voir sa toute-puissance. On peut dire en un sens plus spirituel que cette femme si sage est l'image de l'Eglise. C'est elle qui apprend aux hommes le respect qu'ils doivent à leurs souverains, et c'est elle aussi qui apprend aux souverains à ne point abuser de leur puissance pour perdre les villes, à ne point confondre les innocents avec les coupables, et à mettre leur principale gloire à procurer, autant qu'il est en leur pouvoir, le repos des peuples. (Sacy.)

cum communi illâ lege videntur posse componi.

Alii, ut opinor, meliùs Abelam civitatem esse credunt aut bonorum ingeniorum feracem, aut bonarum litterarum altricem, quales sunt Academiæ. Quare hæc femina juxta horum auctorum cogitationem admonet Joab, ne temerè aliquid aggrediatur, sed consilium accipiat ab eâ civitate, utpote bonarum artium, et disciplinarum magistra, quam alii consulere consuevêre, didicêreque ex ipso rerum exitu prudens ab illâ datum esse consilium. Quòd verò loca fuerint in Israelitide terrâ, in quibus doctrina traderetur philosophica, sive quæ ad mores, et religionem pertinet, nonnulla apparent in Scripturâ vestigia. Certè Josue cap. 15, v. 15, civitas fuisse dicitur, quæ tunc vocabatur Dabor, quæ priùs appellata fuerat Cariothsepher, id est, civitas litterarum, quia ibi Chananæi habuisse videntur gymnasia, et communia omnium disciplinarum emporia. De quâ vide in eum locum Abulensem. Ex illis ergo Academiis una fuit Abela, et omnium, ut apparet, nobilissima, qualis fuit olim inter Græcos Athenæ, in Galliâ Lutetia, in Hispaniâ Salmantica, aut Complutum.

Mihi omnium maximè placet Abulensis q. 26, à quo non longè abit Cajetanus, et Angelomus in priori explicatione : nam statim adducit sententiam Hebræorum, et illam anteponit; qui putant ab illâ feminâ prudentissimâ proponi insignia civitatis merita, quæ arcere poterant inimicorum arma, et quantumcumque furentes animos sedare. Natura enim rerum fert, ut inviti feramur in ea, ex quibus aliquem non vulgarem usum cepimus, aut quæ utilia fore videntur rationibus publicis, aut quæ aliquid habent eximium, quod venerari, aut admirari debeamus. Hæc verò civitatis illius in omnem gentem Israelitidem promerita sunt. Quia in eâ fuit commune quoddam, et celebre totius Israelis oraculum ; si quid enim dubium incideret, de quo esset instituenda deliberatio, si qua de religione controversia, si quis denique nodus, qui non posset ab aliis facilè dissolvi, res tota deferebatur ad Abelam. Quemadmodùm aliis in locis ad Academias, sapientiumve cœtus adducuntur illa, quæ magnorum ingeniorum illustrationem desiderant. Quare sicut proverbiali specie, si quis occurrit nodus explicatu difficilis, dici vulgò solet : *Solvat Œdipus*, aut, *interroga Œdipum;* sic etiam, opinor, dicebatur in Israel : *Adi Abelam*, seu, *interroga in Abela*. Ait ergo femina illa prudentissima nefas esse civitatem illam excindi, cujus tot essent merita in rem communem; neque ex usu fore gentis Israelitidis deleri oraculum illud familiare Hebræis, et in rebus dubiis commune perfugium. Sanè imperatores appetentes victoriæ, et furore in aliquod hominum genus inflammati, ab hominum sapientium, benèque de re communi meritorum ædibus abstinuerunt, cùm cætera incendio, ferroque vastarent. Alexander cùm Thebas everteret, et in omnes sine discrimine sæviret, à Pindari tamen ædibus, tanquàm à re sacrâ, victorem, et insolentem militem abstinere jussit.

Et sic perficiebant. Cùm edocti essent ab Abelanis, qui consilii gratiâ ad illos accesserant, quid facto opus esset, rem aggrediebantur ex illorum sententiâ, perficiebantque quod illis ex usu, aut religione futurum esse videbatur. Aut certè sic perficiebant, id est, assequebantur, quod suis proposuerant aut votis, aut studiis; aliter excidissent ab eo, ad quod eorum studia ferebantur : vel perficiebant, nempè interrogare alios, quia satis habebant sibi, si modò ab Abelanis responsum accepissent, quod instar obtinebat, et pondus oraculi.

Vers. 19. — Nonne ego sum, quæ respondeo veritatem in Israel ? Hìc Hebræi suo more perquàm bellè nugantur, et de hâc muliere prodigiosa referunt, cum magno, opinor, suorum auditorum stupore, et plausu, qui non minùs erant ad credendum, quàm illi ad fingendum faciles. Dicunt enim, ut tradit Hieronymus in Traditionibus Hebraicis, et pluribus Abul. quæst. 27, ex Rab. Salomon, hanc mulierem fuisse Saram filiam Aser, de quâ Genes. 46, v. 17, eamque spiritu afflatam esse prophetico; dixisseque Jacob filium ejus vivere, et esse fortunatum in terrâ Ægypti; et ostendisse Moysi quo loco essent ossa Joseph, cùm illa ex Ægypto ad promissam terram transferri oporteret. Quod ideò sibi miselli persuaserunt, quia ipsa hoc loco de se affirmat : *Ego sum, quæ respondeo veritatem in Israel.* En quàm grave fundamentum, ut tam immane mendacium sustineat ! Sed dicendum est hanc mulierem personam sustinere civitatis Abelæ, et ejus nomine agere cum exercitûs principe de patriæ libertate, ut declarat totus penè contextus. Nam primùm non dicit mulier se ab Israele consuli, sed Abelam; neque ideò probaret parcendum esse civitati, quia una esset mulier maturi judicii, et acutæ mentis, quæ

idoneè posset interrogantibus respondere. Licet enim eam ob causam indigna non esset optatâ veniâ, at certè ideò tota civitas digna non esset, cui ignosceretur. Agit igitur publicam, id est, civitatis personam, et in se repræsentat, quod in illo doctorum, doctrinarumque domicilio commendari videt.

Hebraicè : *Ego pacificans fideles Israel,* seu, ut legunt Septuaginta : *Ego sum pacifica de firmamentis Israel.* Quorum sensus est Abelam componere consuevisse controversias suâ prudentiâ, atque integro, fidelique judicio, et animos conciliare diffidentes; aut certè se nunquàm excitare solitam seditiones, et motus. Quare qui Abelam everteret magnum in Israelitide terrâ conservandæ pacis momentum eriperet. Et ideò subjicit :

Et tu quæris subvertere civitatem, et evertere matrem in Israel ? Quasi dicat : Egregiè tot civitatis hujus merita compensas, præclaram refers gratiam illi, quæ, quod mater filiis, Israeli toti beneficium, et indulgentiam præstitit, dùm illam excindere contendis, quæ pacem aluit, et seditionum semina sapienter elisit. Quâ præcipitatâ Israelem totum eodem impetu præcipitas. Id enim valet : *Præcipitas hæreditatem Domini.* Hæreditas enim est totus Israel.

Vers. 21. — Sed homo de monte Ephraim Seba. Reliqua ad vers. 23 interprete non egent. Ait enim Joab sibi nihil esse cum illâ civitate negotii, sed esse seditiosum hominem nomine Seba, qui contra regem infidelem armavit manum, et magnos inter fratres excitavit motus; quo sublato, nihil fore præterea, quod persequatur bello. Quod facilè obtinuit mulier à civitate totâ, cui visum est expedire, ut unius hominis capite præsens redimeretur populi, et commune periculum. Occiditur itaque Seba communi consensu, et illius caput per muros civitatis in castra projicitur, et statim clangente buccinâ revocatus est populus, et obsidio soluta.

Illud hìc videndum, quomodò cùm Jeminæus esse dicatur Seba supra, v. 1, id est, de filiis Benjamin, nunc dicatur à Joab esse de monte Ephraim, quâ de re Abul. q. 28. Ego duas causas illius nominis invenio; et primùm statuo illum montem, qui dicitur Ephraim, esse in tribu Benjamin; neque enim ex Hebræorum consuetudine licebat quemquam habitare extra funiculum suæ tribui destinatum. Puto autem aut montem illum appellari Ephraim, quia aliquid ibi accidit Ephraimitis, sive adversum, sive prosperum, cujus memoriam retinuerunt posteri : quo modo supra cap. 18, locus ubi commissum est prælium contra Absalomem, cùm sit in regione Galaaditide, vocatur tamen saltus Ephraim, propter eventum quem eo loco adduximus. Aut cùm mons ille oriretur in sorte Ephraim, ab Ephraim compellationem accepit, licet latè se ad aliarum tribuum terminos porrigeret. Atque ideò pars illa montis, quæ spatium aliquod occupabat sortis Benjamin, appellata fuit mons Ephraim. In illo porrò spatio habitâsse videri potuit iste Seba. Nisi mavis aliquam partem illius tribûs hoc notari nomine, quia vergebat ad montem Ephraim. Quo modo magnæ civitates, aut illustria loca nomen attribuunt portis civitatum, quæ ad illas aut ducunt, aut spectant. Sic in hoc ipso loco, ubi hæc scribimus, porta dicitur *Matriti,* et *Caracæ,* et *Fluminis,* quia regiones illas habent adversas. Quælibet harum rationum satis est gravis, ut civitas, quæ est in Benjamitide, in Ephraimitide tribu fuisse dicatur. Quæ harum sit vera, incertum nihil est. (1)

Vers. 23. — Fuit ergo Joab super omnem exercitum Israel. Cùm jam extinctus esset Amasa, quem pro Joab rex constituerat super exercitum, rediit Joab ad illum locum, et ordinem, unde paulò ante deciderat.

Banaias autem filius Joiadæ super Pheleth æos et Cerethæos. Qui sint hi Phelethæi, etc., diximus supra cap. 15, v. 18. Sunt autem regii corporis custodes, et vigiles, qui à Latinis prætoriani milites appellantur.

Vers. 24. — Aduran verò super tributa, etc. Hic quæstor erat regius, qui fisco præerat. Videtur autem David aliter atque antea disposuisse tam quæ ad regnum, quàm quæ ad ipsius familiam pertinebant : nam aliqui in eâ conspiratione non satis fidem suam regi probaverant. Quamvis, quod ad hæc ministeria pertinet, nihil mutatum est, ut satis constat supra cap. 8, ad finem, ubi hæc eadem munera atque personæ numerantur, uno excepto Ira Jairite, qui sacerdos fuisse dicitur David. Vide quæ à nobis ibi dicta sunt, quæ hìc repetere necessarium non est.

Vers. 26. — Ira autem Jairites erat sacerdos David. Lib. 2, cap. 8, ad finem, filii David

(1) Vers. 22. — Et locuta est eis sapienter, dicendo, ut ait Josephus : « Vultis mali malè « perire cum liberis ac conjugibus, propter « hominem malum et ignotum, eumque pro « David, cujus tanta in vos extant beneficia, « regnare ? Speratis unam urbem tam valido « exercitui resistere posse ? » (Corn. à Lap.)

fuisse dicuntur sacerdotes, qui tamen tales esse non poterant, quia non erant ex ordine Levitico. Quo verò sensu sacerdotes esse potuerint, ibi à nobis ostensum est. Hic nobis investigandum, cur loco filiorum David, ponatur iste Ira Jairites. Si verum est, quod putat Lyra, sacerdotis nomine nihil significari sacrum, ut diximus de filiis David, et illorum loco *Iram* esse suffectum, haud dubiè hoc nomen eam dignitatem et necessitudinem significat, quam habent, qui assidui sunt principibus, et plurimùm apud ipsos gratiâ, et auctoritate valent. Atque ideò hic de Irâ nil aliud affirmatur, quàm regi fuisse charum, familiarem, et assiduum. Suspicor autem illos filios David, qui dicuntur sacerdotes, fuisse non omnes, sed duos, Absalomem, et Amnonem, qui regi charissimi erant. De Amnone liquet ex c. 13, v. 21, ubi sic de David, postquàm novit quid Amnon contra sororem admisisset : *Noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat.* De Absalome satis grave documentum dedit in illius morte. Cùm ergo hoc tempore duo isti, qui sacerdotes ante fuerant, decessissent, eorum loco successit Ira Jairites.

Hæc explicatio mihi non videtur aliena, sed neque fortassè illa est, quam adducit Theodoretus, et ex eo Abulensis q. 32, ubi docet fuisse quidem Sadoc, et Abiathar, sacerdotes magnos, qui Israeli toti in suo ordine, et sacro ministerio præerant. At Jairitem istum esse sacerdotem Davidis, qui illi aderat, et pro eo sæpè sacris operabatur. Quo modo nunc viri principes, licet episcopos habeant, tamen domesticos, et familiares sacerdotes, quos capellanos dicimus, qui pro illis sacrificant, et orant. Quod eo tempore Davidi accidere potuit commodiùs, cùm apud se arcam haberet, et vacare quotidie posset sacrificiis.

CAPUT XXI.

1. Facta est quoque fames in diebus David tribus annis jugiter; et consuluit David oraculum Domini, dixitque Dominus: Propter Saül et domum ejus sanguinum, quia occidit Gabaonitas.

2. Vocatis ergo Gabaonitis, rex dixit ad eos (porrò Gabaonitæ non erant de filiis Israel, sed reliquiæ Amorrhæorum; filii quippe Israel juraverant eis, et voluit Saül percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel et Juda).

3. Dixit ergo David ad Gabaonitas : Quid faciam vobis? et quod erit vestrî piaculum, ut benedicatis hæreditati Domini?

4. Dixeruntque ei Gabaonitæ : Non est nobis super argento et auro quæstio, sed contra Saül et contra domum ejus; neque volumus ut interficiatur homo de Israel. Ad quos rex ait : Quid ergo vultis ut faciam vobis?

5. Qui dixerunt regi : Virum qui attrivit nos et oppressit iniquè ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe ejus in cunctis finibus Israel.

6. Dentur nobis septem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saül, quondam electi Domini. Et ait rex : Ego dabo.

7. Pepercitque rex Miphiboseth filio

CHAPITRE XXI.

1. Du temps de David il y eut une famine qui dura trois ans. David consulta l'oracle du Seigneur, et le Seigneur lui répondit que cette famine était arrivée à cause de Saül et de sa maison, qui était une maison de sang, parce qu'il avait tué les Gabaonites.

2. Or les Gabaonites n'étaient point des enfants d'Israël, mais un reste des Amorrhéens, et les Israélites s'étaient liés à eux avec serment. Cependant Saül avait entrepris de les perdre par un faux zèle, comme pour réparer la négligence des enfants d'Israël et de Juda. David fit donc venir les Gabaonites,

3. Et leur dit : Que puis-je vous faire pour réparer l'injure que vous avez reçue, afin que vous bénissiez l'héritage du Seigneur?

4. Les Gabaonites répondirent : Nous ne voulons pour satisfaction ni or ni argent; nous demandons justice contre Saül et contre sa maison, et, *hors cela,* nous ne voulons point qu'on fasse mourir aucun homme d'Israël. — Que voulez-vous donc, dit David, que je fasse pour vous?

5. Ils lui répondirent : Nous devons tellement exterminer celui qui nous a tourmentés et opprimés si injustement, qu'il ne reste pas un seul de sa race dans toutes les terres d'Israël.

6. Qu'on nous donne *au moins* sept de ses enfants, afin que nous les mettions en croix pour satisfaire le Seigneur à Gabaa, d'où était Saül, qui fut autrefois l'élu du Seigneur. Le roi leur dit : Je vous les donnerai.

7. Il épargna Miphiboseth, fils de Jonathas,

Jonathæ, filii Saül, propter jusjurandum Domini quod fuerat inter David et inter Jonathan filium Saül.

8. Tulit itaque rex duos filios Respha filiæ Aia quos peperit Saüli, Armoni et Miphiboseth, et quinque filios Michol filiæ Saül, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi;

9. Et dedit eos in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: et ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei.

10. Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substravit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo; et non dimisit aves lacerare eos per diem, neque bestias per noctem.

11. Et nuntiata sunt David quæ fecerat Respha filia Aia, concubina Saül.

12. Et abiit David, et tulit ossa Saül et ossa Jonathæ filii ejus à viris Jabes-Galaad, qui furati fuerant ea de plateâ Beth-San, in quâ suspenderant eos Philisthiim cùm interfecissent Saül in Gelboe;

13. Et asportavit inde ossa Saül et ossa Jonathæ filii ejus; et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant,

14. Sepelierunt ea cum ossibus Saül et Jonathæ filii ejus in terrâ Benjamin, in latere, in sepulcro Cis patris ejus; feceruntque omnia quæ præceperat rex. Et repropitiatus est Deus terræ post hæc.

15. Factum est autem rursùm prælium Philisthinorum adversùm Israel, et descendit David et servi ejus cum eo, et pugnabant contra Philisthiim. Deficiente autem David,

16. Jesbi-Benob, qui fuit de genere Arapha, cujus ferrum hastæ trecentas uncias appendebat, et accinctus erat ense novo, nisus est percutere David.

17. Præsidioque ei fuit Abisai filius Sarviæ, et percussum Philisthæum interfecit. Tunc juraverunt viri David, dicentes: Jam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel.

18. Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthæos. Tunc percussit

fils de Saül, à cause de l'alliance que Jonathas et lui s'étaient jurée au nom du Seigneur.

8. C'est pourquoi il prit les deux fils de Respha, fille d'Aïa, Armoni et Miphiboseth, qu'elle avait eus de Saül, et cinq fils que Michol, fille de Saül, avait *adoptés, et que Mérob, sa sœur, avait* eus d'Hadriel, fils de Berzellaï, qui était de Molathi;

9. Et il les mit entre les mains des Gabaonites, qui les crucifièrent sur une montagne devant le Seigneur. Ainsi moururent ces sept hommes, exécutés tous ensemble, dans les premiers jours de la moisson, lorsque l'on commençait à couper les orges.

10. Respha, fille d'Aïa, prenant un cilice, l'étendit sur une pierre, et demeura là depuis le commencement de la moisson jusqu'à ce que, *Dieu étant apaisé,* l'eau du ciel tombât sur eux; et elle empêcha les oiseaux de déchirer leur corps pendant le jour, et les bêtes de les manger pendant la nuit.

11. Et cette action de Respha, fille d'Aïa, concubine de Saül, fut rapportée à David.

12. Alors David alla prendre les os de Saül et de Jonathas, son fils, à Jabès en Galaad, ceux de cette ville les ayant enlevés de la place de Beth-San, où les Philistins les avaient pendus après que Saül eût été tué à Gelboé;

13. David transporta donc de là les os de Saül et de Jonathas, son fils, et, ayant fait recueillir les os de ceux qui avaient été crucifiés,

14. Il les fit ensevelir, avec ceux de Saül et de Jonathas, son fils, dans le sépulcre de Cis, père de Saül, à Scéla, au pays de Benjamin. Ces ordres que le roi avait donnés furent exactement exécutés; et après cela Dieu se rendit propice à la terre comme auparavant.

15. Les Philistins firent encore une guerre contre Israël. David marcha contre eux avec son armée, et leur livra bataille. Mais perdant ses forces,

16. Jesbi-Bénob, de la race d'Arapha, qui avait une lance dont le fer pesait trois cents onces, et une épée qui n'avait point encore servi, était prêt à le tuer.

17. Mais Abisaï, fils de Sarvia, prévint le Philistin, le tua, et sauva David. Alors les gens de David lui firent cette protestation: Nous ne souffrirons plus que vous veniez à la guerre avec nous, de peur que vous n'éteigniez la lampe d'Israël.

18. Il y eut une seconde guerre à Gob contre les Philistins, où Sobochaï de Husathi tua

Sobochai, de Husathi, Saph de stirpe Arapha, de genere gigantum.

19. Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit A-Deo-Datus, filius Saltus, polymitarius, Bethlehemites, Goliath Gethæum, cujus hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium.

20. Quartum bellum fuit in Geth; in quo vir fuit excelsus qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id est, viginti quatuor, et erat de origine Arapha.

21. Et blasphemavit Israel; percussit autem eum Jonathan, filius Samaa, fratris David.

22. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, et ceciderunt in manu David et servorum ejus.

Saph, descendu d'Arapha, de la race des géants.

19. Il y eut aussi une troisième guerre à Gob contre les Philistins, dans laquelle Elchanan, fils de Jaré-Orgim, de Bethléhem, tua Goliath de Geth, qui avait une lance dont la hampe était comme le grand bois des tisserands.

20. Il se fit une quatrième guerre à Geth, où il se trouva un grand homme qui avait six doigts aux pieds et aux mains, c'est-à-dire vingt-quatre doigts, et qui était de la race d'Arapha.

21. Il vint outrager insolemment Israël; mais Jonathan, fils de Samaa, frère de David, le tua.

22. Ces quatre hommes étaient de Geth, de la race d'Arapha, et ils furent tués par David et par ses gens.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Facta est quoque fames in diebus David tribus annis jugiter, et consuluit David oraculum Domini. Quoto anno cœperit hæc fames, non constat; est tamen verisimile non longè post tempora, de quibus proximè, contigisse, licet aliter non rarò contingat, eodem tamen ordine narrari res solent, quo gestæ sunt. Et ita placet Abulensi q. 1, qui tamen non gravatè admittit illam sententiam, quæ ante hoc tempus famem illam contigisse dicit; quod mihi difficile non est. Nam sicut in secundâ parte capitis, ut nonnulli putant colligit historicus sacer bella, quæ contra Philistinos gessit David, quia nihil jam bellorum supererat, quod historiæ mandaret; sic etiam quia calamitates numerârat, quæ Davidi contigerunt post violatum Uriæ thalamum, hanc etiam attexere voluit, licet non suo loco, quia alius non occurrebat opportunior, ne supplicia, quibus Deus Davidis adulteri atque homicidæ scelus castigaverat, interrupta obscuram redderent narrationem. Sed nihil hic certum video, utrumque satis apparet verisimile, et illud prius magis, nimirùm ut narrationis ordo ordinem sequatur rerum gestarum.

Consuluit David oraculum Domini. Quomodò consultus Deus, oraculum Davidi atque aliis reddere consueverit, diximus supra lib 1, cap. 23, et quidem consultum à Davide fuisse Dominum sæpiùs legimus, quia bonus rex nihil inconsulto Deo felicem exitum habiturum putabat. Dubitat Abulensis q. 3, cur cùm tribus annis fames vexârit Israelitas, ad tertium usque consultationem distulerit. Et postquàm aliorum rationes confutavit, dicit videri sibi à Davide Dominum esse consultum duobus annis prioribus, non tamen respondisse; vel quia aliquod in populo peccatum intervenerat, quod divinum impediret oraculum, sicut accidit Saülis tempore, c. 14, et iterùm cap. 28, ubi Deus respondere ad interrogata noluit, quia peccatum in castris reclamabat; vel certè cùm Deus tribus annis punire populum fame statuisset, respondere noluit, quia neque vindicem manum ab infligendâ plagâ cohibere voluit. Sed sanè, licet non abs re, et sine conjecturâ aliquâ probabili, divinat tamen Abulensis. Fortassè non subiit Davidis mentem, famem illam immissam esse propter peccatum, cùm absque ullâ causâ, quæ saltem hominibus nota fuerit, famem populi diuturnam et gravem passi fuerint. Quare primo anno suspicari potuit rex non imprudens, famem illam ex naturali causâ provenisse, quod de secundo anno existimari potuit. At cùm triennalis fames jam urgeret, cogitare cœpit, an ex naturæ quasi fatali necessitate, vel à divinâ offensione illa agrorum sitis, et panis indigentia provenisset, atque ideò de tantæ vexationis causâ sciscitatus est.

Dixitque Dominus: Propter Saul, et domum ejus sanguinum (1), quia occidit Gabaonitas.

(1) *Du temps de David il y eut une famine qui dura trois ans. David consulta l'oracle du Seigneur, qui lui répondit que c'était à cause de Saül.* Il paraît, par l'entrée de ce chapitre, qu'il

Promiserat Josue c. 9, v. 15, pacem Gabaonitis, idque interposito jurejurando firmaverat; in cujus verba atque promissa jurârunt etiam aliqui populi principes, totius populi utique nomine. Sed aut juramenti immemor, aut nihil habens pensi, quam sibi necessitatem in Gabaonitarum causâ imposuisset Israel, in illos, quasi Israelitici nominis hostes forent, ferrum distrinxit. Quando id acciderit, ex sacris litteris non habemus; accidisse tamen dubitare nefas, cùm illud ex hoc loco expressum habeamus. Nam v. 1, domus Saül, domus vocatur sanguinum, id est, sanguinaria, quia sanguinem effudit, et statim declarat Gabaonitarum esse sanguinem : *Quia occidit Gabaonitas.* Josephus ait Gabaonitas deceptos à Saüle præter jus et fas occisos esse.

Cur Saül Gabaonitas de vitâ, aut Israelitarum medio tollere voluerit, obscurè admodùm dicit Scriptura : *Voluit,* inquit, *Saül percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel, et Juda.* Quidam Hebræorum, ut refert hic Lyra, et Abul. q. 16, hanc causam existimant habuisse Saülem, quæ speciem videtur præ se tulisse zeli, quia Gabaonitæ quatuor habuêre civitates copiosas, et

ne se fait rien au hasard dans le monde, et que tous les biens ou les maux qui y arrivent ont pour principe un dessein de Dieu. C'est lui qui envoie cette famine qui dure pendant trois ans. Et quoique David n'ait pas assez de lumière pour pénétrer quelle pouvait être la cause de ce fléau du ciel, il en a assez néanmoins pour ne pas douter qu'il n'y en ait une. Il se met en peine de l'apprendre de Dieu même par le ministère de ses prêtres.

C'est ce que nous devons faire dans tous les maux qui nous arrivent. Il nous est inutile de nous arrêter aux causes secondes. Il faut tacher de découvrir quelle est la première source de ces châtiments. Si nous ne nous mettons en peine d'approfondir ce secret, nous devons craindre de ne pas user comme il faut de la souffrance, et de n'en pas tirer l'avantage que Dieu a voulu nous procurer en nous l'envoyant. Il suffit que Dieu ait fait voir dans son Ecriture quelques exemples de cette importante vérité, pour nous persuader que, comme il agit toujours par les mêmes principes, et qu'il suit les mêmes règles dans sa conduite, nos maux aussi ont des causes certaines dans sa sagesse, et qu'ils nous doivent porter comme David à les discerner autant que nous pouvons, et à chercher les moyens d'apaiser sa colère et de satisfaire à sa justice. (Sacy.)

Quod hic negotium facessit, illud est, quòd in caput populi universi detorqueat Deus pœnam criminis ab uno Saüle commissi. Cavet Deus, ne de patrum crimine pœnæ è filiis, seu vicissim de filiorum scelere è parentibus exigantur; ipse tamen Deus unius Saülis crimen non in familiâ ejusdem modò, sed et in Israele universo hìc punit. Reponimus hisce, Deo jus esse ratum et constans, ut creaturis bona quædam mortalia pro arbitrio largiatur et subtrahat. Summus est enim arbiter, à nemine pendens. Vita, mortalia quædam commoda, pax, ex earum sunt rerum genere, quas Deus æquo jure nobis sive largitur, sive negat. Quin et meliùs cedit frequenter justo, cùm rebus hisce privatur, quàm cùm illis fruitur; impius verò mulctari illis merito criminum suorum debet. Cùm igitur Deus absoluto hoc imperio utitur in creaturas, vitam illis vel vitæ commoda adimens, eam privationem immeritò creatura conqueritur. Si verò æquitatem veris pœnis malisque puniret, vel donaret crimen veris præmiis atque sinceris, tunc utique argueretur Deus tanquàm adversùs se ipsum indolemque suam ageret. Adde, Numinis esse infinitè sapientis, communi bono consulere, licet id in privatum quorumdam incommodum cedat. Animadversio illa peculiaris de domo Saülis atque communis de universis tribubus sumpta, bonum ordinis planè superioris pariebat, reparationem scilicet injuriæ nomini divino illatæ, violato fœdere quod sacri ejus nominis obtestatione cum Gabaonitis sancitum fuerat, et omnibus per orbem gentibus documentum, ut discant reges æquè ac privati, quantâ religione fœdera et sacramenta servanda sint. (Calmet.)

Cette famine était arrivée parce que Saül avait entrepris de perdre les Gabaonites par un faux zèle pour les enfants d'Israël et de Juda. C'est Dieu qui nous apprend ici lui-même que les fautes d'un prince qui viole ses lois peuvent troubler son état après sa mort. Il punit tout un royaume pour le sang que Saül avait injustement répandu il y avait déjà plusieurs années. Nous voyons, par le livre de Josué, que les Gabaonites étant de ces peuples de la Palestine que Dieu avait commandé aux Israélites d'exterminer, surprirent Josué par un mensonge, en feignant d'être d'un pays fort éloigné, et qu'il fut résolu néanmoins qu'on leur sauverait la vie, parce que Josué le leur avait promis avec serment. Saül s'avise après plusieurs siècles de vouloir exterminer cette nation. On ne peut assez admirer le déréglement de son esprit. Il manque de zèle contre Amalec; il en témoigne avec excès contre les Gabaonites; il épargne ceux que Dieu veut qu'il perde, et il perd ceux que Dieu veut qu'il épargne. Il est doux quand Dieu lui commande d'être sévère, et il devient sévère et même cruel quand Dieu lui commande d'être doux. Cette conduite même de Saül était pleine d'un très-grand orgueil. Car il accusait ainsi Josué et toute la maison d'Israël et de Juda d'avoir en ce point manqué de lumière, et il voulait suppléer par son zèle prétendu à la faute qu'il croyait qu'il avait commise, en souffrant ainsi ce mélange d'une nation étrangère avec le peuple de Dieu. Cependant Dieu fait voir que c'était en vain que ce prince se servait d'un prétexte de piété pour sanctifier une action cruelle, qui ne peut être réparée que par le meurtre de ses enfants. Rien n'est plus dangereux, dit saint Bernard, qu'un homme possédé d'un faux zèle, qui a de la chaleur et qui n'a point de lumière. Il croit faire un acte de religion quand il la détruit, et plaire à Dieu lorsqu'il l'irrite, et qu'il attire sur lui ses vengeances. (Sacy.)

lautas, quæ ad Israelem potiùs quàm ad externos, et Chananæos incolas pertinebant, quas ad usum Israelitarum traducere pium videbatur, et justum. Illæ verò fuère Gabaon, Caphira, Beroth, et Cariathiarim, de quibus Josue c. 9. Has Saül à Gabaonitis sibi ac suis vendicare voluit, maximè quia tres illarum, ut ex Josue c. 18, perspicuum est, ad Benjaminicam tribum pertinebant. Has igitur non judicio, ac lege, sed ferro, et vi ad legitimos possessores, nempe Israelitas, quibus à Deo terra Chanaan concessa fuerat, transcribendas duxit. Quam explicationem multis confutat Abul. q. 16, et adducit aliam, quam magis probat; sed ipse, quod in re adeò obscurâ necessarium est, incertis ducitur conjecturis, et planè cum aliis divinat, prudenter tamen : « Dicendum, inquit, est quòd Saül motus est quodam zelo « pro filiis Juda, et Jerusalem, scilicet tanquàm « supplens id quod illi omiserant. Putabat « enim Saül quòd Israelitæ non potuerant dimittere viventes Gabaonitas, et quòd Josue, « et omnes principes populi, qui erant tempore illo, peccaverunt; et omnes, qui postea « permittebant Gabaonitas vivere, peccabant. « Ideò ut ipse excusaret tam filios Israel, quàm « Juda à peccato, quasi motus zelo illorum voluit occidere Gabaonitas. » Hæc Abulensis, qui ibidem refellit nonnullorum sententiam, qui Saülis zelum inflammatum esse dicunt ex eo ministerio, quod in templo obierunt Gabaonitæ, quasi illis à sacro loco aliquid etiam sacrum adhæreret; quod etiam hìc Lyra non admittit. Nam munus illud ignobilium potiùs servorum est, quàm illorum, in quibus aliquid est honestum, et ingenuum. Quid enim tanti est ligna cædere, comportare aquam, quæ ut subirent Gabaonitæ, supplicii loco imposita fuerunt à Josue c. 9. Neque illis injunctum fuit, ut altari solùm, et tabernaculo servirent, sed etiam toti populo. Quare ministerium illud sacrum non erat, cùm obiri posset, etiamsi illorum nemo tabernaculum, aut templum ingrederetur. Neque erat cur illos zelo Israelitarum extinctos vellet Saül, quasi Israelitæ illâ commoditate privarentur. Quæ enim commoditas esset alligari tam duro ministerio, et alienæ semper voluntati parere? Nemo, credo, Israelitarum in vacuum illud ministerium succederet, quia neque honestum erat, ut patet, neque magnum sperari poterat ex illo tanto, tamque assiduo labore compendium.

Vers. 2. — Porrò Gabaonitæ non erant de filiis Israel, sed reliquiæ Amorrhæorum. De his satis Josue cap. 5. Illud difficile, quomodò Amorrhæorum reliquiæ vocari potuerint Gabaonitæ, cùm potiùs fuerint ex Hevæorum genere. Josue cap. 11, v. 18 : *Non fuit civitas, quæ se traderet filiis Israel præter Hevæum, qui habitabat in Gabaon; omnes enim bellando cepit.* Mihi illud hìc placet, quod in simili casu visum est in commentariis in Acta, ad illud c. 7, v. 16 : *A filiis Hemor filii Sichem.* Ubi diximus, quomodò Hemor, qui reverà erat Hevæus, ut constat Gen. cap. 34, v. 2, illum tamen Jacob cap. 48, in fine, Amorrhæum appellat; et ideò Amorrhæos aliis nationibus suum indidisse nomen, quia omnium habitatorum terræ promissionis erant potentissimi. Quare cùm de illius terræ habitatoribus sermo est, quæ à multis nationibus tenebatur, omnes dicuntur Amorrhæi. Genes. 15 : *Nondùm impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum.* Amos cap. 2 : *Ego ante te exterminavi Amorrhæum.* Et infra : *Eduxi vos in deserto quadraginta annis, ut possideretis terram Amorrhæi.* Plura in hanc sententiam diximus ad locum nuper citatum ex cap. 2 Amos, ubi alias etiam rationes adduximus.

Vers. 3. — Dixit ergo David ad Gabaonitas : Quid faciam vobis? Ubi triennalis famis causam agnovit David, et expiandam esse didicit Gabaonitarum injuriam, illos quàmprimùm accersit, et expiationis genus et modum interrogat. Neque videtur morari, quam à se postulent satisfactionis formam, dummodò à durâ illâ vexatione populum expediat. Quod verò additur: *Ut benedicatis hæreditati Domini*, idem est ac si dicat : Ne efficiatis, ut divina nobis maledictio exitio sit, sed potiùs orate Deum, quem vestræ vexationis vindicem habetis, ut cohibeat ultricem manum ab inferendâ plagâ. Est enim benè alicui dicere, idem quòd benè optare aut precari. Pauperes enim etiamsi nihil loquantur, aut optent, dùm vim ab aliis, aut injuriam sustinent, ultorem Deum implorant; et licet nihil ipsi de injuriâ cogitent, taciti tamen clamant, et divinam justitiam ad injuriæ vindictam assiduè sollicitant. Ut enim misericordia et eleemosyna, licet pauper taceat, clamant ad Dominum, et largitori veniam, et secunda omnia precantur, de quo est illud Eccli. 29, v. 15 : *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo;* sic etiam vis et injuria irrogata infirmiori et pauperi, vindictam à Deo petunt, et exorant Jacob cap. 5, v. 4 : *Ecce merces operariorum, qui messuerunt regionem vestram,*

quæ fraudata est à vobis, clamat : et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit.

Vers. 4. — Non est nobis super argento et auro quæstio, sed contra Saul et contra domum ejus. Magnoperè commotos et exulceratos fuisse oportet Gabaonitas propter acceptam injuriam à Saüle, quando neque leniri dolor, neque sedari furor potuit argento atque auro, neque ullâ aliâ re earum, quæ numerantur in bonis, sed filiorum Saülis expetitur sanguis, et ad illorum cædem aspiratur. Hoc eodem orationis genere explicatur Medorum furor ab Isaiâ cap. 13, v. 17, contra Babylonios : *Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint ; sed sagittis parvulos interficient, et lactentibus uteri non miserebuntur.* Quod etiam orationis genus ad explicandum hominum furorem, et inflammatum odium adhibent profani. Sic Claudianus de bello Getico:

Invisum miles cupiens haurire cruorem,
Per varias vestes oneratque plaustra metallo
Transit, et argenti cumulos et cædis avarus
Contemptas proculcat opes ; pretiosior auro
Sanguis erat, passim neglecti prodiga lucri
Ira furens strictis odium mucronibus explet.

Et non longè post idem :

Raptaque flagranti spirantia signa Corintho
Callidus ante pedes venientibus objicit hostis
Incassum. Neque enim feralis præda moratur,
Sed justos præbent stimulos monimenta doloris.

Hoc idem de zelo legimus Proverb. capite 6, vers. 34. Est autem zelus, de quo ibi, furor quidam ex injuriâ violati thalami conceptus, appetensque vindictæ : qualis erat hic Gabaonitarum dolens et instimulatus furor. *Zelus et furor viri non parcet in die vindictæ, neque acquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.* (1)

(1) Vers. 5. — Virum (Saülem) qui attrivit nos et oppressit inique, ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe ejus. Novem supererant è stirpe Saülis, scilicet Miphiboseth ejusque filius, quinque filii Michol ex Hadriele, et duo filii Saül ex Resphâ concubinâ. Hos omnes sibi ad necem dedi initio postulârunt Gabaonitæ ; sed videntes Davidem intercedere pro Miphiboseth ejusque filio, utpote prognato ex Jonathâ, cui David amicitiam et fidem juraverat, idcircò utrique pepercerunt, et reliquos septem ad crucem postulârunt.

Quæres, an æqua et justa fuerit hæc eorum postulatio? — Resp. partim fuisse justam eò quòd nonnulli ex posteris Saülis cooperati fuissent ei in cæde Gabaonitarum ; hoc enim significatur v. 1, ubi familia Saülis vocatur *domus sanguinum ;* partim iniquam, quia verisimile est aliquos ex posteris Saülis fuisse à cæde Gabaonitarum immunes et innocentes, qui proinde pro peccato patris vel cognatorum, jure humano non poterant occidi. Nam, ut ait Ezechiel cap. 18 : *Filius non portabit iniquitatem patris,* sed *anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Nullus enim princeps vel rex potest filium condemnare ad mortem propter peccatum patris solius, unde in nullo fidelium tribunali filius pro patre occiditur. Dico, *fidelium,* nam apud infideles et barbaros, uti apud Japones, patre peccante non solùm ipse, sed et filii ejus plectuntur. Quare postulatio hæc Gabaonitarum aliquid habet rancoris, vindictæ et furoris insolentis, barbari et Turcici ; nisi dicas ipsos non ex se, sed ex Dei instinctu, id postulâsse, idque innuitur vers. 9, cùm dicitur : *Qui crucifixerunt eos in monte coram Domino,* et vers. 6, ubi ipsi aiunt : *Ut crucifigamus eos Domino ;* Septuag. : *Et placabimus in illis Dominum;* Chald. : *Et suspendemus illos ante Dominum,* quasi anathemata, catharmata, et piacula Israelis. Nam ex parte Dei justa et sancta fuit hæc postulatio. Deus enim idcircò famem hanc immiserat Israeli, ut pro peccati Saülis piaculo occiderentur ejusdem posteri, cùm ipse Saül jam utpote mortuus plecti et occidi non posset. Deus enim omnium tam nocentum quàm innocentum vitæ et mortis est Dominus ; quare potest patres nocentes punire in filiis innocentibus, juxta illud Deut. 5, 9 : *Ego sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator* Septuag., *zelotes) reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem.* Vide ibi dicta. Deus ergo volebat hic plectere Saülem in filiis multis de causis. Prima est, ut ostenderet quantùm sibi displiceret oppressio pauperum Gabaonitarum facta à Saüle, et violatio juramenti eis à Josue præstiti ; ostenderet, inquam, per publicum et infame supplicium posterorum Saülis, nimirùm eos crucifigendo. Secunda, ut indicaret quàm profundum in Saülem odium concepisset, utpote cujus stirpem funditùs vellet exscindi, ut jure dixerit Miphiboseth : *Neque enim fuit domus patris mei nisi morti obnoxia Domino Deo.* Tertia, ut daret exemplum futuris seculis, quo patres à suî offensâ et sceleribus cohiberet ; q. d. : Quod feci Saüli hosti meo, ejus familiam exscindendo, hoc faciam cuilibet regi, principi et privato, ut, si ipse me offendat, non solùm ipsum, sed ejus filios posterosque omnes affligam et disperdam : uti hoc seculo sæpè factum vidimus, Deum scilicet ob peccata parentum antiquissimas et nobilissimas familias planè evertisse et succidisse. Quarta, ut consuleret quieti publicæ, ne inter Saülis et Davidis posteros bella civilia suscitarentur, qualia fuerant inter Davidem et Isboseth filium Saülis. Denique filiis innocentibus non fiebat injuria, tum quia Deus vitæ eorum erat dominus, tum quia ob peccatum originale omnes sumus rei mortis ; tum quia ipsi alia propria habebant peccata, ob quæ justè morte et cruce puniri à Deo poterant ; hanc enim apud ipsum merebantur. (Corn. à Lap.)

Vers. 6. — Dentur nobis septem viri de filiis ejus. Mirum est quòd qui proximè dixerant non sibi iri satisfactum, nisi tota Saülis deleretur posteritas, nunc tantùm de illâ ob-

stinatione, furoreque remittant, ut satis habere se dicant, si septem tantùm capitibus de Saülis stirpe res agatur. Ego hìc primùm naturam agnosco exulcerati atque furentis animi, qui primos habet impetus acres, et ad omnia projectos, quantumcùmque à ratione atque consilio procul abhorrentia. Ubi autem primus ille compressus est, et sedatus impetus, saniora cogitat, et illa moderatur et corrigit, in quæ præceps consilium et effervescens furor priùs eruperat. Quare qui ad totius familiæ cædem nuper aspirabant, iidem ardore nonnihil refrigescente, septem tantùm capitibus contenti, nil præterea requirunt. Rabbini tam de hoc numero quàm de inflammato Gabaonitarum furore multa dicunt, sed suo more sine fundamento, quæ tu vide apud Abulensem q. 20 et 21. Abulensis q. 21, aliam adducit causam; putat enim ex totâ Saülis posteritate novem tantùm fuisse superstites, ex quibus duobus Miphiboseth et Michæ pepercerunt propter Davidem, aut quia ita David petierat; aut quia cùm scirent Miphiboseth et Micham, illius filium, gratos esse Davidi, hoc Davidis voluntati ac voto concesserunt, ut à communi cæde duos illos exciperent.

Ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul (1). Plurimùm ad gloriam et ignominiam facit locus, in quo quis aut honore cumulatur et gloriâ, aut supplicio afficitur, et ignominiâ. Miserum autem putatur et ignominiosum, magis ibi aliquem pati, ubi priùs cum magistratu et splendore vixerat. Quomodò Aman non tam miserè

(1) Quondam electi Domini. Urbem Gabaam selegerunt, ut insignior esset ignominia familiæ Saülis, qui olim ibi regnaverat. Pro iis verbis : *Quondam electi Domini,* vertunt quidam Hebræum : *O David, electe Domini.* Suspicantur alii corruptionem in textu, corriguntque : *In monte Domini.* In v. 9, ubi narrantur expleta ea, quæ hìc postulantur, actos illos in crucem legimus, *in monte coram Domino.* Abs re utique videtur, Gabaonitas in hâc re insignire voluisse Saülem nomine *electi Domini.* In textu non legitur illud, *quondàm,* sed tantùm, *Saül electus Domini,* quod corrupti textûs conjecturam fulcit.

Et ait rex : Ego dabo. Consulit utique David iterùm Dominum per prophetas, sive per summum sacerdotem, utrùm postulatis Gabaonitarum annuere deberet : vel fortè jam inde à primâ oraculi consultatione justus fuerat vota illorum omnia explere. Si enim Domino inconsulto fecisset, quanto se exposuisset discrimini ? Nonne apud universum Israelem invidiam incurrisset, quasi specioso eo nomine totam simul perdere Saülis familiam moliretur? Merus igitur divinarum jussionum administer hìc David habendus est.

(Calmet.)

pateretur, et turpiter, si alio quovis loco pateretur, et non domi suæ, et ex alio quovis ligno, quàm quod Mardochæo priùs excitaverat, foret suspensus. Regnarât Saül in Israel, sed habitabat sæpiùs in Gabaa, utpote natali solo : eum locum delegerunt Gabaonitæ suspendio filiorum Saülis, ut quod gloriosi temporis et splendoris regii fuerat, idem suspendii, id est, infensæ, atque execrandæ mortis fieret theatrum. Maledictum porrò esse illum, qui actus esset in crucem, probat illud Deut. 21, quod ad Galat. 3, adducit Apostolus : *Maledictus à Deo est, qui pendet in ligno.*

Vers. 7. — Pepercitque rex Miphiboseth. Pepercisse rex dicitur huic Jonathæ filio, propter pactum initum ante cum Jonathâ, de quo lib. 1, cap. 20, seu quia cùm Gabaonitæ septem tantùm petierint, illum exemit è septenario numero ; seu quia suis precibus, aut auctoritate obtinuit à Gabaonitis, ne supra septem, qui in crucem acti sunt, alium è Saülis domo ad crucem exposcerent. Ille autem pepercisse alteri dicitur, qui, ut alii parcerent, impetravit, sicut is perfecisse existimatur illa, quæ ut fierent, imperio, seu auctoritate perfecit.

Vers. 8. — Tulit itaque rex duos filios Resphæ. Hæc fuit Saülis concubina, ad quam supra cap. 3, ingressus esse dicitur Abner, quæ causa fuit ut Abner ab Isboseth, cujus partibus faverat, ad Davidem deficeret, et decem tribus ad illum ultrò traduceret.

Et quinque filios Michol, etc. Quidam Michol ex alio viro concepisse putant quinque hos filios; nam post Davidis fugam à Saülis consuetudine, seu potiùs insidioso congressu, hic abductam à Davide filiam alii viro locavit. Lib. 1, cap. 25 : *Saül dedit Michol filiam suam, uxorem David, Phalti filio Lais.* Sed est communis, veraque sententia, quinque illos filios non esse Michol, sed sororis illius Merob. Quod ex eo facilè constat, quia hìc horum pater expressè nominatur Hadriel filius Bercellai, qui fuit de Molethi, cui nupsit non Michol, sed soror ejus Merob, lib. 1, cap. 18, v. 19. Dicuntur autem hi filii Michol, quia Merob aut jam decesserat, aut à priori fortunâ ceciderat; et ideò soror orbatos à matre filios, seu à rebus destitutos necessariis sibi adoptavit. Ejusmodi autem adoptati filii, parentibus etiam vivis, eorum esse dicuntur, in quorum familiam, et tutelam venerunt. Quo modo Genes. 48, v. 5, Jacob sic adoptavit duos filios Joseph, ut suos sibi diceret filios, Josephi negaret : *Duo,* in-

quit, *filii tui, qui nati tibi sunt in terrâ Ægypti, antequàm hùc venirem ad te, mei erunt, Ephraim et Manasses sicut Ruben, et Simeon reputabuntur mihi. Reliquos autem, quos genuerit post eos, tui erunt.* Cajetanus hunc locum corruptum esse putat, et pro Merob suppositam esse Michol. Sed non est cur irrepsisse vitium existimemus, quando omnes omninò consentiunt codices. Neque Cajetani ratio admodùm urget, quia hìc non tantùm dicuntur filii Michol, sed etiam ab illâ geniti. *Quos genuerat,* inquit, *Hadrieli.* Nam ut filii dicuntur Michol, figuratâ locutione, ubi subauditur similitudinis forma, *sicut, quasi,* ut alibi millies, quia filii non erant, sed quasi filii, amore, et curâ; sic etiam ab illâ eâdem figurâ, vocari possunt geniti, id est, quasi geniti, quia non aliter ab illâ suscepti sunt atque tractati, quàm si ab illâ concepti forent, et in lucem editi. Abulensis q. 29, illud, *genuit,* ad Merob putat esse referendum; quod item facit Glossa ordinaria, et Historia scholastica. Sed sanè, ut dixi, necessarium non est.

Vers. 9. — Qui crucifixerunt eos in monte coram Domino. Paulò antea crucifigendi dicuntur in Gabaa, nunc autem in monte. Utrumque autem est verum, nam mons ille erat prope Gabaa, et ex usu Scripturæ id in aliquo loco fieri dicitur, quod in loco illi proximo fit. Quomodò Joan. cap. 1, baptizâsse dicitur in Bethaniâ, cùm tamen in ipsâ urbe non baptizaret, sed proximè. Et Lucæ cap. 13, cùm Christus de suâ morte ageret, inquit: *Non capit prophetam perire extra Jerusalem,* cùm tamen extra passus fuerit, ut observavit Paulus ad Hebr. 13. Sic etiam nunc in Gabaa dicuntur cruci affigi, qui in monte civitati proximo suspensi sunt.

Incipiente messione hordei. Satis est notum actionem aliquam celebrem et notam usurpari solitam pro tempore ac loco, ubi communiter, et quasi legitimè fit. Sic *oratio,* seu προσευχὴ pro templo ponitur, quia ille est destinatus orationi locus. Sic *Ecclesia* dicitur, quia in eâ fiunt hominum conventus. Neque minùs id frequens in temporis notatione, quia vindemia in autumno fit, *vindemia* idem interdùm valet quòd autumnus. Sic *messis hordeacea,* pro eo tempore, quod prope abest ab æquinoctio vernali; et triticea à vernali solstitio. Sic gallicinium, conticinium, prima fax, aura post meridiem, sacrificium matutinum, aut vespertinum, certa indicant temporum spatia. Quare dùm crucifixi dicuntur Saülis filii incipiente messione hordei, nihil significatur aliud, quàm suspendium incidisse in azymorum tempus, aut vernale æquinoctium.

Vers. 10. — Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substravit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua (1). Quantùm temporis maternas illas, et assiduas excubias egerit Respha, ex Scripturâ non constat, quia neque certò cognoscitur, quo tempore stillare cœperit pluvia cœlestis. Ad illud nam que tempus suspensa fuêre cadavera, quæ cœlos aperirent ad pluviam, quos Saülis infidelis acerbitas obstruxerat. De quibus ita Theodoretus, quæst. 34: « Sumpto de eis supplicio « placatus fuit Dominus, et effecit ut nubes « parturientes parerent, et jussit terræ, ut

(1) Mysticè, Respha est pia sollicitudo sanctorum pastorum et patrum spiritualium, qui filios, quos Christo genuerunt, mundo crucifixos custodiunt, eisque succurrunt rigore jejunii et instantiâ precum, donec misericordiam Dei impetrent super eos de cœlo, compescendo pravos homines, necnon malignos spiritus, ne pravis suggestionibus eos de cruce rapiant, lacerent et devorent. Ita Angelom. Hinc *Respha* Hebr. idem est quòd *pruna,* vel *carbo ignitus,* qui ardentis amoris est symbolum: aut *pavimentum* in quo ipsa se affligens pro filiis cilicio incubabat. (Corn. à Lap.)

Respha demeura sur une pierre depuis le commencement de la moisson jusqu'à ce que l'eau du ciel tombât sur ses enfants (que l'on avait crucifiés), *et elle empêcha les oiseaux de déchirer leurs corps pendant le jour, et les bêtes de les manger pendant la nuit.* Respha est un grand exemple de l'amour des mères. Après que ses enfants ont été crucifiés, son affection pour eux est toujours la même. Elle a pour leurs corps, qui ne sont plus que les restes sanglants d'une mort honteuse, la même tendresse qu'elle a toujours eue pour leurs personnes.

Que les mères chrétiennes imitent au moins cette mère Juive. Qu'elles fassent pour les vivants ce que celle-ci fait pour les morts. Qu'elles *veillent et la nuit et le jour,* pour conserver le trésor que Dieu a mis dans l'âme de leurs enfants. Qu'en attendant que Dieu répande sur eux la rosée de sa grâce, et qu'il les fortifie par un accroissement de lumière et par la présence de son Esprit, elles empêchent *que les oiseaux,* c'est-à-dire que la vanité et l'ambition du monde ne les déchirent pendant le jour, *et que les bêtes de la terre,* c'est-à-dire que les passions basses et terrestres ne les dévorent pendant cette nuit ténébreuse que répand dans les esprits le déréglement du siècle. Si elles ont autant de soin et d'affection que cette femme, elles seront sans comparaison plus heureuses qu'elle. Car elle n'a veillé que sur ceux qui n'étaient plus, et sa vigilance n'a pu leur rendre la vie; mais celles-ci conserveront par leurs soins dans leurs enfants la vie de grâce que Dieu y a mise, et elles se sauveront elles-mêmes, selon la parole de saint Paul, en contribuant au salut de ces personnes qui leur sont si chères. (Sacy.)

« more solito produceret fructus. » Quidam ex Rabbinis, et Historia scholastica putant non fuisse corpora de cruce deposita ad calendas usque septembris, quia eo tempore defluit imber, nempe serotinus, qui terram humectat et disponit ad satus. Si hoc posterius esset verum, neque alio tempore pluvia decideret cœlestis, non esset conjectura admodùm infirma, juxta ea, quæ modò diximus : ponitur enim certa, atque familiaris nota pro tempore, in quo solet plerùmque contingere. Sed quia Saülis peccatum prohibebat pluviam, credibile est, postquàm primùm filiorum morte expiatum est, non diù post datam esse pluviam antea negatam. Neque necesse fuisset Resphæ ad calendas usque septembris custodire corpora à belluarum, volucrumque lanienâ, cùm post sex menses nihil esset in ligno reliquum, quod sylvestres feræ, et volucres expeterent.

Amplificat hìc Abulensis quæst. 30, tum incredibilem Resphæ amorem in suos, tum in laboribus perferendis supra muliebrem modum, naturamque constantiam. Sed sanè charitas potens est, et qui amat, nihil non audet, nihil non devorat, quantùmcumque durum, et amarum. Jacebat concubina regia, in deliciis antea, et in mollibus stratis enutrita, supra petram, quam cilicio instraverat, id est, vili atque duro stragulo, neque ibi quietos habuit, atque securos somnos, cùm necesse foret nocte feras, et die involantes volucres abigere. Quod ut præstare commodiùs posset, necesse erat, ut non procul absisteret, alioqui quem haberent usum assiduæ illæ, vigilesque custodiæ? At ex septem corporibus, sanie, taboque fluentibus sole sub ardenti, non poterant non habere gravissimos anhelitus, quos perferre delicatæ feminæ ac regium in modum educatæ, quantus labor? Deinde aggredi belluas, illasque à prædâ famescentes arcere, non femineæ est, sed masculæ virtutis. Sed sanè verum est inseri ab amore audaces et intrepidos animos, qui facit, ne feminæ leonum horreant fremitus, et occursus, de quibus dixit quidam de feminâ, quam amor abduxerat in sylvas, et denique adegit ad mortem : *Audacem faciebat amor*. De hâc amoris audaciâ plura nos ad illud Cantic. 5 : *Invenerunt me custodes.*

Sed quærat hic aliquis, cur nihil ejusmodi factum esse dicitur à Michol, cujus eodem tempore è cruce quinque pendebant filii. Ratio est non difficilis; aut enim hoc tempore jam decesserat, et hoc mihi verisimilius, alioqui illa pro filiorum suorum salute, et pro regiâ auctoritate certaret. Neque parùm posset apud Davidem conjugem, qui quicquid fortassè vellet, à Gabaonitis impetraret, aut donis, aut gratiâ. Aut quia illi adoptati erant, non nati filii, non ita aliena, atque cognata, quàm si materna forent viscera, torquebantur. Neque etiamsi cuperet exemplo Resphæ ad lignum excubare, pateretur David, cùm è suâ dignitate non putaret regiam conjugem in publico, ac subdiali loco et videri interdiù, et pernoctare noctu.

Et non dimisit aves lacerare eos per diem, neque bestias per noctem. Locutus est historicus sacer juxta rerum naturam, neque enim volucres noctu suas agitant prædas, aut feræ interdiù. De quibus Psal. 3 : *Posuisti tenebras, et facta est nox, in ipsâ pertransibunt omnes bestiæ sylvæ; catuli leonum rugientes, ut rapiant, et quærant à Deo escam sibi. Ortus est sol, et congregati sunt.* Ex hoc loco fuit probabile, licet aliquando prælatæ fuerint erectæ cruces, ut patet in eâ, quam ad Mardochæi suspendium excitavit Aman, non tamen illud esse perpetuum, tunc præsertim, quando multi simul agebantur in crucem, ubi molestæ esset et difficilis operæ prælatas fabricare, et in illas agere multitudinem. Quomodò enim cadavera laniarent feræ, puta canes, et lupi, nisi proxima terræ cadavera penderent? Ita putat Lipsius, lib. 2 de Cruce cap. 13. Sed quod ibi adduxit exemplum, si auctorem consulas, unde ipse sumpsit, parùm est ad rem. Minùs abs re videtur, quod in Amphitheatro epigr. 7, Martialis adducit de Laureolo, quem, cùm esset in cruce, lacerârunt feræ.

Qualiter in Scythicâ religatus rupe Prometheus
Assiduam nudo pectore pavit avem.
Nuda Caledonio sic pectora præbuit urso
Non falsâ pendens in cruce Laureolus.

Sanè in cruce lacerari solitos esse Martyres, ex sacris Annalibus constat. Eusebius lib. 5, c. 1, Blandinam affixam cruci incurrentium ferarum escam et prædam factam esse dicit.

Certum est apud gentes in cruce damnatorum corpora relinqui; unde apud illos frequens, in cruce pascere vultures, aut corvos. Horatius lib. 1, epist. 16 :

Non pasces in cruce corvos.

Juvenalis Satyr. :

Vultur, jumento et canibus crucibusque relictis,
Ad fœtus properat, partemque cadaveris affert.

Putrescere autem in cruce membra, et sole pluviâque tabescere, docuit exemplo Polycra-

tis Valerius lib. 6, cap. 9; et Tertullianus de Animâ. « Polycrati, inquit, Samio filia crucem « prospicit de solis unguine et lavacro Jovis. » Hoc ipsum probat custodia cruci affixis apposita, ne quis inde reorum corpora sublata sepulturæ mandaret, ut de Cleomene tradit in ejus Vitâ Plutarchus. At apud Hebræos alia ratio est, quibus à Deo Deuter. c. 21, præcipitur, ut eâdem die damnatorum corpora tollantur è cruce. Neque ab hâc lege excipiebantur aut qui sibi ipsis violentas attulissent manus, quod non fecêre gentiles, neque hostes, si quando tollerentur in crucem. Ita Josephus, lib. 3 de Bello, cap. 14. « Si qui, inquit, « se occiderint apud nos, usque ad solis occa« sum insepultos abjici decretum est, cùm « etiam hostes sepeliri fas esse ducamus. » Quod fecit Josue cap. 8, cum rege Hai; et cap. 10, cum quinque regibus quos cùm egisset in patibulum, ad vesperam deposuit.

Sed dices : Si Judæi eodem die deponuntur à cruce, cur necesse fuit à Pilato facultatem pati, ut Christus deponeretur è cruce, quando aliter salvâ lege fieri non poterat? Respondeo non à Judæis Christum, sed à gentilibus fuisse crucifixum, qui Judæorum non servabant leges, sed patrias, quæ crucifixos diù in cruce relinquebant.

Quare explorandum, cur Hebræorum corpora tamdiù contra consuetudinem illorum, et legem, ex infelici, atque execrabili arbore pependerint. Alii aliter, et variè. Rabbini, ut solent, sine fundamento dicunt id factum inconsulto, imò et inscio Davide. Quod quidem verisimile non est, cùm Gabaa non procul esset à Hierosolymâ, et res esset ejusmodi propter crucifixorum numerum, et genus illustre, ut latere non posset. Abulensis q. 31, ideò putat Davidi placuisse, ut suspensa corpora manerent in cruce, donec imber demitteretur è cœlo, ut eo signo sibi omnes persuaderent Deum esse placatum illo filiorum Saülis aspectu miserando, cùm jam aspectabile offensionis signum non appareret, nempe agrorum sitis à longo pluviarum defectu. Addit tamen Abulensis ibi in eâ morâ aliquid intervenisse mysterii, quo videlicet minùs actum videretur contra morem, et legem; quod tamen illud sit, non dicit. Lyra existimat id à Deo mandatum esse per Natham, ne Judæorum ritu suspensa cadavera tollerentur è cruce. Cujus ille finis esse potuit, ut omnes eo cognoscerent exemplo, quàm Deo esset invisum scelus juratæ priùs, et deinde à posteris violatæ fidei. Quòd si Deus, qui legum est lator, contra latam à se legem aliquid præcipiat, sicut ille in præcipiendo est à peccato liber, sic etiam in obsequendo David, et quos ille habuit illius expiatoriæ crucis administros.

Utraque mihi tam Abulensis, quàm Lyræ conjectura non displicet. Sed quia illius aut nullum est, aut non nisi leve fundamentum, eâ saltem ex causâ aliquantùm laborat. Ego duo hìc video, quæ Davidem, reliquosque ex Hebræorum genere à violatæ legis scelere tuentur. Alterum est, quia lex ipsa, ut patet, non de omnibus loquitur, qui aguntur in crucem, sed de illis tantùm, qui peccatum admiserunt, non contraxerunt ab aliis, propter quod digni sunt, qui suspendantur è cruce. Hi jubentur è ligno deponi, ne contaminent terram; de aliis, qui alienâ tantùm culpâ plectuntur, non loquitur lex. Audi legis verba Deut. 21, v. 22 : *Quando peccaverit homo, quod morte plectendum est; et adjudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver ejus in ligno, sed in eâdem die sepelietur, quia maledictus est, qui pendet in ligno, et nequaquàm contaminabis terram tuam.* Quod optimè paraphrasticè in eum locum exposuit Chaldæus : « Quando au« tem fuerit in viro peccatum judicii occisio« nis, et occisus fuerit, et suspenderis eum in « patibulo, non manebit cadaver ejus in pati« bulo, sed sepelies eum in die illâ, quia pro « eo, quòd peccavit coram Domino, suspensus « est. » Hanc ego arbitror causam non alienam. Quare juxta hanc legem posset Christus eodem die à cruce non deponi, etiamsi à Judæis foret in crucem actus, quia nihil admiserat, cur crucifigi debuerit. Nisi quia eo nomine crucem subierat, quia eo supplicio dignus putabatur.

Aliam hìc ego non magis ab instituto alienam invenio, quia judicium istud non tam David Hebræus, quàm Gabaonitæ exercuêre gentiles, qui lege, et consuetudine Hebræorum non tenebantur : nam illis rex videtur totam permisisse causam, ut de illâ suo arbitratu statuerent, et quam vellent de illis viris septem pœnam, et pœnæ modum exigerent. Sic enim ipsi petierunt, cùm dixerunt v. 6 : *Dentur nobis septem filii de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa.* Et statim v. 9 : *Et dedit eos in manus Gabaonitarum.* Actum itaque est non ritu Israelitico, sed Gabaonitico, quando res tota Gabaonitarum judicio, ac voluntati permissa est, qui diù in patibulo voluerunt esse suspensos. Quo modo quia Chris-

tus ut paulò ante diximus, et latrones duo, qui cum illo crucifixi sunt, non à Judæo judice, sed à Romano, id est, à Pilato damnati sunt, non essent juxta Judæorum legem è cruce depositi, nisi id Judæi, et Josephus ab Arimathiâ precibus impetrâssent. Illi eam adduxerunt rationem, quia magnus erat dies ille sabbati, omnium videlicet sabbatorum et primus, et maximus. Joan. 19, v. 31 : *Judæi ergo (quoniam parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, et tollerentur.* Et speciatim de Christo v. 38 : *Post hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathiâ, ut tolleret corpus Jesu; et permisit Pilatus.* Non itaque aliter essent illo die depositi, etiamsi graviter esset de illâ depositione cautum à lege. Sic ergo ad Gabaonitarum imperium diù in cruce cadavera, et deinde non tam Davidis imperio, quàm precibus fuerunt è patibulo sublata. Cur verò tamdiù in patibulo, atque sublimi in loco Gabaonitæ voluerint pendere cadavera, ea videtur esse causa, quia cùm viderent Israelitis se esse subjectos, timebant gravia ab illis, et quotidiana subituros se incommoda, eo maximè tempore, cùm summa apud unum esset potestas, mutatâ pristinâ gubernandi ratione. Ut ergo probarent ipsorum Deum suscepisse causam, et illatas à rege injurias vindicâsse, et eo modo aliorum regum manus arcerent ab injuriâ, publicum illud documentum esse voluerunt.

Vers. 11. — Et nuntiata sunt David, quæ fecerat Respha. Hæc ad versum usque 15, aperta sunt; tantùm enim habemus Davidem, postquàm demissâ pluviâ Deum placatum esse novit, annuentibus nempe, et concedentibus Gabaonitis, sustulisse de cruce quod reliquum erat è cadaveribus regiis, et illud quicquid erat, cum ossibus Saülis, et Jonathæ, et aliorum ex illo genere, qui in montibus Gelboe jam ante ceciderant, in paternum sepulcrum intulisse. (1)

(1) Vers. 12. — Et abiit David, et tulit ossa Saul. David excitatus exemplo pietatis Resphæ, quæ tam sedulò corpora suorum filiorum custodivit, curavit eorum æquè ac Saülis et Jonathæ ossa colligi, et honorificè sepeliri in sepulcro Cis patris ejus, ut ostenderet se injuriarum sibi à Saüle illatarum esse immemorem, ac illi pro tantis maleficiis eximia beneficia rependere, qui est actus heroicæ charitatis. (Corn. à Lap.)

Vers. 14. — In latere, in sepulcro Cis. In eâdem speluncâ, sed distincto loculo, et ad latus. Vel potiùs : Ad latus montis Gabaa, in uno montis illius specu, ubi avorum Saülis sepulcra constituta erant. Suspicantur quidam, Hebræum *selah,* quod hic redditur, *in latere,* certum loci hujus nomen designare. Occurrit profectò urbs Sela inter Benjamiticas, quæ certè procul removenda non est à Gabaâ, patriâ ac sede Cis et Saülis. (Calmet.)

Vers. 15. — Factum est autem rursum prælium Philisthinorum adversum Israel. Numerantur hic prælia quatuor, quæ contra Philistæos inierunt Hebræi. In quibus illud est obscurum, quia neque constat ex Scripturâ, quæ horum præliorum occasio fuerit, et quo tempore, aut ordine suscepta, nisi confusè admodùm, et obscurè. Quidam hæc prælia longè ante hæc tempora suscepta fuisse, et hic tantùm enumerationem esse putant, et quasi gestorum contra Philisthinos epilogum, eâ ratione persuasi, quia hic referri vident prælium, quod omnium primum gessit David, cùm adhuc esset adolescens, et in quo Israele toto gloriosum sibi peperit nomen. Dicitur enim tertio bello superatum esse Goliath; et ne quis putaret alium esse superiori cognominem, alium nimirùm Goliath ab illo superiori diversum, illæ adhibentur notæ, quæ eum ab aliis ejusdem nominis facilè distinguunt. Dicitur enim Gethæus, et illius hasta, quasi liciatorium texentium, quæ omnia habes lib. 1, c. 17, v. 4 et 7. Et facit ad hæc, quòd quatuor isti gigantes filii Arapha v. 22, interfecti narrantur à Davide, et ab illius servis : at nisi dicamus illum Goliath occisum à Davide, nullus apparebit alius, qui occisus ab illo videri possit. Adde quòd Par. lib. 1, c. 20, tria tantùm bella gesta traduntur à Davide sub hæc tempora. Quare illud de Goliath ad tempus aliud videtur esse referendum. Abulensis q. 35, 36 et 37, nullum putat hic ordinem videri, aut rerum à Davide gestarum consequentiam; sed numerari hoc loco bella longè ante confecta, neque in illis esse aliquem ordinem, cùm illud bellum, quod tertium esse dicitur, longè ante alia omnia peractum sit : nam primum susceptum est à Davide sene, post quod aciem suorum rogatu non vidit ampliùs; tertium verò tunc gessit, cùm primùm assumptus è gregibus rem bellicam adolescens meditari cœpit. Quòd verò hic Goliath idem sit, qui lib. 1, peremptus fuisse traditur à Davide, communis est omnium fermè interpretum opinio. Ita tenent Lyra, Dionysius, Hugo, Angelomus, Glossa, qui omnes videntur ex Hieronymo sumpsisse, qui in Traditionibus Hebraicis hanc fuisse indicat Hebræorum sententiam.

Ego ita veneror, amplectorque communem hanc antiquamque sententiam, ut non tamen in illam totus abeam, sed magis sim pronus in contrariam. Quod etiam faciunt Vatablus, Serarius, Cajetanus. Est enim durum omnia fermè, quæ in hoc extremo capite dicuntur, ad superiorem illam cogitationem contorquere, et quodammodò trahere renitentia. Si enim aliquis textum mediocriter attentus consideret, inveniet hæc bella post reditum Davidis in patriam contigisse. Hoc enim indicat apertè illud : *Factum est autem rursùs prælium Philisthinorum adversùs Israel.* Illud *rursùs* repetitum indicat bellum, et renovata Palæstinorum odia. Deinde satis explicatè, atque distinctè ponitur prælìorum ordo, dùm dicitur, quod illorum primum, quod secundum, quod fuerit tertium, quod quartum; ponitur autem tertium, in quo ab Adeodato occisus esse traditur Goliath.

Sed quia tota ratio, quæ contrariam suadet, firmatque sententiam, ex Goliath sumitur, aliæ enim nullum exhibent meæ cogitationi negotium, hanc expendamus priùs, et quod erit non omninò difficile, confutemus. Et primùm ille, qui Adeodatus dicitur, et filius Saltûs, non erat David, ut statim suo loco dicemus. Neque Goliath, quem Adeodatus occidit, ille fuit, qui in valle Terebinthi cecidit à Davide percussus, sed alius, qui in Gob. Neque obstat, quòd Gethæus sit, et ejus hasta quasi texentium liciatorii molem habuisse dicatur. Quid enim prohibet alium esse, qui æquale possit cum Goliath hastæ pondus vibrare. Sanè Iisbibanob hastam ferebat, cujus ferrum tercentarum unciarum pondus habebat; totidem habuit ferrum, quod habebat in hastâ prior Goliath, quod pondus liciatorii texentium magnitudinem exigebat. Neque minùs credo fuisse pondus in hastâ, quam Goliath alter ferebat liciatorio similem. Argumenta reliqua suo tempore commodiùs expendemus.

Si ad argumenta omnia responderem, hìc similitudinis notam subaudiri, nihil dicerem inusitatum aut novum, tum in sacrâ, tum in profanâ litteraturâ. In hunc sensum : Ille, quem occidit Adeodatus, erat quasi Goliath Gethæus, cujus erat hasta quasi liciatorium. Aut occidit alterum Goliath, id est, gigantem, qui priori neque magnitudine, neque virtute militari cederet. Quo modo si quis cum callido furaciqre contendat, aut qui cum forti, domitoreque ferarum, ille optimè diceret : Cum Mercurio, atque Hercule mihi res est; aut : Alterum video Mercurium, alterum Herculem. Et fortassè ille cùm alio esset nomine notatus, dicebatur Goliath à vulgo, qui illius admirabatur molem, et robur. Hoc loquendi genere usus est Virgilius lib. 9, ubi sic Pandarum alloquitur Turnus :

Incipe, si qua animo virtus, et consere dextram :
Hìc etiam inventum Priamo narrabis Achillem.

Id est, invenies alterum, quo non sit Achilles virtute et robore præstantior. In hunc modum explicant Vatablus et Serarius.

Sed est alia longè gravior, quæ negat Adeodatum esse Davidem, et hunc Goliath esse illum, quem David adolescens occidit in valle Terebinthi, sumpta ex lib. 1 Par. cap. 20, ubi hæc eadem prælia, uno tantùm excepto, narrantur; ubi sic de hoc Adeodato, et Goliath v. 5 : *Aliud quoque bellum gestum est adversùs Philistæos, in quo percussit Adeodatus, filius Saltûs, Bethleemites, fratrem Goliath Gethæi, cujus hastæ lignum erat quasi liciatorium texentium.* En vides hunc Goliath ab illo superiore diversum, cùm illum fratrem vocat Gethæi, illius videlicet cujus erat nomen in Palæstinâ celebre, et penè proverbiale. Quocumque modo nomen *fratris* accipias, sive quia ex eodem, quo Goliath, utero natus est, quod propriè sonat *fratris* appellatio; sive quia *frater* ex usu Scripturæ similitudinem quamdam importat, quia inter fratres propter generis, ac sanguinis communionem, major esse solet similitudo, Proverb. cap. 18, v. 9 : *Qui mollis, et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis,* id est, similis, ut nemo non videt, et hoc posterius magis mihi probatur; neque enim puto alium Goliath Arapha esse filium, tum quia de illius genere, atque natalibus nihil audimus, tum maximè quia Arapha hoc loco quatuor dicitur suscepisse filios, qui ibidem nominantur, et tamen ab hoc numero, ut vidimus, alter ille Goliath excluditur; est igitur *frater Goliath,* similis Goliath, de cujus nomine aliquid habemus in loco citato ex Paralipomeno, ubi illius nomen, nisi Hebræum textum dicamus parùm esse sincerum, est *lachmi*, de quo statim pluribus.

Vers. 16. — Deficiente autem David, Jesbibenoth (1), etc. Cùm diù, ut apparet, certatum

(1) Qui fuit de genere Arapha. Verti posset : *Jesbi filius Ob, è genere Rephaim,* vel *gigantum.* Septuaginta : *Jesbi de Nob è genere gigantum.* Erant Rephaim veteres provinciæ illius gigantes. Hebraica syntaxis, v. 18, 21, 22, hujus capitis innuere videtur, *Rapha* gigantem fuisse prioris ætatis celebrem, qui plures genuerit

est, et anceps videretur exercitûs utriusque conditio, defessusque jam esset David, vel quia pugnârat diù, vel quia gravior ætas, et fracta laboribus debilitarât vires, aggressus est illum vir quidam giganteæ molis ex genere Arapha, cujus hastæ ferrum trecentas appendebat uncias, quot hasta prioris Goliath, qui nisus est percutere Davidem, quem in eo deficientis senilis corporis languore aut oppressisset omninò, aut saltem adduxisset in angustum, nisi illi Abisai opportuno fuisset subsidio, qui gigantem occidit, et à regis capite periculum avertit.

Et accinctus erat ense novo. In Hebræo non est *ense*, sed tantùm *chadasah*, sed noster interpres addidit *ense*, ut clarior esset, atque perfectus sensus. Tunc autem ego non tam puto ensem esse novum, id est, recentem, et eo tempore incude elaboratum, aut ab artifice ferrario politum, quàm recenter tunc gladio licet usu jam trito gigantem illum fuisse succinctum, id est, illius latori noviter appensum esse gladium. Quasi diceret, primo die, quo bellum est aggressus, periisse, et dùm regi conatur vitam eripere, ut ex regiâ cæde honorem sibi pareret immortalem, suam amisisse. Et illud valet, meo judicio, חדשה, quæ in terminatione femineâ usum habet interdùm adverbii. Simile aliquid habes apud Virgilium de Pallante lib. 10, cui idem dies initium attulit pugnæ, et vitæ finem. De quo ibi Maro :

liberos ; vel saltem famâ nominis claruisse olim gigantem *Rapha*, cujus appellationem reliqui gigantes adsciverint.

Cujus ferrum hastæ trecentas uncias appendebat. Hebræus : *Pondus hastæ ejus trecentorum siclorum æris*, id est, octo librarum, additis unciis nonnullis, cùm siclus hemiunciam, seu quatuor drachmas Romanas contineat. Syriacus et Arabs accipiunt de loricâ ; Vulgata cum interpretibus nonnullis, de ferro hastæ. Sed Hebræus, Chaldæus et Septuaginta totius hastæ pondus esse decernunt. Æris nomen designare hic puto materiam cuspidis hastæ præfixæ, non verò siclum æneum ; nullam enim nôrant Hebræi ante captivitatem ære cusam monetam ; sed æs aliasque res ad sicli pondus æstimabant. Vertendum igitur maluerim : *Pondus hastæ ejus æreæ trecentorum siclorum æris ;* quæ si admittatur interpretatio, dictum accipi oportet de cuspide lanceæ.

Accinctus erat ense novo, nullis adhuc usibus detrito, vel eximio, tam benè limato, quasi nulli adhuc rei servisset. Aliter : Novus erat miles, et tunc primùm aderat certamini. Hebræus ad litteram : *Ipse accinctus novo,* quod exponi potest de vestibus, armis, vel cingulo novo, vel de homine tunc primùm armato. Septuaginta : *Et ipse accinctus balteo ;* in editione Romanâ : *Et ipse ferebat clavam ;* Symmachus, *ensem*, Theodotion, *balteum*. (Calmet.)

O dolor, atque decus magnum rediture parenti !
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert.

Vers. 17. — (1) Tunc juraverunt viri David, dicentes : Jam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. Cùm animadverterent qui consilio erant, et auctoritate principes in exercitu, in Davidis capite ad communem salutem multùm esse momenti, jurisjurandi religioso nexu seipsos obligârunt, ne unquàm regem in aciem prodire, et simile oppetere discrimen paterentur. Illud porrò, *extinguere lucernam,* nihil est aliud quàm perire illud, quod erat regni totius lux, et splendor ; quo sublato sic maneret populus deformatus et mœstus, quomodò facies oculis effossis, aut mundus sole de cœlo sublato ; utrumque enim appellatur lucerna. Et quidem David, si quis alius in republicâ princeps omnium meritò lucerna potuit appellari, qui et populo maximum ornamentum fuit, qui sicut viva quædam lex, quæ etiam appellatur lucerna, præivit omnes et vitæ exemplo, et zelo justitiæ. Quare sicut sine sole mundus jaceret in tenebris, sine oculis homo erraret cæcus proximus ruinæ, sine lege neque pacem haberet, neque vivendi modum securum et rectum, sed omninò sensuum suorum obsecutus vanitati, ra-

(1) *Un géant étant prêt de tuer David, Abisaï le prévint, le tua et sauva David.* L'Ecriture nous représente ici les principales guerres de David. Elle dit qu'à la première de ces guerres, il pensa être tué par un homme de la race des géants. Dans les trois autres, elle marque toujours qu'il s'y est trouvé quelqu'un de ces hommes d'une grandeur et d'une force extraordinaire. Ceci nous fait voir le grand cœur que Dieu avait donné à David, qui le portait à vouloir se trouver en personne dans tous les combats. C'est ce qui oblige ses principaux officiers de lui faire cette protestation avec serment : *Nous ne souffrirons plus que vous vous trouviez au combat avec nous, de peur que vous n'éteigniez la lampe d'Israël.*

Mais, lorsque nous considérons que, selon tous les saints, David était la figure de Jésus-Christ et de son Eglise, il est difficile, en parlant de ses guerres, de ne nous pas souvenir des nôtres, et de ces esprits invisibles que nous avons à combattre, à qui l'Ecriture donne si souvent le nom de *Géants. Que les Géants qui paraissaient morts,* dit Isaïe, *ne ressuscitent plus. Gigantes non resurgant.* Ces ennemis nous attaquent à toute heure, et nous n'avons avec eux ni paix ni trêve. *Nous sommes souvent abattus de lassitude* dans ces combats, comme l'Ecriture dit ici qu'il est arrivé à David. Et alors ce ne sera point un homme comme était Abisaï qui renversera ces géants, qui sont toujours prêts de perdre notre âme, mais ce sera celui de qui David dit lui-même dans ses Psaumes : *L'ennemi m'a poussé avec violence, et j'étais prêt de tomber ; mais le Seigneur m'a soutenu.* (Sacy.)

tiones communes et publicas perverteret; sic Davide sublato, in tenebris videretur jacere populus, et à rectâ virtutis semitâ devius, et effrenis in præceps ruere voluntarius.

Vers. 18. — Secundum quoque bellum fuit in Gob (1). De hoc bello nihil habemus certum, nisi quod hoc loco sacer prodit historicus, et lib. 1 Par. c. 20, ubi nihil habemus aliud quàm à Sabachi Saph de stirpe Arapha, id est, de genere gigantum, interfectum fuisse.

Vers. 19. — Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philistæos, in quo percussit Adeodatus (2), etc. De hoc supra satis, dùm probavimus neque Adeodatum esse Davidem, neque hunc Goliath esse illum, de quo lib. 1 Reg. cap. 17. Nunc videndum, quis sit iste Adeodatus, filius Saltûs, etc. Hieronymus in Trad. Hebr., unde sumpserunt alii plures, dicit ex Hebræorum sententiâ, hunc esse Davidem, cujus nomen et genus, præsens antiquaque conditio his tot nominibus exprimitur: « Adeo-

(1) Hic locus *Gazer* appellatur in 1 Paralipomenon 4, ubi eadem hæc historia recitatur. Sita erat Gazer in ditione Philisthæorum, inter Azotum et Accaronem. *Gob* mendum est fortè amanuensis Hebræi.

Husati vel Husathi; loci hujus situs ignoratur. *Saph* appellatur *Saphai* in 1 Paralipomenon 20, 4.

(2) In Gob. Septuaginta in quibusdam codicibus legunt *Nob*, in aliis *Geth;* sed vera lectio facilè est *Gazer*.

Percussit Adeodatus, filius Saltus, polymitarius Bethleemites, Goliath Gethæum. Expressa est hìc significatio propriorum nominum Hebræorum contra leges interpretationis sancientes, ut eorum pronuntiatio intacta relinquatur. Igitur legi posset: *Elchanan filius Jaharim textor Bethleemites percussit Goliath Gethæum.* Sunt qui *Elchanan* ipsum esse Davidem censeant; repugnant tamen plerique, nec immeritò, 1° quòd nulla coegerit necessitas, Davidis et patris illius nomen ita tegere, ut veritas agnosci non possit; 2° totius erroris fontem indicat 1 Paralipomenon 20, 5, ferens in Hebræo: *Elchanan filius Jair percussit Lechem, fratrem Goliath Gethæi.* Alius est igitur *Elchanan* à Davide; neque Goliath, sed fratrem ejus Lechem interfecit. Fateamur tamen oportet, in eo nomine *Lechem* correctiorem videri textum libri Regum, quàm Paralipomenon; emendandumque maluerim posteriorem ex priori in hanc sententiam: *Elchanan filius Jair Bethleemites percussit fratrem Goliath.* Recensetur inferiùs inter viros strennos exercitûs Davidici *Elchanan filius patrui* Joabi *de Bethlehem;* quem virum ab Elchanan, de quo hìc, diversum esse non credo. Nomen fratris usurpari potest sive in vulgari significatione, sive de gigante, ejusdem roboris et proceritatis ac Goliath; id enim posterius sonat in Proverbiis 18, 9: *Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis;* ambo enim ad extremam inopiam rediguntur.

« datus, inquit, ipse est David. Idcircò dicitur « Adeodatus, quia à Deo est electus in regnum. « Filius Saltûs, quia de saltu ubi oves pasce- « bat, est eductus. Polymitarius, quia de ge- « nere Beselael mater ejus fuit. Bethleemites, « quia Noemi et Ruth, tempore ubertatis re- « versæ sunt in Bethleem. » Hæc Hebræi, qui in fingendis rerum causis nimis sunt audaces, et quantùm volunt, sibi assumunt licentiæ. Mihi placet, quod Cajetano et aliis penè omnibus, qui hæc transtulerunt, præter Vulgatum, qui propria hìc adhibuêre vocabula, non appellativa, nempe *Elhanam filius Jaere Oagim Bethleemites.* Ita Septuaginta, Pagninus, Tigurina, Isidorus, Cajetanus, et Hispanica antiquissima translatio. Et puto hæc esse nomina non appellativa, sed propria, et à nostro interprete, quod alibi fecit millies, nominum significationes pro ipsis adhiberi nominibus. Quod nos multis exemplis confirmavimus ad illud Cant. 6: *Suavis, et decora, sicut Jerusalem.* Lib. 1 Par. cap. 4, pro quatuor nominibus propriis eorum adhibetur significatio: *Qui stare fecit solem, virique mendacii, securus et incendens,* pro *Jochim, Choceba, Joas,* et *Saraph.* Quare non est cur de horum nominum significatione laboremus, maximè quia, ut dixi, nihil hìc habemus, quod ad Davidem pertineat.

Illud hìc observandum, ubi lib. 1 Par. citato dicitur ille, qui Goliath istum occidit, esse Bethleemites, Hebraicè esse *eth lachmi*, quod sanè, si corruptus non esset textus, esset in accusativo; et tunc illud *lachmi* nomen esset proprium gigantis, et illius loci hæc esset sententia: Percussit Elchanam Lachmi fratrem Goliath. Et ita Septuaginta reddunt, et alii fermè omnes à Vulgato. Sed puto textum Hebræum fuisse corruptum, et nostrum interpretem legisse aliter, nempè בית לחמי, id est, Bethlemitem, pro את לחמי *eth lachmi* cum articulo accusativi. Est tamen hoc argumentum non leve, ut existimemus, quod supra dicebamus, Goliath non esse proprium nomen illius gigantis, de quo in præsentiâ, quando hìc proprium illius in Hebraico textu nomen invenitur.

Vers. 20. — Quartum bellum fuit in Geth (1).

(1) Vir excelsus, gigas. Hebræus: *Vir mensuræ;* vel juxta alios: *Vir rixæ*, rixosus, Septuaginta: *Vir Madon.* Regis Madon meminit quidem Josue; sed urbis hujus situs ignoratur. Capellius: *Vir Madian.*

Qui senos in manibus pedibusque habebat digitos. Immani corpore gigas, et quatuor ac iginti exhibens digitos, monstrum erat. Reci-

De hoc bello nihil habemus aliud, quàm hominem giganteæ vastitatis, et molis, qui in singulis pedibus ac manibus senos haberet digitos, quique contra Deum Israel impiam exeruit linguam, à Jonathâ filio Sameæ fratris Davidis interemptum fuisse. Neque quid hic video, quod majorem ab interprete lucem desideret. (1)

Vers. 22.— Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth. Hic nos tantis perhæreamus oportet, expendamusque, quænam sit hæc Arapha, de quâ varii sunt interpretum, et Rabbinorum explicandi modi. Rabbini quidam Arapham, quam Goliath matrem esse putant, quod nos supra falsum esse diximus, eamdem esse putant cum Orpha nuru Noemi. Quod tenet Pseudophilo in Antiquitatibus Biblicis; quâ de re nos supra ad cap. 17, ubi egimus de Davidis et Goliath singulari congressu. Quod approbâsse videtur Prudentius in Hamartigeniâ, ad finem, ubi sic de Orphâ, qui relictâ socru Noemi maluit gentilicis adhærere sacris:

Sed pristinus Orphæ
Fanorum ritus præputia barbara suasit
Malle, et semiferi stirpem nutrire Goliæ.

Sed hanc Rabbinorum ineptam esse cogitationem multa probant. Primùm, quia apud Hebræos longè diversum est nomen Orphæ ab Arapha, licet in latinâ formâ aliqua apparet similitudo cum modico discrimine. At in Hebræo maximum in radicalibus litteris discrimen apparet. Orpha enim de quâ in libro Ruth, dicitur ערפה *Orpha:* at quatuor istorum gigantum mater hoc loco dicitur הרפה. Deinde quia ad hoc usque tempus Orpha vitam producere non potuit: nisi dicamus tot annos vixisse quot eo tempore nemo vixisse reperitur. Ad hoc namque tempus intercessêre primùm anni quos ipsa vixerat, quando cum socru Noemi migrare in Israelitidem terram cogitavit. Deinde anni Obed, quem ex Ruth Moabitide suscepit Booz; et Isai, et tandem Davidis, qui hoc tempore non longè aberat à sexagenario. Quòd si demus ad illud pervenisse tempus, quam vim habere potuit tam grandis femina, ut illa tot robusta hominum monstra conciperet? Præterea hæc Gethæa fuit, illa verò Moabitis genere, et Moabitidis regionis habitatrix. Facessant igitur Rabbini cum suis sive somniis, sive nugis; neque nobis persuadere studeant, quod tam abest procul ab humanâ fide.

Illud mihi magis videtur verisimile, ab hâc Araphâ, quæ ex genere videtur fuisse gigantum, deductum esse nomen jam commune, quod datum est illis, qui colossæam habent molem, et gigantæum pondus: hi enim vocantur Raphaim, quasi Raphah, sive Arapha filii. Sicut ab Enac, qui vastam habuit, et gigantæam magnitudinem, gigantes vocantur Enacim. Et quidem qui hic dicuntur filii הרפה *Arapha*, iidem lib. 1 Par. cap. 20, vocantur filii רפאים *Raphaim*. Neque refert, quòd priori loco sit, ה *he*, hoc posteriori א *aleph*, quia, ut nôrunt qui mediocriter sunt in Hebraicis versati, duæ hæ litteræ, Aleph et He, permutabiles sunt. Hæc mihi de Araphâ videntur affirmari posse probabiliter.

Vers. 22. — Et ceciderunt in manu David, et servorum ejus. Hoc erat argumentum præcipuum, quo alii sibi persuaserunt hoc loco iterari certamen illud singulare, quo à Davide percussus est, et occisus Goliath; quia alioqui non apparebat, quomodò horum quatuor aliquis ceciderit in manu David. Sed non nimis urget hæc ratio eos, qui familiarem loquendi modum, tam in sacrâ, quàm in profanâ Scripturâ cognoverunt. Nam ut demus horum quatuor neminem à Davide percussum, quod non puto; quis enim dubitet in eo articulo, in quo de sanguine, et vitâ certamen erat, etiamsi langueret, atque deficeret David, non tamen simul cum Abisai ad gigantis interitum concurrisse? Quod si ita est, occisus ille vocari potuit à Davide, quia aliquid opis ab eo in illius interitum collatum est. Sed ut nihil ille gigantis ad mortem operæ contulerit, tamen quia in primo certamine dux erat, et aciem ipse instruxit, et moderatus est, quidquid in eo bello gestum est feliciter, ab illo factum censeri

tantur in historiâ nomina quædam hominum senis digitis ad manus pedesque instructorum. Filiæ C. Horatii, viri è genere patricio, *sedigitæ* ex senis digitis appellabantur. Volcatius, cujus est nomen inter poetas clarum, pari de çausâ per cognomen obtinuit. (Calmet.)

(1) Vers. 21.—Percussit autem eum Jonathan filius Samaa fratris David. Hebræi apud S. Hieronymum censent hunc *Jonathan* esse Nathan prophetam. « Jonathan, inquit S. Hier., « ipse est Nathan propheta, qui habuit duos « fratres Joel et Jonadab; idcircò ei hic nomen « patris ponitur, quia inter præliatores descri- « bitur. Ubi verò de prophetiâ ejus scribitur, « non ei annotatur pater, eò quòd pater ejus « propheta non fuerit. » Verùm longè verius, imò mihi certum est, *Jonathan* non fuisse Nathan prophetam, nec Adeodatum, de quo v. 19, ut volunt alii, sed ab utroque diversum. Addit Joseph.: « Hoc prælium cum gente (Phili- « sthæâ) fuit ultimum; non ausa postea se « contra Israelitas movere. » (Corn. à Lap.)

debet. Ascribitur enim imperatori, quod illius exercitus aut consecutus est boni, aut passus mali. Sic à Cæsare multa dicuntur cæsa hominum millia, subversas urbes, subjugatas provincias, quia illo imperatore ac duce peracta sunt. Sanè reges, ut est in proverbio, plurimas habent, et longas manus; quare quæ suorum manibus, eadem manibus regum administrari censentur.

CAPUT XXII.

1. Locutus est autem David Domino verba carminis hujus in die quâ liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum et de manu Saül;

2. Et ait: Dominus petra mea, et robur meum, et salvator meus.

3. Deus fortis meus, sperabo in eum; scutum meum, et cornu salutis meæ; elevator meus, et refugium meum: salvator meus, de iniquitate liberabis me.

4. Laudabilem invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

5. Quia circumdederunt me contritiones mortis; torrentes Belial terruerunt me.

6. Funes inferni circumdederunt me; prævenerunt me laquei mortis.

7. In tribulatione meâ invocabo Dominum, et ad Deum meum clamabo: et exaudiet de templo suo vocem meam, et clamor meus veniet ad aures ejus.

8. Commota est et contremuit terra: fundamenta montium concussa sunt et conquassata, quoniam iratus est eis.

9. Ascendit fumus de naribus ejus, et ignis de ore ejus vorabit; carbones succensi sunt ab eo.

10. Inclinavit cœlos, et descendit; et caligo sub pedibus ejus.

11. Et ascendit super cherubim, et volavit; et lapsus est super pennas venti.

12. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum, cribrans aquas de nubibus cœlorum.

13. Præ fulgore in conspectu ejus succensi sunt carbones ignis.

14. Tonabit de cœlo Dominus, et Excelsus dabit vocem suam.

15. Misit sagittas, et dissipavit eos; fulgur, et consumpsit eos.

16. Et apparuerunt effusiones maris, et revelata sunt fundamenta orbis, ab increpatione Domini; ab inspiratione spiritûs furoris ejus.

17. Misit de excelso, et assumpsit me, et extraxit me de aquis multis.

CHAPITRE XXII.

1. Or David prononça les paroles de ce cantique à la louange du Seigneur, au jour où le Seigneur l'eut délivré de la main de tous ses ennemis, ainsi que de la main de Saül;

2. Et il dit: Le Seigneur est mon rocher, ma force, mon sauveur.

3. Il est mon Dieu fort, j'espérerai en lui; il est mon bouclier et la sûreté de mon salut; c'est lui qui m'élève si haut, et il est mon refuge. *Oui*, mon sauveur, vous me délivrerez de l'iniquité *de mes ennemis*.

4. J'invoquerai le Seigneur, si digne de louange, et je serai délivré de mes ennemis.

5. Car les douleurs de la mort m'ont environné, les torrents de Bélial m'ont épouvanté.

6. Les liens de l'enfer m'ont environné, et les filets de la mort m'ont enveloppé.

7. Dans mon affliction j'invoquerai le Seigneur, et je crierai vers mon Dieu, et il entendra ma voix de son temple, et mes cris parviendront jusqu'à ses oreilles.

8. La terre fut émue et elle trembla, les fondements des montagnes furent agités et ébranlés, parce que le Seigneur s'était fâché contre elles.

9. Une fumée s'éleva de ses narines; un feu dévorant sortit de sa bouche, et des charbons en furent allumés.

10. Il abaissa les cieux et il descendit, ayant un nuage sombre sous ses pieds.

11. Et il monta sur les chérubins, et il vola; il prit son vol sur les ailes des vents.

12. Il se cacha dans les ténèbres dont il s'est environné, et il fit distiller les eaux des nuées du ciel.

13. De l'éclair de sa face se sont allumés des charbons de feu.

14. Du haut du ciel le Seigneur tonnera; et le Très-Haut fera retentir sa voix.

15. Il lança ses flèches *contre ses ennemis*, et il les dispersa; ses foudres, et ils furent consumés.

16. Alors parurent les réservoirs de la mer, et les fondements du monde furent dévoilés par les menaces du Seigneur, par le souffle de l'esprit de sa fureur.

17. Il a étendu *sa main* d'en haut, et il m'a pris, et il m'a retiré des eaux immenses.

18. Liberavit me ab inimico meo potentissimo et ab his qui oderant me, quoniam robustiores me erant.

19. Prævenit me in die afflictionis meæ, et factus est Dominus firmamentum meum.

20. Et eduxit me in latitudinem; liberavit me, quia complacui ei.

21. Retribuet mihi Dominus secundùm justitiam meam, et secundùm munditiam manuum mearum reddet mihi,

22. Quia custodivi vias Domini, et non egi impiè à Deo meo;

23. Omnia enim judicia ejus in conspectu meo, et præcepta ejus non amovi à me.

24. Et ero perfectus cum eo, et custodiam me ab iniquitate meà.

25. Et restituet mihi Dominus secundùm justitiam meam et secundùm munditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.

26. Cum sancto sanctus eris, et cum robusto perfectus.

27. Cum electo electus eris, et cum perverso perverteris:

28. Et populum pauperem salvum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis.

29. Quia tu lucerna mea, Domine, et tu, Domine, illuminabis tenebras meas.

30. In te enim curram accinctus; in Deo meo transiliam murum.

31. Deus, immaculata via ejus; eloquium Domini igne examinatum; scutum est omnium sperantium in se.

32. Quis est Deus præter Dominum, et quis fortis præter Deum nostrum?

33. Deus, qui accinxit me fortitudine; et complanavit perfectam viam meam;

34. Coæquans pedes meos cervis, et super excelsa mea statuens me;

35. Docens manus meas ad prælium, et componens quasi arcum æreum brachia mea.

36. Dedisti mihi clypeum salutis tuæ; et mansuetudo tua multiplicavit me.

37. Dilatabis gressus meos subtùs me; et non deficient tali mei.

38. Persequar inimicos meos, et conteram; et non convertar donec consumam eos.

18. Il m'a délivré de mon ennemi si puissant et de ceux qui me haïssaient, parce qu'ils avaient prévalu contre moi.

19. Il m'a prévenu au jour de mon affliction, et le Seigneur a été mon ferme appui.

20. Il m'a mis au large, il m'a délivré, parce que je lui ai plu.

21. Le Seigneur me rendra selon ma justice, et il me traitera selon la pureté de mes mains;

22. Car j'ai gardé les voies du Seigneur, et jamais l'impiété ne m'a éloigné de mon Dieu;

23. Car tous ses jugements me sont présents, et je n'ai point éloigné de moi ses préceptes.

24. Et je serai parfait avec lui, et je me garderai de mon iniquité;

25. Et le Seigneur me rendra selon ma justice et selon la pureté de mes mains en présence de ses yeux.

26. Vous serez, ô mon Dieu, saint avec les saints, et parfait avec les forts;

27. Vous serez pur avec les purs, et vous traiterez les pervers selon leur perversité:

28. Vous sauverez le peuple pauvre, et d'un regard de vos yeux vous humilierez les superbes.

29. Seigneur, vous êtes mon flambeau; c'est vous, Seigneur, qui éclairez mes ténèbres;

30. Car, confiant en vous, je chercherai le combat; oui, confiant en mon Dieu, je franchirai les remparts.

31. Dieu, dont la voie est irrépréhensible; la parole du Seigneur est *comme* purifiée par le feu; il est le bouclier de tous ceux qui espèrent en lui.

32. Qui est Dieu outre le Seigneur? et qui est fort outre Dieu?

33. Dieu, qui m'a revêtu de force, et qui a aplani la voie parfaite où je marche;

34. Qui a rendu mes pieds aussi prompts que ceux des biches, et qui m'a établi dans les lieux hauts;

35. Qui instruit mes mains à combattre, et qui rend mes bras fermes comme un arc d'airain.

36. Seigneur, vous m'avez donné le bouclier de votre salut, et vous m'avez fait grand par votre bonté.

37. Vous élargirez le chemin sous mes pas, et mes pieds ne me manqueront point.

38. Je poursuivrai mes ennemis, et je les écraserai; je ne retournerai point que je ne les aie détruits.

39. Je les détruirai, et je les briserai pour

39. Consumam eos et confringam, ut non consurgant; cadent sub pedibus meis.

40. Accinxisti me fortitudine ad prælium; incurvâsti resistentes mihi subtus me.

41. Inimicos meos dedisti mihi dorsum, odientes me, et disperdam eos.

42. Clamabunt, et non erit qui salvet; ad Dominum, et non exaudiet eos.

43. Delebo eos ut pulverem terræ; quasi lutum platearum comminuam eos atque confringam.

44. Salvabis me à contradictionibus populi mei; custodies me in caput gentium: populus quem ignoro serviet mihi.

45. Filii alieni resistent mihi: auditu auris obedient mihi.

46. Filii alieni defluxerunt, et contrahentur in angustiis suis.

47. Vivit Dominus, et benedictus Deus meus! et exaltabitur Deus fortis salutis meæ.

48. Deus, qui das vindictas mihi, et dejicis populos sub me,

49. Qui educis me ab inimicis meis, et à resistentibus mihi elevas me, à viro iniquo liberabis me.

50. Propterea confitebor tibi, Domine, in gentibus, et nomini tuo cantabo:

51. Magnificans salutes regis sui, et faciens misericordiam Christo suo David et semini ejus in sempiternum.

qu'ils ne se relèvent plus; ils tomberont sous mes pieds.

40. Vous m'avez revêtu de force pour le combat, vous avez fait plier sous moi ceux qui s'opposaient à moi.

41. Vous avez fait fuir devant moi mes ennemis, ceux qui me haïssaient, et je les exterminerai.

42. Ils crieront, et nul ne *les* sauvera; *ils crieront* au Seigneur, et le Seigneur ne les exaucera point.

43. Je les dissiperai comme la poussière de la terre; je les écraserai, et je les réduirai en poussière comme la boue des rues.

44. Vous me délivrerez des contradictions de mon peuple; vous me conserverez pour être le chef des nations; un peuple que j'ignore me servira.

45. Des enfants étrangers me résisteront: ils m'obéiront dès qu'ils entendront ma voix.

46. Les enfants étrangers se sont écoulés, et ils se resserreront dans leurs retraites étroites.

47. Vive le Seigneur! et que mon Dieu soit béni! que le Dieu fort de mon salut soit glorifié!

48. C'est vous, ô Dieu, qui me vengez, et qui abattez les peuples sous moi;

49. Qui me délivrez de mes ennemis, qui m'élevez au-dessus de ceux qui me résistent; vous me sauverez de l'homme injuste.

50. C'est pourquoi je vous rendrai, Seigneur, des actions de grâces au milieu des nations, et je chanterai *des cantiques* en l'honneur de votre nom,

51. Vous qui signalez votre grandeur en sauvant le roi que vous avez choisi, qui faites miséricorde à David, votre oint, et à sa race dans toute l'éternité.

PARAPHRASIS.

1. In die, quâ liberatus est David ab omnibus inimicis, et à Saüle præcipuè, qui ipsum diutiùs, quàm alii, atque obstinatiùs insecutus est, hoc cecinit in salutis suæ custodem, et vindicem, gratulatorium canticum, dixitque: — 2. Dominus mihi perfugium est multò securius, atque sublimius, quàm quod in saxorum latebris parare sibi solent, quos hostium insectatur obstinata crudelitas. Ille mihi robur est, et secura salus, à quo id habeo, ut robustus fuerim, et ab inimicorum armatis insidiis incolumis evaserim.—3. Spes tota mihi in Deo collocata est, quia illam tantùm fortitudinem habeo, quam Deus mihi propitius largitus est. Ille mihi ad repellenda inimicorum tela clypeus; ille mihi ad pugnandum invicta fortitudo, et victoriarum auctor; ille me à periculis servat; ille me in tribulatione supplicem patronus excipit non gravatè; ille me cadentem, et deficientem erigit; ille me ab his, quos iniquitas instigat, et odium, et ab omni liberat infortunio, quod improborum meditatur invidia. — 4. Invocabo igitur, laudaboque Dominum, æternâ commendatione dignum, quia ad omnium me inimicorum aut manifestis armis, aut occultis insidiis præstitit incolumem. — 5. Fuit tempus cùm sic eram ab hoste ab omni latere angustè conclusus, ut nihil esset propius, quàm ut mortem subirem; cùm hostes qui divinum aut ignorarent, aut à cervicibus excussissent jugum, instar torrentis, qui præcipiti decurrit impetu, in novum exitium raperentur.—6. Sicut à venatore feris funes obtenduntur, in quos ubi se primùm induerint, conficiuntur venabulo, sic ab hostibus

parati sunt laquei, et insidiæ quoquò versùs instructæ, ex quibus à morte nullum apparebat effugium. — 7. Quare cùm tam propitium habuerim à Domino, et paratum auxilium, supplices ad illum preces effundam, et clamores spiritùs, atque spei plenos, si quando casus incurrerit angustior, qui dolendi materiam, et lugendi afferat : et exaudiet, sat scio, de cœlo supplicantis vocem, neque clamoribus de tribulatione sollicitis, aut aures negabit faciles, aut benevolum animum. — 8. Sicut olim in Ægypto, cùm parentes nostri durum Pharaonis paterentur imperium, et postea cùm in solitudine morarentur, toto illo tractu, et deinde cùm expulsis Chananæis Israelitidem gentem in promissæ terræ possessionem induxit, sic commovit, atque concussit terram, ut montes ab ipsis fundamentis convelli viderentur (quæ sanè magna fuerunt, et proverbialem in modum usurpata prodigia), sic etiam cùm in hostes meos, quos sic intueri, tanquàm in Chananæos, et Ægyptios videbare, commovisti terram, et in eorum exitium sublunarem plagam cœlo miscuisti. — 9. Eo in hostes Deus invectus est furore, ut ex naribus efflari fumus, et ex ore, atque oculis voraces emicare flammæ viderentur. Neque aliter hostes ab hoc incendio metaphorico consumpti sunt, quàm à vero, et proprio arida materies, quæ in carbones, et cineres redacta est. — 10. Eam vim fulminum in hostes Deus ejaculatus est, sic tonuit horribiliter, sic increbrescente fulgure scintillavit è nubibus, ut totum in terram cœlum inclinare, atque adeò devolvere videri potuerit. Cujus pedibus caliginosa suberat nubes, ex quâ tot illa divini furoris tela in hostile caput emicabant.—11. Quemadmodùm in tabernaculo Deus super Cherubinos sedere existimatur, sic etiam in nubibus, quasi in regio vehiculo innixus super ventorum pennas omnes latè regiones momento temporis percurrit, et lustrat.—12. Sicut ex suo prætorio castrense negotium duces moderantur, et militum curas, stationesque disponunt; sic Deus nubium tenebris, quasi latibulo quodam circumfusus, ex suo veluti prætorio, ad varias expeditiones ac pugnas suos emittit milites, fulmina videlicet, grandinem, et fulgura, magnam denique vim aquarum, quæ non aliter ex nubibus cadunt, quàm excussa grana, quæ labuntur è cribro.—13. In conspectu Domini, et ab ejus imperio, quasi bellatorum ordinatum agmen, grandines, et fulmina, quæ non aliter scintillabant, quàm ardentes prunæ, disciderunt nubes, in quarum sinu invita claudebantur, et inde cum fragore ac strepitu in peccatorum exitium eruperunt.—14. Intonuit enim de cœlo Dominus, quasi classicum caneret militare, emisitque vocem suam, tonitru videlicet, quod ciet nubes à fulmine divisa. — 15. Misit sagittam in modum tanquàm à benè curvato arcu, emissiones fulgetrarum, fulminum, et cometarum discurrentia jacula, quibus adversantium inimicorum acies dissipavit, et perdidit. — 16. In illâ autem inimicorum meorum vastatione, et clade, intervenisse videntur inundantes aquarum moles, quæ antiquis Noe seculis oppleverunt, et everterunt terram. Nam ex quâdam abysso metaphoricâ, seu immensâ terrarum voragine ea vis aquarum erupit, ut mare quoddam vastum in latum hunc mundum videretur effusum. Ut autem tunc fundamenta terræ, ad quæ depressus erat, abyssi illius profundissimus sinus, qui non longè aberat à centro, revelata sunt ab irato Deo, cùm ad illud usque tempus in abditis terræ visceribus latuissent, sic nunc à divini furoris inflammato spiritu, inimici mei inundatione non dissimili perierunt. — 17. Longè aliter accidit mihi à divinâ benignitate, quæ me in omnibus amanter amplexa est. Cùm enim in meum exitium omnia conjurâsse viderentur, non passus est me ab immanibus illis aquarum inundationibus absorberi : porrexit enim de cœlo paternam manum, quæ me à tot ingruentibus periculis eripuit. — 18. Liberavit me primùm à Saüle hoste potentissimo, qui diù me, et obstinato insectabatur animo ; et ab aliis non paucis, quorum majus erat robur, atque potentia, quàm ut à me sustineri, nedùm superari commodè potuerint. — 19. Prævenit me priùs maturo consilio hostis importunus, armis, odiisque terribilis, ut me securum, et imparatum opprimeret. Sed cùm ego, utpote infirmus, et tot copiis et viribus longè impar; ex objectis undique periculis expediri non possem, à Deo, tamen, qui mihi auxilio, ac firmamento fuit, liberatus sum. — 20. Sed cùm arctè premerer ab hoste, qui sanguinem meum exorbere cupiebat, et in angustum locum essem adductus, in latitudinem tamen ex angustiis emersi, cùm liberum jam spiritum haurire potui, et lucem intueri sine metu. Ejus tamen benevolentiæ, si qua potest assignari causa, illa est, quia Deus in me sibi complacuit, eò quòd nihil habui aut majus, aut prius, quàm ut me totum ad illius voluntatem attemperarem. — 21. Atque ideò Deus reddidit mihi, quod mea mihi justitia, et manuum explorata puritas exigebat, quæ à justitiæ legibus non abhorruerunt, quas servavi nudas à rapinis, et ab omnium scelerum fœditate continui. — 22. Quia exactè quæ tradita sunt à Deo mandata servavi, neque religione proditâ per impietatem à Domino recessi. — 23. Observabantur enim ante oculos meos divina judicia, quorum oblivisci neque volui, neque poteram, neque me ab

illius præceptorum observantiâ subduxi. — 24. Et habui Deum ubique præsentem, et ad illius oculos omnia studiorum meorum momenta composui, atque ideò oculos nunquàm ab illius præceptorum custodiâ dimovi. — 25. Hâc Deus liberalitate, hâc tam paternâ providentiâ compensavit justitiam, quam ego semper incorruptam colui ; et manus, quibus nihil adhæsit à rapinâ, atque oculos, à quibus Deus nunquàm abfuit, in cujus conspectu omnia mea studia atque consilia moderatus sum. — 26. Longo jam, ô Domine, experimento cognovi, talem esse te in homines, quales homines se ad te, tuaque mandata præstiterint. Sanctis sanctitatem, venerationemque concilias, quam negas irreligiosis, et profanis : et cum his qui in alios clementi fuerint, ac beneficio animo, beneficum te exhibes, et misericordem. Et si quis in benefaciendo constans inventus fuerit, et robustus, constantem quoque te inveniet in misericordiâ, donec opus suum ad exitum usque, perfectionemque deducat. — 27. In præstantes homines, qui supra cæteros excellunt, excellentem quoque, ô Deus, mensuram habebis, quâ illorum electo, atque præcipuo modo merita compenses. Quòd si quis rationis, atque naturæ legem, ordinemque pervertat, Deus quoque in ipsum aliquo etiam modo pervertetur, dum à seipso quodammodò deficit, et ingenium mutat, quod cùm pronum sit ad misericordiam, ad sumendam tamen vindictam inflammatur. — 28. Atque ideò populum inopem, à quo abesse non solet humilitas, servas, et extollis; illum verò, qui superbos alit spiritus, vel uno tantùm oculorum conjectu deprimis, et humilias.— 29. Tu, Domine, lucernam meam, quam inimicorum obstinata crudelitas penè jam extinxerat, accendisti, reddidistique vitam, quæ instar obtinebat mortis, verè vitalem; et quid in rebus dubiis mihi futurum esset ex usu, quasi prælatâ face docuisti. — 30. Quare, ô Domine, cùm te favente, atque auspice, infirma sit, et futilis humana omnis, et adversaria potestas ; neque ulla sit tanta infirmitas, quæ divino confirmata robore non expugnet, quæ minimè convelli ab humanâ potentiâ videbantur ; accingam me armis, et, quod in re bellicâ difficillimum est, per muros assultu superatos, et per medios inimicorum cuneos ad intima civitatis loca penetrabo. — 31. Et cur non audeam quidvis, auctore atque aspirante Deo? cùm Deus fidelis sit, et constans in promissis, cujus agendi modus immaculatus est, quique nihil habet simulatum et fallax. Cujus verbum sive promittat, sive præcipiat aliquid, purum est, et sine ullo simulationis fuco; sicut in auro examinato septies nihil ab omni terrenâ concretione relinquitur. Et quidem verbum istud tam fidele, ac potens, instar est scuti illis qui spem suam in Dei tam securâ, ac firmâ promissione collocârunt. — 32. Hic unus verus est Deus, in quo fidelis est promissio, et potens facultas, ut homines à periculis expediat. Illi verò, quos illusa colit gentilitas, qui nihil horum præstare possunt, quàm longissimè absunt à divino nomine ! — 33. Hic, inquam, verus est Deus, qui animum confirmat, armatque virtute, et corpus adversùs inimicorum jacula communit, quia complanatâ jam viâ, omnia prorsùs submovet impedimenta.—34. Hic mihi pedes dedit usque adeò veloces ac leves, ut cum cervorum pernicitate conferri possint. Ad loca denique excelsa securum sustulit, ad quæ neque ascendere, neque aspirare solet, aut potest inimica vis. — 35. Ille me disciplinam docuit militarem, ne manus haberem indoctas, aut inertes in militari congressu; et tantam dedit brachio firmitatem et robur, ad torquendam hastam, aut lapidem ex fundâ, quantam habet arcus formatus è chalybe ad sagittarum emissiones. — 36. A te, Domine, tanquàm à salutari clypeo salutem obtinui, quod non tam meis meritis, quàm mansuetudini tuæ totum ascribo; quæ mihi vitam multiplicavit, et regnum, cùm jure perquàm optimo utrumque propter peccatum meum amittere potuerim. — 37. Cùm in locis agerem præruptis, et angustis, in quibus neque liberè, neque tutò, ut maximè cuperem, spatiari possem, tu tamen fecisti, ut hoste submoto ex angustis illis spatiis securus confugerem, et in illis incessu facili deambularem locis, in quibus neque offenderent, neque lassarentur pedes. — 38. Persequar igitur inimicos meos, hoc adjutore, atque auspice, ab illorum insectatione quiescam, donec omnes ad unum denique conficiam. — 39. Conficiam eos, atque ita confringam, et conteram, ut illorum nullo modo possit instaurari ruina; qui ita ad pedes meos collisi cadent, ut illorum cervices impactis impunè pedibus conculcem. — 40. Id verò ideò mihi spe firmâ ac certâ futurum esse polliceor, quia abs te accepi arma, utique victricia, quibus mihi dexteram invictam, et fortitudinem ad bella tribuisti. Auget autem hanc mihi confidentiam, quia video eos, qui mihi priùs pertinaci bello repugnârunt, demisso jam capite, et inflexâ cervice, ad pedes meos supplices accidisse. — 41. Subjecisti mihi, Domine, inimicorum meorum incurvata atque substrata dorsa, quæ pro meo arbitratu aut onerarem sarcinis, aut cæderem flagellis. Quare omnes, qui odio me prosequuntur hostili, facili negotio disperdam. — 42. Tunc illi, qui ex Israelitide gente persecuti me fuerunt, clamaverunt ad te,

sed planè frustra ; nec enim illorum preces miseratus exaudisti, neque ullus fuit illis subsidio, qui aliquid afferret opis ad salutem. — 43. Quid igitur impedit, cùm divinus à me stet favor, quin inimicos meos ita deleam, ut in pulveris similitudinem comminuam, et ita jaceant illorum vilia, et inhumata cadavera, sicut lutum, quod ab hominum frequenti conventu calcatur atque subigitur in plateis? — 44. Sumpserunt quidem arma contra me ex meo populo, ac genere copiæ non infrequentes, à quibus me incolumem, imò et superiorem præstitisti; et cùm bellum externis, gentilicisque populis inferrem, non solùm perfecisti, ut nihil ab illis paterer saluti dignitatique contrarium, sed ut illos ditioni meæ, voluntatique submitterem. — 45. Qui licet alieni à me non erant generis communione, toti tamen studiis et castris aberant à me, et intestinis me bellis insequebantur; sed tamen iidem eò adducti sunt, ut postea mihi omni studio et alacritate lubentes obsequantur. — 46. Illi viri non tam alieni, quàm alienati à me. Jam fracti et animo, et viribus, et in angustias redacti, ex quibus, ut ipsis erat in votis, emergere non poterant, contraxerunt, deposueruntque spiritus ante minaces, quos inani ostentatione jactaverant. — 47. Exaltabitur à me in æternum Deus, qui vivus est (non sicut illi, quas delusa fingit, colitque gentilitas, qui neque spirant, neque sentiunt, quique æternâ est laude, ac benedictione dignus, à cujus benevolâ, atque favente fortitudine habeo, ut salvus, et felix cum gaudio, et dignitate vivam. — 48. Exaltaberis à me in æternum, Deus, qui mihi virtutem inseris, et audaciam, ut populos sternam, meæque subjiciam potestati, et ultricem cum illis conseram dexteram cum successu fortunato ac facili. — 49. Qui non solùm me ab hostibus, virisque perversis incolumem, sed etiam superiorem præstitisti. — 50. Propterea enitar, quoad maximè potero, ut concinnandis, pangendisque carminibus gentes etiam externæ divinæ majestatis gloriam agnoscant. — 51. Quid mirum, si in divinas laudes me totum impendam, quando ille tot mihi, quem suum sibi regem esse voluit, ab hostibus victorias concessit, tot me beneficiis ab animo misericorde profectis prosecutus est, quem priùs legitimâ quâdam unctione Israelitico populo præposuit, quod nomen Davidico generi voluit esse perpetuum!

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Locutus est autem David Domino verba carminis hujus, in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, et de manu Saul (1). Hunc psalmum videtur cecinisse David postquàm bella ubicumque terrarum consederunt. Quod non obscurè indicat titulus psalmo præfixus. Est autem verisimile, cùm nactus esset quietem et otium, totum illud tempus, quod in adornando exercitu, et conscribendo milite posuerat, ad divinas laudes et componendos psalmos transtulisse. Editos esse ante hoc tempus non paucos, tituli ipsi psalmorum non obscurè docent. Sed esse plerosque editos cùm à bellis, et aliis reipublicæ componendæ studiis cessatum fuit, nonnullum argumentum est, quòd hic psalmus in Psalterio decimum septimum obtinet locum. Dixi nonnullum hoc argumentum esse, quia non admodùm urget; videmus enim aliquot psalmos, qui post hunc sequuntur de rebus ante gestis titulos habere præfixos; quales sunt 28, 29, 33, 50, 51, 52, 55, 56, 59, 62; fieri tamen potuit ut quæ priùs gesta fuerant, posteriùs fuerint à Davide conscripta, et mandata psalmis, quod faciunt sæpè prophetæ, et unus Jeremias plus satis nobis exemplorum suppeditat, nihil deest. Quare fieri etiam potuit, ut quæ ab hoc psalmo ad finem usque Psalterii continentur, ab hoc tempore, in extremâ nimirùm Davidis ætate, conscripta sint. Hoc certum est ex titulo, jam ab hoste vicino nullum Davidi instructum esse prælium; dicitur enim hoc à Davide compositum esse carmen, quando ab omnibus inimicis liberatus est.

In hoc titulo aliquid occurrit observatione dignum; nam cùm inimicorum omnium Davidis præcessisset manus, frustra videbatur deinde Saülis additum esse nomen, cùm illud priùs in illo universali signo foret inclusum. Sed est hoc tam in sacris, quàm in profanis scriptoribus usitatum, ut si quid in aliquo genere plurimùm excellat, seorsùm post communem notam nominetur. Sic Actor. 1, beata Virgo seorsùm ab aliis numeratur, cùm etiam esset universali signo cum aliis comprehensa.

(1) *Quand le Seigneur eut délivré David de la main de tous ses ennemis et de la main de Saül, il prononca ce cantique à sa louange.* Après que l'Ecriture nous a représenté les combats et les victoires de David, elle nous marque ici de quelle manière il en rendait grâces à Dieu par de saints cantiques. Son cœur paraît dans ses paroles. Ce sont des étincelles du feu dont il brûle. Il s'écrie, comme transporté hors de lui-même : *Que le Seigneur est son rocher; qu'il est sa force, qu'il est son soutien, son bouclier, et l'appui de son salut.* Il diversifie ainsi les expressions, pour faire voir que ce qu'il dit est beaucoup au dessous de ce qu'il conçoit, et que sa langue ne peut égaler les mouvements de son cœur. (Sacy.)

Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, et Mariâ matre Jesu. Marci 19 : *Discipulis ejus, et Petro*, et 1 Cor. 9 : *Numquid non habemus potestatem mulierculam sororem circumducendi, sicut et cæteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas?* Utroque loco Petrus communi cum discipulis et apostolis nomine comprehensus erat, et quia in eo aliquid supra cæteros erat præcipuum, seorsùm nominatur, ex quo Petri apparet supra Apostolos alios excellentia. Hoc idem fecit Virgilius lib.1, Æneid., qui Achillem è Danaorum genere separatim addidit post commune nomen.

Troas, relliquias Danaûm ac immitis Achillis.

Sic etiam hoc loco Saül separatim nominatur ab aliis, qui Davidis aut delere vitam, aut extenuare nomen conati sunt, quia ille potentissimus erat, eoque ardore insequebatur Davidem, ut neque locorum difficultate, neque ullis officiis abduci potuerit ab amore, studioque vindictæ, quominùs illum ad mortem usque, et rabidum furorem insectaretur. Adde, quòd tunc privatus erat, et inops homo David, qui in inimici sui finibus errabat, cui hostis potentissimus multis in locis moliebatur insidias, quas evitare magni negotii fuit, et beneficii planè divini.

Hìc obiter notandum, quod faciunt nunc viri sancti, et fecerunt ante Christus et Apostoli, nempe ut in citandis Testamenti veteris testimoniis, non verba numerarent, aut verbum exprimerent de verbo, sed sententias expenderent, quas si ex citatis verbis essent assecuti, nihil præterea putabant esse quærendum. Quâ de re non semel sacri doctores et interpretes. Quod itaque sæpè in Testamento novo faciunt Apostoli, hoc idem fecerunt jam olim in Testamento veteri scriptores sacri, dùm ex eodem Testamento aliquid aut explicant aut convertunt. Lege narrationes plurimas ab hominibus fidei dignissimis repetitas, et videbis servari quidem in oratione repetitâ sententiarum exactissimè vim et pondus; verba tamen, et sermonum ordinem mutari. Exempla sunt obvia, unum adducam, quia proximum est, ex c. lib. 3 Regum, ubi v. 37 : *Quâcumque die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum.* Cui respondisse traditur Semei, v. 38 : *Bonus sermo : sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus.* Hæc eadem Salomon repetit v. 42, et in libris Par. repetuntur plurima, quæ in libris Regum, aliis tamen verbis, et verborum figuris. In Testamento novo plurima sunt, et notissima exempla. Cùm enim quatuor Evangelistæ sermones, quos habuit Christus, quàm sæpissimè narrent, et in sententiâ eorum omninò consentiant, tamen in verbis sæpè, figurâque sermonis dissentire solent, et multa ab aliis sunt addita, quæ ab aliis fuerunt omissa. Sic planè hìc accidit, et in alio Psalmo lib. 1 Par. c. 16, qui deinde in Psalterium sive ab ipso Davide, sive ab aliquo alio collati sunt. Ille ordine est 17, hic 104, ubi multa mutata, detracta alia, neque eadem in Hebraico textu verba reperiuntur. Hujus rei causam illam esse arbitror, quia, sicut in verbis dierum regum Juda et Israel, multa videntur minùs accuratè descripta, ex quibus libri postea Regum compacti sunt, ubi illa eadem habemus limata magis, et aliter disposita ; sic etiam cùm hæc David in Psalterium congesserit, musicisque cantanda præscripserit, limavit hæc diligenter, quæ antea stylo rudiore et calamo properante composuerat ; et ideò multa in duobus hisce psalmis mutata sunt, alia sublata, neque tamen ideò mutata est sententia.

Vers. 2. — Dominus petra mea, et robur meum, et salvator meus. In psalmo 17, addita est totius psalmi extrema conclusio, quæ ex tot officiis, quot in hoc cantico gratulatorio connumerantur, infert dignum esse Deum qui ametur ab omnibus, sibi certè dicit esse diligendum. *Diligam*, inquit, *te, Domine, fortitudo mea.* Ostendit autem id, quod statim in primo, gravissimoque certamine professus est, cùm ad singulare certamen adhuc imperitus militaris negotii cum gigante descendit, ubi his sibi verbis felicem illius certaminis eventum promittebat : *Tu venis ad me in gladio, et hastâ, et clypeo ; ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum*, etc., *et dabit te Dominus in manu meâ.* Ut autem Dominus tunc Davidem à gigante prostrato servavit incolumem, sic etiam ab hominibus aliis quos ad hunc usque articulum malevolos habuit, et infensos hostes : idque in hoc gratulatorio carmine profitetur. Et primùm variis metaphoris Dei in se fidelem protectionem amplificat, et invictum robur. Cætera sunt aperta ; duo tantùm explicanda, *petra*, et *cornu*. Petra dicitur Deus, quia illa solida est et firma, si ullum aliud naturale, solidumque perfugium. Aut quia arces, quæ sitæ sunt in petris, aut arduis scopulis, magis sunt expugnatu difficiles, ut apparet in arce Sion, quam habitatores Jebusæi à claudis et cæcis existimabant posse defendi. Seu certè, quia in Palæstinâ speluncæ sunt in prælitis rupibus, ad quas homines, quando sibi præclu-

sam esse vident ad salutem viam, in extremâ desperatione confugiunt. De quibus nos super Isaiam c. 2, n. 15, et docet Josephus, lib. 1 de Bello, c. 12. Sanè Idumæi, ut diximus super Abdiam, tutos se in petrarum cavernis fore arbitrabantur. Meminit, opinor, petræ David, quia ipse sæpè urgente, et in venatici canis morem indagante Saüle, in petrarum concava ingressus, Saülis rabiem et studium elusit. Quasi dicat: Non me petra, cujus antra subii, sed Dei fidelis providentia à Saüle defendit. Quare cùm me Saül militum undequaque coronâ cingeret, Deus mihi petra fuit.

Vers. 3. — Et cornu salutis meæ. Quomodò cornu potentiam, roburque significet, diximus lib. 1, c. 2, ad illud v. 1 : *Exaltatum est cornu meum.*

De iniquitate liberabis me. Hæc in psalmo 17 non sunt. Cùm multa significet iniquitas, hìc tamen aliquid significat adversum : quare ut peccatum interdùm idem valet, quòd peccati supplicium, sic etiam iniquitas idem est sæpè quòd iniquitatis pœna. Sed fortasse hìc iniquitas per metonymiam pro iniquo ponitur, sicut invidia pro invido. Quasi dicas: Liberâsti me de homine iniquo, seu quod idem est, de illo, quem ad meum exitium instimulabat iniquitas et invidia.

Vers. 4. — Laudabilem invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero (1). In Ps. 17, Septuaginta legunt, *laudans.* Hebraicè eadem est vox *mehulal,* quæ variè notata, *laudans, laudabilemque* significat. Septuaginta videntur legisse *mehalel,* activè; quasi dicat: Laudans, sive, cum laude invocabo Dominum. Hieronymus autem *mehulal,* passivè, quod laudabilem, seu laudatum valet; sed est sensus idem. Juxta Septuaginta translationem in psalm. 17 : *Laudando invocabo Dominum.* Oratio enim plerùmque cum laude fit; laudamus enim priùs Dominum, deinde illius auxilium imploramus Unde laus sæpè pro oratione sumitur, ut observavimus ad illud Jerem. 7 : *Neque assumas pro eis laudem et orationem.* Cùm autem à laude orationem ordiamur, optimè Hieronymus *laudabilem* transtulit; sicut hoc etiam loco Septuaginta, qui reddiderunt αἰνετὸν, id est, *laudatum,* quia laudato priùs Domino, orationem ordimur. Quòd si Deum eo, quem diximus modo, oret, præcedente laude, quæ Domini sibi promeretur benevolentiam, sperat in posterum David, futurum, ut ab inimicis suis salutem iterùm ac sæpiùs, et victoriam obtineat.

Vers. 5. — Quia circumdederunt me contritiones mortis, torrentes Belial terruerunt me (1). In psalmo 17, *dolores mortis.* Incipit

(1) *J'invoquerai le Seigneur digne de toute louange, et il me délivrera de mes ennemis.* David était persuadé par une foi ferme que quelques ennemis qui pussent se soulever contre lui, il en demeurerait victorieux, parce que le même Dieu qui l'avait toujours soutenu, le protégerait encore. Il était en cela bien différent de ce que nous sommes, et sa confiance était aussi vive que la nôtre est morte. Nous espérons en Dieu quand nous ne voyons rien qui nous menace; mais aussitôt que les maux nous pressent, nous nous décourageons, et nous entrons dans la défiance. Nous n'élevons point alors notre esprit vers Dieu, comme David, pour nous souvenir de combien de périls il nous a déjà tirés. Car c'est une partie de la reconnaissance que nous devons à Dieu, d'espérer qu'il nous protégera à l'avenir, parce qu'il nous a déjà protégés. Comme notre indignité n'a pas empêché qu'il ne nous fît grâce, elle n'empêchera pas qu'il ne continue à nous la faire encore, et nous devons considérer les miséricordes qu'il nous a faites tant de fois, comme un gage de celles que nous attendons de sa bonté. C'est le sentiment où était saint Paul, à l'imitation de David, lorsqu'ayant en vue tant de périls visibles et invisibles dont Jésus-Christ l'avait tiré par une protection pleine de miracles, il s'écrie : *Il m'a délivré; il me délivre, et il me délivrera. Eripuit, eripit, eripiet,* 2 Cor. 1, v. 10. (Sacy.)

(1) *Les douleurs de la mort m'ont assiégé; les torrents de Bélial m'ont épouvanté; les liens de l'enfer m'ont environné; les filets de la mort m'ont enveloppé.* Cette expression, si vive et si figurée, peut marquer au premier sens l'extrémité où David a été réduit, ou par la persécution de Saül, ou par la révolte d'Absalon. Mais parce que ce saint parlait en prophète, et à son égard et à celui des autres, cette même expression semble marquer, d'une manière beaucoup plus propre, les tristes effets que le péché a produits en lui, lorsqu'il s'est abandonné à sa passion. Car, comme Bélial, dans saint Paul, est opposé à Jésus-Christ : *Quæ conventio Christi ad Belial?* la concupiscence est très-bien représentée *par ces torrents de Bélial,* qui sont les torrents du démon et du péché, *qui environnent l'âme des liens de l'enfer, et qui l'enveloppent des filets de la mort.*

David n'a plus appréhendé ni Saül, ni Absalom après la mort de l'un et de l'autre. Mais il savait que *ce torrent* intérieur, et cette source de toutes sortes de dérèglements qui vient *de l'enfer,* et y précipite les âmes, qui ne s'arrête que par la main du Tout-Puissant, et qui ne se sèche entièrement qu'à notre mort, était toujours prête à se répandre sur toutes les puissances de son âme et de son corps. C'est pourquoi il s'écrie : *J'invoquerai le Seigneur dans mon affliction, et il entendra ma voix de son temple.* David décrit dans la suite, avec des expressions très-hautes et très-figurées, de quelle manière Dieu s'est armé pour sa querelle, et a fait ressentir à ses ennemis les effets de sa colère. (Sacy.)

jam laudare Deum, dùm ostendit quàm fuerit ab inimicis graviter atque diu vexatus, et quomodò à rebus angustis, quæque nullum videbantur ad salutem exitum habituræ, non solùm incolumis, sed etiam superior et victor semper emerserit. Contritiones, seu dolores mortis illæ dicuntur, ex quibus à morte nullum sese ostentabat expeditum effugium ; qui aliis in locis dicuntur laquei mortis, laquei venantium, tauri pingues, vituli multi. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Hæc, ut reor, Saülis persecutiones indicant ; nam ab illo aliquando sic est tanquàm à venatore objectis undecumque retibus conclusus, ut non videretur nisi assumptis pennis evadere potuisse. Atque ideò audiebat sæpè sive ab amicis, qui hortabantur benevolè, sive ab hostibus, qui omnia minabantur extrema, ut pennas sumeret, alioqui obtentas ab hoste potentiore casses non evasurus. Psal. 10, v. 1 : *Quomodò dicitis animæ meæ : Transmigra in montem sicut passer.* Spectat autem tempus illud, cùm sese in vastos montium sinus, et cavernas abdidit; neque aberat longè Saülis exercitus, qui avido, sagaci atque anhelato spiritu occultas montium scrutabatur latebras. Cùmque grave à Saüle timeret infortunium, cùm esset in speluncis Engaddi, lib. 1 Reg. c. 24, et apud Ziphæos c. 26, in colle Achilæ, sed præsertim cùm in deserto Maon in coronæ modum cingebantur à Saülis exercitu, ex quo nullum videbat ab humano consilio mortis effugium, illum tamen Deus ab ipsis mortis faucibus expediit subito quodam nuntio perturbationis pleno, qui Saülem ad alia quædam curanda festinum evocavit.

Torrentes Belial terruerunt me. In torrentibus, seu fluminibus significari exercitus, docuimus in nostris commentariis super Jeremiam ad illud c. 46, v. 7 : *Quis est iste, qui quasi flumen ascendit?* Sic Isaiæ c. 8 : *Propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis,* et c. 30 : *Spiritus ejus velut torrens inundans.* Est autem hæc ad subi os bellorum et præcipites appulsus accommodata translatio; maximè ea quæ à torrente sumitur, qui subitò pluviales colligit aquas, illasque cum magno strepitu atque impetu præcipitat. Hâc sanè Maro lib. 2 Æneid., Græcorum exprimit repentinum impetum, qui urbem stravit luculentam, et optimè munitam.

Aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata lætaboumque labores,
Præcipitesque trahit sylvas.

Et Silius Italicus l. 4 :

Ut torrens celsi præceps è vertice Pindi
Cum sonitu ruit in campos, magnoque fragore
Avulsum montis volvit latus, obvia passim
Armenta, immanesque feræ, sylvæque trahuntur.
Spumea saxosis clamat convallibus unda.

Sumitur autem hic torrens pro impetu, Belial autem pro homine, aut gentili, qui nunquàm subiit legis jugum, quales fuerunt Palæstini, Idumæi, Ammonitæ, aut qui cùm accepissent, excusserunt à cervicibus postea, cùm non tam ducuntur è lege, quàm ab invidiâ, aut ambitione, aut ab aliis immoderatis animorum affectibus abducuntur. Qualis fuit Absalom, Achitophel, et alii, qui cum pudore ac fide, quam præstare integram regi debuêre, humanitatem omnem abjecêre. Quid sit Belial diximus ad illud l. 1, c. 2 : *Porrò filii Heli filii Belial.*

Vers. 6. — Funes inferni circumdederunt me, prævenerunt me laquei mortis. Sententia eadem, sed diverso dicendi modo per epexegesim variata : iidem enim sunt *funes inferni,* quòd *mortis laquei;* notum est enim *infernum* interdùm valere sepulturam et mortem. Dicuntur autem *funes,* sive *laquei mortis,* aut, sicut habet psalmus 17, *dolores inferni,* dolores sic acerbi, aut laquei ita frequenter et artificiosè dispositi, ut ad mortem, sepulturamque deducant. Hunc fortasse locum, aut alium similem intuebatur Petrus Actor. c. 2, v. 24, cùm de Christo dixit : *Quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni,* id est, doloribus, qui tantùm habuerunt acerbitatis, ut Christum ad mortem, sepulturamque deduxerint. Nam quòd pœnas damnatorum subierit, quod impiè hæreticorum nonnulli blasphemant, non probat locus ille Petri, nisi fortasse illis, qui ad impietatem simul etiam Hebraici sermonis usûs et proprietatis ignorationem addiderunt. Porrò illud, *solutis doloribus,* bellè facit cum funium laqueorumque vocabulo ; hæc enim constringi dicuntur, innodari, et solvi.

Vers. 7. — In tribulatione mea invocabo Dominum, etc. In Psalmo 17, hæc in tempore ponuntur jam præterito. In Hebræo utroque loco est *ecra,* quæ vox temporis est futuri ; atque ideò accommodatè ad textum dixit Hieronymus : *Invocabo, clamabo, exaudiet.* In psalmo verò 70 : *Invocavi, clamavi, exaudivi.* Sed reverà idem est sensus, quem spectârunt Septuaginta magis quàm verba. Quam ad rem observo *si*, conditionalem particulam, apud Hebræos sæpè subaudiri, quod docuimus ad illud Habacuc 3 : *Ingrediatur putredo in ossibus*

meis, et subter me scateat; ego autem gaudebo, etc. Cujus sensum esse diximus : *Si ingrediatur putredo*, etc., *ego nihilominùs gaudebo*. Et in illud Psalm. 69 : *Infirmata est, tu verò perfecisti eam*. Id est, si infirmata fuerit, tu perfecisti. In utroque loco exemplorum à nobis productum est satis. Sic etiam hoc loco conditionalem particulam intelligo in hunc sensum : Si in tribulatione meâ invocavero Dominum, et ad Deum meum clamavero, et ipse exaudiet vocem meam. Quasi dicat : Experientiâ didici, auditurum esse Deum vocem meam, cùm clamavero, quia sæpè in tribulatione meâ clamavi, et exaudivit me, neque aliter futurum spero, quàm factum esse video.

Et exaudiet de templo sancto suo vocem meam. Cùm hæc à Davide aut scriberentur, aut cantarentur, nondùm erat Deo alicubi terrarum templum erectum; primum enim, quod scimus illi fuisse constructum, Salomonium fuit. Sed templum dicitur domus quæcumque fuerit religioni, ac Deo consecrata, maximè si paulò sit ornatior, et illustrior. Sanè apud Latinos templum locum significat augustum, humanis etiam atque profanis actionibus destinatum, licet plerùmque aliquid sonet religiosum et sacrum; quod etiam valet Hebraica vox *hechal*, quæ licet templum et sacras ædes plerùmque significet, interdùm tamen aliquid valet profanis etiam et negotiis popularibus commune. Qualis est curia, ubi consessus fiunt populares, et de rebus non sacris consultationes. Virgilius, lib. 7 Æneid. :

Hoc illis curia templum,
Hæ sacris sedes epulis, hìc ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.

Est præterea templum quicumque locus inauguratus et sacer : sicut cœlum à Cicerone dicitur templum, quia in eo Jovis à gentilibus credebatur esse sedes. Ita Ennius :

Contremuit templum magnum Jovis altitonantis.

Imò et locus ubi sepulcrum est, templum appellatur. Sic Virgil. lib. 3 Æneid. :

Præterea fuit in tectis de marmore templum
Conjugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niveis et festâ fronde revinctum.

Quia ergo tabernaculum consecratum erat Deo, jure vocari templum potuit, ubi Dei in terris præcipua sedes est, et familiare domicilium. De quo loqui videtur David, quando in Psalmis aut templi meminit, aut domûs Domini; ex Græcis Patribus quidam in templo cœlum intelligunt, Basilius, Theodoretus, Euthymius, Eusebius; quod non displicet. Et quidem, ut diximus nuper, nonnulli cœlum templum appellant, ut Ennius supra, et Terentius in Eunucho, et plures alii. Vide Macrobium in Somnio Scipionis.

Vers. 8. — Commota est, et contremuit terra. Quæ sequuntur ad versum usque 17, elegantissimam continent hypotyposim eorum, quæ Deus in defendendo populo suo, sive olim cùm illum evocaret ex Ægypto, aut per solitudinem traduceret; sive cùm Chananæis expulsis in terram introduceret promissionis; sive cùm Samuelis tempore stravit Philisthæos ostensis admirandis de cœlo prodigiis. An hæc Deus, quo tempore cum hoste tam domestico, quàm externo confligeret David, ediderit prodigia, armatamque inimicorum potentiam suo difflaverit spiritu ac virtute contuderit, incertum est, quia alibi aut nihil hâc de re, aut exiguum tantùm aliquid audimus. Quod argumentum licet non omninò convincat in oppositum, quia multa videmus suis omissa temporibus, quando proprius videbatur narrationi locus quæ tamen alieniori loco per occasionem esse facta narrantur; ut quòd Oziæ tempore gravis terræ motus contigerit, quod refert Amos cap. 1 : *Ante duos annos terræ motûs*. Quod item refert Zacharias cap. 14, ubi nos hâc de re pluribus : et plurima, quæ sequenti capite de fortibus, qui fuerunt in Davidis exercitu, commemorantur, quæ suo loco narrata non sunt. Vide quæ diximus supra lib. 1, cap. 2. Verùm hæc tot et tanta, quæ planè admirabilia sunt in bellis à Davide susceptis, ubi alia ponuntur multa leviora, non videbantur omittenda.

Ego ita sentio, primùm si minùs omnia, aliqua tamen horum contigisse in Davidis causâ, qui Deus, ut canit hoc loco Psaltes ipse David, impensè favit. Certè aliquid audimus ejusmodi cap. 5, v. 24, ubi sic Deus ad Davidem : *Cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pirorum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut percutiat castra Philistiim*. Quomodò Deus tunc egressus fuerit, castraque deleverit hostilia, nihil habemus eo loco, vero tamen est simile, egressum esse sicut alibi sæpè, et proximè Samuelis tempore cap. 7, v. 10, lib. 1 : *Factum est autem cùm Samuel offerret holocaustum, Philistiim inière prælium contra Israel. Intonuit autem Dominus fragore magno in die illâ super Philisthiim, et exterruit eos, et cæsi sunt à facie Israel*. Sic fortasse accidit, neque id semel Davidis tempore, qui multa bella gessit se-

cunda, et brevi terram non solùm Israelitidem et suam, sed etiam alienam sui nominis gloriâ et admiratione complevit. Quòd si admiranda hæc edidit prodigia judicante Samuele populum, et regnante Saüle, ut liquet lib. 1, cap. 14, à v. 15, sanè hæc eadem Davide regnante contigisse non est improbabile. Atqui, dices, cur hæc à sacro historico hìc, et in libro Paralipomenon omissa? Responderem ego non fuisse intermissa prorsùs, quandoquidem ab historico sacro in præsenti cantico narrantur. Quia hæc verba historici sunt, et historicè ab ipso narrata, qui Davidis verbis, quæ ipsius tempore contigerunt, explicuit. Quæ David ipse postea, cùm in Psalterium retulit, nonnihil addit, detraxit, aut mutavit; ita tamen, ut nihil fuerit de sententiâ, aut verborum pondere mutatum.

Sed etiamsi, dùm gesta commemorantur Davidis, hæc ab historico prætermissa videantur, ideò, ut paulò ante diximus, negandum non est, hæc historico ac litterali sensu sub Davidis tempora contigisse. Plurima enim facta fuisse negaremus in Ægypto, atque deserto, quæ neque in Exodo, neque in Numeris habentur, si illa in Psalmis, aut in libris Josue, ac Judicum, in prophetis atque Sapientiâ non legeremus. Quis unquàm in suis locis audivit, quæ sequenti proximè capite traduntur egregia de fortibus David?

Nihilominùs eò magis inclinat animus, ut credam contigisse quidem magna atque admirabilia toto tempore, quo regnavit, et pugnavit David; quod indicat satis et textus ipse, dicendique modus hujus cantici, et Davidis causa tantopere Deo commendata, et perpetuus quidam victoriarum cursus. Non tamen contigisse illa omnia prodigia, quæ hìc ab historico et Psalte proponuntur: sed quia hæc antiqua mirabilia fuerint, et omnibus nota, abierunt jam apud Hebræos in commune proverbium. Quare cùm aliquod proponitur magnum et admirabile beneficium, ex magnis illis prodigiis nomen assumitur utique ex alieno loco, cum aliquâ tamen proverbiali specie ac similitudine translatum. Probavimus hæc nos multis in nostris commentariis in Isaiam, ad illud cap. 43: *Ponam in deserto viam*, et ad illud cap. 48: *Non sitierunt in deserto*. Quo loco sermo est de reditu Judæorum è Babylone, in quo quidem magna à divinâ manu apparuerunt beneficia, quæ beneficiorum illorum explicantur nominibus, quæ in eumdem populum contulit Deus, aut cùm evocaretur ex Ægypto, aut cùm liber jam per desertum incederet, aut cùm illum in terram promissionis induceret, cùm tamen in eo reditu Babylonico nihil eorum, quæ ibi commemorantur, acciderit. Sic autem Deus cap. 43, v. 19: *Ecce ego facio nova, et nunc orientur, utique cognoscetis ea. Ponam in deserto viam, et in invio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones et struthiones, quia dedit in deserto aquas, flumina in invio, ut darem potum populo meo, electo meo.* Et cap. 48, v. 20: *Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annuntiate. Dicite: Redemit Dominus servum suum Jacob. Non sitierunt in deserto, cùm educeret eos; aquam de petrâ produxit eis, et scidit petram, et fluxerunt aquæ.* Ad hunc modum cùm David magna Dei, ac multis modis illustria vellet prædicare beneficia, proverbialem in modum illa enumerat, quæ maximè olim censebantur illustria. Qualia Ægyptia fuerunt, et alia plurima sub illud tempus quo florere cœpit atque regnare gens Israelitica. Quomodò si quis amplificare velit hominem fortem, et rebus arduis atque præclarè gestis egregium, et ab Herculis certaminibus sumptâ similitudine dicat, ab illo Lernæam Hydram fuisse superatam, leonem occisum, extractum ab inferis Cerberum, et reliqua, quæ de illius fortitudine nugantur poetæ. Hæc mihi sententia potior. Plura nos in hanc sententiam diximus ad illud Zachariæ cap. 10, v. 11: *Et erit via reliquo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis, sicut fuit Israel in die illâ, quâ ascendit de terrâ Ægypti.* Ubi aperiendum dicit esse mare; quod nihil significat aliud, quàm tollendum esse magnum aliquod impedimentum. Neque enim inter Babylonem, et Judæam, ad quam exulibus remigrandum fuit, ullum intercedebat mare quod aperiri oporteret. Vide quæ nos ibi.

Vers. 8. — Commota est, et contremuit terra; fundamenta montium concussa sunt, et conquassata, quoniam iratus est eis. Quando olim commota terra fuerit, incertum est; sed fuisse verè, et non tantùm metaphoricè commotam, mihi non dubium. Ducor eâ ratione, quia sæpè montes et colles dicuntur commoti, liquefacti, aut talia passi, quæ sine convulsione ac motu fieri non solent. Job. cap. 9, v. 5: *Qui transtulit montes.* Psal. 96, v. 5: *Commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini.* Et Psal. 67, v. 8: *Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cùm pertransires in deserto, terra mota est.* Idem iterùm audimus Psal. 113, in quo idem tractatur argumentum, et eadem propè repetuntur verba

Cùm autem ibi propriâ, et non figuratâ locutione mare retrò fugisse, et Jordanis abiisse retrorsùm, et petra in aquarum stagna conversa esse dicantur, terra dicenda est mota fuisse, et exultâsse montes sicut arietes. Exultare autem hoc loco non est lætari, sed ex suis sedibus convelli, et salire in alium locum, quo modo dixit Virgilius lib. 3 Æneid. :

Exultantque vada, atque æstu miscentur arenæ.

His penè verbis usus est Isaias, cùm Dominum in Babylonios furentem inducit, et illorum subvertentem urbem, cap. 13, v. 13 : *Super hoc cœlum turbabo, et movebitur terra de loco suo propter indignationem Domini exercituum, et propter diem iræ furoris ejus.*

Sed est difficile, quando Dominus iratus inimicis populi sui terram gravi convellerit motu, et à fundamentis usque concusserit. Mihi id modò placet, quod placuit ante in expositione Psal. 67, reverà montes esse divisos, cùm populus Israeliticus ingressurus esset terram promissionis, et per loca scopulosa apertam esse expeditam viam; quemadmodùm apertum est mare Rubrum, et sicco vestigio ab Hebræorum populo transmissum. Quod non obscurè colligitur ex Numer. cap. 21, v. 13 : *Castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, et prominet in finibus Amorrhæi; siquidem Arnon terminus est Moab, dividens Moabitas et Amorrhæos. Unde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in mari Rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Arnon, et recumberent in finibus Moabitarum.* Idem videtur esse traditum lib. Judic. cap. 5, v. 4 : *Domine, cùm exires de Seir, et transires per regiones Edom, terra mota est.* Ita sentit Abulensis in hunc locum, cujus verba hùc advocare libuit. « Terra, inquit, mota est, « cùm Deus exivit de regione Seir, quia rea- « liter sic factum est. Nam quando Israelitæ « intrare debuerunt in terram duorum re- « gum Amorrhæorum per angustum introitum « inter duos scopulos, erant multi Amorrhæi « latentes in cavernositatibus scopulorum, ut « occiderent omnes Israelitas transeuntes, et « prohiberent transitum. Deus autem inclina- « vit scopulos usque ad terram, et oppressi « sunt ibi omnes Amorrhæi, ut patet Nu- « mer. 21, cùm dicitur : *Unde dicitur in libro « bellorum Domini : Sicut fecit in mari Rubro, « ita faciet in torrentibus Arnon ; scopuli tor- « rentium inclinati sunt, ut requiescerent in « Arnon, et recumberent in finibus Moabita- « rum.* Istud miraculum de terræ motu ac- « cidit, quando exierunt Israelitæ de terrâ « Seir. Nam parùm post exitum de terrâ « Seir, venerunt ad torrentem Arnon, ubi « hoc fuit, quà ista vicina sunt. » Hoc idem refert Historia scholastica, in lib. Numer. cap. 29, et ex eâ Dionysius et Lyra quæ videntur approbare. Vide in hanc sententiam plura in nostrâ explicatione ad illud Psal. 67 : *Cùm pertransires in deserto, terra mota est.*

Vers. 9. — Ascendit fumus de naribus ejus, et ignis de ore ejus vorabit : carbones succensi sunt ab eo. Sicut superiora illa fecit Dominus hostibus infensus, sic etiam quæ hâc metaphorâ fumi atque ignis significantur. Neque ego hâc dicendi formâ, quæ sanè furorem magnum atque offensionem præ se fert, aliud significari puto, quàm Deum in hoc hominum genus inflammatum esse graviter, et quod in illud conceperat acerbitatis virus vomuisse. Quod Psal. 17 explicuêre Septuaginta, dùm reddunt : *Ascendit fumus in irâ ejus.* Fumare nasum tam apud profanos, quàm apud sacros, furoris est naturale signum, de quo est illud Isaiæ cap 2, v. 22 : *Quiescite ergo ab homine, cujus spiritus in naribus ejus est.* Et vulgus Hispanorum in fumante naso magnam intelligit, et effervescentem iram, quæ foràs erumpit, et suî ipsius apertum præbet documentum. Sumitur, ut credo, metaphora ab equo et urso, aut ab aliis belluis, quarum in ardore ferocientis iræ fumant nares, maximè cùm ab eo cohibentur impetu, ad quem incitato studio rapiuntur. Sic sanè de urso Martialis lib. 6, Epist. 63, ubi admonet quemdam ne hominem lacessat, etiam cùm placatum videat, quia fieri potest, ut irritatus tumeat, et fumet nasus, sicut in urso videmus.

Sed miserere tuî, rabido nec perditus ore
Fumantem nasum invisi tentaveris ursi,
Sit placidus licet, et lambat digitosque manusque:
Si dolor et bilis, si justa coegerit ira,
Ursus erit.

De equo idem nos quotidie videmus, qui dum ardet ad pugnam, et clangente lituo incitatur ad cursum, maximè si adductis habenis gestientem erumpere coerceas, non fumum solùm, sed etiam ignem è naribus emittit. Sic sanè poetæ et varii, et sæpè Virgilius lib. 3 Georg. :

Si qua sonum procul arma dedêre,
Stare loco nescit, micat auribus, et tremit artus,
Collectumque premens volvit sub naribus ignem.

Claudianus de 4 Consul. Honorii :

Utque tuis primùm sonipes calcaribus arsit,

Ignescunt patulæ nares,
Silius Italicus lib. 6:
Frenoque teneri
Impatiens crebros expirat naribus ignes.
Statius Papinius 1 Sylva:
Bistonius portat sonipes, magnoque superbit
Pondere, nec tardo raptus propè flumina cursu
Fumat.
Quod etiam habemus ex Job cap. 39, v. 20: *Gloria narium ejus terror.* Ut ergo equo, et urso in furore, ardoreque pugnandi fumat nasus, sic etiam dùm è Domini naribus efflari dicitur fumus, furor illius in suî populi inimicos ostenditur.

Et ignis de ore ejus vorabit. In Psal. 17: *Ignis à facie ejus exarsit.* Hæc etiam metaphora ardorem significat ingentem et æstuantem iram: neque quidquam est tam in sacrâ, quàm in profanâ litteraturâ frequentius. Dicitur autem Deus ex ore spirare flammas, quia illæ plana sunt indicia ardentis animi; sicut flammæ, quæ ex ore clibani erumpunt et emicant, ardere intùs ligna significant. Sanè cùm Daniel judicem intuebatur Deum, et peccatorum vindicem, simili illum spectabat facie, cap. 7, v. 10: *Thronus ejus rotæ ignis: rotæ ejus ignis accensus: fluvius igneus, rapidusque egrediebatur à facie ejus.* Idem penè spectabat Joannes Apoc. cap. 1, v. 14. Neque minùs sæpè profani. Virg. lib. 12 Æneid.:
His igitur furiis totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.
Vide Senecam lib. 1 de Irâ, cap. 1; Basil. Oratione contra irascentes.

Carbones succensi sunt ab eo. Id est, ille fuit ardor, seu metaphoricus ignis, ut ab illo ignescere potuerint ligna non arida solùm, sed etiam virentia. Hi porrò peccatores sunt, et Dei inimici, in quos ignis ille grassatur et sævit. Sed dicat hìc aliquis non videri satis ad rem accommodatè dici, ab illo igne succensos esse carbones, cùm jam ignis pervasisse videatur illa ligna, quæ in carbones, aut cineres esse conversa opus est ignis: neque in hoc dicendi genere, quod miseram et extremam conditionem hominum malè vexatorum importat, supra carbonem aliquid sperari posse videtur aut illustre minùs, aut magis miserandum. Sanè Deus gravissimam calamitatem et ærumnosam vitæ conditionem Jesu sacerdotis expressit, cùm dixit Zachar. cap. 3: *Numquid non iste torris est erutus de incendio?* Et Amos cap. 4: *Facti estis quasi torris raptus ab incendio.* Cujus difficultatis non est difficilis solutio ab illâ regulâ, quam adduximus supra cap. 10, ad illud v. 4: *Præcidit vestes eorum medias.* Ubi diximus rem interdùm denominari non ab eo quod in illo statu est, sed à fine, aut ab eo quod ex illo futurum est. Quomodò Isai. cap. 47, v. 2, dicitur: *Tolle molam, et mole farinam*, non farina molitur, sed granum, unde farina fit. Sic etiam nunc non succenditur carbo, sed ligna, ex quibus incendio carbones relinquuntur.

Vers. 10. — Inclinavit cœlos, et descendit. Hæc, quæ nunc regius Psaltes subdit, tempestates indicant, et horribilia, quæ procellosum cœlorum statum comitari solent; ut sunt fulgura, tonitrua, fulmina, quibus interdùm Dominus pro telis utitur, quæ in peccatorum execrandum caput ejaculatur. Et fortasse ad hæc respexit Psaltes, dùm proximè ignis et fumi meminit. Nam fulgura scintillantia, et fumantia fulmina perinde in Deo censeri possunt, atque in homine graviter infenso in oculis scintillæ, aut in naso fumus. Dicitur autem Deus inclinare cœlos, quia dùm vibrat fulmina, et discurrentia fulgura, et crinitos ignes (quæ vulgus hominum imperitum cœli partes, et ab eo divulsas esse putat), cœlum ipsum in terram devolvere videtur. Quare juxta hanc cogitationem cœli sæpè dicuntur liquescere aut diffluere, quia in pluviam et grandinem, in cometas et fulmina dissolvi existimantur. Inclinato hoc modo cœlo, Deus cum illo descendisse dicitur, quia pugnaturus descendit, atque ideò cum his armis, quibus suam in homines potentiam manifestare et expromere vult. Quòd autem hæc arma sint Dei, sæpè audimus in Scripturâ sacrâ. Sic sanè Job cap. 38, v. 22: *Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparavi in tempus hostis, in diem pugnæ et belli?* Talia Deus exprompsisse dicitur, et exterruisse, ac dejecisse hostes. Vide quæ diximus ad illud Nahum cap. 1, v. 3: *Dominus in tempestate, et turbine viæ ejus;* et in illud Habacuc cap. 3: *In luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ*, ubi in hanc sententiam pluribus. Illud non omittendum, etiam gentiles in suâ, qualiscumque est, theologiâ existimâsse, hæc meteora, quæ terrificant et sternunt homines, arma esse Jovis, quem illi deorum omnium maximum fatentur; atque ideò illi fulmen affingunt, quo duras à sontibus expetit pœnas. De quo est illud Horatianum lib. 1, Ode 2:
Jam satis terris nivis, atque diræ

Grandinis misit pater, et rubente
Dexterâ sacras jaculatus arces,
Terruit orbem.

Et caligo sub pedibus ejus. Videmus fulgura, audimus tonitrua, grandines, et fulmina patimur, et ab his sterni sata, boumque labores, discindi saxa, et sylvarum incendia nonnunquàm intuemur: illum tamen, qui è nubibus jaculatur fulmina, ciet tonitrua, et emittit ventos, non videmus. Humano loquimur modo, sicut sæpè facit Scriptura, dùm se hominum cogitationibus ac sensibus attemperat. Non itaque videmus Deum desuper cientem hos motus, et torquentem jacula meteora, quia mediam sese nubes opponit, cui Deus videtur pedes imposuisse, tanquàm scabello, quæ illius nobis faciem eripit et armatam manum. Sic sanè homines cogitant, qui de Deo non aliter, quàm de suî similibus hominibus sentiunt. Ut enim cùm se crassa quædam nebula, aut nubes interponit, impedimento nobis est, quominùs objectum corpus cernere possimus; sic etiam putant ab oppositâ nube impediri oculos, ne ad Deum usque visio nostra perveniat. Sic sanè ad hominum sensus attemperatè dicebat Jeremias Thren. cap. 3, v. 44: *Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio;* quasi interposita nubes non sineret ad divinas aures orationem accedere. Hujusmodi igitur nubes fingitur esse sub divinis pedibus, quo tempore Deus è superiori loco ejaculatur fulmina, et illa quæ supra citimam nubium partem sive ex vaporibus, sive ex terræ exhalationibus in sublimi concrescunt et durantur. Illæ porrò caligo dicuntur, quia obscuræ sunt, et caliginosæ nubes, quæ fulmina et nimbos jaculantur et continent. Sanè cùm profani procellam, nimbumque describunt, nigras appellant nubes, à quibus aliquid semper metuunt horribile. Exempla occurrent non quæsita, tu pauca accipe, et ex illis reliqua conjecta. Virgilius duo adducit, quibus expressisse videtur tempestatem illam, quam nunc præ manibus habemus. Alterum est lib. 5 Æneid.:

Vix hæc ediderat, cùm effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit, tonitruque tremiscunt
Ardua terrarum, et campi; ruit æthere toto
Turbidus imber aquâ, densisque nigerrimus austris.

Idem lib. 1 Æneid.:

Eripiunt subitò nubes cœlumque, diemque
Teucrorum ex oculis. Ponto nox incubat atra,
Intonuêre poli, et crebris micat ignibus æther,
Præsentemque viris intentant omnia mortem.

Silius Italicus lib. 6:

Sic ubi nigrantem torquens stridentibus austris
Portat turbo globum, piceâque è nube ruinam
Pendentem terris pariter pontoque minatur.

Hæc dixerim, ut explicem, quomodò per caliginem nubes intelligatur procellosa, qualis Deo tela administrare solet, quæ ipse ad hominum punienda scelera è nubibus intorquet. Sed hic addam duo, quæ futura non videntur abs re, neque fortasse à veritate. Audimus sæpè Deum habitare in caligine, aut in ejus circuitu circumfusas esse tenebras. Psal. 96: *Nubes, et caligo in circuitu ejus.* Licet alii aliter explicent et benè, tamen eam etiam ob causam puto Deum à caligine, et nebulâ existimari circumfusum, quia in nubibus habitare creditur, et inde humana prospicere, et communibus providere rationibus et commodis. Sic sanè homines cogitant, quorum sensibus in loquendo Spiritus se divinus accommodat. Hinc fit, ut Deus ascendere, seu equitare dicatur in nubibus, et super ventorum pennas ambulare: eodem autem loco sunt venti, quo nubes, et à ventis quasi à currulibus equis nubes impelluntur. Psal. 103, v. 3: *Qui ponis nubem ascensum tuum; qui ambulas super pennas ventorum.* Quod statim etiam dicitur v. 11: *Lapsus est super pennas ventorum.* Zacharias cap. 9, v. 14: *Videt in turbine austri.* Nubem porrò Chrysostomus, homil. 2 in Acta, divinum dicit esse vehiculum: ideò enim ait è cœlo missam nubem, in quâ Christus ad cœlum sublimis ascenderet, ut ostenderetur rex esse cœlorum.

Alterum, quod mihi etiam non videbatur abs re, est in nube intelligi etiam posse pulverem, qui ex præcipiti equitum, ac etiam peditum incessu, ab exercitu copioso excitari solet, in quo densæ cujusdam nubis species apparet. Quod ex eo non videtur mihi prorsùs abs re, quia id video pene expressum Nahum cap. 1, v. 3, ubi Deus pugnaturus describitur, venturusque in tempestate, et turbine; et tandem additur: *Et nebulæ pulvis pedum ejus.* Pulvis certè, ut nos ad illum locum Nahum in nostris commentariis ostendimus, interdùm nubes appellari solet. Sic Maro lib. 8 Æneid., cùm de incitato equitum ingressu loqueretur, ait:

Stant pavidæ in muris matres, oculisque sequuntur
Pulveream nubem, et fulgentes ære catervas.

Et idem lib. 9, magis accommodatè ad hunc locum, ubi ex pulvere excitatam nubem nigram appellat, et caliginosam:

Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem
Prospiciunt Troes, ac tenebras insurgere campis.
Primus ab adversâ conclamat mole Caicus:

Quis globus, ô cives, caligine volvitur atrâ?
Hostis adest.

Hunc locum quidam ex Patribus mysticè de Verbi incarnatione capiunt, quasi cœlos secum in terram devolverit, et tantum mysterium caligine quâdam circumfuderit, ne à dæmonibus et curiosis philosophorum ingeniis agnosceretur. Sic fermè Euthymius in Psal. 17, et Gregorius lib. 17 Moral. cap. 13. Fortassè dici posset Deum tectum esse caligine, ut quasi obtenso humanitatis velo, et temperato ad nostrorum oculorum aciem splendore, videri posset. Quo modo Moyses splendentem faciem velabat, cùm acturus esset cum populo. Exod. 24, 33, quia in ejus faciem populus aliter intueri non poterat, 2 Cor. 3, v. 7.

Vers. 11. — Et ascendit super Cherubin, et volavit super pennas ventorum. Allusum est hìc sine dubio ad duos Cherubinos, qui erant arcæ antiqui fœderis affixi, inter quos multis Scripturæ sacræ locis sedere dicitur Deus. Hoc autem habitu divina significatur majestas; et dùm ambulare dicitur super ventorum pennas, ingens celeritas, quâ omnia momento temporis percurrit et lustrat. Quomodò Deus habitare dicatur in nubibus, et à ventis moveri, sicut ab equis quadrigæ moventur, diximus nuper; nisi dicamus Deum à Cherubinis alatis vehi (nam alati erant Cherubini, qui in tabernaculo spectabantur ad arcam) eâ celeritate, ut eorum comparatione videri tardæ possent, et nimiùm lentæ ventorum pennæ. Quasi dicas: Volavit non in pennis, sed præ pennis ventorum, id est, illis multò velociùs. Sed licet Latinum idioma posteriorem hanc explicationem admittat, quia *super* comparationis habet frequentem usum, at vox Hebraica *al*, illum usum non habet, et plerùmque illud valet, quod communiter sonat.

Porrò ventis pennæ non solùm à sacris, sed etiam à profanis scriptoribus tribuuntur ad eorum velocitatem significandam. De his ventorum alis nonnihil nos diximus ad illud Oseæ cap. 4: *Ligavit eum spiritus in alis suis,* et quemadmodùm hoc loco, iisdem penè verbis Psal. 103, alati dicuntur esse venti: *Qui ambulas super pennas ventorum.* Profani multò sæpiùs, de quibus Isidorus lib. 7 Etymolog. cap. 5: *Pictorum,* inquit, *licentiâ pennæ angelis dantur, sicut et juxta fabulas poetarum venti pennas habere dicuntur, propter velocitatem.* Ovidius lib. 6 Metam. de Boreâ:

Excussit pennas, quarum jactatibus omnis
Afflata est tellus, latumque perhorruit æquor.

Et Epist. 11 Heroid. de Æolo:

Imperat, et pennis, Eure, proterve tuis.

Et lib. 1 Metamor.:

Emittitque Notum, madidis Notus evolat alis.

Vers. 12. — Posuit tenebras in circuitu suo latibulum. Paulò aliter Psal. 17, eodem tamen sensu: *Posuit tenebras latibulum suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus.* Hæc magis nostræ cogitationi favent, quæ Deum nubibus quasi tabernaculo, circumfundit: unde quæ in ipso nubium complexu concrescunt et durantur, in homines sibi minùs obsequentes jaculatur. Latibulum idem est quòd tabernaculum, quod ex nubibus sibi atque in nubibus Dominus circumdedit. Sicut imperator in castris tabernaculum habet, seu prætorium, ex quo rem dispensat et moderatur bellicam. Ex illo itaque tabernaculo emittit Dominus quæ in nubibus formantur, et conduntur tela, quæ præparavit Deus in diem pugnæ et belli.

Cribrans aquas de nubibus cœlorum. In Psal. 17: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Juxta posteriorem hanc lectionem, quæ est Septuaginta, hoc hemistichum epexegesis videtur esse prioris: explicat enim quænam sint illæ tenebræ, quæ Deo in aereâ regione præbuêre latibulum, et quoddam quasi tabernaculum construxêre. Sunt autem nubes concretæ ex aquis, et ipsis gravidatæ, quæ dùm gravi illo fœtu solutæ non sunt, sed adhuc crassum illum et concretum humorem continent, nigræ sunt, illæ præsertim, quæ nimbos minantur, et procellas. In hunc igitur sensum hæc accipio, quæ in psalmo lego 17: *Circumdedit sibi Dominus tenebrosum tabernaculum, aquas nimirùm nigricantes, quæ in aeris nubibus continentur.* Quæ sententia ex Hebraico textu non difficilè sumitur, qui sic habet, ut vertit Pagninus: *Et posuit tenebras in circuitu suo tabernacula: colligantia aquarum, nubes cœlorum.* Est autem aquarum colligantia nubes ipsa, quæ ligat et cohibet in complexu suo aquas, quas deinde eliquat et dimittit in terras. Et quidem Job cap. 26, v. 8, aquæ dicuntur in nubibus ligatæ, antequàm dissolvantur in pluviam. Qui ligat aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorsùm.

Sed hoc loco paulò aliter habet textus tam Latinus, quàm Hebraicus; habet enim: *Cribrans aquas de nubibus,* quæ explicatio perquàm bellè congruit cum Hebraico textu, ut est in psalm. 17, ubi aquæ dicuntur in nubibus colligatæ, nempe ne simul cadant cum impetu, alieno tempore ac loco. Quod opus solius Dei

est, ut de illo prædicat Job cap. 29, v. 8: *Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsùm.* Quasi dicat: Qui non magnam aquarum molem conglobatam demittit, sed redactas in stillas et guttas, quæ molliter cadunt et non tam agros populantur, quàm rigant et fœcundant: id enim est aquas cribrare, id est, per cribri foramina transmittere. Quæ verò sic cadunt, per partes cadunt, easque pertenues, non verò simul, ut accidit in torrente, qui ex montium cacumine per declivia decurrit. Aut eo modo labuntur è cœlo, quo olim Genes. 7, diluvii tempore, apertis cœli cataractis, seu fenestris, obruerunt potiùs terram, quàm rigârunt. Quâ admirabili Dei aquarum dispensatione fit, ut neque terra sitiat, et arescant fruges, neque illæ pereant oppletâ præter modum terrâ aquarum inundatione. Quod meditabatur Job. cap. 12, v. 15, cùm ait: *Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; et si emiserit eas, subvertent terram.*

Sed credo hoc loco non tam esse sermonem de pluvialibus aquis, quatenùs terram irrigant, redduntque fœcundam, quàm quatenus aqua illa telum quoddam est Dei, sicut fulgur et fulmen, quâ Deus, si tempore miserit alieno, perdit omninò atque corrumpit segetes, aut obruit et evertit civitates, sicut evertisse existimatur Ninivem. Nam cœlestis imber in omnem partem potentissimus est: qui verò aquas colligatas dissolvit, aut, quod idem est, cribrat, ille in suâ potestate continet pluviales aquas, et suo arbitratu dispensat, sive ut fœcundet et exhilaret agros, sive ut sternat et vastet. Sanè aquas diluvii quasi tela vibravit Deus in humanum genus, et quotidiè experimur multa, quæ magnum nobis proventum ostentabant, aquarum abundantiâ corrumpi.

Vers. 13. — Præ fulgore in conspectu ejus succensi sunt carbones ignis. In psalmo 17, paulò aliter: *Præ fulgore in conspectu ejus, nubes transierunt, grando et carbones ignis.* In re non video multùm esse discriminis; est tamen aliquid in dicendi modo. Pro illo: *Præ fulgore,* Hebr. est, *minnogah,* quod pro variâ significatione præpositionis *min,* variè etiam explicari potest. Ego quia video præpositionem illam significare aliquando *cum,* aliquando causam, à quâ aliquid provenit, quo modo Latini dicunt aliquid ab irâ tumere aut furere, id est, vehementer esse iratum. Quod etiam Latini sæpè explicant hâc præpositione *præ;* ut: *Præ iracundiâ, vix sum compos meî; præ amore pereo.* Sic puto hujus loci hanc esse sententiam, grandinem et fulmina, seu fulgura, quæ prunis ardentibus quàm simillima sunt, à fulgore scintillante erupisse. Tunc autem illud, *nubes,* in casu quarto statuo, et ita ut nubes quæ fœtæ videri possunt fulmine, fulgure et grandine rumpantur, sicut à fœtu puerperæ viscera rumpi solent. Tunc autem verbum *transeo,* activè significare existimo, sicut alibi sæpè. Sic sanè Ovid. Epist. 3, Heroid.:

Dî, meliùs, validoque, precor, vibrata lacerto
Transeat Hectoreum Pelias hasta latus!

Et in eâdem materiâ dixit hoc ipsum de fulmine Seneca in Agamemnone:

Libratur aliud fulmen, hoc toto impetu
Certum reductâ Pallas excussit manu,
Imitata patrem; transit Ajacem et ratem.

Ex his hunc ego sensum informo: In conspectu Domini, qui præsens aderat, et desuper in hostes è nubibus jacula vibrabat, grandines et fulmina, quæ non aliter scintillabant, quàm ardentes prunæ, disciderunt nubes, in quarum sinu invita claudebantur, et inde cum fragore ac tonitru in sceleratorum caput eruperunt. Hic porrò dicendi modus apud Latinos usitatissimus est, qui *rumpi, defringi, discindi* nubes dicunt à fulmine aut ab aliquâ vi igneâ, quæ concrescit in aere. Virgilius, lib. 3 Æneid.:

Involvêre diem nimbi, et nox humida cœlum
Abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.

Silius Italicus, lib. 1:

Heu! quænam subitis horrescit turbida nimbis
Tempestas, ruptoque polo micat igneus æther.

Hæc mihi maximè videntur probabilia; sic tamen ita interpretere, ut à Deo quasi ab imperatore mittantur, et ab ejus conspectu atque imperio transeant, quasi bellatorum agmina, nubes, grando, tonitrua, fulmina, non repugno. Et quidem res est difficilis, quæque ad varias explicationes patet; et harum utralibet non videtur aliena.

In nostrâ translatione minùs est obscurus et impeditus sensus, si in carbonibus notam similitudinis subaudias, in hunc modum: In conspectu Dei, quem nubes quasi tabernaculum quoddam circumdabat, fulgentes et scintillantes fulgetræ, ac fulmina carbonum in modum emicabant.

Vers. 14. — Tonabit de cœlo Dominus, et excelsus dedit vocem suam. In psalmo 17: *Intonuit de cœlo Dominus.* Ubi tempus præteritum ponitur. Sed si Hebræorum consuetudinem spectes, nihil hic invenies, aut certè perquàm modicè diversum. Ut enim satis, ut reor,

abundè probavimus ad illud Isaiæ cap. 41 : *Dabit in conspectu ejus gentes, et reges obtinebit,* vox futuri temporis aliquando præteritam aut præsentem significat actionem, si vox præsentis aut præteriti temporis antecessit; ubi exemplorum satis. Duo hìc aut tria afferam; tu plura inde pete. Primum est hoc ipsum quod ex Isaiâ produxi, ubi vox illa in terminatione futuri, aliquid omninò præteritum valet. Et Isaias cap. 6, v. 2, ubi Vulgatus : *Duabus velabant,* et statim, *duabus volabant.* Hebraicè est, in terminatione futuri *iecaseh, ieopheps,* quæ tamen per præteritum convertuntur, quia tempus antecessit in eodem filo, non futurum. Vide Pagninum lib. 3 Institut. cap. 12. Et quidem cùm *iiten* in futuri sit terminatione, noster tamen interpres per præteritum reddidit, dixitque, non *dabit,* sed *dedit vocem suam.* Cùm ergo tempora eodem filo præcesserint, subsequanturque cum terminatione præteriti, quid mirum, si tempus hoc futurum actionem aliquam præteritam importet? Neque inusitatum est nostro interpreti, ut terminationem interdùm sequatur originalis linguæ, et idioma servet Hebraicum, sicut fecit in loco citato priùs ex Isaiâ. Quare reliqui fermè interpretes, *tonuit,* legunt, non *tonabit.* Septuaginta, Pagninus, Tigurina, Hispanica translatio. Et hoc pso psalmo omnia penè verba à v. 16, ad 19, cùm sint futuræ terminationis, per præteritum tamen explicantur, quia verba eodem filo præcedunt, sequunturque præteriti temporis; vox autem Dei tonitru est. Sic sanè sæpè sumitur psalmo 28.

Vers. 15. — Misit sagittas, et dissipavit eos : fulgura, et consumpsit eos. Hæc omnia satis constat accidisse, cùm ex Ægyptiâ servitute emerserunt Hebræi. De quibus est illud Exod. 9, v. 23 : *Extenditque Moyses virgam in cœlum, et Dominus dedit tonitrua et grandinem, ac discurrentia fulgura super terram. Pluitque Dominus grandinem super terram Ægypti, et grando et ignis mixta pariter ferebantur.* Hæc porrò arma esse Dei constat ex lib. Sap. cap. 5, à vers. 22: *Ibunt directæ emissiones fulgurum, et tanquàm à benè curvato arcu nubium exterminabuntur, et ad certum locum insilient. Et à petrosâ irâ plenæ mittentur grandines : excandescet in illos aqua maris, et flumina concurrent duriter.* Hæc fermè omnia hoc etiam loco enumerantur, quibus Deus sceleratorum hominum evertit commoda et vexavit vitam. Quæ hìc appellantur sagittæ, fulmina sunt et fulgura, et discurrentes flammæ, quas vulgus hominum, cujus opinioni in loquendo sacer se Spiritus accommodat, stellas vocat, cùm reverà cometæ sint, qui momento temporis dissipantur et vanescunt. De quibus nos plura in nostris commentariis ad illud cap. 3 Habacuc: *In luce sagittarum tuarum ibunt.* Hæc autem omnia, ut dixi, aut contigerunt in prælìis Davidis, aut fuerunt ejusmodi, ut talia proverbiali figurâ existimari atque vocari potuerint. Contigisse verò, quando pugnatum est contra Sisaram, constat ex cantico Debboræ Jud. 5, v. 20 : *De cœlo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine, et cursu suo adversùs Sisaram pugnaverunt.*

Vers. 16. — Et apparuerunt effusiones maris, et revelata sunt fundamenta orbis. Mare ex usu Scripturæ dicitur aquarum congregatio, sive aquæ in stagno ac lacu conclusæ sint, et stagnantes, sive etiam in magno aliquo vase contineantur. Quo modo labrum æneum, in quo lavantur sacerdotes, mare dicitur æneum; et locus, ubi Jordanus alveum laxat, et latè se diffundit, mare vocatur Tiberiadis. Sed de quo hìc mari sit sermo, aut quæ fuerint effusiones istæ, nimis est obscurum. Quidam aliquid hìc meditantur à benevolentiâ profectum : quale est apparuisse repentè fontes, aut aquarum scatebras, cùm amicus Dei populus siti laboraret; ut cùm percussâ petrâ largas effudit aquas, Exod. 17, et psalmo 77, vers. 20 : *Percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundaverunt.* Magna illius fontis ponderatio, à quo torrentes dicuntur redundâsse; sed multò major, quam idem adduxit Psaltes ibidem vers. 15 : *Interrupit petram in eremo, et adaptavit eos velut in abysso multâ : et eduxit aquam de petrâ, et deduxit tanquàm flumina aquas.* En quomodò excusso de petrâ fonti nomen abyssi, id est, maris, Psaltes attribuit. Et rursùs Numer. cap. 21, v. 16, cùm iterùm populus siti deficeret, puteus apparuit. De his scatebris videri posset hìc inductus sermo, quæ effusiones maris vocari possent, quia aquæ fuerunt abundantes, quantæ numeroso illi populo sufficerent.

Sed credo in his maris effusionibus nihil significari benevolum, cùm hìc de Domini telis tantùm videatur institutus sermo, quibus sui nominis ac populi vexavit inimicos. Allusum autem videri potest vel ad mare Mortuum, quod Deus in quinque civitates induxit, quas pestilentibus opplevit fluctibus, et vallem quondam Paradiso Dei quàm simillimam abominabilem reddidit, et usque adeò fœtidam, ut gravem illius anhelitum nemo ferre posset,

Sed non benè in Mortuum istud mare, eversasque quondàm amœnitatis eximiæ civitates convenit, quod statim adjungitur : *Et revelata sunt fundamenta orbis terrarum.* Quare minùs cogitaret abs re, qui referret ad mare Rubrum, cujus aquæ, quæ hinc inde ingenti mole suspensa constiterant, obruerunt Ægyptios, cùm ab illâ sublimi mole devolutæ sunt, cùm jam Hebræi ad ulteriorem ripam evasissent. Tunc autem revelata videntur fuisse fundamenta terræ, quia in medio mari aridus apparuit alveus, per quem sicco, solidoque vestigio mare illud transmiserunt Hebræi : pars autem illa vocari potuit fundamentum orbis. Sed non video quinam fontes tunc apparuerint, cùm apertum est mare : at Psal. 17, ubi hoc loco apparuisse dicuntur effusiones maris, legimus apparuisse, aut, quod idem est, erupisse fontes aquarum.

Mihi maximè placet spectâsse regium Psaltem illud universale diluvium, quod Noetico seculo inundavit totum atque vastavit mundum. In quo omnia invenio, quæ tam hoc loco, quàm Psalmo 17, à Davide legimus. Nam primùm, ut habes Genes. 7, v. 11, apparuerunt fontes, seu emissiones, aut effusiones maris, id est, quæ efficere potuerunt maria, id est, ingentes aquarum congregationes. *Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, et cataractæ cœli apertæ sunt.* En tibi fontes, seu effusiones maris. Fundamenta verò tum revelata sunt quando ex abysso magnâ, quæ erat in terræ visceribus, ingens aquarum moles erupit. Abyssus autem illa optimè fundamentum terræ vocari potuit, quia terræ centro, quod terram suspendit et continet, vicina est. Hæc verò omnia ab offenso atque irato Deo provenisse, et à dextrâ peccatorum vindice, docet quod sequitur : *Ab inspiratione spiritûs furoris ejus.*

Vers. 17. — Misit de excelso, et assumpsit me, et liberavit me de aquis multis. Hìc se prodit manifestè horum verborum tantùm non expressa sententia, et quomodò hæc sit proverbialis allegoriæ usitata forma. Illa omnia, quæ hactenùs ex antiquo seculo produximus, sive ex cœlo vibrata, sive è terrâ ad hominum supplicium erumpentia, gravissima sunt, et pro maximis laboribus atque periculis usurpari solita. Qualia videri potuerunt, quæ David adiit, cùm bellum iniit cum hoste tam externo, quàm domestico periculosum et frequens. Quod illi perinde fuit, atque si fulgura et fulmina torquerentur è cœlo, aut aquarum ingens è terræ visceribus moles erumperet. Ex illis tamen omnibus liberatum se dicit à divinâ manu, quæ ipsum apprehendit de cœlo, sustulitque ab his tot incommodis incolumem, neque passa est in vasto aquarum gurgite demergi.

Vers. 18. — Liberavit me ab inimico meo potentissimo, et ab his, qui oderant me, quoniam robustiores me erant. In psalmo 17, paulò aliter : *Eripuit me de inimicis meis fortissimis.* Meminisse oportet, quod supra ad hujus psalmi titulum notabamus, seorsùm Saülem ab aliis hostibus fuisse nominatum, quia omnium acerrimè ac diutissimè Davidem persecutus est. Agit primùm de Saüle, quem potentissimum appellat inimicum, quia rex erat Israel, et magnum poterat exercitum cogere; quem instigabat malus spiritus, à quo obsidebatur, et exagitabatur interiùs ; quem neque labor, qui in sylvis non poterat esse non molestus, neque prærupti scopuli, et solùm ibicibus pervii, ab insequendo Davide retardare potuerunt. Ab hoc igitur dicit se divinitùs esse liberatum. Neque enim videbatur evasurus mortem, quæ omni in loco ante oculos obversabatur nisi altior aliqua intervenisset virtus, quæ omnem humanam virtutem atque solertiam eluderet et frangeret. Cur cùm hoc loco dixerit in singulari numero : *Ab inimico meo fortissimo*, Psalmo 17, dicat *ab inimicis*, in plurali, ea fortasse causa est, quia cùm postea psalmum istum in Psalterium referret, quod cantando iterari frequenter et legitimè voluit, noluit Saülis toties audiri et obscurari nomen, cùm fieri non posset sine regii nominis infamiâ.

Et ab his qui oderunt me, quoniam robustiores me erant. Erant alii, quibuscum David aut singulares conseruit, aut universas sociorum vires, illo majori ex parte fortiores, ut cohortes ex fortissimis quibusque à Saüle conscriptæ, quæ non solùm numero, sed virtute ac robore præstarent, cùm essent è viris electi viri. De quibus libro 1, capite 26, versiculo 2 : *Surrexit Saül, et descendit in desertum Ziph, et cum eo tria millia virorum ex electis Israel, ut quæreret David.* Alii præterea erant Davide, ac sociis robustiores multò, ut Achis rex Geth, cujus ut effugeret manus, stuporem simulavit et amentiam. Sed et alii quibuscum singulari certamine congressus est, fortiores etiam fuêre, ut Goliath, adversùs quem illi Deus virtutem inspiravit et audaciam, ac denique, quod sperabat nemo, victoriam concessit. De postremo verò conflictu, de quo capite 21,

versiculo 17, nemo dubitat, qui cùm jam labore senectuteque deficeret, hosti potentiori succubuisset, nisi maturè illi subvenisset Abisai. Quòd si David divinâ virtute confirmatus esset aliis robustior, quia tamen illud quidquid erat roboris, alienum putabat, et à seipso habere nihil nisi infirmitatem arbitrabatur, et merum nihil, meritò aliis omnibus plus quàm sibi ipsi tribuebat facultatis ac virium.

Vers. 19. — Prævenit me in die afflictionis meæ, et factus est Dominus firmamentum meum. De Saüle loquitur hìc, ut apparet; psalmo verò 17, de aliis etiam hostibus à Saüle. Quomodò Saül prævenerit, et securum atque imparatum occupaverit Davidem, constat primùm, cùm capite 19, satellites misit, qui Davidem aut caperent, aut opprimerent; quod fecissent facilè, nisi Michol illum paternis subduxisset insidiis. Prævenit item, cùm Ziphæis edixit, ut locum, in quo lateret, observarent, ut eò ipse cum delectâ manu quamprimùm advolaret. Et quod callidè tentavit Saül, idem etiam fecit Absalom, qui prævenire voluit parentis excessum è Jerosolymâ; et Achitophel, qui immittendum dicebat contra Davidem exercitum, antequàm collectis auxiliaribus copiis sese ad repugnandum confirmaret. Illud autem tempus totum fuit afflictionis Davidis, quia aut solus errabat, aut ita stipatus in solitudine, ubi rebus ad vitam necessariis indigebat, ut præ hostium suorum multitudine non procul abesset à solitario.

Abulensis illud, *prævenit*, seu, ut habet psalmo 17, *prævenerunt*, sic interpretatur, ut excuset se David, quòd cum domesticis atque Israelitis bella gesserit, quod aliquis improbare poterat, quia neque id in patriam, aut in cognatum sanguinem charitas permittebat, et debilitatis per civile atque intestinum bellum Israelis viribus, externorum bellis et victoriis patebat à domestico milite spoliata respublica. Ait ergo David se non ultrò cognato sanguini bellum intulisse, sed lacessitum armis, aut provocatum injuriis. Intulit bellum Isboseth Saülis filio, quia ille, auctore ac duce Abner, bonam regni partem abstulerat. Intulit Absalomi filio, quia ipse securum parentem impiis armis invaserat. Intulit Sebæ, quia contra regis caput et nomen seditionem excitavit in populo. Quare illi aggressi sunt regem prævenìente bello; ille verò illatum ab aliis necessariò repulit. In hunc fermè modum Abulensis, cujus sententia ideò mihi placet minùs, quia hìc David suam tantùm videtur ærumnosam et infirmam conditionem proponere, et hostium vires, et callidas insidias, quibus superandis imparem se prorsùs arbitrabatur, neque illas effugisset, nisi cœlitùs sibi datum esset auxilium.

Vers. 20. — Et eduxit me in latitudinem: liberavit me, quia complacui ei. In angustiis esse, aut in angustum redactus dicitur ille, qui in arctum ab hostibus coactus est, unde nisi Deus singulari aliquâ ratione provideat, incolumis evadere non potest, aut cùm vitam agit ærumnosam et tristem. Cùm autem *latum* opponatur *angusto*, et *angustiæ latitudo*, educi in latitudinem nil aliud est profectò, quàm ex periculis, aut ærumnosæ vitæ quotidianis incommodis emergere. Sanè in angusto erat David, cùm occultabatur in speluncis; cùm dare se in hominum conspectum et societatem non audebat; cùm cibos ab aliis aut emendicabat supplex, aut necessariò accipiebat oblatos. In latitudinem eductus est, cùm liberum jam spiritum haurire potuit, et lucem intueri sine metu, et rebus abundavit, non solùm ad usum, sed etiam ad dignitatem necessariis. Cur autem Deus tam in ipsum fuerit liberalis et benevolus, eam adducit rationem, quia sibi Deus in ipso complacuit, quia nihil habuit aut prius, aut majus, quàm ut divino obsequeretur imperio, et totum se ad illius voluntatem attemperaret et fingeret.

Vers. 21. — Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam. Si tempus hoc rem futuram significat, sperare se dicit regius Psaltes secunda omnia à divinâ manu, quia ipsius et animus et studia à justitiæ legibus non abhorruerunt, et manus suas mundas servavit à rapinis, et ab omni scelere continuit. Quòd si illud, *retribuet*, significationem habeat præteriti temporis, quod, juxta illa quæ paulò ante dicebamus, satis est verisimile, cùm eodem filo verba præcesserint temporis præteriti, sensus est, edictum fuisse jam regem in latitudinem, quia manus habuit puras ab injuriâ, neque à divinâ voluntate, et ab illius mandatorum semitâ declinavit. In quam ego cogitationem magis inclino, quia quo tempore hæc à Davide dicebantur, jam cessàrant bella, quod in senectute maximè videbatur optabile; jam in regno sedebat, sedatis tam externis, quàm intestinis motibus; neque si humana spectes commoda, in eo temporis atque ætatis articulo quidquam jam ampliùs apparebat optabile. Et quidem hæc atque alia, quæ tam hoc loco, quàm in psalmo 17, ad v. 25, in futuro legimus, Pa-

gninus et Tigurina, et Hispanica translatio, imò et Hieronymus in psalmo 17, per præteritum reddunt. Quos etiam nos sequemur ad v. 25, si quando tempus inciderit futurum.

Quærit hìc Abulensis, quomodò David dixerit omnia præcepta Domini à se fuisse servata, cùm tamen non semel, neque leviter aliquando peccaverit, ut docet Uriæ cædes, et ejus uxoris violatus pudor. Respondet, non hìc de quâlibet materiâ, in quâ peccari potest, esse sermonem, sed de bellis aut susceptis aut gestis, in quibus nihil tentavit injustum, nihil gessit crudele, ut apparet in Saüle, quem cùm posset aliquando tollere de medio, pepercit tamen, eo tempore quo maximè ipsius sanguinem sitiebat. Pepercit Semei, à quo indignissimis fuerat vexatus contumeliis. Oravit ne quis Absalomem, in quo gravissimæ erant causæ mortis, opprimeret. Amasam, qui Absalomis ductabat exercitum, non solùm non occidit, cùm justissimè posset, sed etiam novis ornavit titulis, cùm in castris principem esse voluit pro Joab. Quia ergo justum se et mitem in hostes præbuerat, ab hostibus illius Dominus præstitit incolumem. (1)

Vers. 24. — Et ero perfectus cum eo, et custodiam me ab iniquitate mea. Hæc per præteritum explico, juxta ea quæ nuper dixi. Esse perfectum cum Domino, est omninò verè ac seriò, et non tantùm simulatam habere sanctitatis speciem; habere Deum ubique præsentem, et ad illius oculos omnia vitæ actionumque momenta componere; non obsequi hominum opinionibus, aut ab illis captare laudem omninò vanam, sed ab unius Dei judicio voluntateque pendere. Eo sanè sensu dixit Dominus populo, Deut. 18, v. 13: *Perfectus eris, et absque maculâ cum Domino tuo.*

Vers. 25. — Et restituet mihi Dominus secundum justitiam meam. Hic versus idem penè est cum v. 21; neque est aliquid, quod additum hìc esse magni referat.

Vers. 26. — Cum sancto sanctus eris, et cum robusto perfectus. Ostenderat Psaltes quot à Deo accepisset, et quàm opportuna subsidia contra inimicos tam acres, tam pertinaces, tam denique ad omnem militarem impetum instructos. Et hujus rei rationem proximè dederat, quia ipse à Dei mandatis nunquàm aliorsùm declinavit. Ex his omnibus deducit homo sapiens, et longo edoctus experimento, talem esse Deum in homines, quales se homines in Deum exhibere voluerint. Conversus igitur ad Deum, cujus commendat in benè de se merendo constantiam, his illum sermonibus alloquitur: *Cum sancto*, ô Domine, *sanctus eris;* novi ingenium tuum, hominum te moribus et meritis accommodas: cum sanctis agis sanctè, id est, in illo sanctitatem commendas et ornas, facisque ut illi ab aliis ille tribuatur honor, qui sanctitati ac religioni debetur. Ut enim templis, sacrisque religioni locis ille honor impenditur, qui profanis negatur et communibus, sic etiam sanctis illa à Deo conciliatur religio, ille exhibetur honor, quem neque assequuntur, neque merentur profani. Expertus hæc loquitur et prædicat David. Ubi Vulgatus: *Cum sancto sanctus eris*, Hebraicus textus habet: *Cum misericorde misericors eris.* Quod sanè benè cadit in Davidis mores et ingenium; quàm fuerit etiam in hostes misericors, exempla docent superiùs adducta, et ipse docuit Psal. 7, v. 5: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.* Quam misericordiam et mansuetudinem obtendit David, psalmo 131, ut à Deo, cujus ingenium noverat, misericordiam extorqueat. Quod docuit Christus, cùm Matth. 5, dixit: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

Et cum robusto perfectus. In psalmo 17: *Cum innocente innocens eris.* Si verba hæc spectes, sensus erit: Non docebis illi qui non nocuit; parces illi qui pepercit; neque gladium habebis, qui pungat et laceret illum qui nunquàm gladium aliorum sanguine cruentavit. At in *robusto*, atque *perfecto*, ut hoc loco reddidit Hieronymus, constantia significatur, et consummatum opus. Quare qui in benefaciendo, aut præclaro aliquo opere constans fuerit, et susceptum virtutis opus exactè perfecerit, constantem etiam experietur Dominum, qui munificam non continebit manum, donec opus suum ad exitum usque perducat.

(1) Vers. 22. — *Car j'ai gardé les voies du Seigneur, et je n'ai point commis d'infidélité contre mon Dieu.* Cette parole est vraie à la lettre de David, s'il a composé ce cantique avant son péché. Elle peut l'être encore en un sens, même après sa chute, parce que, depuis le moment qu'il a été touché de Dieu, il lui est demeuré toujours fidèle, et qu'il n'a pensé qu'à reconnaître ses miséricordes et à satisfaire à sa justice. Ce qui n'empêche pas néanmoins qu'il n'ait pu manquer en quelque chose, ou dans la manière dont il a traité Miphiboseth, ou dans le dénombrement qu'il a fait du peuple. Aussi nous voyons dans l'Ecriture que souvent le Saint-Esprit loue David absolument, comme s'il avait été fidèle à Dieu pendant toute sa vie.

Vers. 27.—Cum electo electus eris (1). Electus ille dicitur, qui in aliquo genere princeps est, et ideò cùm de eligendo aliquo deliberatur, ille ex multis ad designatum opus aut ministerium assumitur. Quare sensus erit, in præstantes homines, qui supra cæteros excellunt, eam mensuram habiturum in ornando atque benè merendo Deum, quâ illi mensurâ ac modo in virtutum studio cæteris præstiterint; quòd si electi fuerint ex omnibus, electam supra omnes divinam experientur largitatem.

Et cum perverso perverteris. Perversus ille dicitur, qui vitæ invertit ordinem, et contra facit, quàm factum oportuit. Ut si quis sacrum ac religiosum vivendi modum sit exorsus, deinde ad profana, aut etiam gentilica instituta inclinet, ille perversum quoque experietur Deum, id est, longè alium, ut ita loquar, ab eo quem, dùm rectè vixit, et ad suum institutum accommodatè, expertus fuit liberalem et placidum. Perverti autem dicitur Deus, dùm à suo ingenio et quodammodò à seipso videtur alienus. Dei proprium est misereri, ac parcere, et largis homines et assiduis ornare beneficiis. Mutare autem videtur ingenium, et à seipso deficere, cùm judicis cogitur assumere personam, et depositâ virgâ, quæ decor appellatur, Zachar. cap. 11, quâ molliter pascit commissum sibi gregem, assumere illam quæ funiculus dicitur, quâ frangit, et terret, et conterit devium et morosum pecus. Hoc planè perverti est, sicut perversus vocari posset pastor, qui priùs amanter et indulgenter pasceret, deinde crudeliter per aridos scopulos ageret, indeque elumbum dejiceret, et macilentum gregem. Hæc sententia in sacris litteris non semel occurrit, quæ Deum dicit ingenium suum aliorum attemperare moribus ac studiis. In hoc argumento totum penè caput 26 Levitici consumitur, ubi hæc sententia sæpiùs iteratur, ut versiculo 23 : *Si ambulaveritis ex adverso mihi, ego quoque contra vos adversus incedam.* Idem David, à quo isthæc audimus, dixit Salomoni inter alia administrandi regni documenta, 1 Paralipomenon 28, versiculo 6 : *Si quæsieris eum, invenies; si autem dereliqueris eum, projiciet te in æternum.* Et Christus Matth. 7 : *In quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis.* Sunt in hanc sententiam non pauca Latinorum proverbia, quibus significatur aut par relata gratia, aut studia paribus studiis opposita. Qualia sunt illa : *Malo nodo, malus cuneus; cum vulpe vulpinandum; cretizandum cum Crete; cum Care carizandum.*

Spectabat, credo, David, dùm ista diceret, quid suis temporibus accidisset, quæ nos tam primo, quàm secundo libro Regum fusiùs explicuimus. Viderat Heli, cùm suum moderatè ac rectè ministerium obiret, à Domino cum honore et pace fuisse tractatum; deinde cùm illius vecordia, et nimiùm dissoluta in filios indulgentia, religionem et sacrificandi leges non tam à sacerdotibus servari, quàm prodi atque corrumpi videret, mutavit animum, et quos priùs fuerat molliter amplexus, eosdem privavit non sacerdotio solùm, sed etiam vitâ. Hoc ipsum proximè observârat in Saüle, in quem, cùm esset innocens et sanctus, sanctus quoque Deus et innocens fuit, et claris illum nobilitavit triumphis : sed postquàm suo magis arbitratu, quàm divinâ voluntate rationes publicas moderari voluit, cum homine jam suo malo perverso, se quoque Deus illicò pervertit; exagitavit illum à malo spiritu, nullum habuit pacatum aut vacuum à dolore, aut sollicitudine diem, donec tandem sibi ipsi attulit in extremâ desperatione manus, et deinde tota fermè familia propter ipsius peccatum in crucem est acta. Hæc itaque meditabatur hoc tempore David, et ideò de Deo quàm verissimè cecinit: *Cum perverso perverteris.*

Vers. 28. — Et populum pauperem salvum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis. In psalmo 17 : *Et oculos superborum humiliabis.* Hìc, ut opinor, explicatur, quinam sint illi, qui in conspectu Domini possint ac debeant appellari perversi; illi nempè, qui superbos alunt spiritus, qui sublimia cogitant, qui oculos attollunt ad excelsa. Horum Deus oculos superbos vel uno tantùm oculorum conjectu deprimit et humiliat. Sic enim expono, ut utramque lectionem aptè componam : *Oculis tuis excelsos*

(1) *Vous serez pur avec les purs, et vous paraîtrez méchant avec les méchants.* Dieu agit simplement avec les simples. Il est l'ami véritable de ceux qui le servent dans la vérité. Mais il se déguise en quelque sorte, selon la parole de saint Bernard, avec ceux qui se déguisent; il se cache à eux comme ils se cachent à lui, et il se sert de l'adresse même de leur esprit malicieux, pour les faire tomber dans le piége qu'ils tendent aux autres. C'est ainsi que Dieu a renversé par sa sagesse la malignité de Saül, d'Absalom et d'Achitophel. Ils se sont efforcés de perdre David par tous les moyens que le mensonge et l'artifice ont pu inventer, et Dieu les a confondus dans leurs vains projets, et les a fait périr misérablement,

Ce psaume est plein de mystères, comme tous les autres. Mais on a cru ne devoir le considérer ici qu'autant qu'il fait partie de l'histoire de David, et qu'il a rapport aux grâces particulières que Dieu lui a faites. (Sacy.)

oculos humiliabis. In paupere populo humilem agnosco, qui nihil de se magnificè cogitat. Et quidem vox Hebraica *ani* non magis pauperem, quàm humilem significat. Et quidem à paupere abesse non solet humilitas, cùm illis careat, quæ inflatos gignunt et attollunt spiritus.

Vers. 29. — Quia tu lucerna mea, Domine : et tu, Domine, illuminabis tenebras meas. Tam in luce, quàm in tenebris duæ notissimæ inveniuntur metaphoræ. In luce enim doctrina significatur, quæ ignorantiam, cujus symbolum sunt tenebræ, ex hominum mentibus expellit. Significat præterea fortunam bonam, conditionem pacatam et illustrem; sicut tenebræ contra vitam indicant infelicem, in quâ nihil sit quod probes aut ames. Hæc duo fatetur David se habuisse à Domino cumulatè, dùm illum suam sibi lucernam fuisse prædicat. Docuit enim illum in rebus dubiis quid facto opus esset; tùm per internam illuminationem, quâ certam viam in periculis ad salutem et victoriam ostendit; tùm per oracula, ex quibus exterioribus signis apertè cognovit, quod rei tam privatæ, quàm publicæ futurum esset usui. Notum est enim quàm sæpè ab Abiathar per ephod divinam voluntatem agnoverit; quot ab illo consilia ad rerum præclaros exitus acceperit. Hoc planè fuit, Davidi Dominum claram et familiarem fuisse lucernam. Fuit item lucerna, quia Davidem è tenebris, id est, è vitâ tenebricosâ ac miserâ, cui obversabatur quotidiè umbra quædam impendentis exitii, ad lucem, id est, ad libertatem et securam pacem evocavit. Quare agnoscit et profitetur habere se à Deo, ut nôrit quid facere, quid declinare debeat, et quòd vitam ducat verè vitalem, quam videri poterat ante perdidisse. In hâc posteriori acceptione sumpsit lucernam Job, cùm dixit cap. 29, v, 3: *Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos,* etc., *quando splendebat lucerna super caput meum,* etc. *Quando lavabam pedes meos butyro, et petra fundebat mihi rivos olei!*

Hic porrò duo observo : Primum, tempus illud futurum, *illuminabis*, juxta prædicta explicari posse per præteritum. Certè in Psal. 17, verbum futuri per præsens redditur à Septuaginta. Hebraicè *tahir, illuminabis.* Septuaginta, *quoniam tu illuminas.* Et cùm illa omnia, quæ sub hæc commemorantur, acciderint, optimè quæ postea subjiciuntur, ad tempus illud præteritum aptantur. Verumtamen, quia non incommodè eadem in futura tempora conveniunt, per futurum exponi possunt in hunc sensum: Quia experientiâ didici nihil in vitâ meâ fuisse caliginosum, quod non illuminaveris; nihil ita miserum, quod tuâ clementiâ non reddideris fortunatum et lætum : spero fore ut hæc eadem in posterum à tuâ benignitate recipiam; cùm videlicet urgente jam senio, à meis viribus aut meis, aut mihi nihil strenuum aut utile polliceri possim.

Ubi hoc loco : *Quia tu lucerna mea,* in psalmo 17, est: *Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine.* Eodem, credo, aut certè sensu non longè dissimili. Quasi diceret : Mea jam extinguebatur lucerna, quia non procul aberam à morte, dùm instabat undique circumfusus Saülis exercitus; aut dùm cum prodigiosæ molis gigantibus congressus, maximè cùm jam labore, atque senectute deficerem, cùm instaret Jesbibenob adolescens robustus et audax; sed illam tu jam pene fumantem accendisti, et conservâsti vitam ac spiritum, qui seniles hosce artus fovet et regit.

Secundò observo illud, *quia,* sicut alibi sæpè, otiosum hic esse; quod non rarò contingere docuimus in nostris commentariis in Jeremiam ad illud cap. 4 : *Ista malitia tua, quia amara,* et Thren. 4 : ad illud : *Quia venit finis noster;* ubi exemplorum satis.

Tu illuminabis tenebras meas. Si quæ videlicet in eo quod reliquum est temporis, ab hostibus incurrant, aut quas secum afferet senectus ipsa, quæ naturalis quidam morbus est, et plurimas secum importat molestias, ubi cùm minùs sit virium, multa tamen adveniunt valetudinis incommoda. Quæ cùm meditaretur rex ipse, neque in frigido atque senili corpore aliquid videret esse constantiæ, ad illud tempus periculosum et triste, adesse sibi orabat divinum auxilium. Psal. 70, v. 9 : *Ne projicias me in tempore senectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.*

Vers. 30. — In te enim curram accinctus, in Deo meo transiliam murum. Hæc, ut dixi, ad futurum tempus refero, in quo licet omnia David à senectute et morbo timeat adversa, tamen favente Deo, quem sibi affuturum esse confidit, nihil arbitratur fore difficile. Quare accinget se rursùs armis, quæ ætas jam gravis et emerita dudùm deposuerat, multò feliciùs quàm rex ille longævus, de quo Maro lib. 2 Æneid. :

Arma diù senior desueta trementibus ævo
Circumdat nequicquam humeris, et inutile ferrum.

Et, quod in re bellicâ majus desiderat robur et audaciam, ascendet murum felici superatum assultu, et per medios inimicorum cuneos in

media civitatis loca penetrabit. Sanè hoc opus esse difficillimum docuit rex ipse, quando lib. 1, cap. 5, principem in exercitu locum promisit illi qui domatum fistulas primus tetigisset, id est, qui ad muros ascenderet, quos cæcis et claudis defendendos Jebusæi tradiderant.

Vers. 31. — Deus immaculata via ejus. Rationem reddit, cur à divinis sive promissis, sive auxiliis tantùm sibi roboris et audaciæ sumat. Quia videlicet Deus fidelis est et constans in promissis, longè aliter atque illi quos deos sibi finxit et coluit delusa gentilitas; qui cùm multa promittant, illisque lactent credulas nimiùm et stolidas gentes, illorum tamen promissorum fides nusquàm apparet. Id enim valet, ut opinor, *via Domini immaculata*, id est, cui nihil adhærere possit suspicionis, quæque nihil habet simulatum et fallax. Cætera, quæ nobis offert, aut venditat mundus, sincera non sunt, sed ex variis concreta fallaciis, quæ speciem interdùm habent illustrem, fucata tamen, in quibus nihil est veri, nihil solidi: quemadmodùm vile metallum, et ad omnes usus prorsùs inutile, quod tenuissima contegit et simulat bractea ex auro, quæ brevi affrictu manûs excidit, et hiantem relinquit, et delusam hominum avaritiam.

Eloquium Domini igne examinatum. Eadem est sententia, et sub eâdem, opinor, metaphorâ. Si quid auro admixtum aut vilioris metalli, aut si quid situ ac tempore inolevit impurum, illud excoquit ignis, qui aurum probat et mundat, et si ab obrusâ extremum acceperit examen, nihil illo splendidius, nihil pretiosum magis. Tale est Dei verbum, sive promittat, sive præcipiat aliquid, in quo nihil apparet simulati, ac falsi, sicut in auro examinato septies nihil ab omni terrestri concretione relinquitur. Quare securus quisque potest esse de legis sanctitate, certus de promissorum fide. Dixit hoc idem iterùm David Psal. 11, v. 7: *Eloquia Domini casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplùm.*

Scutum est omnium sperantium in se. Sive hæc de Deo, sive de illius lege aut promissione capias, quod videtur verius, quàm verissima sunt. Lex enim Dei, cui adjunctæ sunt promissiones tam largæ, quàm fideles, omnes propellit difficultates ac tela, sicut clypeorum oppositu vibrata inimicorum spicula, et intentæ ab hoste petitiones arcentur. Quòd Deus clypeus sit, et, ut habet in psalmo 17 Septuaginta translatio, *protector*, nostrâ nunc probatione non eget, cùm millies ab eodem auctore audiamus in psalmis.

Vers. 42. — Quis est Deus præter Dominum? In aliis, quos indocta delusaque gentilitas deos appellat, neque fides est ulla, neque facultas, ut homines à periculis expediat, aut viam doceat, in quâ nulla occurrere possit offensio. Solus ille verus est Deus, cujus hoc loco egregius Psaltes merita commendat, et reliquos ab hoc augusto et divino nomine prorsùs excludit.

Vers. 33. — Deus, qui accinxit me fortitudine. Nihil in seipso magnum, nihil validum agnoscit Psaltes, sed quidquid habet strenuum, à seipso totum abdicat, et acceptum refert benignitati divinæ, quæ animum confirmat, armatque virtute, et corpus adversùs inimicorum spicula communit. Fortitudo hoc loco arma significat, quibus à Deo accinctus esse dicitur David. Est enim in Scripturâ usitatum, ut quemadmodùm signum pro re significatâ ponitur, sic etiam aliquando pro signo adhibeatur res significata. Sic aliquem lætitiâ coronatum dicimus, quia coronam gestat, quæ signum est et argumentum lætitiæ. Sic decorem Deus indutus esse dicitur, quia vestes indutus est, quæ corpori decorem et speciem attulerunt. Quare dùm accinctus dicitur David à Domino fortitudine, arma intelligit, sive illa propriè, sive metaphoricè intelligantur.

Et complanavit perfectam viam meam. In psalmo 17: *Et posuit immaculatam viam meam.* Sed est eadem omninò sententia, licet posteriori loco paulò obscurior. Macula in quocumque genere vitium est, et defectus, qualis in quâlibet rerum naturâ observari atque vituperari solet. In agno, aut vitulo maculæ sunt, quæ illos deformes reddunt, minùsque ad sacrificium idoneos. Macula verò non est color in pelle varius, à quo versicolor est pellis victimæ: nam quæ variis est distincta coloribus, quæ non ideò deformis existimatur, non est inepta sacrificiis. Id facilè colligitur ex Levit. cap. 22, v. 22, ubi jubet Deus ne qua sit macula in victimâ, quæ offertur in holocaustis, et statim, quæ sit illa macula, singulatim exponit: *Immaculatum*, inquit, *offerat ut acceptabile sit; omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem*, etc. Idem penè de sacerdotibus dicit cap. 21, versiculo 18, quos jubet Dominus esse sine maculâ. Deinde, cùm maculam, quam abesse vult à sacerdotibus, explicat, ait: *Si cæcus fuerit, si claudus*, etc. Macula in facie non est tantùm nævus, sed quidquid faciem reddit invenustam et vas-

tam, ut si labra tumeant, lippiant oculi, dentes oblongi, rari, scabri; nasus aut depressus nimis, aut longus immodicè, aut tortus. Hæc omnia maculata dicuntur, et quæ his caruerint, immaculata. Sic etiam in viâ suæ quæque sunt maculæ, quæ nimirùm illam difficilem reddunt, sentam, scopulosam, inviam. Verbi gratiâ, si salebris sit interrupta, si declivis nimiùm, aut nimiùm acclivis; si denique viatoris aut lasset vires, aut tardet incessum. Ut ergo Deus maculosam, aut maculatam viam ex Ægypto ad terram usque promissionis immaculatam reddidit, cùm fecit ne quid peregrinantibus esset impedimento aut molestiæ, cùm aperuit mare, inclinavit scopulos ad torrentem Arnon, et complanavit viam, de potu largiter ac de victu providit, sic etiam Davidi ad præclaros bellorum exitus viam reddidit immaculatam. Quod si ita est, satis convenit in psalmo 17 Septuaginta translatio, cùm illic dicatur immaculata, hic complanata via. Quomodò verò complanatæ fuerint viæ, statim ostenditur.

Vers. 34. — Coæquans pedes meos cervis, et super excelsa mea statuens me. Quocumque modo decurri possit via, vel quia nihil habet asperum, ad quod offendant pedes, vel quia ea additur viatori velocitas, ut sine ullâ molestiâ ac morâ per loca scopulosa et ardua magna tranet spatia, complanata dicitur. Quo modo dicimus nihil esse clausum et obseratum illi qui magnam habet in furando solertiam; et ingenio subtili et acri, in scripturâ impeditâ et obscurâ, nihil esse impeditum et obscurum. Erant quidem arduæ atque præruptæ viæ, per quas diu gradiebatur David, cùm illum vestigiis omnibus Saülis exercitus indagaret; adeò ut libro 1, capite 24, vers. 3, petræ dicantur abruptissimæ, et ipsis tantùm ibicibus perviæ. Nihilominùs viæ dicuntur complanatæ Davidi, non quia ex illarum asperitate aliquid existimetur esse detractum, sed quia Deus illi ibicum celeritatem et audaciam dedit. Ibicibus autem non minùs expedita est via prærupta et aspera, quàm hominibus illa, in quâ nihil arduum est, nisi salebrosum et sentum. Ideò dicit datos fuisse à Deo cervorum pedes, qui saxa ascendunt, et securè calcant, et ad excelsa, et quæ hominibus judicantur inaccessa, quasi per ludum et jocum gradum moliuntur. Hunc locum videtur expressisse Habacuc, et in tertium suæ prophetiæ caput contulisse. *Deus Dominus fortitudo mea, et ponet pedes meos quasi cervorum, et super excelsa mea deducet me.* Vide quæ nos ibi.

Vers. 35. — Docens manus meas ad prælium, et componens quasi arcum æreum brachia mea. Non solùm Davidi data est cervorum, ibicumque velocitas, quæ magno est usui illi qui rem tractat bellicam, sed etiam disciplinam docuit militarem, gladiatoriam, athleticam et sagittariam; et tantam dedit brachio firmitatem et robur ad torquendam hastam, aut lapidem ex fundâ, quantam habet arcus formatus ex chalybe ad torquendas sagittas. Hæc, opinor, certamen illud spectant, quod iniit David cum Goliath Gethæo, in cujus caput eo impetu torsit saxum ex fundâ, quo ab arcu æreo benè curvato emittitur sagitta. Quod ideò mihi persuadeo, quia psalmo 143, ubi hæc eadem propè verba reperiuntur, hic titulus præfigitur: *Adversùs Goliath.*

Vers. 36. — Dedisti mihi clypeum salutis tuæ: et mansuetudo tua multiplicavit me. In psalmo 17: *Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, et dextera tua suscepit me.* Clypeum pro defensione ac patrocinio sumi res est nota, et non obscura metaphora. Clypeus salutis Dei idem valet, quòd auxilium Dei, à quo David salutem obtinuit à divinâ protectione porrectam. Quod explicat in psalmo 17 posterius hemistichium, quod per epexegesim eamdem iterat et simul explicat sententiam. Sed illud videtur minùs convenire, quod hoc loco legimus: *Mansuetudo tua multiplicavit me.* At Psal. 17: *Dextera tua suscepit me.* Neque tantùm est in translatione diversitas, sed etiam in Hebraico textu. Cur ita contigerit, certi nihil habeo, sed si in re tantâ divinare licet, placet quod in re simili supra visum est, principio hæc verba sic esse vel scripta, vel pronuntiata à Davide, sicut sacer historicus excepit; deinde aliquid à Davide fuisse mutatum, cùm hæc eadem retulit in Psalterium.

De horum verborum sensu sic statuo, ideò Davidem non solùm consecutum esse salutem, cùm jam de illâ actum esse existimare poterat, sed etiam obtinuisse regnum, quia ipse in hostes suos misericors maximè et mansuetus fuit. *Mansuetudo,* inquit, *tua multiplicavit me,* qui dicendi modus aliquid indicat eximium. Idem enim valet *mansuetudo tua,* quòd *mansuetudo Dei.* Notum est autem quæ in quolibet genere magna sunt, Dei opposito nomine ad magnum aliquem gradum attolli. Quo modo cedri sublimes et speciosæ cedri dicuntur Dei; et montes excelsi, montes Dei. Quàm verò mitis etiam in hostes fuerit David, paulò ante diximus. Hæc mihi visa sunt non abs re. Ne-

que tamen displicet, si dicas debere Davidem, quòd regnum obtinuerit, quòd libertatem et vitam non amiserit, Dei benignitati ac mansuetudini : cùm enim propter peccata hæc omnia amittere jure perquàm optimo debuerit, divina tamen clementia non solùm hæc omnia non eripuit, sed etiam multiplicavit et vitam et regnum. In psalmo 17, additur hic unus versus : *Et disciplina tua correxit me in finem*, etc., cujus non est difficilis explicatio.

Vers. 37. — Dilatabis gressus meos subtus me, et non deficient tali mei. Hæc in psalmo 17 reddita fuêre per præteritum, et sic arbitror hæc eadem verba hoc loco esse interpretanda, juxta regulam à nobis ante propositam. Ante divinus Psaltes significârat coarctatos esse gressus, cùm per loca incederet angusta et aspera ; non enim, ut vidimus, poterat quamcumque in partem vellet, progredi ac spatiari liberè, cùm vel adesse videret, et circumstare potentiorem hostem, aut certè suspicaretur non abesse longè. Deus tamen perfecit, ut tutò posset ex angustis illis spatiis emergere, et in illis deambulare locis, in quibus neque laberentur, neque lassarentur pedes ; aut sublato Saüle, cujus insidiis, quasi quibusdam venatoriis retibus cingebatur ; aut certè discedente longiùs ab speluncis, in quas seipsum, ut hostem effugeret, cum sociis abdiderat. Illud *subtùs me*, est quoddam gressuum, aut pedum epitheton familiare : quia enim pedes extremum aliquid, et infimum sunt sub homine, ideò subtùs hominem esse dicuntur. Deficere talos idem est quòd lassessare pedes, neque in locis etiam firmis posse consistere. Quod in his qui à Deo recesserunt, contingere solet non infrequenter. Quod peccatori populo in dirâ Jerosolymæ vexatione, ac vastitate accidisse luget Jeremias Thren. capite 4, vers. 18 : *Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum.*

Vers. 38. — Persequar inimicos meos, et conteram, et non convertar, donec consumam eos. Cùm stare à se Deum meditatur David, tam est alacri atque erecto animo, ut nihil sibi eo adjutore atque auspice metuendum putet. Ut autem cecinit psalmo 26 : *Si consistant adversùm me castra, non timebit cor meum*, et alibi millies ; sic etiam hoc loco nihil sibi dicit metuendum ab hostibus, quorum arma usque adeò non perhorrescet, ut etiam persequi audeat ; neque à persecutione cessandum, donec omnes ad unum deleat. Illud, *non convertar*, modus est dicendi familiaris Hebræis, quo significant animum sic obstinatum, et intentum ad opus, ut nullo impedimento retardari, nullo abduci periculo possit, quominùs aut aggrediatur quæ cogitavit simul aut cogitata perficiat. Quasi dicat : Non absistam à persequendo, non quiescam, aut convertar ab studio conatuque cædendi, donec rem totam funditùs absolvero.

Vers. 39. — Cadent sub pedibus meis. Plurima ex his quæ subsequuntur, explicatione non egent ; quæ id agunt, aut penè solùm, aut præcipuum, ut partam de hostibus victoriam aliis atque aliis dicendi formis et figuris amplificent, dùm fugientes aut cæsos, aut certè jam subactos et supplices ostendunt. Cadere sub pedibus, id, opinor, significat, quod plurimis aliis Scripturæ sacræ locis audimus : nempe victos hostes vincentium subesse vestigiis, et eorum cervices victorum pedibus superbè calcari. Quâ de re nos pluribus ad illud Isaiæ 29, v. 4 : *Humiliaberis, de terrâ loqueris, et de humo audietur eloquium tuum.* Isaias iterùm cap. 60, v. 14 : *Venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, et adorabunt vestigia pedum tuorum.* Baruch capite 4, vers. 25 : *Persecutus est te inimicus tuus ; sic citò videbis perditionem ipsius, et super cervices ipsius ascendes.* Sanè hoc ipsum fecisse traditur Josue capite 10, v. 24, qui cùm è speluncâ ad quam quinque reges abdiderant sese, foràs extraxisset, jussit illorum colla suorum pedibus ignominiosè calcari. *Cùmque educti essent ad eum, vocavit omnes viros Israel, et ait ad principes exercitûs, qui secum erant : Ite et ponite pedes super colla regum istorum.* An hoc aliquando fecerit David, non constat, quod ego viderim, licet fecisse aliquando videri potuerit, cùm per Ammonitas egit ferrata carpenta. Sed utcumque sit, quia esse sub alicujus pedibus, proverbiali specie, insignem indicat gloriosamque victoriam, dùm eo loquendi genere utitur David, illustrem de suis inimicis triumphum prædicat. Idem porrò magis explicatè significat statim v. 40 : *Incurvâsti resistentes mihi subtùs me.*

Vers. 41. — Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Adducit alterum insignis victoriæ illustre documentum, cùm dicit datum esse sibi inimicorum dorsum. Quid tamen hâc dicendi figurâ proverbiali, ut reor, significetur, obscurum est. Omnes penè de fugâ inimicorum accipiunt, qui cùm urgeri se ab hoste potentiori vident ; et de sanguine ac vitâ certamen esse meditantur, non audent adverso corpore cum hoste confligere, sed converso ad hostem insequen-

tem dorso, in fugam sese dant. Fecerunt id sæpè Davidis hostes tùm externi, tùm etiam Israelitæ, et nunc sub extrema tempora, cùm fusus est et cæsus Absalomis exercitus. Et hæc mihi expositio potior est. Sed etiam hostile dorsum aliquod aliud indicat servilis conditionis, imò et infimæ servitutis obsequium; in dorso enim portantur onera. Psalm. 80, v. 7: *Divertit ab oneribus dorsum ejus.* In dorso servorum excipiuntur plagæ; unde cicatricosum dicitur servile tergum; et in Scripturâ sæpè flagellum, aut virga cum servorum tergo, aut dorso inveniuntur adjuncta. Proverb. 26, v. 3: *Virga in dorso imprudentium.* Nahum. 1, v. 13: *Conteram virgam ejus de dorso.* Vide quæ nos ad hunc locum. Sed præstant etiam victoribus victi aliud à dorso multò magis indignum ministerium. Substernunt enim se victoribus, et dorsum scabelli locum supponunt, cùm ascensuri sunt aut equum aut currum. Quod planè miserandum et barbarum obsequium præstare sibi voluerunt Tamerlanus à Razane Turcarum principe, et Sapor Persarum rex ab imperatore Valeriano. Quod fuisse usitatum apud Hebræos suadet illud Psalmi 109: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Sed est sine dubio hic locus de fugâ inimicorum intelligendus, quia hic de illis hostibus videtur esse sermo, qui ex Israelitide gente persecuti fuêre Davidem: nam et ille clamâsse dicuntur ad Deum, à quo illorum preces nihil impetrârunt, ut habes statim vers. 42, quod nullo modo cadit in externos, et iidem sæpè fugisse dicuntur toto tempore, quo domus Saülis imperio se Davidis opposuit. In horum dorsum sæviisse plagis inflictis, et dorso onera imposuisse, atque adeò illis pro scabello ad conscendendum equum usum esse Davidem, non est verisimile.

Vers. 42. — Clamabunt, et non erit qui salvet; ad Dominum, et non exaudiet eos. Agebat Dominus causam Davidis, atque ideò non tam favebat, quàm oppugnabat adversarios, qui cùm essent ex Israelitico semine assueti sacrificiis et tabernaculo, sine dubio cùm impendere sibi cernerent capitis periculum, clamabant, ut à parentibus didicerant, supplices ad Dominum, à quo tamen ad ipsorum vota exauditi non sunt. Hæc in psalmo 17 leguntur in præterito: quod quomodò juxta Hebræorum idioma fieri possit, paulò ante docuimus.

Vers. 43. — Deleeo eos ut pulverem terræ, quasi lutum platearum. Hyperbole in sacris litteris non infrequens, quâ extremum significatur exitium. In pulvere enim duo videmus, in suo quodlibet extremum genere: est enim tenuissimum, in quo nihil solidi, nihil firmi, et qui à difflante vento facilè dissipatur. Est præterea vile, quod tam hominum, quàm belluarum vestigio calcatur. Quare cùm aliquis deleri dicitur tanquàm terræ pulvis, facilè dicitur esse delendus, quia nullam habet pulvis ad repugnandum, seu resistendum vim, quem ventus jactat, circumagit et dissipat. Nisi mavis ita esse conterendos et delendos hostes, ut cum minutissimo pulvere comparari queant, in quo illius molis, ex quâ contritus est, vix ullum solet apparere vestigium. Quales videre potuerunt Ammonitæ, super quos David tribulos, et trahas, et ferrata carpenta transire fecit. Vide quæ diximus supra, lib. 2, cap. 12, v. 31.

De luto platearum idem fermè dicendum: est enim pulvis ab humore coactus, qui vilissimus est, et tam ab homine, quàm à belluâ calcando subigitur. Cùmque omne lutum vile sit, hominibusque ubicumque molestum, illud tamen, quod in plateis est, majori est hominibus fastidio, quia cùm ibi plerùmque major inveniatur hominum frequentia, magis est subactum ac dissolutum, quàm quod in agris locisque desertis invenitur. Hæc porrò proverbiale aliquid olent, et in Scripturâ sacrâ proverbialem in modum usurpantur. Isaiæ c. 10, v. 14, et Nahum c. 7: *Nunc erit in conculcationem, ut lutum platearum.* De pulvere res multò frequentior. Psalm. 34, v. 5: *Fiant tanquàm pulvis ante faciem venti.* Isaiæ 29, v. 5: *Et erit sicut pulvis tenuis multitudo ventilantium te.*

Vers. 44. — Salvabis me a contradictionibus populi mei. Hæc, et pleraque eorum quæ sequuntur, futuri temporis terminationem habent in textu Hebraico, quæ, ut reor, rem significant jam ante transactam, juxta regulas à nobis nuper adductas, quomodò Pagninus, et Tigurina, et Hispanica translatio converterunt, imò in quibusdam locis vulgata translatio in psalmo 17; nam ubi, v. 44, legimus, *serviet*, et 45, *obedient*, in psalmo 17 legimus, *servivit*, et *obedivit*, et ita putat Abulensis hic. Et sanè quæ hic referuntur, non videntur facta post hoc tempus, quia jam ab omnibus inimicis suis fuerat liberatus David, ut constat ex titulo huic cantico præfixo; et quæ hic narrantur omnia, satis temporibus præteritis cumulatè videntur impleta. Duo hic beneficia magna agnoscit David à Domino profecta; et quòd ab

his qui ex suo populo ipsius vitæ ac regno insidiati fuerant, liberatus fuerit; et quòd externos populos sibi atque Israelitico jugo parere coegerit. Civilia autem atque intestina bella contradictiones vocat, quæ fuêre ante initum regnum, et postquàm illud tandem obtinuit, sanè non paucæ. Dùm viveret Saül, illum habuit salutis suæ oppugnatorem acerrimum, et alios plurimos, qui ad impium illud consilium regium animum instimulabant. De quibus lib. 1, c. 26, v. 19. Cùm verò jam unctus est, et rex appellatus in Hebron pro Isboseth filio Saülis, magnam Israelis partem contra Davidem concitavit Abner ; deinde Absalom, ac tandem Seba à Davidis partibus magnam Israelitici populi partem abduxerunt.

Custodies me in caput gentium. Hæc etiam per tempus præteritum expono. Hoc enim tempore David plurimos ex gentilicis populis, sub jugum egerat Israelitici regni. Quales fuerunt Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, Syri, ut constat c. 18. In caput eorum custoditus dicitur, quia à domesticis hostibus servatus est, ut externos subigeret. In psalmo 17 legimus: *Constitues me in caput gentium,* quia illas sibi constituit vectigales, et pro summo imperio de illarum rebus suo constituit arbitratu. Hanc porrò gentilici populi servitutem statim explicat, dùm subdit:

Populus, quem ignoro, serviet mihi. Hic populus gentilicus est, qui ignotus dicitur Davidi, quo sensu illos ignorare dicimur, quorum neque ingenium et mores, neque institutum probamus vivendi modum ; aut quia, ut loco, sic etiam religione et vitæ genere separati sunt. Quo modo Deus Amos cap. 3, vers. 2, tantùm dicit sibi Israeliticum populum esse cognitum, quia illum habet et familiarem sibi, et suis obsequentem legibus. *Tantummodò*, inquit, *vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ.*

Vers. 45. — Filii alieni resistent mihi. Obscurum est, quinam sint hi viri, qui vocantur alieni. Quidam *gentiles* esse putant, quibuscum David bella gessit plurima, qui omnes adhibuerunt vires et machinas, ne rem promoveret Israeliticam. Alii, quod magis probo, hos Israelitas interpretantur, qui cùm favere Davidi debuissent, à quo multis ornati fuerant modis, adversùs tamen illum manus armaverunt infideles et impias. Quales fuerunt, qui Absalomis adhæsêre partibus, et illius animum ad sceleratum consilium, et impiam conjurationem induxerunt. Qualis fuit Achitophel et alii, qui tunc Absalomem, deinde Seba seditiosum hominem secuti sunt. Sic tamen illos beneficiis sibi demeruit David, ut magno postea studio in ipsius causam contra domesticos et externos hostes non minùs prompto atque constanti animo incubuerint, quàm priùs fuerant adversati. Ut satis docuerunt Abner et Amasa ; alter à Saüle, alter ab Absalome constitutus dux et imperator; qui magno ardore animi causam suscepêre Davidicam, illamque promovissent, ut apparet, strenuè, nisi Joab fraudulento consilio, adacto per viscera pugione, illorum conatus intercepisset. Atque ideò subditur :

Auditu oris obedient mihi. Nam omnes, quotquot secuti fuerant Isboseth, amplexi sunt Davidem, agente Abnere, supra c. 3, v. 17 ; et c. 5, v. 1, itidem qui priùs in castris fuerant Absalomis, ad fidem ante datam Davidi redierunt, et illi operam deinde præstitêre fidelem. Illa porrò tria verba, re aut significatione conjugata, *auditu, auris, obedient,* sive, ut in psalmo 17, legimus, *obedivit,* magnam habent epitasim : significant enim submissum animum, et prompto atque hilari studio mandata præstantem. Quod quidem non est Dei vulgare beneficium, sic tenere alienos quondam homines imperio auctoritateque constrictos, ut nihil contra conari, imò neque leviter contra mutire audeant.

Vers. 46. — Filii alieni defluxerunt, et contrahentur in angustiis suis. In psalmo 17 : *Filii alieni mentiti sunt mihi; filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt à semitis suis.* Eadem utrobique verba sunt in Hebraico textu. Neque in sententiâ aliquid est diversum. Septuaginta in psalmo 17 videntur explicare voluisse paraphrasticè. De quorum translatione mox, ubi à præsentis loci expositione nos exsolverimus Primùm, in filiis alienis Israelitas intelligo, qui alieni fuerunt à Davidis studiis, et ad inimicorum castra transfugerunt. Illi itaque defluxerunt, id est, fracti sunt et animo, et viribus, et in angustias redacti contraxerunt spiritus ante minaces, quos inani ostentatione jactaverant, atque ideò supplices porrexêre manus, quia velle repugnare diutiùs ex usu sibi fore non putabant. Hanc puto loci hujus expeditam esse sententiam.

In psalmo 17, res est obscurior. Ubi Vulgatus, *mentiti sunt,* Hebr. est יכחשו, quod variè à variis redditur. Qui hæc de hostibus externis interpretantur, qui Davidi multò potentiori succubuerunt, mentitos illos dicunt, quia ut

metum à se et periculum depellant, fingunt aut se nunquàm arma contra Davidem assumpsisse; aut certè velle se illius imperio in omnibus parere, idque se reipsà facturos animo non solùm prompto, sed etiam libenti atque hilari; cùm tamen ad omne obsequii genus, et pendenda imposita tributa ferantur inviti. Quod idem dici etiam posset de his qui ex Israelitico semine in caput, regnumque Davidis conspirârunt; qui cùm viderent Davidem in bello fuisse superiorem, nihil non fingebant ac mentiebantur, quò illius à se offensionem averterent. Alii in aliâ significatione capiunt verbum, כחש, quod non solùm mentiri significat, sed etiam macrescere, attenuari, aut, ut etiam noster vertit interpres, defluere; quod idem est atque vires amittere, despondere animum, et omnes nervos tam animi, quàm corporis omninò dissolvi. Quare is erit sensus, nihil perfecisse domesticos hostes, quantùmcumque essent inflammati odiis atque armis instructi : omnia enim, quæ in Davidis caput comparata fuerant, irrito conatu momento temporis extabuerunt. Atque ideò ad illius se pedes objecêre supplices, quem priùs extinctum esse cupiebant.

Sed, ut à Vulgatæ verbis non recedamus, quæ in psalmo 17 alienos filios mentitos esse dicit, observo verbum, *mentior*, et illius cognata nomina, qualia sunt, *mendacium* et *mendax*, significare interdùm fallaciam et fraudem, cùm aliquis largus est in promittendo, deinde cùm usus rei promissæ necessarius advenerit, promissa non apparent. Quales fuerunt viri Ephraimitæ, de quibus psal. 77, v. 9 : *Filii Ephren intendentes et mittentes arcum, conversi sunt in die belli.* Sic mendacem appellamus agrum, qui neque votis, neque expectationi respondet agricolæ, cùm messis tempore evanidæ appareant spicæ, aut emissâ grandine sternuntur segetes, et perit totus agricolarum labor. Sic Oseas cap. 9, v. 2 : *Area et torcular non pascet eos, et vinum mentietur eis,* quia videlicet cùm exculta vinea vinitori suo uberes proventus ostenderet, exusta vinea vinitori suo uberes proventus ostenderet, exusta gelu, aut vento urente spem omnem vinitoris elusit. Sic Habacuc 3 : *Mentietur opus olivæ, et arva non offerent cibum.* Quæ etiam dicendi forma profanis inusitata non est. Horatius lib. 3, ode 1 :

Non verberatæ grandine vineæ,
Fundusque mendax.

Et libro 2, epist. 2 :

Verùm ubi oves furto, morbo periêre capellæ,
Spem mentita seges, bos est enectus arando.

Sic igitur illi, qui filii vocantur alieni, promittebant multa, sicut ager fallax et mendax, qui pro frumento tribulos reddit, et noxias herbas cultori suo : sed præstitêre nihil, nisi quod laceraret et pungeret. Et hoc ipsum videtur indicare quod statim subditur : *Claudicaverunt in semitis suis,* id est, non rectos instituerunt gressus suos, dùm aliò viderentur profecturi, et aliò in medio cursu declinarent, et in fraudulentâ benevolentiæ specie, occultas et veras molirentur insidias. Hæc David ipse querebatur psalmo 40, v. 10, dùm idem sibi accidisse affirmat ab his qui illi et debebant et promittebant omnia. *Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.*

Vers. 47. — Vivit Dominus, et benedictus Deus meus. Ex hoc loco ad finem usque continetur totius cantici summa complexio; beneficiorum nempe Domini, propter quæ Dei benignitatem tantopere commendat. Quæ omnia ejusmodi sunt, ut aut nihil contineant novi, quod supra à nobis explicatum non fuerit; aut ita sint aperta, ut interpretis lucem non desiderent. Illud : *Vivit Dominus,* juramentum non est, sed est vox quæ ad divinam pertinet laudem, quæ Deum vivum esse confitetur, atque laudabilem, et omni commendatione dignum, longè alium ab illis quos deos appellat cæca gentilitas, qui neque vivi sunt, cùm è ligno sint, aut marmore artificum operâ fabricati: neque fecerunt unquàm, aut facturi sunt aliquid laudabile. Huic vivo atque laudabili, et in æternum benedicto Deo salutem suam refert acceptam; et quòd de quibusdam, quos habuit suæ saluti infensos, vindictam sumpserit, alios à regni, alios à vitæ statione depulerit. Propterea curaturum se dicit concinnandis, pangendisque carminibus, ut gentes etiam externæ divinæ majestatis gloriam agnoscant.

Vers. 51. — Magnificans salutes regis sui, et faciens misericordias Christo suo David, et semini ejus in sempiternum. Salus multa significat, et in his victoriam, laudem et triumphum, ut nos pluribus ostendimus ad illud Isaiæ cap. 60 : *Occupavit salus muros tuos.* Et quidem qui victorias ab hostibus consecuti sunt, illi fecisse dicuntur salutem. Ut lib. 1 Reg. cap. 14, v. 45, Jonathas, qui magnam de Philisthæis consecutus est victoriam, salutem dicitur fecisse magnam. Et 1 Machab. 4, v. 25, salus item magna dicitur Machabæis facta. Illud, *regis sui,* ad ipsum Davidem regem re-

fertur, quod statim per epexegesim explicatur, dùm subditur : *Christo suo David.* Dicitur autem David *rex Dei,* quia à Deo designatus, et Dei imperio unctus à Samuele. Quod ad extremum additur : *Et semini ejus in sempiternum,*

CAPUT XXIII.

1. Hæc autem sunt verba David novissima : Dixit David filius Isai ; dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius psaltes Israel :

2. Spiritus Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam.

3. Dixit Deus Israel mihi ; locutus est Fortis Israel : Dominator hominum, justus dominator in timore Dei ;

4. Sicut lux auroræ, oriente sole, manè absque nubibus rutilat, et sicut pluviis germinat herba de terrâ.

5. Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum. Cuncta enim salus mea, et omnis voluntas ; nec est quidquam ex eâ quod non germinet.

6. Prævaricatores autem quasi spinæ evellentur universi ; quæ non tolluntur manibus ;

7. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro et ligno lanceato, igneque succensæ comburentur usque ad nihilum.

8. Hæc nomina fortium David. Sedens in cathedrâ sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno.

9. Post hunc Eleazar, filius patrui ejus, Ahohites, inter tres fortes qui erant cum David quando exprobaverunt Philisthiim, et congregati sunt illùc in prælium.

10. Cùmque ascendissent viri Israel, ipse stetit et percussit Philisthæos, donec deficeret manus ejus, et obrigesceret cum gladio ; fecitque Dominus salutem magnam in die illà, et populus qui fugerat reversus est ad cæsorum spolia detrahenda.

11. Et post hunc Semma, filius Age de Arari. Et congregati sunt Philisthiim in statione ; erat quippe ibi ager lente plenus ; cùmque fugisset populus à facie Philisthiim,

verba respicit Nathan Prophetæ lib. 2, c. 7, v. 13 : *Suscitabo semen tuum post te,* etc., *et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum.*

CHAPITRE XXIII.

1. Et voici les dernières paroles de David : David, fils d'Isaï, a dit, cet homme élevé en la gloire du Christ du Dieu de Jacob, ce chantre admirable d'Israël :

2. L'esprit du Seigneur s'est fait entendre par moi, et sa parole a été sur ma langue.

3. Le Dieu d'Israël m'a parlé ; le Fort d'Israël m'a dit : Celui qui est le dominateur des hommes ; le juste qui règne dans la crainte de Dieu,

4. Sera comme la lumière de l'aurore, lorsque le soleil, se levant au matin, brille sans aucun nuage, et comme l'herbe qui germe de la terre, fécondée par la pluie.

5. Ma maison, sans doute, n'était pas si grande devant Dieu, qu'il dût faire avec moi une alliance éternelle, une alliance en tout point stable et solide ; car il m'a sauvé de tous les périls, il a exécuté tout ce que je voulais, et je n'ai rien désiré qui n'ait réussi.

6. Mais les violateurs de la loi seront tous exterminés comme des épines que l'on arrache, auxquelles on ne touche point avec la main ;

7. Mais on s'arme contre elles du fer et du bois de la lance, et, livrées au feu, elles sont consumées sans qu'il en reste plus rien.

8. Voici le nom des vaillants hommes de David. *Adino, Hesnite,* fut le premier d'entre les trois *les plus signalés ; il* s'assit dans la chaire comme un homme très-sage, et quoiqu'il parût *délicat comme* un petit vermisseau de bois, il tua huit cents hommes sans se reposer.

9. Eléazar l'Ahohite, fils de son oncle, était le second entre les trois vaillants hommes qui se trouvèrent avec David lorsqu'on insulta aux Philistins, et qu'ils s'assemblèrent dans un certain lieu pour donner bataille.

10. Les Israélites ayant fui, Eléazar *seul* fit ferme, et battit les Philistins jusqu'à ce que sa main se lassât et qu'elle demeurât attachée à son épée. Le Seigneur donna en cette journée une grande victoire à Israël, et ceux qui avaient fui retournèrent pour prendre les dépouilles des morts.

11. Après lui était Semma, fils d'Agé, d'Arari. Les Philistins s'étant assemblés près d'un

12. Stetit ille in medio agri, et tuitus est eum, percussitque Philisthæos; et fecit Dominus salutem magnam.

13. Necnon et ante descenderant tres qui erant principes inter triginta, et venerant tempore messis ad David in speluncam Odollam; castra autem Philisthinorum erant posita in Valle Gigantum.

14. Et David erat in præsidio; porrò statio Philisthinorum tunc erat in Bethlehem.

15. Desideravit ergo David, et ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisternâ quæ est in Bethlehem juxta portam!

16. Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, et hauserunt aquam de cisternâ Bethlehem, quæ erat juxta portam, et attulerunt ad David. At ille noluit bibere, sed libavit eam Domino,

17. Dicens: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc! num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, et animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. Hæc fecerunt tres robustissimi.

18. Abisai quoque, frater Joab, filius Sarviæ, princeps erat de tribus. Ipse est qui levavit hastam suam contra trecentos quos interfecit. Nominatus in tribus,

19. Et inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed usque ad tres primos non pervenerat.

20. Et Banaias, filius Joiadæ viri fortissimi, magnorum operum, de Cabseel. Ipse percussit duos leones Moab, et ipse descendit et percussit leonem in mediâ cisternâ in diebus nivis.

21. Ipse quoque interfecit virum Ægyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam; itaque cùm descendisset ad eum in virgâ, vi extorsit hastam de manu Ægyptii, et interfecit eum hastâ suâ.

22. Hæc fecit Banaias filius Joiadæ.

23. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores; verùmtamen usque ad tres non pervenerat. Fecitque eum sibi David auricularium à secreto.

24. Asael, frater Joab, inter triginta;

château où il y avait un champ de lentilles, et ayant fait fuir le peuple devant eux,

12. Il demeura ferme au milieu du champ, le défendit, et battit les Philistins; et Dieu *lui* fit remporter une victoire signalée.

13. Avant cet événement, les trois qui étaient les premiers entre les trente, étaient venus vers David dans la caverne d'Odollam, au temps de la moisson; et le camp des Philistins était dans la Vallée-des-Géants,

14. Et David était dans la forteresse. Or, un corps de Philistins était à Bethléhem.

15. David donc eut une envie, et dit: Oh! si quelqu'un me donnait à boire de l'eau de la citerne qui est à Bethléhem, auprès de la porte!

16. *Aussitôt* ces trois vaillants hommes passèrent au travers du camp des Philistins, et allèrent puiser de l'eau dans la citerne de Bethléhem, qui est auprès de la porte, et l'apportèrent à David; mais David ne voulut point en boire, et il la répandit en l'honneur du Seigneur,

17. Disant: Que le Seigneur me soit propice! je ne ferai point cela: boirais-je le sang de ces hommes et ce qu'ils ont acheté au péril de leur vie? Ainsi il ne voulut point boire de cette eau. Voilà ce que firent ces trois vaillants hommes.

18. Abisaï, frère de Joab, et fils de Sarvia, était le premier des trois *autres*. C'est lui qui combattit *seul* contre trois cents hommes, qu'il tua de sa lance. Il s'était acquis un grand nom parmi les trois.

19. C'était le plus estimé d'entre les trois *seconds*, et il en était le chef; mais il n'égalait pas néanmoins les trois premiers.

20. Banaïas de Cabséel, fils de Joïada, homme très-vaillant, fit aussi de très-grandes actions: il tua les deux lions de Moab; il descendit et frappa un lion au milieu de la citerne dans le temps des neiges.

21. C'est lui aussi qui tua un Egyptien, homme remarquable, qui tenait une lance à la main, et Banaïas la lui arracha, n'ayant qu'une baguette seulement, et le tua de sa propre lance.

22. Voilà ce que fit Banaïas, fils de Joïada.

23. Il était illustre entre les trois *seconds*, qui étaient les plus estimés des trente; mais néanmoins il n'égalait pas les trois *premiers*. David le prit auprès de sa personne pour exécuter ses commandements.

24. Asaël, frère de Joab, fut des trente, *qui*

Elehanan, filius patrui ejus, de Bethlehem;

25. Semma de Harodi; Elica de Harodi;

26. Heles de Phalti; Hira filius Acces, de Thecuâ;

27. Abiezer de Anathoth; Mobonnai de Husati;

28. Selmon Ahohites; Maharai Netophathites;

29. Heled, filius Baana, et ipse Netophathites; Ithai, filius Ribai, de Gabaath filiorum Benjamin;

30. Banaia Pharathonites; Heddai de torrente Gaas;

31. Abialbon Arbathites, Azmaveth de Beromi,

32. Eliaba de Salaboni, filii Jassen; Jonathan;

33. Semma de Orori; Aiam filius Sarar, Arorites;

34. Eliphelet, filius Aasbai filii Machati; Eliam filius Achitophel, Gelonites;

35. Hesrai de Carmelo; Pharai de Arbi;

36. Igaal, filius Nathan, de Soba; Bonni de Gadi;

37. Selec de Ammoni; Naharai Berothites, armiger Joab, filii Sarviæ;

38. Ira Jethrites; Gareb et ipse Jethrites;

39. Urias Hethæus. Omnes triginta septem.

sont les suivants : Eléhanan, fils de son oncle de Bethléhem;

25. Semma de Harodi, Elica de Harodi,

26. Hélès de Phalti; Hira de Thécua, fils d'Accès;

27. Abiézer d'Anathoth, Mobonnaï de Husati,

28. Selmon d'Ahoh, Maharaï de Nétophath;

29. Héled, fils de Baana, qui était aussi de Nétophath; Ithaï, fils de Ribaï, de Gabaath, dans la tribu de Benjamin;

30. Banaïa, Pharathonite; Heddaï, du torrent de Gaas;

31. Abialbon d'Arbath, Azmaveth de Béromi,

32. Eliaba de Saloboni, Jonathan fils de Jassen,

33. Semma de Orori; Aïam d'Aror, fils de Sarar;

34. Eliphélet, fils d'Aasbaï, *Hépher,* fils de Machati; Eliam, fils d'Achitophel, de Gélo;

35. Hesraï du Carmel, Pharaï d'Arbi,

36. Igaal, fils de Nathan de Soba, Bonni de Gadi,

37. Sélec d'Ammoni; Naharaï de Béroth, écuyer de Joab, fils de Sarvia;

38. Ira de Jéthri; Gareb, qui était aussi de Jéthri;

39. Urie, Héthéen : lis sont trente-sept en tout.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Hæc autem sunt verba David novissima. Quæ proximè c. 22, legimus, composita fuerunt à Davide, cùm jam esset ætate gravi, et armis tractandis parùm idoneus. Sed hæc verba dicuntur esse novissima, non quia post hæc non fuerit plurima locutus; quâ de re nemo dubitat, cùm moriturus longam cum Salomone filio orationem habuerit; sed quia hæc extrema fuerunt, quæ spiritu afflatus prophetico edidit. Quæ Cajetanus miratur, cùm ad modum carminis scripta fuerint, et aliquid contineant, quod deberet celebrari perpetuò, neque ullo tempore ex hominum memoriâ deponi; non tamen sint in psalmorum numerum atque ordinem relata. Cujus non video rationem ullam gravem, nisi fortè dicas Psalterium ante hoc tempus à Davide, seu ab aliquo alio auctore fuisse digestum; et hoc postremum canticum, quia jam psalmorum numerus erat absolutus, et Psalterium jam suo numero perfectum, utpote in tres psalmorum quinquagenas divisum, ideò in Psalterio hoc canticum locum non invenisse vacuum, quem impleret. Quæ sanè ratio levis est; illa paulò melior, quia licet materia gravis esset, utpote tota de Christo Servatore, quia tamen quæ in Psalterium relata sunt, cùm cantari suis temporibus legitimè debeant, ad certam mensuram coacta sunt, numerosque musicos, quibus cùm hæc prophetia soluta sit, neque ad certos modos aptari possit, nullum in Psalterio videtur invenisse locum. Et hoc mihi magis probatur, et constabit magis ex eo quod statim additur à Davide. Sed est fortasse hoc neque prophetia, neque canticum, ut dicemus postea, sed totius Psalterii titulus, et illius brevis quædam et summa complexio.

Dixit David filius Isai. Usitatum est prophetis in principio suarum visionum certas aliquas præponere notas, quibus alii postea

auctorem prophetiæ certâ aliquâ notatione cognoscant, ut patet in Isaiâ, Jeremiâ, denique in prophetarum plerisque, quorum aliquid in principio præfigitur, quod genus prophetæ, conditionemque describit. Sed est in eo aliquid discriminis, quòd prophetæ alii nomina præponunt parentum, et nihil præterea aliud, nisi ex numero fuisse sacerdotum, aut de pastorali ministerio; ut de Jeremiâ legimus, et Amos, quorum ille de sacerdotibus fuisse traditur, qui fuerunt in Anathoth, hic de pastoribus, seu pastoralibus Thecuæ. At hìc David cùm de seipso tanquàm de prophetâ loquitur, plures adhibet notationes et signa, de quibus statim. Primùm, paternum adducit genus, dùm se natum esse dicit Isai parente. Deinde plura alia connumerat ornamenta, et titulos, quibus et sibi auctoritatem, et propheticis verbis fidem conciliat. Ab aliis prophetis, qui sua scriptis oracula mandârunt, nullum habuit, quod imitaretur exemplum, quia illos antecessit. Unum, credo, audierat, qui spiritu loquebatur prophetico, cujus permânarant ad posteros oracula, qui pluribus signis titulisque seipsum notaverat, cujus imitatus consuetudinem David titulos sibi assumpsit non dissimiles. Hic fuit Balaam Numer. c. 24, v. 3, qui aggressurus prophetiam, ait: *Dixit Balaam filius Beor; dixit homo, cujus obturatus est oculus; dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est: qui cadit, et sic aperiuntur oculi ejus.* Ad ejus, ut reor, et aliorum exemplum, quorum oracula monumentis consignata non sunt, David hanc de Christo prophetiam exorsus est. Unde confirmari, quod superiùs observavimus, potest, ideò hanc prophetiam in Psalterium non esse relatam, quia numeris metricis ac musicis concinnata non est; sed eodem prorsùs stylo, ac modo, quo aliorum prophetarum vaticinia edita fuerunt.

Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob (1). Hic locus non eodem ab omnibus intelligitur modo. Quidam de Christo Servatore capiunt, quasi dicat David, se illum esse prophetam, cui à Deo multa de Christo revelata sunt. Quæ mihi explicatio facilis est, quam probant Dionysius, Abulensis, q. 3, et Chaldæus. Sed est communis omnium fermè sententia, hæc à Davide de seipso fuisse prodita, et esse unum ex titulis, quibus seipsum à cæterâ multitudine distinguit. Quasi dicat, se illum esse virum, quem Deus constituit unctum aut Christum, id est, regem, primùm in paternâ domo, deinde secundò et tertiò in Hebron. Porrò *Christus Dei,* non semel appellatur rex Israel, maximè cùm, designante atque jubente Deo, ad regnum assumitur oleo delibutus. Sic Saül sæpè vocatur Christus Domini. Et David, de quo ipse capite præcedenti, v. 51 : *Faciens* (nempè Deus) *misericordias Christo suo David;* quod idem valet atque Christus Dei. Constitutum autem esse Davidi de Christo Dei nihil videtur esse aliud, quàm illi à Deo esse concessum, ut rex constitueretur; aut in illius favorem de regno illi tribuendo esse deliberatum atque decretum. Septuaginta sic reddunt : *Quem suscitavit Dominus in Christum Dei Jacob.* Hieronymus in Traditionibus Hebræorum, ex eorum sententiâ sic legit : *Dixit vir, cui constituta est scala Christo Dei Jacob.* Quæ verba sic exponit : *Scala eidem Christo Dei Jacob, id est, David, constituta est, per quam conscenderet ad Deum, eò quòd idem scilicet confessus fuerit se peccâsse Domino.*

Egregius psaltes Israel. Hæc est alia nota,

(1) Hebræus ad litteram : *Vir constitutus excelsus, unctus Dei Jacob.* Jonathan : *Vir sublimatus in regnum, unctus dicto Dei Jacob.* Syriacus et Arabs : *Vir qui portavit jugum Christi Dei Jacob.* Litterulâ mutatâ, legimus : *Qui constitutus est à Deo in Christum Dei Jacob,* id est, in regem populi Dei. (Calmet.)

Voici les dernières paroles que David a dites, ce chantre célèbre d'Israël : L'Esprit du Seigneur s'est fait entendre par moi; sa parole a été sur ma langue. David étant rempli de l'Esprit de Dieu, parle ici de lui-même comme d'un autre, et relève les psaumes qu'il a composés. Ce saint prophète oublie en quelque sorte toutes les actions qu'il a faites pendant la paix ou pendant la guerre. Mais il ne peut oublier la grâce qu'il a reçue de Dieu, lorsqu'il s'est servi de sa langue comme d'un organe, pour apprendre aux hommes des cantiques si saints, qui seront la voix de Jésus-Christ et de son Eglise dans tous les siècles. Il ne veut point qu'on le considère comme l'auteur d'un ouvrage si divin. C'est à Dieu qu'il proteste que les hommes en sont redevables uniquement, puisque c'est *son Esprit-Saint qui a parlé par sa bouche.* Ainsi, en fuyant si humblement la gloire, il la retrouve en quelque sorte plus avantageusement dans son humilité même. Car y a-t-il rien de plus glorieux à un homme que d'être la langue de Dieu, et l'interprète de son Esprit? C'est ce qui nous doit donner une profonde vénération pour ces cantiques, que nous ne devrions jamais prononcer qu'avec une joie mêlée d'une sainte frayeur. C'est ainsi qu'ils deviendront pour nous, selon le langage dont se sert ici David, *comme une source de lumière* qui éclairera nos ténèbres, *et une pluie de rosée* qui les fera germer, et qui les rendra fertiles en toutes sortes de vertus. (Sacy.)

quâ David à reliquâ Israelitarum turbâ secernitur. Erat autem eo nomine in Israele toto celebratus David, quòd psaltes esset egregius; sive eo sensu, quo poetæ dicuntur psaltæ, etiamsi nihil cantent, quia illa numerosè componunt quæ alii numerosè modulantur. Sic Maro in ipso Æneidos ingressu dixit : *Arma virumque cano.* Sic ex poetarum consuetudine inflatiùs quidam scripsit apud Horatium in Arte : *Fortunam Priami cantabo, et nobile bellum.* Quare cùm egregia David concinnaret carmina, quæ olim in tabernaculo ac templo canebantur, quæque nunc in Ecclesiâ suavissimè resonant; et ille etiam à primis annis sic modulatus fuerit egregiè, ut ex Israele toto vocatus fuerit, ut cantûs suavitate Saülis exhilararet animum, et à malo spiritu exagitatum permulceret; jure optimo se psaltem nunc nominat egregium, quia illo nomine apud suos habebatur eximius; sicut apud Græcos Homerus et Pindarus, apud Latinos Virgilius et Horatius. Et reverà si illius poeseos nitidum expendas, et illustre compositionis genus, longè illum nitidiorem et illustriorem judicabis.

Porrò illud, *dixit,* quod semel atque iterùm posuit, non tam ad sequentia pertinet verba, quasi David id dixisse dicatur, quod proximè succedit, sed ad superiora, quo sensu statim explicabimus. Quo modo orator, ubi jam peroraverit, illud quasi legitimum ad extremum addit, *dixi.* Sed de hoc postea.

Vers. 2. — Spiritus Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam. Afflatum se dicit David spiritu prophetico, qui linguam suam divini sermonis formatricem esse voluit. Quod ipse psalmo etiam 44 significavit, cùm dixit : *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.*

Vers. 3.— Dixit Deus Israel mihi; locutus est fortis Israel : Dominator hominum, justus dominator in timore Dei (1). Hæc omnia eò videntur spectare, ut magis appareat fides, firmitasque verborum, quæ à Deo instinctus propheta numeris inclusit poeticis et musicis. Quia verò dixerat hæc verba Dei esse, non sua, sicut vox, quæ resonat à clangente tubâ, non est ænei instrumenti, sed tibicinis, cujus inflatur, et, ut ita loquar, animatur spiritu; ideò oportuit, ut loquentis auctoritatem et fidem commendaret. Quare illum vocat inprimis Deum, non fallacem aut infirmum, qui aut nolit aut non possit præmissa atque prædicta præstare; non quales gentes et manu fingunt, et mente colunt, sed Deum, quem colit et veneratur Israel; qui fortis est, et rebus humanis dominatur; cujus nemo potest aut obstare consiliis aut infirmare, aut retardare potentiam; à cujus imperio ac potestate nullo modo potest abesse justitia; quique cùm in omnibus dominetur, præcipuè tamen in illis dominatur, qui timent Deum. Id enim valet illud, *in timore Dei,* id est, in illis in quibus est timor Dei. Hìc verò observandum, licet Deus universorum sit Dominus, cujus imperium mortalium nemo possit declinare, tamen speciatim dicit dominari justis ac timentibus Deum, qualem se modò profitetur. Aut quia hujusmodi homines divinum suscipiunt imperium non gravatè, et Deum agnoscunt Dominum, à cujus voluntate magis putant molestum ac difficile, quàm à vitâ discedere. Ab horum igitur voluntate alacri atque obsequente, id est, à denominatione, ut Scholastici loquuntur, extrinsecâ, Deus dicitur justorum atque timentium Dominus. Quo modo millies Deus justorum dicitur Dominus et Deus, cùm tamen nullus ab illius se dominatu subducat. Sanè sæpè audimus Deum esse Abraham, Isaac, Jacob, quia illorum in Deum observantiæ illustria apparent in Scripturâ sacrâ documenta.

Hæc explicatio mihi non videtur aliena; sed placet magis, si ab hoc versu proponatur illa materia, quæ præcipuè aut omninò tractatur in toto Psalterio. Ut enim dicemus statim, quidquid est ad versum usque 8, quasi titulus est, et præfatio totius Psalterii, in quo duo illa reperiuntur, quæ in quorumdam prophetarum oraculis observamus. Primùm enim omnium nomen præponitur prophetæ, et illæ notæ, quæ illum à reliquâ multitudine secernunt. Deinde totius prophetiæ, aut tota aut præcipua materia, ut apparet in Isaiâ nomen

(1) Plures illud explicant de Messiâ, qui verus est *Dominator in timore Domini:* docet enim fideles metum filialem, ejusque potissimas inter dotes illa est, ut *spiritu timoris Domini* repleatur. Commodè etiam id exponitur de Davide, qui *dominator* fuit *hominum,* et *justus dominator, qui rexit populum suum in timore Domini.* (Calmet.)

Quæres quid dixit Davidi Deus? — Resp. : Ea quæ dicta sunt v. 1 et 2, ac quæ dicentur v. 4 et seq., ac præsertim oraculum de Christo ex eo nasciturò. Unde Chald. vertit : *Dixit quòd constitueret mihi regem; ipse est Messias, qui futurus est ut surgat, et dominetur in timore Dei.* Aliter vertit Vatabl, nimirùm : *Dixit Deus: Dominator super homines justus sit, dominator habeat timorem Dei,* q. d.: Deus prædixit, me Davidem fore dominatorem, id est, regem, justum et timentem Deum. (Corn. à Lap.)

prophetæ, et generis notam vides in illis verbis : *Visio Isaiæ filii Amos;* materiam in illis : *Quam vidit super Judam et Jerusalem.* Sic Amos nomen suum et notam sumptam ex ministerio et loco, primùm adhibuit, deinde materiam. *Quæ vidit,* inquit, *super Israel.* Abdiæ prophetia scripta dicitur contra Idumæam, Nahum contra Ninivem, Micheæ contra Samariam et Jerusalem. Sic ergo arbitror primo loco in hâc Psalterii præfatione ac titulo, proponi Davidis, id est, prophetæ, nomen, usque ad versum 3 exclusivè. Ubi dicit filium Isai, regem, et psaltem, et afflatum à divino spiritu, id est, prophetam. Deinde ad versum usque 8, totius psalterii materia proponitur, quæ, quia multiplex est et illustris, longior est, quàm in aliis prophetis invenimus. Et accommodatè ad hanc cogitationem novam instituemus explicationem, à versu 3, quem in aliam sententiam exposuimus, ad versum 8; nam ad illum totius Psalterii materia producitur.

Hæc igitur omnia à principio capitis ad versum usque 8, totius Psalterii Davidici, eorum saltem psalmorum, qui Davidi à Domino inspirati sunt, videntur esse titulus. In hoc porrò differre videtur hic Psalterii titulus, à titulis quos suis vaticiniis alii præposuerunt prophetæ; quia alii prophetiarum principiis præpositi; hic verò psalmorum omnium fini suppositus est. Quod faciunt sæpè alii scriptores, qui operi jam absoluto aliquid addunt subscribuntque, quo suum esse opus et manum ostendant. Quod item faciunt pictores, qui illud familiare subjiciunt tabulæ : *Apelles,* verbi gratiâ, *faciebat,* et similia. Cùm ergo dixisset scriptor sacer illa esse verba novissima, quæ videlicet psalmo præcedenti continentur, quæ psalmo 17 rursùs iterantur, subjecit, quid novissimo huic psalmo, ac perinde toti Psalterio regius Psaltes tituli nomine subscripserit.

Dixit Deus Israel mihi, locutus est fortis Israel : Dominator hominum, justus dominator in timore Dei. Hujus Psalterii, id est, psalmorum, quos Davidi Dominus inspiravit, argumentum proponitur. Cujus multæ sunt partes. Prima est, Deum esse fortem, quod sæpè psalmi prædicant, et nunc omnium maximè, qui proximè antecessit, quemque omnium diximus esse novissimum : esse Deum dominatorem omnium, et justum sæpiùs audimus : esse dominatorem in timore Dei, id est, esse illorum Dominum, qui Deum timent. Dicitur porrò *Deus timentium se,* quia illis usque adeò clementer et largiter indulget, ut aliorum immemor appellari posse videatur, quasi eorum neque Deus esset, neque Dominus. Qui loquendi modus in Scripturâ non infrequens, ubi sæpè legimus dictum à Deo futurum se Deum et Dominum populi, si tamen ille Dei populus esse voluerit. Jerem. 11, v. 4 : *Eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum.* Illi autem quocumque in genere fortunati dicuntur, quibus ille, qui verus Dominus, et Deus, Deum se, et Dominum præbuerit. Psalmo 143, v. 15 : *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus, cujus Dominus Deus ejus;* quibus nihil deerit, et erunt multò, quàm alii, magis fortunati. De hâc justorum felicitate primus psalmus institutus est, et complures alii.

Vers. 4. — Sicut lux auroræ oriente sole manè absque nubibus rutilat (1). Hæc aut de justo intelliguntur, cui Dominus Deus est; cujus vita, ut splendet animi donis atque ornamentis, sic etiam aliis fortunæ bonis et ornamentis cumulatur. Hâc porrò similitudine justorum exprimitur tam sanctitas et puritas, quàm qui sanctitati debetur honor et splendor. Sanè de Simone Oniæ filio dicitur Eccl. 50, v. 6 : *Quasi stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis lucet, et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.* Quod etiam de Davide, ejusque posteritate dici potuit, quæ floruit diu in Israel, quæque solis dicitur futura non absimilis. Et favet huic cogitationi non parùm, quia hæc eadem propè verba reperiuntur in psalmo 71, v. 6, ubi historico sensu de Salomonis, allegorico verò de Christi regno iste psalmus institutus est, et ad quem Psaltes hic egregius respexisse videtur;

(1) Liquet ad litteram Davidem hìc de se suâque stirpe loqui; allegoricè verò et præcipuè de Christo ex stirpe suâ nascituro; Christi enim ortus fuit ex cœlesti gratiâ Spiritûs sancti, eoque irrorante B. Virgo concepit et peperit Christum, juxta illud : *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Et : *Visitavit nos Oriens ex alto,* Lucæ 1.

Mysticè Angelomus : « Aurora, inquit, est « Ecclesia, quæ oriente Sole, hoc est, Christo « resurgente à mortuis, absque nubibus rutilat, id est, absque peccato infidelitatis resplendet in miraculis. Pluvia est evangelica « prædicatio; herba credentem significat populum; terra verò Ecclesiam. »

Tropol. idem Angelom. : « Qui, inquit, in « timore Domini dominationem in subditis « exercet, lucis opera per Solem justitiæ illuminata profert; nec in eis aliquid remanebit « obscurum, sed imbre cœlestis gratiæ irrigatus, germina virtutum in carne vivens fructificat. » (Corn. à Lap.)

ubi duas similitudines adhibuit solis et pluviæ. *Permanebit cum sole, et ante lunam, in generatione, et generationem. Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram.* Accedit non parùm momenti huic opinioni, quia statim v. 5, dicit Psaltes, pro tantâ dignitate, promissisque usque adeò liberalibus exiguam esse domum suam. Sed de hâc cogitatione statim.

Videri etiam posset totum Psalterium suavissimis refertum vaticiniis, duabus hisce similitudinibus expressum. Nam totum stillat cœlesti quodam nectare, totum splendet sicut aurora, quam nulla nubium opacitas obscurat, et non aliter à sitientibus mortalium animis excipitur, quàm cœlestis imber ab agro sitienti. Sanè hoc postremum suæ prophetiæ ac verbis inesse, aut prædicabat aut optabat Moyses Deut. 32, v. 2 : *Concrescat in pluviam doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam, et quasi stillæ super gramina.*

Ego hæc de domo Davidis accipio, ex quâ ortus est Christus Servator, quæ eo nomine tantùm splendoris accepit, ut alia quæcumque à regiis titulis et divitiis ornamenta appellari possint, non aurora rutilans, sed perfrigidæ noctis densa caligo. Quare hoc de Christo vaticinium est, de quo in Psalterio toto præcipuum argumentum : ex quo in Davidis familiam quàm maximus esse à posteris aut solet aut potest, splendor advenit. Ait ergo David et domui suæ à generosâ prole, et universo mundo à Christo Servatore tantùm affulsisse lucis, quantùm excedente nocte sub matutinam lucem affert aurora, quæ solem in suo complexu circumfert et continet ; cujus à nubium oppositu neque obducitur, neque obscuratur lumen. Cùm autem sol quocumque diei tempore mundum exhilaret, sed eo maximè tempore præstat, cùm nocturnas abigit tenebras, et suos incipit radios effundere. Jacebat mundus totus in tenebris, quæ longo Cimmerias vincebant intervallo, illas dispulit Christus, qui lux dicitur mundi, quæ tantò magis splenduit, quantò magis nox quæ æterna futura videbatur, inhorruit. Hunc solem propheticis oculis videbat Isaias cap. 60, cùm dicebat : *Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum.* De hoc loquebatur Zacharias c. 3 : *Ecce ego adducam servum meum Orientem.* Ubi multi à sole putant ductam esse metaphoram. Hoc alter Zacharias Baptistæ pater, Lucæ cap. 1, in hunc fortasse locum intentus : *Visitavit nos Oriens ex alto. Illuminare his, qui in tenebris et in umbrâ mortis sedent.*

Et sicut pluviis germinat herba de terra. Christus imber vocatur, quia id præstitit mundo à bonis fructibus jamdudùm sterili, quod imber agro sitienti et à naturalibus spoliato deliciis. Imber dicitur Christus ab Isaiâ, dùm Christi desiderio clamat : *Rorate, cœli, desuper, et nubes pluant justum,* c. 45. De hoc imbre item Joel c. 2 : *Filii Sion, exultate, et lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiæ, et descendere faciet ad vos imbrem matutinum,* etc., ubi etiam meminit herbæ, quam terra fundit ab imbre gravidata. *Nolite,* inquit, *timere animalia regionis, quia germinaverunt speciosa deserti.* Talem mundo tristi et squalido Deus faciem dedit, qualis opportunus imber, cùm terra sitit, aut verna temperies post hyemem et glaciem, et qualis regis vultus posito supercilio lætus atque festivus, qui pluviæ cœlesti comparatur, Prov. c. 16, v. 15 : *In hilaritate vultûs regis vita : et clementia ejus quasi imber serotinus.* Hæ porrò similitudines à pluviâ et ab aurorâ sumptæ, magnam exprimunt speciem, et commoditatem in rebus. Terra enim, nisi ab aquis humescat, non solùm deformis est, sed tristis, utpote sine suo naturali succo et sanguine, ita ut illam appellare possis exanguem et mortuam. Desiderium suum incitatum et ardens hâc similitudine explicat David, cùm dicebat psalmo 142 : *Expandi ad te manus meas ; anima mea sicut terra sine aquâ tibi. Velociter exaudi me, Domine : defecit spiritus meus.* Ab aurorâ sumpserunt puellæ psaltriæ similitudinem, ut sponsæ pulchritudinem commendarent. Cant. 6 : *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens?* Et Theocritus eâdem similitudine Idyllio 18, venustatem expressit Helenæ ; talem enim fingit, qualis aurora apparet abeunte nocte.

Nam sicut ubi nox alma recessit,
Os croceum cœlo profert aurora renascens.

Vers. 5. — Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum. Hæc satis explicant sermonem esse de Christo, qui futurus erat de semine David, quod pactum appellat sempiternum ; quâ etiam de re non semel aliquid occurrit in psalmis. Psalmo 88, v. 36 : *Semel juravi in sancto meo, si David mentiar, semen ejus in æternum manebit.* Et psalmo 131, v. 11 : *Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

De quo regno multa supra c. 7. Magnum hoc procul dubio beneficium est, quod David ipse miratur, quòd Dominus cum domo exiguâ,

atque humili pactum inierit æternum, sive hoc de regno intelligas temporali, quod ad tempus usque Christi non excidit è domo David, ut nonnulli putant, qui existimant id sonare proximè sonum litteræ; sive, quod verius est, de Christo, allegorico saltem sensu, cujus illis in locis obscura licet umbra Salomon fuit. Sanè nisi de Christo capias, non potest ullo modo intelligi, quomodò in domo Davidis regnum hærere queat sempiternum. Quod angelus explicuit Lucæ cap. 1 : *Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo David in æternum, et regni ejus non erit finis.* Hoc porrò pactum munitum esse dicit, aut quia juramento confirmatum est, ut constat ex locis proximè citatis ex psalmis; aut quia ita à divino decreto firmum est, ut à nullâ vi extrinsecùs allatâ convelli, aut infirmari possit.

CUNCTA ENIM SALUS MEA, ET OMNIS VOLUNTAS, NEQUE EST QUIDQUAM EX EA, QUOD NON GERMINET (1). Sensus difficilis non est, si modò hìc ellipsim agnoscas, et suppleas aliquid, quod ipse ultrò suggerit textus. Dixerat proximè David, exilem esse atque obscuram domum suam, præsertim si illud intuearis tempus, in quo David pastoritium obibat ministerium, aut quando errabat fugitivus in sylvis, neque dùm Israelitici imperii habenas acceperat. Quare si quid habet illustre, si quid ab antiquis familiæ sordibus elevatum, si vicit, si vivit, si aliorum sibi studia conciliavit et gratiam, id totum Deo reddit acceptum, qui illi cuncta salus est. Supplendum est enim hìc, *ipse est*, nempe *omnis salus mea.* Quòd verò in salute omnia intelligantur bona, quæ hominis vitam fortunant atque ornant, nemo nescit.

ET OMNIS VOLUNTAS (nempe, *mea ipse est*). Illum amo, illi adhærere studeo, ab illo spero omnia, quia humana omnia sive promissa, sive auxilia, et fidem habent levem, et vim infirmam. Et ideò psalmo 17, qui omninò idem est cum eo qui antecessit proximè, cecinit David : *Diligam te, Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus, Deus meus adjutor meus.* Hæc quoque pars Psalterii est, in quo frequenter occursant aut hæc, aut similia.

NEQUE EST QUIDQUAM EX EA, QUOD NON GERMINET. Comparârat supra Deum, aut Christum imbri cœlesti, qui terram irrigat arentem, eamque fœcundat, et novo atque specioso germine convestit. Imbrem illum in suam domum, quasi in sitientem et aridum campum illapsum esse dicit, qui fecit ne quid in eâ familiâ esset infœcundum, ne quid à vernali specie, et fructuum ubertate vacuum. Et reverà ita accidit; sic enim erat instructa domus opibus, splendore, omnibus denique rebus quæ numerantur in bonis, ut ager videri potuerit irrigatus è cœlo, et omnium florum fructuumque varietate distinctum; qualis erat ille qui ab Isaac Genes. c. 17, v. 27, describitur, cujus odor esse dicitur, *sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus;* et cui dedit Deus id quod sequitur, *de rore cœli et de pinguedine terræ abundantiam frumenti et vini.* Aut qualis erat hortus ille conclusus et irriguus, de quo Cant. 4, cui comparatur sponsæ pulchritudo.

Seu certè, quia regnum Davidis familiæ sempiternum promittitur, necesse est, ut etiam sit ex illius semine sempiterna successio. Atque ideò videtur affirmare Psaltes, neminem ex suâ domo futurum sterilem, et quasi lignum aridum, ex quo singulis ætatibus novellæ quædam virgæ, et succedanea germina succrescant.

VERS. 6. — PRÆVARICATORES AUTEM QUASI SPINÆ EVELLENTUR UNIVERSI, QUÆ NON TOLLUNTUR MANIBUS. Hæc est alia Davidici Psalterii pars sæpiùs iterata, quæ ad viros spectat improbos, quos concutit et lacerat vaticinio minaci. Qualis Deus futurus sit in illos qui Deum colunt et timent, diximus nuper ad illud : *Justus dominator in timore Dei.* Nunc docet, quales futuri sint illi quos neque Dei amor ad divinam præstandam voluntatem inflammat, neque observantia et timor ab illâ violandâ deterret.

(1) Hebræus ad litteram : *Cuncta salus mea et desiderium, quia non florebit.* Deus est servator meus, à quo optata omnia teneo; sed postrema hæc verba, *quia non florebit,* superiorem sententiam penitùs destruere videntur. An iis exprimitur, non permissurum Deum, ut vota prophetæ expleantur, ut sperata teneat, et ad successores suos transmittat? Nonne potiùs carmen hoc eucharisticum de factâ à Deo spe agit, totam scilicet beneficiis et familiam ipsius et posteritatem cumulandi? Servanda est igitur Vulgatæ interpretatio, reddendumque : *Non est quidquam* in familiâ meâ, *quod non germinet,* et floreat ipso largiente. Sive interrogantis sententia : *An familia mea non florebit?* Congruunt hæc apertissimè cum iis quæ antea expresserat, cùm familiam suam, vel regnum comparavit herbis maximè validis et irrigatis, sub felici solis aspectu; nihil ibi est quod non germinet, quod non floreat, quod non pullulet. Verba hæc cum posterioribus jungunt Septuaginta : *Quoniam non germinabit iniquus;* planta est infelix, quæ succo destituitur, ut brevi cadat et arescat. Sed versioni huic congruere non potest Hebræus, exhibens conjunctionem ante vocem *Belial,* vel *prævaricator : Quia non florebit, et Belial.* (Calmet.)

Quos cum spinis comparat, quas homines ita horrent, ut manu contingere non audeant; quia prorsùs intractabiles, quæ neque plantantur, neque ullo modo coluntur ab agricolâ: sed si aliquid cogitat de spinis, illud totum eò spectat, ut illas stirpitùs evellat, ut purgetur ager, quem spinosæ plantæ sylvescere faciunt, et dedat incendio. Reliquæ plantæ atque herbæ, quæ usum habent humanæ necessitati, aut etiam voluptati gratum et idoneum, tractantur manu, putantur, inferuntur, et mille ab agricolarum manibus accipiunt beneficia. At spinæ, quæ manum non oblectant, sed potiùs distringunt et pungunt, ferratis tanguntur instrumentis, quibus avelluntur aut resecantur, ut quàm procul sunt ab hominum usu, tam procul ab illorum oculis removeantur. Atque ideò subditur:

VERS. 7. — ET SI QUIS TANGERE VOLUERIT EAS, ARMABITUR FERRO, ET LIGNO LANCEATO (1). Si quis manu contrectare voluerit spinas, nempe ut evellat, aut à loco removeat, seu etiam ut in ignem conjiciat, non facit hoc manu, sed ligone, aut falce, aut præferrato ligno ad hastæ similitudinem; aut etiam igne, qui exustis spinosis herbis, aut aculeatis fruticibus, quales sunt rubi aut rhamni, agrum purgant ut minore cum labore colatur, et ne illæ infensæ et vernaculæ pestes frugibus incommodent. Id certè ex rusticâ disciplinâ fieri debere docent, qui eâ de re præcepta tradiderunt. Sic sanè Virg. lib. 1 Georg.:

Segeti prætendere sepem,

(1) Paraphrasticè et eleganter hæc omnia, à versu 4, hucusque vertit Chald., justisque et sanctis, qualis erat David adaptat: « Beati, inquit, eritis vos, justi; fecistis vobis facta bona, quia vos futuri estis, ut luceatis in luce gloriæ vestræ sicut splendor auroræ, qui ambulat et constat; et sicut sol qui splendet absque nubibus in splendore gloriæ suæ. Ecce sicut ager qui expectat in annis siccitatis, ut descendat pluvia super terram. » Deinde antithesin impiorum sanctis opponit: « Improbi, ait, factores peccati erunt similes spinis, quæ in ortu suo molles ad eruendum, et omnis filius hominis parcit super eis, et sinit eas; procedunt et invalescunt usquequò non sit possibile appropinquare ad eas manu; et sic omnis homo qui incipit appropinquare ad peccata progredientia et se roborantia superse, usquequò operiant eum tanquàm vestis ferrea, non (quia Chaldæus putat negationem præcedentem hic esse repetendam) prævalent illi in lignis hastarum et lancearum; ideò non est necesse ultio eorum in manu hominis, sed in igne incendendo incendetur, cùm apparuerit domus judicii magni, ut sedeat super solium judicii ad judicandum seculum. » (Corn. à Lap.)

Insidias avibus moliri, incendere vepres.

Et hoc arbitror hic potiùs significari. Nam ubi Vulgatus habet, *usque ad nihilum*, Hebr. est, *basebeth*, id est, in suâ sede aut loco, quomodò transtulit Pagninus. Quasi dicat: Eâdem sede, ac loco, ubi natæ sunt, comburentur spinæ, quia videlicet nemo illas ibi tangere, aut è suo loco commovere audebit. Vulgatus *sedem* ibi pro radice posuit, quasi dicat: Ad radices usque comburet: id verò est ad nihilum redigi, vel nihil esse reliquum ab igne. Quod etiam dixisse videtur Job c. 31, v. 12, de luxuriâ: *Ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina.* Certè Tigurina pro sede, *stirpem*, reddidit. Et hoc fortasse indicat illud psalmi 117: *Exarserunt sicut ignis in spinis.* Spinæ porrò perditorum hominum, et profligatæ vitæ symbolum sunt. Sic sanè Bernardus serm. 48 in Cant., super illud: *Sicut lilium inter spinas:* Spina, inquit, culpa est, spina pœna est, spina falsus frater, spina vicinus est malus. O candens lilium, ô tener et delicate flos, increduli et subversores sunt tecum: vide quomodò cautè ambulas inter spinas. Idem Gregorius lib. 20 Moral. c. 9, explicans illud Job c. 30: *Radix juniperorum erat cibus eorum.* Sanè Michæas cap. 7, v. 4, similes aculeatis plantis peccatores esse dicit. *Qui optimus in eis, est quasi paliurus, et qui rectus, quasi spina de sepe.*

Quod autem his verbis complexus est propheta Psaltes, idem videtur in ipso Psalterii exordio proposuisse: nam psalmo 1, statum bonorum ac malorum expressit, idque similitudine ad utrumque statum accommodatâ; et in secundo satis explicatè locutus est de Christo, dùm gentium in illum fremitus et conjurationem describit.

Est itaque hæc summa quædam eorum, quæ in Psalterio toto fusiùs multis in locis digesta sunt, quæ licet psalmo omnium extremo sint ab historico subscripta, suum tamen locum habitura videntur in principio. Sic enim videtur exigere, et ars ipsa, quæ jubet docilitatis gratiâ causam totam, seu orationis, atque poeseos argumentum in exordio proponi; quod etiam probant tam in sacrâ quàm in profanâ litteraturâ plurimorum exempla. Quocirca, si quispiam ista Psalterii præponeret exordio, rem faceret omninò, nisi fallor, non alienam ab instituto et more illorum qui sacram aut profanam poesim ediderunt. Quod fecit in Proverbiis Salomon, ubi et auctoris nomen, et notas, et operis totius argumentum latè proposuit. *Parabolæ*, inquit, *Salomonis filii David, regis Israel.* En auc-

toris nomen. Materiam accipe : *Ad sciendam sapientiam et disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ et suscipiendam eruditionem doctrinæ, justitiam, et judicium et æquitatem, ut detur parvulis astutia, adolescentiæ scientia, et intellectus.*

VERS. 8. — HÆC NOMINA FORTIUM DAVID (1).

(1) Additur 1 Paralip. 11, v. 10 : *Qui adjuverunt eum, ut rex fieret super omnem Israel.* Porrò hi fortes habitabant in domo unâ quæ Nehem. 3, 16, vocatur *domus fortium*, ubi etiam quasi in palæstrâ athletæ et pugiles exercitii causâ digladiationibus certabant, ait ex Lyran. Adrichomius, qui eam sitam ait in monte Sion juxta palatium Davidis, ibique eamdem graphicè depingit. Texitur hìc catalogus fortium militum sive heroum Davidis, primò, ad historiæ integritatem, ut scilicet constet qui fuerint milites et duces per quos David prælia tanta confecit, et tot victorias obtinuit; secundò, ut virtuti eorum hæc laus detur, quæ omnes ad fortitudinem eorum imitandam excitet; allegoricè, ut hi fortes Davidis repræsentent Christi Apostolos et viros apostolicos, per quorum heroica facta ipse suæ fidei subegit totum orbem; tropologicè, ut eorum exemplo animentur fideles ad fortiter certandum contra carnem, mundum et dæmones. *Regnum enim cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud,* Matth. 11. Cœlum enim sublime est et forte, quare à fidelibus mente sublimioribus et fortioribus expugnandum est. Igitur cœlum est civitas fortium, in quâ nemo imbellis et imbecillis admittitur, juxta illud Isaiæ 26, 1 : *Urbs fortitudinis nostræ Sion salvator; in eâ ponetur murus et antemurale.* In Vitâ S. Astionis et Epicteti martyrum, qui acerba pro Christo tormenta fortissimè tolerârunt, nil aliud ingeminantes, quàm : *Christiani sumus*, refertur, quòd Vigilantius Astionis mortem parentibus adhuc infidelibus nuntiârit parabolicè, dicens, eum in remotam regionem migrâsse, in quâ felicissimè viveret. Rogavit mater dixitque : *Quæ est regio illa, quò perrexit dulcissimus meus et unicus Astion?* Vigilantius respondit : *Regio robustorum*, seu *fortium virorum*, quam deinde ex Apoc. cap. 21, graphicè depingit, ac tandem explicans illam esse cœlum, ad quod per martyrium transierit fortis Astion, parentes ejus ad Christi fidem convertit.

(Corn. à Lap.)

Voici le nom des plus vaillants hommes de David. Abino fut le premier d'entre les trois les plus signalés. L'Ecriture marque ici les plus vaillants hommes qui ont paru du temps de David. Elle en fait comme trois rangs différents. Les trois premiers, qui étaient les plus signalés de tous; les trois seconds, et trente-et-un autres qui sont nommés de suite. On peut s'étonner qu'Abisaï et Asaël, les deux frères de Joab, et son écuyer, étant nommés dans le dénombrement des plus vaillants hommes qui aient paru sous le règne de David, Joab lui-même n'y soit point nommé : car il semble qu'il n'a cédé à nul autre pour le courage et la hardiesse. Nous voyons même que lorsque David proposa le commandement de son armée, pour prix de celui qui témoignerait le plus de cœur à la prise de la forteresse de Sion, Joab monta le premier sur la muraille, et s'acquit ainsi la charge de général. Ce que l'on peut dire de plus vraisem-

Sicut prior pars capitis à capite præcedenti, imò et à toto libro separata est; neque enim habemus cui ex superioribus capitibus possit attexi, si modò, quod putabamus non improbabile, Psalterii titulus est : sic etiam pars capitis posterior non habet aliquid certum supra, cui possit commodè et continenter adjungi. Ponitur ergo hìc catalogus illorum qui in Davidis exercitu, aut societate, antequàm Israelitici regni habe-

blable sur ce sujet, c'est que le Saint-Esprit a voulu témoigner ainsi l'horreur qu'il avait des deux assassinats que Joab avait commis en la personne d'Abner et d'Amasa, dont l'un était cousin-germain de Saül, et l'autre neveu de David. Il a voulu nous marquer par ce silence que la valeur n'est digne d'estime que lorsqu'on l'emploie à sacrifier sa vie pour les intérêts de son prince, mais qu'un homme ne mérite point d'avoir place entre ceux qui se sont signalés par des actions héroïques, lorsqu'il n'est touché ni de la crainte de Dieu, ni de l'honnêteté et de la raison; et qu'il n'a pour règle de sa conduite qu'une ambition qui n'a point de bornes.

Outre ce sens historique, on peut tirer de ces paroles une instruction très-importante. David est vaillant lui-même autant qu'aucun homme de son siècle; et de plus il forme par son exemple et il conserve auprès de lui une troupe d'hommes choisis, dont le courage a paru plus qu'humain, et dont le Saint-Esprit rapporte lui-même des actions d'une magnanimité presque incroyable. Tous ceux qui ont servi Dieu dans tous les siècles ont tâché ainsi de lui procurer des serviteurs semblables à eux, et de laisser après leur mort des imitateurs de leur piété et de leur zèle. Ils ont eu soin de pratiquer cet excellent avis, que saint Paul donne à son disciple Timothée : *Fortifiez-vous, mon fils, par la grâce qui est en Jésus-Christ, et gardant ce que vous avez appris de moi devant plusieurs témoins, donnez-le en dépôt à des hommes fidèles, qui soient eux-mêmes capables d'en instruire d'autres.* Car si un sage Romain a dit qu'il ne se mettait pas moins en peine de l'état où la république serait après sa mort que de celui où il la voyait pendant sa vie, il est bien juste que ceux à qui Dieu a donné un amour sincère pour son Eglise, qui est le royaume de son Fils, tâchent de lui laisser après eux des personnes qui soutiennent la pureté de sa discipline parmi ses enfants qui la déshonorent, et qui défendent l'intégrité de sa foi contre ses ennemis qui la combattent. Et comme David a aimé tous ces vaillants hommes qui l'ont aidé à vaincre ses ennemis, et que, bien loin que leur courage extraordinaire l'ait touché de la moindre jalousie, il a pris plaisir, au contraire, à relever et à récompenser leur mérite; ainsi ces ministres saints du véritable David ont travaillé avec joie à former des hommes qui pussent non-seulement égaler, mais surpasser même tout ce qu'ils avaient reçu de grâce pour Jésus-Christ et pour son Eglise; et ils ont cru, à l'imitation de saint Paul, qu'ils seraient *leur couronne* et leur principale gloire.

(Sacy.)

nas acciperet, aliquid ediderunt illustre, propter quod nobile virorum fortium cognomentum consecuti sunt. Quorum aliqui terni in suis ordinibus constituuntur, quorum gesta, quia aliis Scripturæ locis consignata non sunt, non possunt tradi non obscurè, quia non est unde ab interprete lucis aliquid assumi possit. Quare ex hâc disputatione brevi, ut opinor, emergemus.

SEDENS IN CATHEDRA SAPIENTISSIMUS PRINCEPS INTER TRES. Hic locus nonnihil nobis exhibebit negotii, neque enim habemus ex Scripturâ quis sit hic princeps inter tres, id est, inter omnes; nam tres isti aliis omnibus dicuntur esse prælati. Et primùm contra quàm nonnulli existimârunt, non est iste David; tùm quia cùm alia plurima gesta fuerint à Davide, non videbantur sic esse hoc loco prætermittenda, ut nullum illorum audiremus. Deinde, quia codices à Sixto correcti post *David* adhibent distinctionis notam, ita ut nomen illud potiùs ad superiora referatur in obliquo, quàm ut in recto ad illa quæ sequuntur. Et facit quòd nomini *David* nota præponitur dativi casûs לְדָוִד *le David*. Quare sensus erit: Hæc fuerunt nomina fortium, qui fuerunt Davidi. Sed est gravissima ratio, quia lib. 1 Paral. c. 11, v. 10, ubi virorum fortium nomina notantur, primus in primo ternario non ponitur David, sed Jesbaam. Sic exposuit Hieronymus qui lib. 2 Reg. reddidit, *sedens in cathedrâ*, ubi videtur pro nomine proprio illius significationem adhibuisse. Obscurum est, et omninò difficile causam invenire, cur hic, qui omnium in fortitudine ac sapientiâ numeratur primus, et princeps appellatur, duo hæc habuerit nomina; et uno loco dicatur *sapientissimus*, in altero *filius Hachamoni*. Hic mihi divinandum est, faxit Deus ne abs re.

Et primùm observa apud Hebræos allusiones esse plurimas, et paranomasias ad propria nomina, et ab illis modico flexu desumi atque formari communia: quo modo Nabal cum allusione ad proprium nomen vocatur *stultus* lib. 1 Reg. c. 25, et Jerem. c. 20, *Phassar*, cum allusione ad nomen illud vocatus est: *Pavor undique*. Sic Noemi Ruth cap. 1, cum allusione ad nomen Hebraicum, quod tunc audiebat, negat se esse Noemi, id est, pulchram. Erat Jesbaam, ut apparet, filius Hachamoni, quod nomen sapientem sonat, et tres primæ litteræ radicales nominis *Jesbaam*, sedere, vel sedentem, significant, et, ut interpretatur Hieronymus in Traditionibus ad c. 11, lib. 1 Paralip. idem valet atque, *sedens in populo*, quod perinde est atque sedens in tribunali et cathedrâ. Cùm ergo vulgus hominum filium videret vocari Hachamoni, filium appellavit sapientis; quod juxta Hebræorum idioma idem est atque homo sapiens: cùmque sapiens in cathedrâ sedere soleat, et nomen ipsum proprium sedere, aut aliquid quod sessionem indicat, importet, illum appellavit sapientem, et sedentem in cathedrâ. Quare, *sedens in cathedrâ sapientissimus*, idem est, quòd, *Jesbaam filius Hachamoni*. Ita videntur duo hæc loca posse non difficilè componi; hæc mea conjectura est; si quis meliorem aliquam attulerit, aut magis idoneam explicationem, gratus accipiam. Certè hoc nomen esse proprium docent translationes quædam. Septuaginta vertunt Jebasthæ Chananæum, Josephus lib. 7, cap. 10, Issenum, vel Eusebium.

Sunt, ut dixi, qui hæc verba de Davide exponant. Ita Hebræi, ut docet Hieronymus in Traditionibus in lib. 1 Paralip. et Chaldæus. Item Lyra et Dionysius, et videtur hanc sententiam Abulensis probare q. 7, licet aliud statuat q. 9. Oppositum tenent quidam ex Hebræis, et Josephus lib. 7, cap. 10, licet ibi nomen Hebraicum aliter convertat Eusebius, vel, ut habet altera translatio, Issenum filium Achimæi, Hugo, Vatablus, Cajetanus, Glossa, et hoc, ut dixi, probabilius est, et docet apertè Septuaginta translatio, quæ virum hunc dicit esse à Davide diversum. Laudatur porrò hic à sapientiâ, quam paterni nominis indicat notatio, quia in duce, qualis hic videtur fuisse, magis est necessaria prudentia, quæ commissas sibi moderatur acies, et in omnibus utiliter pugnat, quàm robur, quod non tam ducis, quàm gregarii militis commendatio est, juxta illud Proverb. 6: *Melior est sapientia, quàm vires*. Hic porrò inter tres primos princeps esse dicitur, atque adeò inter omnes, quorum hic texitur catalogus, quia etiam hi tres, qui in primâ robustorum classe statuuntur, principes omnium judicati sunt.

Sunt qui illud, *sedens in cathedrâ*, ad Davidem referant, neque tamen de illo capiant id quod proximè sequitur, sed de alio quodam, cujus silent nomen. Tigurina: *Hæc sunt nomina heroum, quos habuit David, cùm sederet in solio sapientiæ*. Alii nomen proprium adhibent illius, qui fortium vocatur princeps, aliud tamen à Jesbaam, nempe *Adino Esnita*, pro quo Vulgatus reddidit, *tenerrimus ligni vermiculus*. Ita Sanctes, Pagninus et Cajetanus. Septuaginta

vocant, *Adinon Assonæum*. Sed ista non benè cum hoc loco, neque cum c. 11 lib. 1 Paralip. conveniunt.

IPSE EST QUASI TENERRIMUS LIGNI VERMICULUS(1), QUI INTERFECIT OCTINGENTOS IMPETU UNO (2). Hìc apparet Jesbaam, aut, ut aliqui arbitrantur, sapientia Davidis, qui prudenter et tectè sic instruxit et ordinavit acies, aut sic ipse scienter et callidè aggressus est inimicorum castra, ut priùs tantus hostium ceciderit numerus, quàm se ab adversario oppugnari sentirent. Hùc enim spectare arbitror comparationem à vermiculo sumptam, qui sensim corrodit lignum, eòque adigit tacito atque latenti morsu, ut lignum, licet magnæ firmitatis ac molis, exedat tamen, terebret et corrumpat. Sic etiam Jesbaam cum suâ mollitudine atque silentio nihil videretur esse perfecturus, magnam tamen inopinatò edidit inimicorum stragem. Ita exponit Rabanus. Ubi Vulgatus, *tenerrimus ligni vermiculus*, Hebr. est, *Adino*, quod molle aliquid, tenerum et delicatum significat; cùmque in ligno aliqua reperiantur delicata ac mollia, nempe novellir ami, qui nondùm obduruerunt, neque assumpserunt à tempore aliquid firmitatis; item vermiculus, qui in ligno latet, sicut in vestimento tinea, qui teredo vocatur; in hanc secundam sententiam exposuit Vulgatus, commodissimo sensu, eo nempe quem proximè produximus. Qui sanè nobis probandus, et primo statuendus est loco. Sed est etiam sensus non alienus si tenerum illud et molle aliquid esse dicas, quod è trunco proximè aut ex stirpe pullulat. Tunc verò rarum aliquid et prodigio simile narratur. Nam occidere octingentos prædurâ, crassâque vacerrâ, ac perticâ, quæ armatum galeâ caput frangat et excerebret, non ita mirabile: at si hæc præstet novellum aliquod et tenerum germen, quod vim habet nullam tumoris ac vulneris, id multùm habet admirationis. Talis videri potest princeps iste robustorum, qui cùm esset aut instar vermiculi, qui à ligno gignitur, aut instar termitis, qui vim habet nullam, aut impetum ad feriendum, sternere tamen potuit impetu uno non minùs octingentis.

Alii, ut diximus, pro *ligni vermiculo*, Adino Esnita, quem patrem esse putant Jesbaam, aut certè nomen esse proprium illius viri, qui primus omnium et robustissimus existimabatur. Chaldæus illud, *tenerum* et *delicatum*, cum Davide conjungit; neque quidquam hìc de vermiculo ac ligno. Quod etiam facit Hispanica translatio, quæ sic reddit: *David el asentado en la cathedra, muy sabio, cabeca de los tres cavalleros, el era el deleytoso excellente.*

QUI INTERFECIT OCTINGENTOS IMPETU UNO. Quando id acciderit, non constat. Quomodò ab uno homine tanta potuerit patrari cædes, nisi extraordinario aliquo subsidio Deus cœpta promoveat, non apparet. Scimus à Samsone penè inermi mille homines, illosque neque inermes, neque infirmos interfectos esse. Scimus à Jonathâ lib. 1 Reg. c. 14, multorum hominum editam stragem. Sed scimus in Samsonem Spiritum irruisse Domini, Jud. cap. 15, v. 14, et Jonatham auspice, ducente et adjuvante Deo, rem totam peregisse. Sic fortasse iste Jesbaam Spiritu instinctus divino aggressus est hostes, quos unâ expeditione, atque impetu prostravit. Neque tamen ille ideò fortis non fuit; magni enim est roboris et audacis animi hostium et multorum numero, et præstantium robore congressum non timere: neque Samsoni aut Jonathæ, dùm aliquid tentârunt supra humanarum virium facultatem, divinus vel instinctus, vel favor fortitudinis nomen et gloriam ademit.

Si Jesbaam iste cohortis alicujus aut legionis dux fuit, non est cur tantùm illi tribuatur laudis, quòd octingentos uno extinxerit impetu, quia id quivis faceret è populo, modò cohors illa ex strenuo ac veterano milite constaret; quanquàm non vulgaris sapientiæ est à quâ hic in præsentia laudatur, rem ita moderari, ut sine ullo suorum detrimento tantam hostium multitudinem tam brevi facilèque

(1) Tropologicè, sancti qui in sapientiâ et virtute eminent, apud se et alios sunt humillimi et mansuetissimi, quasi vermiculi; idem tamen contra vitia et dæmones sunt fortissimi instar leonum. (Corn. à Lap.)

(2) Allegoricè, Jesbaam fuit typus Christi, qui *uno impetu*, id est, sermonis imperio, legionem expulit dæmonum, Lucæ 8, 30, ait Angelom.; imò in cruce superavit omnes dæmones, omnia peccata, mortem et infernum. Audi Rupert. lib. 2, c. 38: « In Christo fuit « spiritus humilitatis, quasi tenerrimus ligni « vermiculus, quo duce quasi vermem, et non « hominem se conteri perpessus est; in hoc « Verbum Dei est in unam eamdemque perso- « nam unitum homini, quod et fortitudo ejus « est, in quâ *percussit octingentos impetu uno*; « mortuus enim semel spoliavit inferos, et nunc « sedens in cathedrâ omnes judicaturus est, « vivos et mortuos. Quis omnium fortium an- « gelorum aut hominum hucusque pervenit? « Fuerunt post eum tres fortissimi, videlicet « Apostoli primi prædicatores Trinitatis, quo- « rum fortitudinem et nominibus propriis tres « illi primi ordinis fortes pulchrè exprimunt. » Hi tres Apostoli sunt, SS. Petrus, Jacobus et Joannes. (Corn. à Lap.)

confecerit. Sed credo illum solum, et ab aliorum omninò comitatu nudum rem illam et tentâsse audacter et perfecisse feliciter. Et ideò ille tantoperè laudatur à sapientiâ, in re videlicet militari, quæ facit, ut qui infirmus est, fortis appareat, et unus multorum hominum vires obtineat. Illam enim occasionem captare potuit homo strenuus et solers, ut octingenti vix instar habeant unius, ut si benè poti ac pasti somno jaceant, vinoque sepulti; si in loco sint angusto, depressoque conclusi, qui facilè urgeri possint et opprimi ex superiori loco. Sic videmus in opportuno rerum articulo à paucissimis plurimos esse superatos. Et ex eo quod ex historiis observârat Maro, à duobus fingit interfectos esse plurimos, qui onerati cibo ac potu, profundo fuerant somno soporati l. 9 Æneidos.

Sed occurrit hìc impeditus nodus, quem dissolvere non est leve negotium. Nam qui hìc occidisse dicitur octingentos, lib. 1 Paral. c. 11, tantùm narratur occidisse tercentos. Imò Josephus illius manu in eo congressu nongentos tradit cecidisse. Quid Josephus dixerit, non laboro, quia ipsius fides interdùm vehementer laborat. Sed quod à l. 1 Paral. nobis opponitur, non ita faciles habet explicatus. Sic enim ibi de Jesbaam c. 11, v. 11 : *Iste levavit hastam suam super trecentos vulneratos unâ vice.* Propter hunc locum quidam existimant non eumdem esse illum de quo in hoc l. 2 Reg., et illum de quo in l. 1 Par. Quod mihi nunquàm probari potuit, tùm quia in Hebraico nomine magna est utrobique similitudo, ut jam antea diximus; tùm quia tam qui hìc, quàm qui illìc positus est in primo ternario, princeps esse dicitur. Ego duas hìc invenio vias aut conciliandi utriusque loci, aut difficultatis exolvendæ. Altera est utrumque præstitisse, non tamen eodem loco ac tempore Jesbaam, et occidisse aliquando octingentos impetu uno, et alio tempore tercentos unâ vice. Illud prius, quia majoris erat bellicæ virtutis argumentum, collatum est in libros Regum, in quibus illustria magis atque præcipua consignantur : posterius autem scriptum est in libris tantùm Paralipomenon, qui, ut nomen ipsum præ se fert, et in hoc ipso capite constabit, illa præcipuè refert, quæ in libris Regum prætermissa sunt. Ita Abul. in hunc locum Paral. q. 11. Cur verò illa prætermissa fuerint, illa videtur esse causa, quia cùm ibi sacer historicus commendare voluerit illius tanti viri fortitudinem, cùm ab illo traderet occisos octingentos, non putabat fore necessarium, quidquam addere de minore interfectorum summâ.

Vel certè in utroque loco eamdem esse descriptam stragem, et idem omninò esse significatum, non tamen eodem numero atque figurâ verborum. Notum est, magnam aliquam multitudinem atque indefinitam disparibus admodùm numeris significari. Sic dicimus, *millies audivi, centies, decies, septies.* Quanta sit inter hos numeros differentia, quis non videt? at est eadem omninò significatio; nihil enim isti dicendi modi aliud sibi volunt, quàm sæpè aliquid, et usque ad nauseam ab aliquo fuisse narratum. Illud fortasse utroque loco significatum est; magnam hominum multitudinem ab illo robustorum principe fuisse sublatam, in altero octonario numero, qui perfectus est, in altero ternario, qui etiam multitudinem et frequentiam indicat, significatur. Utraque ratio videtur non inepta, minùs mihi displicet prior.

Libet hìc ad extremum adjicere id quod de hoc ipso verè omnium fortissimo tradunt Hebræi, ut in eorum Traditionibus in lib. Paralip. refert Hieronymus, non ut probem, quia jam à meipso supra improbatum est, sed ne quod aliis placuit, neglexisse videar. « Jesbaam filius Hachmoni, princeps inter triginta. *Jesbaam* interpretatur, *sedens in populo;* filius Hachmoni, id est, sapientissimus, ipse est David. Hoc est, quod in Reg. scribitur : « *Sedet in cathedrâ sapientissimus;* et minuitur de sapientiâ, quasi vermiculus ligni tenerrimus, propter peccatum, quod commisit in Uriam. Et cùm in Regum volumine dicat octingentos illum uno impetu interfecisse, propter ipsum peccatum, in Paralipomenon hìc dicit trecentos eum interfecisse. Unde et in Regum scribitur, *uno impetu.* » Hæc Hieronymus ex Hebræorum sententiâ, qui multa dicunt, quæ levia sunt, neque ullum habent in Scripturâ fundamentum probabile.

Antequàm ad enumerandos heroes hosce viros descendamus, qui in Davidis exercitu bellicâ gloriâ floruerunt, observo hos omnes, qui, ut ex versu 39 constat, numero fuerunt 37, in tres esse classes distributos pro singulorum meritis. Prima et secunda classis ternis constant; in tertiâ enumerantur reliqui usque ad 37, qui ad unum pertinent ordinem, licet illi, qui meritis aliis superiores sunt, in numerando priorem in suis ordinibus locum obtineant. In primo itaque ternario fuerunt tres;

de illorum primo satis à nobis dictum est, nunc de secundo.

Vers. 9. — Et post hunc Eleazar filius patrui ejus Ahohites, inter tres fortes. De hoc, quod ego viderim, nihil habemus ex Scripturâ sacrâ, ex quo aliquid commentatio nostra lucis accipiat. Ubi Vulgatus, *patrui ejus*, Hebr. est, *dodo*, quod nomen proprium esse potest et commune. Ego proprium esse non nego; neque enim aliquis patrui sui filius esse potest; eò tamen magis propendet animus, ut putem reverà filium esse patrui sui, non tamen verum et proprium, sed adoptivum aut legalem, quia videlicet patruus ille fuit, cujus semen excitavit verus Eleazari pater, qui hujus reverà pater fuit, quia ab illo genitus, fratri tamen mortuo ascriptus, ne illius periret nomen. Quod cavetur Deut. cap. 25, v. 5: *Quando habitaverint fratres simul, et unius ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus, et suscitabit semen fratris sui, et primogenitum ex eâ filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen ejus ex Israel.* Erat itaque è duobus fratribus naturalis filius fratris vivi, id est, parentis sui, legalis verò fratris mortui, id est, patrui. In hunc ego sensum accipio hunc locum, ne discedam à translatione vulgatâ. Alii fermè omnes illud *dodo* nomen esse proprium arbitrantur, quod etiam indicant Septuaginta, qui nomen retinent *Dudi*, cùm tamen priùs patrui sui appellâssent filium. Tenet apertè Josephus. Quorum ego non improbo sententiam; probo tamen priorem, quia et ipsa difficilis non est, et magis cum vulgatâ translatione consentit.

Quando exprobraverunt Philistini, et congregati sunt illuc in prælium. Quando hæc acciderint, neque divinare quidem possum, quia hujus rei in nullo præliorum, quæ adversùs Philistæos gesta sunt à Davide, vestigium invenio. In lib. 1 Paralip. c. 11, v. 13, nomen additur loci, qui appellatur *Phesdomin*, et dicitur ibi ager regionis esse plenus hordei, maturi videlicet ad messem, ubi indicatur tempus, sicut etiam dotatus fuerat locus. Sed nobis, qui illorum præliorum obscuram habemus cognitionem, quia minuta quædam et levia nonnunquàm sacer prætermittit historicus, videtur aliquod fuisse illorum præliorum, quæ supra, cap. 21, commemorantur. Fuerunt autem quatuor, in quorum ultimo credo contigisse hoc Eleazari factum egregium. Quod ideò mihi persuadeo, quia in eo quarto bello exprobrâsse dicuntur Philistini, nempe Dei populo, et ipsi etiam Deo. Sic enim illo cap. 21, v. 21, de viro giganteæ molis: *Et blasphemavit Israel.* In quibus quatuor bellis cùm multa acciderint præclara, ut verisimile est, nihil tamen ibi legimus aliud quàm totidem gigantes ibi servorum Davidis manibus cecidisse.

Vers. 10. — Cumque ascendissent viri Israel, ipse stetit, et percussit Philistæos, donec deficeret manus ejus, et obrigesceret cum gladio. *Ascendere*, hoc loco idem esse puto quòd *fugere*. Quod satis indicatur lib. 1 Paralip., ubi v. 13, legimus: *Fugeratque populus à facie Philistinorum.* Fuit autem opus planè admirabile, conversum esse in fugam vincentium exercitum, quem populus tantus sustinere non poterat, et eodem tempore fractos fuisse animos inimicorum, et confirmatos illos quibus jam videbantur et fractæ vires et spiritus abjecti; nam statim dicitur revocatos fuisse à fugâ eos qui in fugâ salutis sibi præsidium collocârant, et spolia cepisse ex debellato ac fuso inimicorum exercitu.

Sed hic observandum, non stetisse hunc Eleazarum solum in acie et hostiles sustinuisse atque fugâsse acies. Nam cum illo stetit etiam aut Jesbaam, qui in hoc ternario numeratur primus, aut, quod potiùs reor, Semma, de quo statim. Quod apertè colligitur ex lib. 1 Paralip. cap. 11; nam cùm dixisset bellum illud, in quo mira apparuit Eleazari fortitudo, commissum fuisse in agro, statim additur: *Hi steterunt in medio agri, et defenderunt eum. Cùmque percussissent Philistæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo.* Et quidem si hoc tantum facinus solus edidisset Eleazar, non erat cur illi præponeretur Jesbaam, cùm factum istud egregium multò fuerit superiore præclarius.

Donec deficeret manus ejus, et obrigesceret cum gladio. Experimur quotidiè ex magno aliquo, longoque labore obrigescere manus, atque ita stupere et contrahi, ut nec laxari possint nervi aut explicari digiti. Vatablus hic spasmum agnoscit, alii lassitudinem. Josephus lib. 7, cap. 10, aliquid affirmat satis, opinor, alienum à rerum naturâ: ait enim congressum esse Eleazarum cum hostibus, et ex illis eam occidisse multitudinem, ut illorum sanguine manus adglutinaretur gladio. Scio textum Hebraicum, et Septuaginta translationem, et recentiores alias dicere capulo adhæsisse manum; hoc tamen fecit aut spasmus, aut

stupor, qui contractos digitos cum capulo constrinxit; non sanguis, cujus ea vis non est, ut manum imbutam alieno cruore diverso corpori adglutinare queat.

Vers. 11.—Et post hunc Semma filius Age(1). Idem penè quod Eleazar præstitit in agro hordei pleno, fecit Semma in agro pleno lentis. Ille tamen ideò fortasse priori loco ponitur, quia aut plures inimicos occidit, aut plurium sustinuit impetum, aut rem peregit breviter magis et alacriter, aut aliquid tandem in ejus victoriâ observatum est, quod hominem majori nobilitavit gloriâ. Hic in lib. 1 Paralip. omissus est, nisi dicamus hunc simul cum Eleazaro stetisse in agro et Palæstinos hostes, et gravi affecisse plagâ, et in fugam denique convertisse. Cui cogitationi favet, quòd uterque rem gessisse dicitur in agro pleno, alter hordeo, alter lente. In hoc aut illo semine non multùm moror, quia utroque semine ager ille satus esse potuit, aut ex utroque in aream comportata messis, ut docent Cajetanus et Hugo, et Vatablus ad hunc locum Paralipomenon. Neque sine causâ dicitur in lib. Paralip. in numero multitudinis : *Hi steterunt in medio agri, et defenderunt eum.* Et facit ad hoc quòd Semma defendisse quoque traditur agrum lente plenum. Et in hanc ego cogitationem maximè propendeo, quam tenent Lyra, Hugo. Neque in eâ video aliquid esse distortum.

Vers. 12. — Stetit ille in medio agri, et tuitus est eum. Hoc est, quod supra dicebamus, cùm sermo esset de Semma, qui ad defendendum agrum simul stetit cum Eleazaro. Veniebant sæpè vicini hostes ad aliorum fines, et illorum sternebant et populabantur agros, sive conculcando illos, cùm seges esset in herbâ, aut quando jam esset matura, falci ignem injiciendo, quem concipiebat facilè arida materies. Sanè id fecerunt olim Madianitæ infensi vehementer Hebræorum nomini, Judic. cap. 6, v. 4 : *Qui apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant, usque ad introitum Gazæ, nihilque omninò ad vitam pertinens relinquebant in Israel.* Cùm ergo fugæ se dedissent Israelitæ, neque haberent Palæstini in quos antiquum et penè naturale odium evomerent, in illorum agrum lentis et hordei plenum converterunt impetum, sive incendendo aridam materiam, sive virentem adhuc conculcando. Tunc autem sese duo maximi Israelitici generis heroes opposuerunt usque adeò felici conatu, ut conciderent exultantes hostes, et populo à fugâ revocato spoliandos tradiderint.

Vers. 13. — Necnon et ante descenderant tres, qui erant principes inter triginta. Hic dubitant interpretes, quinam hi tres fuerint, qui ex cisternâ Bethlehem aquam attulerunt; et quidam illos tres esse putant, quorum proximè nomen audivimus. Ita tenet Josephus lib. 1, cap. 10, Vatablus et Mariana. Et favet quòd illud, *descenderant*, non benè convenit in eos qui sequuntur, quia tempus est plusquàm perfectum; optimè verò in illos qui præcessêre proximè. Quasi dicas : Ante illa præclara, et verè heroica facinora, quæ illorum trium quilibet seorsùm patravit, jam omnes simul aliud gessisse planè mirabile, cùm per media inimicorum castra aditum sibi aperuerunt ad cisternam Bethlehem, ut inde ad regis votum aquam haurirent.

Verumtamen alii frequentes præclarum hoc opus tribus qui statim succedunt, attribuunt. Abulensis, Cajetanus, Hugo, Historia Scholastica, et ita etiam opinantur Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert ad hoc caput Hieronymus. Neque illud, *descenderant*, quidquam incommodat communi sententiæ. Aut enim quæ tres superiores fecerunt, in posteriori bello contigêre, ex illis duobus quæ gessit David contra Philistæos cap. 5, aut in quatuor aliis, de quibus proximè cap. 2, et quæ tres isti, priori, in quo David descendisse traditur in præsidium, id est, in speluncam Odollam. Quando ergo alii virtutis suæ ediderunt documenta præclara, jam isti ex cisternâ aquam ad Davidem attulerant. Aut certè, quia sicut præteritum perfectum sæpè pro plusquàm perfecto ponitur, sic etiam plusquàm perfectum non rarò pro perfecto sumitur. Cujus ea est ratio, quia in Hebræo pro utroque tempore una tantùm terminatio est. Neque est improbabile istos tres esse de illorum numero, qui lib. 1, cap. 22, venerunt ad David, cùm esset in speluncâ Odollam, quo tempore fugiebat Saülem; et de illo tempore hunc esse sermonem. Quasi dicat, illos, qui ad Davidis votum aquam attulerunt è cisternâ, jam antè cum illo, cùm res esset angustior, simul vixisse. Porrò quatuor centum homines eo tempore convenisse ad Davidem,

(1) Congregati sunt Philisthiim in statione : Hebræus : *Collecti sunt Philisthiim ad Chaiah ;* vel, *ad bestiam,* vel potiùs, *ad locum* appellatum *Lechi,* vel *ad Maxillam.* Ibi Samson mandibulâ asini pro gladio usus Philisthæos cæcidit. Vertunt nonnulli : *Collecti sunt in villâ.* Syriacus et Arabs : *Collecti sunt ad fugandas belluas silvestres.* Æquissima omnium videtur interpretatio : *Ad Maxillam.* (Calmet.)

et eidem fidelem operam præstitisse, constat ex lib. 1, cap. 22, è quorum numero fuit Abisai unus eorum, qui ad cisternam Bethlehem per media inimicorum castra penetrârunt. Sed de hâc re statim pluribus, ubi hæc posteriora minùs probabuntur.

Hi porrò inter triginta dicuntur esse principes, non quia illi ex illo fuerint tricenario numero, sed quia illis triginta viris fuerunt fortiores. Ut enim ad trium priorum gradum non ascenderunt, sic neque æquales habuerunt sibi triginta alios, qui deinde numerantur. Neque illud, *inter*, quod tres illos viros in tricenario numero includere videtur, admodùm incommodat; notum est enim particulam *min*, seu litteram ם *mem*, pro quâ Vulgatus hoc loco, *inter* supposuit, et lib. 1 Paralip. cap. 11, *de*, excelsum significare tam in comparativo, quàm in superlativo gradu. Quare ubi hæc reperitur particula, non necesse est, ut qui excedit, eodem includatur numero atque ordine, quo alii, quibus præstat: idem enim valet quòd *præ*, quod noster interpres aliquando reddit, *de*, *præ*, *à*, *ab*, *ex*, sicut etiam nunc *inter*. Exemplorum satis est in Scripturâ; pauca ex multis accipe. Oseæ cap. 10: *Ex diebus Gabaa peccavit Israel*, id est, graviùs quàm peccârunt Gabaitæ; *dies* enim eo loco ponitur pro peccatis, quæ diebus illis patrata sunt in Gabaa. Vide quæ nos ad illum locum, et Ezech. cap. 16, v. 52: *Vicisti sorores tuas peccatis tuis sceleratiùs agens ab eis*, id est, præ eis. Psal. 137: *Mirabilis facta est scientia tua ex me*, id est, supra quàm ego illam assequi perscrutando queam. Juxta hæc illud, *inter triginta*, aut ut habemus in Paral. *de triginta*, pro quo Hebraicè est *mehaselosim*, sic explico, *præ triginta* id est, fortiores sunt illis triginta qui statim numerantur.

Sed antequàm hinc emergo, observo post hos tres viros in hoc capite numerari triginta unum, et in lib. Paralip. multò plures. Sed nihil est incommodi; nam Scripturæ mos est, ut minores et imperfecti numeri ex numero perfecto ac pleno succidantur. Quo modo cap. 2, supra v. 11, David regnâsse dicitur in Hebron septem annos et menses sex; et tamen lib. 3, cap. 2, v. 11, decisis ex eo numero sex mensibus, septem annos regnâsse traditur. Quòd plures in Paralipomenon numerentur, ea ratio est, quæ nobis sæpiùs erit adducenda necessariò, quia in eo libro, ut nomen ipsum præ se fert, illa adduntur, quæ in libris Regum videbantur omissa; fuerunt quidem viri triginta fortissimi, quorum in hoc libro nomina legimus; sed fuerunt etiam plures alii, virtute, reque militari præstantes, quorum nomina in illius temporis annales relata fuerant, qui, cùm priùs in historiâ Regum forent omissi, in librum postea Paralipomenon relati sunt.

Et venerant tempore messis ad David in speluncam Odollam, et castra Philistinorum erant posita in valle Gigantum. Quodnam fuerit hoc bellum, incertum est, cùm tantùm illius in Scripturâ sacrâ nomen occurrat, cùm virorum fortium texitur catalogus. Quis locus fuerit, ubi hoc accidit trium virorum facinus egregium, obscurum est. Constat lib. 1 Reg. cap. 22, Davidem in speluncâ Odollam aliquandiu fuisse commoratum. Quòd verò hoc tempore in illâ speluncâ non fuerit, satis videtur esse verisimile. Neque enim locus, ubi erat spelunca, accommodatus erat ad explicandas acies, neque tunc eo in statu erat David, ut speluncam eligeret illam, quæ non tam erat apta fortium virorum statio, quàm miserorum et fugitivorum diverticulum. Ita putat Abulensis q. 15, et apertè Josephus lib. 7, c. 19, qui dicit, quo tempore accidit, quod hìc audimus de cisternâ Bethlehem, Davidem fuisse Jerosolymæ.

Verumtamen plerique eò inclinant, ut putent ad speluncam Odollam tunc temporis constitisse Davidem, et inde per medios hostes à tribus viris ferro apertam esse viam ad cisternam Bethlehem. Et quidem textus in aliam explicationem nisi admodùm invitus trahi non potest. In quam sententiam ideò magis inclino, quia non videtur Odollam à valle Gigantum separari posse, quæ vallis etiam vocatur Raphaim, ut habes lib. 1 Paralip. c. 11. Quo loco, ut ex c. 5 liquet, David duo cum Palæstinis commisit secunda bella; quæ deinceps, quia ibi fugati sunt, atque dispersi Palæstini, ab eventu appellari cœpit Baalpharasim. Ibi autem auditur præsidii nomen, sicut etiam tam hoc loco, quàm lib. 1 Paralip.: *Et David erat in præsidio*. Sicut etiam lib. 2 Reg. c. 5, v. 17, ubi David descendisse dicitur in præsidium, cùm Philistini essent diffusi in valle Raphaim. Porrò speluncam Odollam vocatam esse præsidium, habemus ex l. 1 Reg. c. 22, ubi v. 4 et 5, spelunca Odollam per antonomasiam, opinor, appellatur præsidium. *Dixitque Gad propheta ad David* (cùm esset in speluncâ Odollam): *Noli manere in præsidio, proficiscere, et vade in terram Juda.*

Ex his ego conjectare posse videor, hoc bel-

lum, in quo aquam ex cisternâ Bethlehem desiderâsse dicitur David, fuisse primum quod cum Palæstinis iniit David, cùm primùm Jebusæis abstulit Jerosolymam, et in eâ construxit arcem Sion, quam ex suo nomine civitatem appellavit Davidis. Tunc enim diffusi sunt Palæstini in valle Raphaim, quibus egressus è Jerosolymâ occurrit David, et utpote magis opportunum locum, elegit stationem, quæ vulgò *præsidium* dicebatur, lib. 1 Reg. c. 5, v. 17 : *Ascenderunt universi Philistiim, ut quærerent David; quod cùm audiisset David, descendit in præsidium; Philistiim autem venientes diffusi sunt in valle Raphaim.* Vide quid nos supra ad illum locum.

Cur vallis illa vocata fuerit Baalpharasim, jam proximè diximus, quia nempe fugati atque dispersi fuêre Palæstini. Cur verò priùs appellata fuerit vallis Gigantum Latinè, et, quod idem est, Hebraicè vallis Raphaim, nihil dici potest nisi divinando. Fortasse ibi aut perierunt, aut aliquid egerunt egregium viri fortes, qui etiam dicuntur gigantes, vel Raphaim; quo modo lib. 2 Reg. c. 2, v. 16, locus ille, ubi duodecim ex parte David, ut multi putant, et totidem ex parte Isboseth congressi perierunt, appellatus est ager robustorum. Sed hujus aut belli, aut nominis nullum ex Scripturâ sacrâ vestigium habemus.

Vers. 14. — Porrò statio Philisthinorum tunc erat in Bethlehem. Sicut tempore Saülis quædam erat Palæstinorum statio in Gabaa, donec illam Jonathas, postquàm ibi diu inveterarât, expulit, de quâ nos pluribus lib. 1 Reg. cap. 13, v. 3, sic puto Philistinos stationem habuisse in Bethlehem, id est, stativa castra, aut præsidiarios milites, qui subjectum populum in fide atque officio continerent. Vide quæ nos supra de statione Philistinorum in Gabaa, et eadem in hunc transcribe locum, quia non minùs hìc sunt, quàm illìc opportuna. Ex quo etiam disce Bethlehem tunc temporis esse in Palæstinorum potestate; ab eo fortasse tempore, quo in montibus Gelboe cecidit Saül, et fortes Israel. Neque ab eo tempore licuit Davidi patriam suam à Palæstinorum dominatu vindicare, cùm nondùm esset omninò regni compos, et domesticis adhuc implicaretur bellis. Quare cùm aquam desiderabat è cisternâ Bethlehem, id scilicet optabat, ut sibi cisternæ illius commoditate, quasi pacifico domino liceret frui. Quæ cogitatio mihi valde probatur.

Vers. 15. — Desideravit ergo David, et ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem juxta portam (1)! Spectabat, credo, David natale solum ex præsidio, quod erat ad speluncam Odollam; quod situm erat juxta speluncam, si quid erat ibi manu factum, quod speluncæ, id est, comparato ab ipsâ naturâ præsidio, aliquid afferret firmitatis

(1) *David étant pressé de la soif, dit : Oh! si quelqu'un me donnait à boire de l'eau de la citerne qui est à Bethléhem! Aussitôt ces trois vaillants hommes passèrent au travers du camp des Philistins, allèrent puiser de cette eau, et la lui apportèrent. Mais David n'en voulut point boire.* Il y a des actions qui sont petites en elles-mêmes, et qui sont néanmoins sans comparaison plus estimables que celles qui ont le plus d'éclat aux yeux des hommes. Celle que fait ici David est de ce nombre. Il ne s'agit point de s'exposer à un grand péril, ni de gagner une bataille. Il ne s'agit que d'un verre d'eau, qu'il désire quand il a soif, et qu'il refuse lorsqu'on le lui présente. Mais les circonstances qui accompagnent cette action la rendent très-digne de l'estime de tous les sages.

David apparemment avait fait ce souhait comme on en fait quelquefois, sans s'imaginer qu'il dût avoir aucune suite. Mais la prompte obéissance de ses gens fait voir que les désirs des princes passent pour des commandements dans l'esprit de ceux qui ont un grand respect et une affection sincère pour leur personne. Il fut surpris lorsqu'on lui présenta cette eau, et quand il eut considéré, dit saint Ambroise, à quel prix elle avait été achetée, il considéra plus *le péril* des siens que le besoin qu'il ressentait, et sa bonté lui fit oublier sa soif. Il crut, que « comme elle était le fruit d'une « magnanimité si extraordinaire, il en devait « faire un sacrifice à Dieu : *Ut quæ erat virtutis « insigne, fieret sacrificium pietatis.* Il apprit « ainsi aux rois, ajoute le même père, à ne « pas aimer qu'on leur procure des satisfactions « qui coûtent si cher, et à prendre plaisir de « ménager le sang et la vie de leurs sujets. » Théodoret remarque avec raison que l'état d'oppression et d'accablement où David était alors par la violence de Saül, a pu contribuer beaucoup à lui inspirer une modération si digne de sa vertu. Car on ne peut voir sans étonnement et sans douleur combien il est devenu dissemblable à lui-même, lorsqu'il a passé du comble de la misère au plus haut point de la grandeur, quoiqu'il n'y ait été élevé qu'en suivant exactement les ordres du ciel. Il refuse pendant son malheur de boire de l'eau, parce que ses gens n'ont pu la lui apporter sans s'exposer à la mort; et lorsqu'il est roi, il ne craint pas de ravir l'honneur et la vie à l'un de ceux qui sont nommés ici par le Saint-Esprit entre les plus vaillants hommes de son armée. Ceci nous fait voir que ce n'est pas un bonheur selon Dieu que d'être élevé au-dessus de tous les autres; que les grandes fautes suivent de près la grande puissance; et que la vertu la plus pure aurait bien de la peine à se conserver sur le trône, quand ce serait Dieu même qui l'y aurait fait monter.

(Sacy.)

et commodi. Cùmque meminisset in portâ civitatis, in quâ de more gentis Israelitidis maximum esse solet urbium munimentum, et quam tunc obtinebat Philisthinorum statio, cisternam esse, ex quâ ipse diu, ac sæpè biberat adolescens; desiderio tùm patriæ, quam videbat occupatam ab hoste, tùm aquæ, cujus tunc aut laborabat inopiâ, aut suavitate capiebatur, dixit: *O! si quis mihi daret*, etc. Hìc nobis, quando locus iste celebris est, et ab aliis sæpè varièque versatus, explorandum est, quid hìc tantoperè desideraverit David, quam sitim hæc verba præ se ferant.

Neque hìc laboro, quid hoc loco somniârint Hebræi, qui ut aliquid dicant populare et ad plausum, nihil non audent, etiam Scripturæ sacræ contrarium. Illi enim dicunt, ut refert Abulensis q. 22, non misisse David ad aquam illam fortes de præsidio, imò neque desiderâsse aquam, sed misisse viros, qui sapientes consulerent, qui tunc erant in Bethlehem, quorum nota tunc erat et celebrata sapientia, et ab illis discerent, an David comburere posset segetem Israelitarum, ut etiam cremaret, et perderet Philistinos, qui in illâ latentes Hebræis securis et incautis insidias instruerent. Et addunt responsum esse à sapientibus Bethlehem, id salvâ religione fieri non posse. Hæc illorum cogitatio. At ratio melior, quæ illos in hanc sententiam adduxit. Audierant enim quòd Semma agrum plenum lente aut hordeo à Philistinorum manu defendisset. Neque magis placet quod ex Hebræorum sententiâ in Traditionibus ad lib. 1 Paralip. cap. 11, refert Hieronymus, nempè non optâsse Davidem aquam de cisternâ Bethlehem, sed voluisse experiri, ecquid esset in militibus audaciæ ac fidei ad præstandum si quid esset ad regis votum, aut ex usu reipublicæ; atque ideò postea libâsse Domino aquam in gratiarum actionem, quòd viros usque adeò strenuos Israeli concesserit; hæc ita sunt levia, ut nullâ indigeant confutatione, cùm suâ se improbabilitate ac levitate jugulent.

Duæ sunt explicationes aliæ, quæ plus habent fundamenti ac fidei. Altera est communis, quæ verè hìc in Davide aquæ ex cisternâ illâ desiderium agnoscit; neminem nomino, ne omnes fermè nominem interpretes, et quotquot hujus Davidis sitis, et trium virorum audaciæ meminerunt. Neque leve est argumentum, quia hoc ipsum intellexerunt tres illi viri, qui ut regis voto satisfacerent, aquam per media Palæstinorum castra, et mille sequentia tela quæsierunt, hauseruntque ex cisternâ, et ad suum denique regem detulerunt. Adde, quod nonnulli putant, in Davide molle hoc fuisse atque muliebre desiderium; atque ideò Davidi in verbo, *desideravit*, genus datum esse femineum. Neque enim ibi est terminatio masculina *vatecah*, sed feminea *vatecal*, quasi in hoc appetitu, qualis esse solet in prægnante feminâ, muliebre potiùs ostenderit, quàm virile pectus. Quale prorsùs non esset, si in re usque adeò periculosâ et arduâ experiri vellet suorum ad quemcumque conatum robur et audaciam. Josephus, à quo sumpserunt alii, hanc Davidis sitim in hunc modum exponit: *Dixit*, inquit, *ad suos David: O quàm bonam aquam habemus in patriâ meâ, maximè in cisternâ, portæ vicinâ! O si quis eam mihi afferret! id certè mallem, quàm multùm argenti accipere.* Hæc Josephus, qui in eo peccat, quòd tunc Davidem fuisse testatur Jerosolymæ. Cui ex nostris nonnulli subscribunt. Quod planè verum non est, cùm id accidisse constet, ut paulò antè probavimus, ad speluncam, seu præsidium Odollam. Rab. David dicit habuisse Davidem in castris aquam non puram ac facilè poculentam, atque ideò aquam optâsse meliorem ex cisternâ Bethlehem. Sed nimis delicatum Rabbinus iste facit Davidem, qui aquam appetat illimem et dulcem, cùm alii limosam bibant, et graviter olentem, quasi David non esset, dùm pastoritiam vitam ageret, et dùm sylvas incoleret ab hominum convictu profugus, aquis assuetus cœnosis et obviis, maximè cùm hoc prælium accideret sub ipsa Israelitici dominatûs exordia, quando vix libârat regiæ mensæ, fortunæque delicias.

Hæc sententia plurimùm valet patronorum auctoritate et pondere; cui etiam favet modus ipse loquendi, qui cisternam sonat et aquam Bethlehemiticam, quæ etiamsi non esset aliis pluvialibus aquis purior et suavior, eo tamen nomine Davidi gratior esse potuit, quòd illi è primis annis assuevisset, et quòd in natali solo, quod mirâ indigenas afficit suavitate. Notum est, et proverbiale studium hominum, et amor in patriam, et quàm illa placeant, quibus à primis annis assuevimus; ut cœli temperies, in quâ nati sumus, et aura quam ab incunabulis haurire cœpimus, plurimùm juvant corporis valetudinem, quam interdùm jam deficientem instaurant: sic etiam alimenta, aut pocula, quæ à principio gustavimus, licet sylvestria et rustica, et palatum mulcent, et sto-

machum firmant, et oblectant. Novi ego, qui cùm aquis abundaret maximè ad salutem et palatum, tamen è patrio fonte aquam sibi jubebat afferri, quæ tamen sic erat insuavis et crassa, ut nemo illam, nisi extrema urgeret sitis, appeteret. Sic ergo reor in cisternâ Bethlehem nihilò meliores esse aquas, quàm quæ in aliis cisternis è cœlestibus pluviis esset collecta; fecit tamen patriæ memoria, et naturalis amor, ut aqua, quæ ex patriâ cisternâ hauriretur, multò esset jucundior, multò magis ad stomachum.

Nihilominùs placet multò magis illa sententia, quæ putat aliud hic desiderare Davidem, significatum in aquâ, non aquam ex cisternâ Bethlehem; nempè liberare patriam, quam ab hostium præsidiariâ cohorte occupari videbat. Quod debere se putabat patriæ, quæ illum primùm nascentem vidit et à quâ habuit spiritum, quem susceptus in lucem infans hauriret, et amori suo, quo illam prosequebatur ardenter, quasi mollia tenellæ ætatis incunabula, quæ mille habent suavitates, quæ mirè oblectant, et capiunt indigenarum animos, et officia plurima, quæ omnem curam ac studium à civibus non solùm exigunt, sed etiam extorquent. Quâ de re multa gentiles, tu pauca accipe. De amore in patriam, et quàm suaviter capiat indigenarum animos, est illud Ovidii lib. 1 de Ponto, eleg. 4 :

Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos
Ducit, et immemores non sinit esse suî.
Quid melius Româ? Scythico quid frigore pejus?
Hùc tamen ex illâ barbarus urbe fugit.
Cùm benè sint clausæ caveâ Pandione natæ,
Nititur in sylvas quæque redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones,
Nec feritas illos impedit, antra petunt.

Quantùm quisque è patriæ conspectu atque usu voluptatis capiat, docuit optimè Cicero lib. 1 de Oratore, Ulyssis exemplo. *Nostra*, inquit, *patria delectat, cujus rei tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquàm nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponat.* Quantùm verò patriæ debeat, docuit idem.

Hoc verò, meo judicio, explicat modus ipse dicendi; cùm enim aliquis aut degere significatur in aliquo loco, aut ad illum aspirat, hoc aliquando declaratur modo : Bibit aquas hujus vel illius fontis aut fluminis; aut ex hoc vel illo fonte, ac flumina potare desiderat. Sic Maro lib. 7 Æneid., eos qui regionem prope Fabarim atque Tiberim incolunt, his verbis significat :

Qui Tiberim Fabarimque bibunt.

Et eclog. 1, eodem sensu dixit :

Ante pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Sic Ovid. epist. Medeæ, hoc modo Græci dicuntur venisse Colchos :

Cur unquàm Colchi Magnetida vidimus Argon,
Turbaque Phasiacam Graia bibistis aquam?

Martialis in Amphitheatro epig. 3, de populis orientalibus :

Et qui prima bibit deprensi flumina Nili,
Et quem supremè Tethyos unda ferit.

Sic ergo nunc desiderat David bibere de cisternâ Bethlehem, quia desiderat, depulsis inde Palæstinis, aut habitare ipse tanquàm in possessionne propriâ sine metu atque interpellatore; aut certè efficere, ut cognati, et contribules ibi sine ullâ perturbatione atque periculi suspicione vivant. Hæc videtur regio animo digna cogitatio, qui piè dolet de patriâ ab inimicorum statione possessâ, et secum meditatur, quomodò illam suis, suoque populo liberè restituat. Porrò in aquâ quæ ex aliquo fluvio, sive fonte portatur, aut terræ glebâ, significari possessionem illius regionis unde utrumlibet horum sumptum est, atque ideò aliquid horum à regibus in viâ portari solitum, diximus in nostris Commentariis in Danielem. cap. 8, v. 2.

Neque rationes, quæ contraria suadent, ejus modi sunt, ut ab hâc sententiâ attentos animos abducant. Militum enim animi non sunt adeò exculti, ut quæ dicuntur obscuriùs, aut expendant aut curent; sed quidquid primùm acceperunt, confestim arripiunt; et quia ambitiosè à militari virtute gloriam captant, in omne se discrimen sine ullâ consideratione conjiciunt. Sanè Persius milites stupidos appellat, idque, ut reor, proverbiali specie, satyrâ 3 :

Hìc aliquis de gente hircosâ centurionum
Dicat, quòd sapio, satis est mihi.

Et satyrâ 5, idem :

Dixeris hæc inter varicosos centuriones,
Continuò crassum ridet Pulfenius.

Quòd verò hoc Davidis desiderium, quasi aliquid esset non virile, et masculæ virtutis, sed muliebre ac molle, per genus femineum

significatur, non nimis hanc sententiam premit in oppositum. Nam omnes fermè, qui hoc dicendi genus attigerunt, aliquid hìc putant subintelligendum ad femineam illam terminationem accommodatum. Pagninus animam intelligit, et ex eo plures alii, idque ex sententiâ etiam Hebræorum lib. 2 Institutionum cap. 3.

Vers. 16. — Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, et hauserunt aquam. Vixdùm audierant isti viri heroes Davidis vocem, cùm sese ad explendum regis votum expediunt, parati quidvis agere et pati, dummodò regis satisfaciant desiderio, et sibi militarem gloriam captent. Neque quid rex illâ voce ac siti significaverit, aut quod esset regis desiderium, expendunt aut rogant; sed cæco prorsùs impetu in manifestum se periculum conjiciunt. Cùmque non esset ulla via ab illo præsidio in Bethlehem, nisi per medias inimicorum acies, irrumpunt audacter per intenta tela, et ad cisternam usque integri perveniunt, duobus perfuncti periculis, et quod priùs à castris, et quod deinde à Philistinorum statione proponebatur. Neque minùs ab hoste jam magis attento ac vigilanti in reditu timendum fuit, cùm eadem essent repetenda vestigia, et aliquod præterea afferret impedimentum vas aquâ plenum, quod ad regium votum portabatur.

At ille noluit bibere, sed libavit eam Domino(1). Non, credo, putabat rex, ut putat Abul., q. 23, futurum quemquam usque adeò audacem ac temerarium, qui per viam tot armatorum hominum millibus impeditam ingressus, in interitum rueret voluntarium. Neque egredientes vidit, neque egressuros putabat, quos, ut opinor, audacissimo conatu cohiberet, cùm periculum esset certum, neque de suâ siti ac voto admodùm laboraret; et talium virorum, si quid adversum accidisset, jactura esset non levis. Quare ne quis existimaret tam vilem se habere subditorum salutem, ut illam pro re tantulâ in discrimen offerret, et ut alii intelligerent, se prorsùs ignaro atque invito, allatam esse aquam cum tantorum virorum impendio, exhorruit, ubi illam offerri sibi vidit, non secùs atque si tres illi viri exanimes ad suum conspectum forent adducti. Atque ideò noluit eam bibere, ne videretur illorum potare sanguinem, quem effudisse videri poterat, cùm miraculi instar esset, inter tot tela et armata Philistinorum odia, non fuisse effusum, et animam ereptam.

Sed libavit Domino. Libavit David aquam illam, quam libenter potaret, sed libavit Domino, quasi victimarum obtulisset sanguinem; sic enim ipse interpretabatur, cùm dixit: *Num sanguinem istorum bibam? et animarum periculum?* Quod verissimè dixit sapientissimus princeps. Cùm enim non sanguinis solùm milites illi, sed etiam animarum periculum adiissent, non aquam se accepisse interpretabatur David, sed sanguinem et vitam illorum. Hoc est sapientium judicium, qui non donum considerant, sed animum et studium, et quid in re quâlibet positum esset impendii. Vile aliquid est, et leve, vas aquæ plenum, sed sanè neque leve est, neque vile pro alicujus voto adiisse sanguinis vitæque discrimen. Quare sanguinem se putabat bibiturum David, si aquam biberet tanto emptam, allatamque periculo. Quâ in re duo præstitit regio verè animo dignissima David; et quòd ab aquâ, quam tantoperè sitiisse vi-

(1) Quare David hìc heroicum actum elicuit non unius, sed multarum virtutum. Primò, mortificationis; nam, ut ait Angelom., « in « sacrificium Domini effusa aqua eversa est, « quia culpam concupiscentiæ mactavit per « pœnam reprehensionis suæ. » Secundò, bonæ ædificationis et exempli; nam, ut ait Eucherius, « vicit naturam, ut sitiens non « biberet, et exemplum de se præbuit, quo « omnis exercitus disceret sitim tolerare. » Addit S. Ambr. Apol. 1 Davidis c. 7: « Exercuit « etiam subditos ad virtutis officium, ut etiam « per pericula regali imperio voluntarii milites « obtemperarent. Quòd autem noluit bibere, « declaravit probandorum militum se impe- « rasse gratiâ, non sitis victum necessitate, « prospexisse etiam ne cui regum bibendi usus « alienis periculis quæreretur. Postremò, piæ « vulnus conscientiæ deprecatum, eò quòd « aqua tot virorum quæsita sanguine suavita- « tem bibendi habere non posset, quæ præpo- « sitæ mortis horrore constaret. »

Allegoricam causam S. Ambros. ibidem assignat: « Sitiebat David, inquit, non aquam « de lacu qui est in Bethlehem, sed oriundum « ex virgine Christum spiritu prævidebat. Vo- « lebat ergo bibere non aquam fluminis, sed « potum gratiæ spiritalis, hoc est, non aquarum « sitiebat elementum, sed sanguinem Christi. « Denique non bibit oblatam aquam, sed Do- « mino libavit, significans sitire se Christi sa- « crificium, non naturæ fluentum; illud sa- « crificium, in quo esset remissio peccatorum; « illum sitire se fontem æternum, non qui « periculis quæreretur alienis, sed pericula « aliena depelleret. » Eadem ex Ambrosio habet et transcripsit Eucherius, Beda et Angelomus. Quocirca Methodus Orat. in Hipapantem, Deiparam ita alloquitur: « Tu Bethlehemitica illa « cisterna, quam velut vitæ refocillatricem « David desideravit, ex quâ immortalitatis po- « culum cunctis emanavit.

(Corn. à Lap.)

debatur, abstinuit, quod ejus est, qui suis affectibus securè dominatur; et quòd non vile existimavit donum alioqui exiguum, quia videbat in eo non sanguinem solum, sed etiam animos illorum, à quibus esset oblatum. Quod expendendum esse dicebat Seneca lib. 1 de Beneficiis cap. 6 : « Beneficium, inquit, non in « eo quod fit aut datur consistit, sed in ipso « dantis autfacientis animo » et statim cap. 7 : « Nonnunquàm magis nos obligat, qui dedit « parva magnificè, qui regum æquavit opes « animo, qui exiguum tribuit, sed libenter, » etc. Neque exiguum fuit præstantis animi documentum temperâsse sibi (si statuamus sermonem hìc esse de aquæ poculo), ab eo quod tantoperè appetiisse videbatur. Fecit aliquid simile olim Alexander, ut auctor est Quintus Curtius lib. 7, qui cùm extremâ siti laboraret, oblatam aquam accipere noluit, quia durum putabat, et parùm regium, si ipse solus sitim extingueret, aut levaret suam, cùm alii eo tempore nihil haberent, quo arida præ siti corpora reficerent. « Tunc, inquit, poculo « pleno, sicut oblatum est, reddito: Nec solus, « inquit, bibere sustineo, nec tam exiguum « dividere omnibus possum. »

Multa Patres de hâc aquâ non haustâ à Davide, sed libatâ Deo. Vide Ambrosium lib. 1 de Jacob et vitâ beatâ, cap. 1; Chrysost. in Psal. 50. Vides quomodò David castigatus de priori concupiscentiâ, postmodùm cautior est factus : et qui corpus adamaverat, aquam desideratam et necessariam, et sitiens bibere noluit, et victor suî factus est. Vide Nazianzenum oratione de pauperum amore, et Gregorium latè in Registro lib. 9, epist. 39 : « David, « inquit, qui alienam uxorem tulerat, et pro « suâ culpâ valdè fuerat flagellatus, aquam bi- « bere longè post de Bethlehemiticâ cisternâ « voluit, quam cùm ei fortissimi milites detulis- « sent, bibere noluit, eamque fundendo Do- « mino libavit; licebat enim bibere, si voluis- « set, sed quia illicita se fecisse meminerat, « laudabiliter abstinebat; et qui priùs pro « culpâ suâ morientium militum sanguinem « fundi non timuit, postmodùm si aquam bi- « beret, etiam viventium militum sanguinem « se fudisse judicavit. »

Ex hoc loco colligunt aliqui sacrificium, et libamina fieri posse ex aquâ purâ, tametsi de hujusmodi aquâ nihil in Scripturâ proditum habeamus. Quod confirmari potest ex lib. 1, cap. 7, v. 6 : *Convenerunt in Masphath, hauseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini.* Plura nos ibi de aquâ effusâ, quæ tu vide. (1)

Vers. 18. — Abisai quoque frater Joab filius Sarviæ princeps erat è tribus. Quinam fuerint hi tres, quorum princeps dicitur Abisai, obscurum est : illud mihi certum, non esse tres illos, qui in primo robustorum ordine numerati sunt. Certum præterea mihi, tres illos esse, de quibus proximè, qui aquam de cisternâ haustam ad regem detulerunt. Qui verò fuerint alii duo, non facile exploratu est. Quidam ex illis esse opinantur, qui cap. 21, in variis prœliis quatuor filios Arapha giganteæ molis occiderunt, quorum unus fuit Abisai, de quo nobis hìc sermo, qui interfecto Jesbibenob deficientem regem liberavit ab hostili ferro. Alter fuisse videtur Sobathi, qui Saph giganteæ itidem magnitudinis extinxit. Tertius Adeodatus, seu Jonatham filius Samaa; nam hi etiam duos alios interemerunt gigantes, filios similiter Arapha. Qui ideò videri possunt hìc non nominati, quia satis ex capite illo 21, illorum nomen et gloria celebrata sunt. Ita tenent ex interpretibus multi, in quibus est Lyra et Hieronymus ex Hebræorum sententiâ in eorum Traditionibus. Neque id omninò mihi displicet, licet eò magis propendeam, ut existimem secundum in illo ordine esse Banaiam, de quo mox.

Ipse est, qui levavit hastam suam contra trecentos, quos interfecit. Quando hæc acciderint, non constat; forsitan tunc accidit, quando quatuor bella ultima contra Philistæos secunda gessit David; aut quando lib. 2, cap 5, bis contra illos à Davide pugnatum est. Neque constat, an uno tantùm congressu, vel pluribus, diversisque temporibus trecentos occiderit; ad utrumque enim et textus patet, et littera trahi posse videtur non difficilè: suum tamen cuique judicium liberum relinquo. Nunc ad illud egregium factum de aquâ per media inimicorum tela reportatâ, quod cum duobus aliis commune fuit; hoc præterea additur militaris virtutis illustre documentum, quòd tantam hostium multitudinem aut uno, aut pluribus congressibus pugnando sustulerit. Quàm fuerit Abisai strenuus, et ad quidlibet audendum impavidus, ipse ostendit lib. 1, cap. 26,

(1) Vers. 17. — Num sanguinem hominum istorum bibam? Bibam ex hoc latice, qui cum periculo vitæ haustus est? Usurpari solet, *bibere sanguinem et sudorem populorum*, pro diripere eorum bona, atque laboribus eorum ditescere, aliis auferre quæ cum periculo vitæ et labore manuum sibi comparârunt.

(Calmet.)

v. 6; cùm enim David in castra Saülis vellet descendere, quo tempore in Davidis ipsius interitum ardentiùs anhelaret, diceretque: *Quis descendet mecum ad Saül in castra?* ex omnibus, qui tunc aderant, dixit Abisai: *Ego descendam tecum;* et cùm ventum esset ad Saülis castra, dixit idem: *Perfodiam eum* (Saülem) *lanceâ in terrâ semel, et secundò opus non erit.*

Vers. 19. — Sed usque ad tres primos non pervenerat. Cùm tantus esset Abisai, et horum trium princeps, qui fortasse, ut erat homo acer et impavidus, duos alios ad præclarum illud opus invitavit, non tamen ad tres illos pervenit, qui in primo robustorum ordine numerati sunt.

Vers. 20. — Et Banaias filius Joiadæ viri fortissimi magnorum operum. Hic Banaias à quibusdam existimatur unus è tribus, qui aquam hauserunt et attulerunt è cisternâ; quod mihi verisimilius est. Alii extra has tres robustorum classes statuunt, et seorsùm ab aliis censeri putant. Quâ de re nihil ego definio, licet mihi prior sententia magis arrideat. Hic porrò filius dicitur Joiadæ viri robustissimi, cujus virtutem et exemplar in suis moribus ac studiis expressit Banaias. An verò Joiada pater, an Banaias filius vir fuerit magnorum operum, id est, qui præclara edidit suæ virtutis ac roboris argumenta, obscurum est; neque enim hoc magis videtur ad patrem, quàm ad filium pertinere. Inclino tamen magis in Abulensis sententiam, qui q. 26, magna illa opera Joiadæ parenti attribuit; quod optimè consentit cum *viri fortissimi* appellatione. Quod explicatur magis lib. 1 Paralip. cap. 11, v. 22: *Banaias filius Joiadæ viri robustissimi, qui multa opera perpetrârat.* Illud, *qui*, id videtur respicere, quod antecessit proximè.

Ipse percussit duos leones Moab. In lib. 1 Paralip. cap. 11: *Duos Ariel Moab.* Sed est omninò idem; nam Ariel leonem significat Dei, id est, leonem præferocem, et inusitatæ magnitudinis. Id enim valet Dei nomen rebus adjunctum; quo modo *montes Dei*, montes sunt altissimi, et molis ingentis; et *cedri Dei* illæ dicuntur, quæ proceritatis sunt eximiæ. Sic etiam *leones Dei* illi vocantur, qui ad magnitudinem corporis, ferocitatem quoque magnam addiderunt. Hi duo leones, ut ex Hebræorum sententiâ refert Hieronymus, fuerunt duo viri potentissimi, qui subsidio venerunt Moabitis, quo tempore illos oppugnabat David. Josephus duos hos Moabitas fratres fuisse tradit, à quibus provocatus Banaias utrumque confecit. Hæbreorum, Josephique sententiæ nonnulli ex nostris adhæserunt, in quibus est Lyra, Cajetanus et Glossa, et Historia scholastica. Sed placet quod visum est Abulensi q. 26, nullam videlicet hic esse metaphoram, sed esse veros, propriosque leones, quos tunc interfecit Banaias, quando cum Moabitis à Davide pugnatum est. Neque oportet ad sensus confugere metaphoricos, quando verborum proprietas sensum sine ullâ translatione directum admittit. Fortasse leones illi, quos alunt Moabiticæ sylvæ, magis sunt quàm alii et naturâ feroces et vasti corpore; sicut leones Punici sæviores sunt ac robusti magis, quàm quos alit India et regiones aliæ, quibus et solis major est amœnitas, et cœli magis amica temperies, ut docet Conradus Gesnerus titulo de leone lib. 1, ex Alberto, et Avicennâ, ubi tradit leones, qui generantur in terrâ Coratenorum, præcipuè apud Iconium, ferociores esse iis qui austrum et meridiem versùs gignuntur. Sanè Aristoteles lib. 8 de histor. Animal. cap. 28, animalium differentiam pro locorum varietate maximam esse dicit, ubi aliquid de leonibus. Quare qui leones dixit Moabiticos, leones dixit truculentos, quos omninò venabulo conficere et magnarum est virium, et insignis audaciæ. Quid sit *Ariel*, quod leonum loco legimus lib. 1 Paral., diximus pluribus in nostris commentariis in Isaiam ad illud cap. 22: *Væ Ariel, Ariel!* Inde pete.

Et ipse descendit, et percussit leonem in media cisterna in diebus nivis. Aliud nunc Banaiæ magnum opus proponitur, quod à loco et tempore sacer historicus amplificat. Quomodò verò res acciderit, refert Josephus, et ex eo plerique alii. « Cùm enim, inquit, ningeret, leo in « quemdam puteum illapsus est, cujus os, « quod angustum esset, videbat brevi fore ut « id nivibus oppleretur. Atque ideò deplorato « exitu et salute, rugire cœpit. Banaias autem « forte fortunâ iter faciens accurrit ad rugitum « bestiæ, et cùm descendisset in puteum, re- « pugnantem ictu baculi, quem gerebat, exa- « nimavit. » Quidam dicunt leones tempore frigoris ac nivis ferociores esse, et ex eo Banaiæ virtutem commendari magis. An id verum sit, alii viderint; ego potiùs hyemale hoc, et nivosum tempus notari arbitror, quod minùs erat Banaiæ ad pugnandum idoneum, cùm contracta membra minùs sint apta ad arma tractanda, id est, in sylvis, ubi nullum est ad fovendum frigidum et contractum corpus adjumentum. Minùs à frigore pati leones, quàm homines,

res est certa, tum quia illorum natura calidissima est, et verè ignea; tum quia assueti sunt cœlorum ac temporum injuriis, cùm nullum habeant, præter naturale, tegumentum. At homo, qui sub tectis habitat, neque adeò adversùs temporum inclementiam obduruit, si quid accidat in quâcumque rerum tempestate durum et insolitum, facilè aut franguntur vires, aut languescit animus: ut enim nimius calor dissolvit, et laxat, sic nimium frigus, quale tunc fuisse oportet in tempore nivis, contrahit, impedit et constringit membra.

Quòd autem in cisternâ leonem occiderit armatus baculo, ut dicebat Josephus, non admodùm commendat Banaiæ robur; multò enim faciliùs opprimi potuit in cisternâ, penè in nive demersus, ubi se omninò commovere non posset, quàm si solutus esset à nivali compede, et liber in sylvis vagaretur. Neque enim in cisternâ, in quâ tam erat alta nivalis illa moles, ungues habebat, quos exereret, et in venatoris viscera altiùs infigeret, cùm se neque commovere posset, neque explicare crura, neque dentes, cùm eo loco tantùm haberet hiantem rictum, et horribilem fremitum, non tam ex furore quàm ex timore natum. Quid autem noceret dentibus, quantùmvis illos fulmineos haberet, cùm neque caput posset armatum dentibus movere, neque agere quidquam, sed tantùm pati quidquid à ningente hyeme, aut à ferro venatoris accideret? In eo verò magis puto commendari Banaiæ robur et audaciam, quòd impavidus desiliret in foveam, unde neque videbat effugium, et sibi ipsi fugiendi ab eo, quod impendebat, periculo facultatem præcideret. Hoc sanè in illis admiramur, laudamusque, qui sibi ipsis necessitatem imposuerunt, ut aliquid perficerent egregium, ereptâ prorsùs facultate, etiamsi maximè cuperent, declinandi periculi. Hunc leonem Hebræi Joab esse dicunt, quem Salomonis jussu ad ipsam aram Banaias occidit, ut in Traditionibus Hebræorum refert Hieronymus.

Vers. 21. — Ipse quoque interfecit virum Ægyptium, virum dignum spectaculo. Opus aliud refert eximiæ virtutis, et audaciæ singularis illustre documentum. Nam cùm virum quemdam Ægyptium magnitudinis visendæ, qui, ut habemus in libro Paralipomenon, quinque cubitorum altitudinem haberet, et lanceam ejus crassitudinis, ut texentium liciatorium æquaret, occurrit illi penè inermis, cum baculo nempe, aut eodem aut simili illi, quo in cisternâ leonem interfecerat, et detractam de adversarii manibus immanem illam hastam in illius viscera penitùs adegit. Ubi duo in hoc singulari congressu sacer historicus observat. Alterum est, in illo Ægyptio et esse prodigiosam molem; id enim valet, *dignus spectaculo*, et armis contra inermem antagonistam, instructum. Alterum est, extortam esse hastam è manibus, et suo ipsius telo ab antagonistâ vibrato cecidisse. Quâ in re Banaias facinus edidit Davidico simillimum; nam ut ille adversùs gigantem, qui uno tantùm cubito et palmo major erat, penè inermis irrupit, et erepto gladio cervicem amputavit, sic etiam iste giganteæ magnitudinis hominem proprio ipsius telo confecit. Hebræorum quidam Ægyptium istum Semei fuisse prodiderunt, quem Banaias Salomonis jussu sustulit: sicut etiam leonem in cisternâ somniârunt esse Joab. Sed multa sunt, quæ huic vanissimæ cogitationi repugnant, quæ ipsa, me tacente, satis seipsa produnt.

Vers. 25. — Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores, verumtamen usque ad tres non pervenerat.

Quomodò tam Banaias, quàm duo alii, qui ex cisternâ regi aquam attulerunt, non fuerint ex tertiâ robustorum classe, in quibus numerabantur triginta, paulò ante à nobis dictum est ad versum 13. Sed licet tantus esset Banaias, non tamen ad illum ordinem, roburque pervenit, in quo numerantur tres priores. In lib. 1 Paralip. cap. 11, v. 25, dicitur: *Inter triginta primus*. Sed quo sensu sit explicandus ille dicendi modus, et quomodò non semper aliquem in subjectum numerum includat, diximus eo loco, de quo proximè. Quare tam tres, de quibus supra, nobiliores sunt præ triginta, quàm modò Banaias primus et princeps dicitur præ illis.

Fecitque eum sibi David auricularium a secreto. In lib. 1 Paral.: *Posuit autem eum David ad auriculam suam*, Heb., *ad auditum suum*, sive, *ad auscultationem*, seu, *sermonem suum*. Quasi dicas, à secretis, cui arcana impertiretur consilia, aut quem in rebus gravioribus familiariter et secretò consuleret, aut cui res, quæ fidem et secretum exigebant, committeret. Id enim omne valet *el mismaatho*, ad auditionem ipsius; auditio autem idem interdùm valet quòd sermo. Habac. 3: *Domine, audivi auditionem tuam*, id est, vocem, vel sermonem.

Vers. 24. — Asael frater Joab (1). Jam hìc

(1) Mysticè Rupert. lib. 2, cap. 38, per primum ternionem fortium Davidis accipit Apostolos, qui fuerunt fortissimi; nam totum orbem

ponitur tertius robustorum ordo, in quo continentur triginta, aut triginta unus (ut enim à nobis dictum est, exiguus numerus, sive excellat, sive deficiat, cum magno ac pleno numero explicari non solet), qui eo numerantur ordine, quo alii alios virtute, aut rerum gestarum gloriâ superârunt. Fuit autem Asael ille, quem nimis pertinaciter insequentem interfecit Abner, cap. 2. Quid ille præterea eximium fecerit, nihil habemus, sed fecisse alia plura, quæ illi fortitudinis nomen pepererunt, satis est verisimile; aut cùm in solitudine et fugâ comitatus est David, aut quando regnum iniit Israel. Porrò hic, contra quàm nonnulli existimant, non fuit ex illorum numero, qui, ut aquam è cisternâ portarent, per medios Philistinorum cuneos irruperunt, quia antequàm David regnum obtineret, quo tantùm tempore videntur tres robusti ad illius votum aquam portaturi, jam ipse ab Abnere fuerat hastâ confossus. De reliquis, qui ad tertiam hanc classem rejecti sunt, nihil est quod dicamus, cùm de illis in aliis Scripturæ locis habeamus nihil, nisi de Uriâ, cujus præclarum et fidelem animum, et indignam cædem audivimus cap. 11, et Achitophele Silonite, qui contra Davidem cum Absalome filio conjuravit, cujus filius inter fortes numeratur. (1)

subegerunt Christo; per secundum ternionem fortium accipit martyres. Causam subdit: « Post « Apostolos quippè, martyres incedunt pugna- « tores ejusdem Trinitatis; fortes quidem et « ipsi, ut meritò totum in illis glorietur re- « gnum David, id est, omnis Ecclesia Christi; « verumtamen inferiores Apostolis. Post illos « ordinantur et alii triginta fortes, omnes vi- « delicet gloriosi ejusdem sanctæ et individuæ « Trinitatis confessores, fideliter credendo, « et præcepta Decalogi fortiter adimplendo, « facti insignes, ac proinde nos infirmiores ac « plebeios, magni David milites, meritis præ- « cipuis protegere valentes. » (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 23. — Semma de Harodi. Eumdem esse credo ac *Semma Araritem*, inter tres principes heroes tertium v. 11. Patriæ tamen illius nomen longè aliter scribitur. Vide eumdem locum. Vereor ne confusio aliqua et repetitio in caput istud irrepserit. In 1 Paralip. 11, 27, legitur *Sammoth Arorites*, sive, juxta Hebræum, *Sammoth Arodites*; ibidem v. 44: *Samma et Jehiel filii Hotham Arorites*, sive *Aroerites*, juxta Hebræum; et v. 33: *Jonathan filius Sage Ararites*. Planè constat *Sage* et *Age* unum eumdem esse virum; probabile est etiam vocem *Semma* in v. 33 Paralipom. intercedisse, sicut et in v. 34 legendum esse eo modo quo legit v. 44, nisi fortè corrigendum maluerimus illud *Hothan* versiculi 44, substituendo ejus loco *Jonathan*, sicut legitur in versiculo 33. Cæterùm *Arori*, *Aroeri*, *Arodi*, unius ejusdemque rei sunt vocabula. Notus est locus certus *Aroer* in transjordaninis; sed de *Arodi* nihil occurrit, nisi

Vers. 39. — Omnes triginta septem. Cur plures in lib. Paralip. numerentur, diximus alibi. Hic porrò numerus hâc ratione colligitur. Tres fuerunt in primo ordine; totidem

fortè idem statuatur cum *Arad* urbe in Phœniciâ ad Mediterraneum.

Vers. 26. — Heles de Phalti; vel Helles Phalonites, 1 Paral. 11, 27.

Vers. 27. — Mobonnai de Husati; vel Sobbochai Husathites, 1 Paral. 11, 29.

Vers. 28. — Selmon Ahohites; vel *Ilai Ahohites*, 1 Paral. 11, 29.

Vers. 29. — Heled; Hebræus, *Cheleb*. Sed in 1 Paralipomenon 11, 30, appellatur *Heled*.

Vers. 30. — Heddai; aliter *Hurai*, 1 Paral. 11, 32.

Vers. 31. — Abialbon; aliter *Abiel*, 1 Paral. 11, 32.

Azmaveth de Beromi; aliter, *Azmoth Bauramites*, ibid.

Vers. 32. — Filii Jassen; vel *Filii Assem Gezonites*, 1 Paral. 11, 33.

Jonathan. Addit primus Paralipom. 11, 33, *filium* fuisse *Sage Araritæ*. Sage iste Ararites filium alterum habuit *Semmam*, de quo supra, v. 11.

Vers. 33. — Ajam filius Sarar Arorites. In 1 Paralipom. 11, 34: *Abiam filius Sachar Ararites*.

Semma de Orori. Supra v. 11, occurrit *Semma filius Age de Arari*, et in v. 25, *Semma de Harodi*. Suspicor repetita quædam in capita hæc irrepsisse. In 1 Paralipomenon 11, 27, legitur: *Sammoth Arorites*, vel *Arodites*, uti fert Hebræus; et v. 44: *Samma et Jehiel filii Hotham Arorites*, vel, ut Hebræus, *Aroerites*; ac denique v. 34: *Jonathan filius Sage Ararites*. Planum igitur est, *Sage* et *Age* unum esse eumdemque virum, ac meritò arbitramur, nomen Semma intercedisse in v. 33 Paralipomenon, atque in eodem v. 34 legi oportere, uti in v. 44, nisi corrigendum censeamus nomen *Hotham* v. 44, substituto in ejus locum nomine *Jonathan* ex v. 33. Quod attinet ad locum *Arari*, vel *Orori*, vel *Orodi*, quæ nomina unum esse idemque credo, variè scriptum occurrit, modò *Haharari*, modò *Hacharari*, et modò *Haharahari*, vel *Haharoheri*, vel *Haharadi*.

Situs loci ignoratur, nisi hæc nomina deducantur ex *Arado*, urbe Phœniciæ, vel ex *Aroer* trans Jordanem.

Vers. 34. — Eliphelet filius Aasbai; aliter, *Eliphal filius Ur*, 1 Par. 11, 35.

Vers. 35. — Hesrai; vel *Hesro*, 1 Par. 11, 37.

Pharai de Arbi; vel *Naarai filius Asbai*, 1 Paral. 11, 37.

Vers. 36. — Igaal filius Nathan; aliter, *Joel frater Nathan*, 1 Paral. 11, 38. Joel, vel Igaal educatus fuerat, et fortè etiam adoptatus à fratre suo Nathan; quare patrem adoptione agnovit, quem natura fratrem sibi dederat. Vel potiùs: Joel fratris sui Nathani filiam duxerat, qui Nathan nullum fortassè marem è liberis reliquerat; quod ubi contingat, edicit lex, ut puellæ hæredes è familiâ suâ virum sibi adsciscant; neque lex prohibet connubium patrui cum fratris filiâ.

Bonni de Gadi; aliter *Mibahar filius Agarai*, 1 Par. 11, 38.

aquam ex cisternâ hauserunt, de quorum numero Banaiam fuisse diximus. Deinde nume-

Vers. 39. — Urias Hethæus, Bethsabeæ vir. Omnes triginta septem, comprehensis tribus prioribus et tribus alterius ordinis, ac deinde reliquis Schalischim, quorum egregia facta ignorantur. Hic nomina sex et triginta solummodò recensentur; ut enim animadvertimus ad v. 18, nomen tertii viri illustris è secundo ordine hic et in Paralipomenis siletur. Præter septem et triginta hos Schalischim Davidis,

rantur triginta unus, quorum princeps fuit Asael. Cur verò cùm unus et triginta in tertiâ classe reperiantur, triginta tamen toties memorentur, rationem supra reddidimus.

alii etiam sexdecim adduntur in Paralipomenis. Cur hic omittantur, ignoramus. In censum hic non referuntur Joab imperator copiarum Davidis, et Amasa imperator designatus: ordinem illi tenebant hisce omnibus superiorem. (Calmet.)

CAPUT XXIV.

1. Et addidit furor Domini irasci contra Israel, commovitque David in eis dicentem: Vade, numera Israel et Judam.

2. Dixitque rex ad Joab principem exercitûs sui: Perambula omnes tribus Israel à Dan usque Bersabee, et numerate populum, ut sciam numerum ejus.

3. Dixitque Joab regi: Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum quantus nunc est, iterùmque centuplicet in conspectu domini mei regis! sed quid sibi dominus meus rex vult in re hujuscemodi?

4. Obtinuit autem sermo regis verba Joab et principum exercitûs; egressusque est Joab et principes militum à facie regis ut numerarent populum Israel.

5. Cùmque pertransissent Jordanem, venerunt in Aroer, ad dexteram urbis quæ est in valle Gad,

6. Et per Jazer transierunt in Galaad, et in terram inferiorem Hodsi, et venerunt in Dan sylvestria. Circumeuntesque juxta Sidonem,

7. Transierunt propè mœnia Tyri, et omnem terram Hevæi et Chananæi, veneruntque ad meridiem Juda in Bersabee;

8. Et, lustratâ universâ terrâ, affuerunt post novem menses et viginti dies in Jerusalem.

9. Dedit ergo Joab numerum descriptionis populi regi, et inventa sunt de Israel octingenta millia virorum fortium qui educerent gladium, et de Juda quingenta millia pugnatorum.

10. Percussit autem cor David eum, postquàm numeratus est populus; et dixit David ad Dominum: Peccavi valdè in hoc facto, sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stultè egi nimis.

CHAPITRE XXIV.

1. La colère du Seigneur s'alluma encore contre les *enfants* d'Israël; et il excita contre eux David, en le portant à donner cet ordre: Allez, comptez Israël et Juda.

2. Et le roi dit à Joab, général de son armée: Allez dans toutes les tribus d'Israël, depuis Dan jusqu'à Bersabée, et comptez le peuple, afin que je sache son nombre.

3. Joab répondit au roi: Que le Seigneur votre Dieu veuille multiplier votre peuple, et même le faire croître au centuple de ce qu'il est aux yeux du roi mon seigneur! mais que prétend faire le roi mon seigneur par cet ordre? *Il vous sera imputé à péché.*

4. Néanmoins la volonté du roi l'emporta sur les remontrances de Joab et des principaux officiers de l'armée: Joab partit donc avec eux d'auprès du roi pour faire le dénombrement du peuple d'Israël.

5. Ayant passé d'abord le Jourdain, ils vinrent à Aroër, au côté droit de la ville qui est dans la vallée de Gad,

6. Et à Jazer. Ils allèrent de là en Galaad et au bas du pays d'Hodsi; ils vinrent au bois de Dan, *au pied du mont Liban;* et, tournant autour de Sidon,

7. Ils passèrent près des murailles de Tyr, traversèrent tout le pays des Hévéens et des Chananéens, et vinrent à Bersabée, qui est au midi de la tribu de Juda.

8. Ainsi, ayant parcouru toutes les terres d'Israël, ils se rendirent à Jérusalem après neuf mois et vingt jours.

9. Joab donna au roi le dénombrement qu'il avait fait du peuple; et il se trouva d'Israël huit cent mille hommes forts et propres à porter les armes, et de Juda cinq cent mille, *non compris ceux de Lévi et de Benjamin.*

10. Après ce dénombrement du peuple, David sentit son cœur battre, et il dit au Seigneur: J'ai commis un grand péché dans cette action; mais je vous prie, Seigneur, de par-

11. Surrexit itaque David manè, et sermo Domini factus est ad Gad, prophetam et videntem David, dicens :

12. Vade, et loquere ad David : Hæc dicit Dominus : Trium tibi datur optio, elige unum quod volueris ex his ut faciam tibi.

13. Cùmque venisset Gad ad David, nuntiavit ei dicens : Aut septem annis veniet tibi fames in terrâ tuâ, aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, et illi te persequentur, aut certè tribus diebus erit pestilentia in terrâ tuâ. Nunc ergo delibera, et vide quem respondeam ei qui me misit sermonem.

14. Dixit autem David ad Gad : Coarctor nimis ; sed melius est ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt), quàm in manus hominum.

15. Immisitque Dominus pestilentiam in Israel de mane usque ad tempus constitutum, et mortui sunt ex populo, à Dan usque ad Bersabee, septuaginta millia virorum.

16. Cùmque extendisset manum suam angelus Domini super Jerusalem ut disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione, et ait angelo percutienti populum : Sufficit; nunc contine manum tuam. Erat autem angelus Domini juxta aream Areuna Jebusæi.

17. Dixitque David ad Dominum, cùm vidisset angelum cædentem populum : Ego sum qui peccavi, ego iniquè egi ; isti, qui oves sunt, quid fecerunt ? Vertatur, obsecro, manus tua contra me et contra domum patris mei.

18. Venit autem Gad ad David in die illâ, et dixit ei : Ascende, et constitue altare Domino in areâ Areuna Jebusæi.

19. Et ascendit David juxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus.

20. Conspiciensque Areuna, animadvertit regem et servos ejus transire ad se :

21. Et egressus adoravit regem prono vultu in terram, et ait : Quid causæ est ut veniat dominus meus rex ad servum suum ? Cui David ait : Ut emam à te aream, et ædificem altare Domino, et ces-

donner l'iniquité de votre serviteur ; car j'ai agi très-follement.

11. Et David se leva dès le matin, et le Seigneur parla à Gad, prophète et voyant de David, disant :

12. Allez dire à David : Voici ce que dit le Seigneur : Il vous est donné l'option de trois fléaux : choisissez celui que vous voudrez que je vous envoie.

13. Gad étant donc venu vers David, annonça, disant : Ou votre pays sera affligé de la famine pendant sept ans, ou vous fuirez durant trois mois devant vos ennemis, et ils vous poursuivront, ou la peste sera dans vos états pendant trois jours. Délibérez donc maintenant, et voyez ce que vous voulez que je réponde à celui qui m'a envoyé.

14. David répondit à Gad : Je me trouve dans une étrange perplexité ; mais il vaut mieux que je tombe entre les mains du Seigneur (car ses miséricordes sont grandes), que dans les mains des hommes.

15. Le Seigneur envoya donc la peste dans Israël depuis le matin jusqu'au temps arrêté, et, depuis Dan jusqu'à Bersabée, il mourut du peuple soixante-dix mille hommes.

16. L'ange du Seigneur étendait déjà sa main sur Jérusalem pour la ravager, lorsque Dieu eut compassion de tant de maux, et dit à l'ange exterminateur : C'est assez ; retenez votre main. L'ange du Seigneur était alors près de l'aire d'Aréuna, Jébuséen.

17. Et David, quand il vit l'ange frapper le peuple, dit au Seigneur : C'est moi qui ai péché, c'est moi qui suis le coupable ; qu'ont fait ceux qui ne sont que des brebis ? que votre main, je vous prie, se tourne contre moi et contre la maison de mon père.

18. Alors Gad vint dire à David : Allez dresser un autel au Seigneur dans l'aire d'Aréuna, Jébuséen, *qui demeure sur le mont Moria.*

19. David, suivant cet ordre que Gad lui donnait de la part de Dieu, y monta aussitôt.

20. Aréuna levant les yeux, aperçut le roi et ses officiers qui venaient à lui.

21. Il alla au-devant du roi, lui fit une profonde révérence en se baissant jusqu'en terre, et lui dit : D'où vient que le roi mon seigneur vient trouver son serviteur ? David lui répondit : C'est pour acheter votre aire et y dresser un autel au Seigneur, afin qu'il fasse cesser cette peste qui tue tant de peuple.

set interfectio quæ grassatur in populo.

22. Et ait Areuna ad David : Accipiat, et offerat dominus meus rex sicut placet ei. Habes boves in holocaustum, et plaustrum et juga boum in usum lignorum.

23. Omnia dedit Areuna rex regi ; dixitque Areuna ad regem : Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum !

24. Cui respondens rex ait : Nequaquàm ut vis, sed emam pretio à te, et non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo David aream et boves argenti siclis quinquaginta.

25. Et ædificavit ibi David altare Domino, et obtulit holocausta et pacifica ; et propitiatus est Dominus terræ, et cohibita est plaga ab Israel.

22. Aréuna dit à David : Le roi mon seigneur peut prendre tout ce qu'il lui plaira pour offrir à Dieu ; voilà des bœufs pour l'holocauste, un chariot et des jougs de bœufs pour le bois.

23. Le roi Aréuna supplia le roi d'accepter toutes ces choses, et il ajouta : Je prie le Seigneur votre Dieu d'agréer le vœu que vous lui faites.

24. Le roi lui répondit : Je ne puis recevoir ce que vous m'offrez : mais je l'achèterai de vous, et je n'offrirai point un holocauste avec des présents au Seigneur mon Dieu. David acheta donc l'aire *six cents sicles d'or, et* les bœufs cinquante sicles d'argent.

25. Et il y dressa un autel au Seigneur, sur lequel il offrit des holocaustes et des hosties pacifiques. Ainsi le Seigneur se réconcilia avec Israël, et fit cesser la plaie dont il avait frappé son peuple.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et addidit furor Domini irasci contra Israel (1). In lib. 1 Paral. cap. 21 : *Consurrexit autem Satan contra Israel.* Unde quidam putant idem hoc loco esse furorem Domini, atque diabolum. Quod putat Hieronymus in illud c. 2 ad Ephes. : *Eramus naturâ filii iræ :* « Sunt qui illud in Regnorum libris, quando « David numeravit populum Israel, iram in se « Dei provocans, Scripturâ dicente (hæc juxta « Septuaginta interpretum translationem) : *Et « apposita est ira Dei succendi in Israel, et inci- « tavit David in eis dicens,* etc., iram Domini « diabolum significari putent. Etenim juxta lin- « guæ Græcæ proprietatem non dixit genere « femineo, ira Dei λέγουσα (est Græcè ira, ὀργὴ) « hoc est, quæ diceret, sed ira Dei λέγων, id « est, qui diceret, genere masculino. Mittit si- « quidem Deus iram et furorem suum per an- « gelos pessimos. » Sed est non difficile loca ista, quæ alicui videri possent dissidentia, componere. Armavit enim se hostilem in modum Satan contra Israel, cùm incitavit Davidem, ut populum numeratum in censum redigeret ; quod cùm Satan permittente Deo consecutus esset, indignatus est Dominus contra Israelem, sicut fecerat ante, cùm contra patrem civile bellum movit Absalom, quod dissecuit et turbavit Israelem, et cognato sanguine commune solum cruentavit. Aut, ut putat historia Scholastica, quando trium annorum famem immisit propter violatum Gabaonitarum fœdus à Saüle ; et nunc in vindictam numerati populi, magnam illius multitudinem delevit. Addidit itaque Deus irasci contra Israel, sed non priusquàm tentationi diabolicæ succumberet, et aliquid faceret, quod Domino plurimùm displiceret.

Commovitque David in eis dicentem. Si furor Domini sit Satan, ut modò dicebamus ex lib. 1 Paralip. cap. 21, omnia sunt expedita : ille enim, qui spiritus assumpsit hostiles in Israe-

(1) *La colère du Seigneur s'alluma encore contre Israel ; et de là vint que pour le punir il permit que David donna ordre que l'on comptât tout ce qu'il y avait d'hommes dans Israël et dans Juda.* David tombe encore une fois dans le péché, et l'Ecriture ne le cache pas, non plus que son adultère. Sa première faute est sensible, et elle fait horreur d'elle-même ; celle-ci est toute spirituelle. C'est pourquoi ce saint roi nous fait voir la vérité de ce que disent les Pères de l'Eglise, que le péché de l'orgueil est toujours le plus à craindre aux parfaits, et que c'est le dernier ennemi qu'ils ont à combattre. David était alors dans cet état humble où nous l'avons vu jusqu'à cette heure. Il s'était soumis avec une admirable patience à tous les châtiments que Dieu lui avait envoyés, et il semblait qu'il n'était plus occupé qu'à devenir plus saint et plus humble de jour en jour. Et cependant c'est dans cette conjoncture qu'il s'élève, qu'il s'oublie lui-même, et qu'il tombe dans un aveuglement dont il ne s'aperçoit pas, lorsqu'il est sensible et comme palpable à ceux qui l'approchent.

Il s'imaginait apparemment qu'en voulant ainsi connaître combien s'était multiplié le peuple d'Israël, il n'envisageait en cela que la gloire de Dieu, qui en était la première cause, quoiqu'il n'y cherchât effectivement que la sienne propre. C'est ainsi que la complaisance nous remplit l'esprit d'illusions en mille manières, et que ce que nous croyons offrir à Dieu comme un devoir que nous lui rendons, n'est souvent qu'un sacrifice que nous faisons à l'idole de notre volonté propre. (Sacy.)

lem, et in illius interitum insurrexit, idem commovit Davidem, ut numeraret populum; unde illa sequeretur cædes, de quâ mox. Et hoc mihi videtur expeditum magis; cujus sententia plurimùm accipit lucis à lib. 1 Paralip., qui tam hæc, quàm superiora Satanæ tribuit. *Consurrexit*, inquit, *Satan contra Israel, et concitavit David, ut numeraret Israel.* Quod etiam docuit Abulensis q. 4, ubi dicit Satanam esse furorem Domini, quia divini furoris administer est, et per dæmones Deus hominum peccata castigat. Sicut etiam Assur Isaiæ cap. 10, furor dicitur Dei aut furoris virga, aut, quod propiùs accedit ad hunc locum, Dei indignatio. *Væ Assur, virga furoris mei, et baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum*, etc. Et hæc explicatio aliarum omnium maximè videtur expedita.

Alii hæc omnia non diabolo, sed furori, seu offensioni atque indignationi Dei attribuunt. Idque variè explicant, aut quia Deus commoveri concitarique à diabolo permisit Davidem; aut ut in tertio modo explicat Cajetanus hic, quia divinus furor, aut divina justitia, commovit Davidem ad numerandum populum, quatenùs numeratio ista erat in pœnam ipsius populi. Quod indicari dicit ab ipsâ litterâ, dùm dicit : *Et commovit Davidem in eis*, id est, *in eos*; sic enim ipse legit. Prior autem modus in Scripturâ sacrâ frequentissimus est, quæ id à Deo fieri asserit, quod ab illis Deus fieri permittit. Quo modo Deus excæcare dicitur, decipere et obdurare homines, quia id non prohibet vel ab excæcato et obdurato fieri, vel ab alio, qui cæcitatem alteri et obdurationem induxit. Sic apertè Theodoretus q. 37, cùm explicat illud : *Vade, et numera Israel*, quæ verba Deo offenso atque indignanti ascribit. « Est, inquit, perspicuum, quòd concessionem « vocârit mandatum, quoniam cùm posset pro- « hibere, non prohibuit, per hoc volens casti- « gare iniquos. » Et hæc est solutio communis et satis expedita. Sed illa videtur expedita magis et obvia, quam ex sententiâ Abulensis nuper adduximus, cujus etiam auctorem Spiritum sanctum esse putabamus, qui hoc videtur Satanæ potiùs quàm Deo ascribere, qui ad peccatum concitavit Davidem, quem Deus diabolicæ tentationi nimis obsequentem eo modo corripuit, quem statim videbimus.

Hic nobis videndum quodnam fuit hoc peccatum, quod populus admisit, et quod Deus tam severo examine expiare voluit. Theodoretus quæst. 37, illud putat peccatum fuisse populi, quia illius pars maxima, proditâ fide quam regi suo Davidi præstare debuit, et parvi faciens quòd unctus esset à Deo, et quòd tot modis de regno toto meritus, secutus tamen est fratricidam filium Absalomem, qui in parentis caput impiam armavit manum. Addit etiam adhæsisse Saüli, cùm tamen à Deo foret è solio depulsus, et cum eo simul adversùs Davidem à Deo designatum regem conjurârint. Cùmque hæc crimina non essent punita, illa Deus punire voluit, et tot hominum cædibus expiari. Et ideò putat per Davidem punitum et cæsum esse populum, ut qui affectus esset, idem etiam vindex esset injuriæ.

Neque valdè hinc abit Angelomus et Historia scholastica, qui dicunt jam Davidis peccatum fuisse punitum, cùm illum Absalom et gravi perculit metu, et fœdissimâ, violato paterno toro, affecit ignominiâ; non tamen populus punitus erat, qui non est ultus injuriam Uriæ, cùm videret illum, et famam uxore temeratâ, et vitam Ammonitarum ferro fuisse sublatam.

Huic posteriori parti aliquâ ratione consonat quod Gregorius docet lib. 23 Moral. c. 15, ubi cum peccato principis, populi quoque peccata conjungit. Utraque verò punit Deus, qui principes juxta subditorum culpas errare permittit. Sic autem Gregorius : « Pro qualitatibus « subditorum disponuntur acta regentium, ut « sæpè pro malo gregis etiam verè boni delin- « quat vita pastoris : David enim, Deo teste, « laudatus, secretorum Dei conscius, tumore « repentinæ elationis inflatus, populum nume- « rando peccavit, et populus pœnam suscepit, « quia secundùm merita plebium disponuntur « corda rectorum. Justus verò judex peccantis « vitium ex ipsorum animadversione corripuit, « quorum causâ peccavit. Sed quia propriâ « voluntate superbiens à culpâ alienus non fuit. « vindictam etiam ipse suscepit. Ira enim, quæ « corporaliter populum perculit, ipsum quoque « dolore prostravit : ita enim cuncta sunt me- « rita rectorum, et plebium, ut sæpè ex culpâ « pastorum deterior fiat vita plebium, et ex « merito plebium mutetur vita pastorum. » Eadem cum Gregorio sentit, imò ex Gregorio sumpsit Eucherius.

Ego primùm nullum populi suspicor antecessisse peccatum, sed potiùs ex hoc Davidis facto subsecutum. Ideò enim Satanas illam injecit Davidi mentem, ut numeraret populum, ut et ipse peccaret, et in peccati societatem populum pertraheret. Et ideò tunc Domini

furor in populum excanduit, quia novum aliquid admisit, suggerente diabolo quod divinam inflammaret iram. Quod quale fuerit, mox dicemus.

Alii peccatum populi nullum fuisse existimant, in eo tamen populum subiisse videri supplicium omnium fortassè gravissimum, quia regem habere cœpit, qui minùs sibi ac populo saperet, cùm contra illud quod esset à lege præscriptum, numeraret populum. Severè porrò actum esse cum illis, quibus rex contigit aut puer, aut qui in senectute puerilia meditetur, qualis hoc tempore videri potuit David, docuit Isaias capite 3, vers. 4 : *Et dabo pueros principes eorum: et effeminati dominabuntur eis.* Et multò clariùs Job capite 34, vers. 30, qui puniri dicit populum impium præposito scelerato rege. *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccatum populi.* Vide hâc de re Plutarchum de serâ numinis vindictâ, capite 4. Populi porrò innocentiam ipse David videtur statim fuisse confessus vers. 17, dùm dixit : *Ego sum, qui peccavi, ego iniquè egi. Isti, qui oves sunt, quid fecerunt?* Adde quòd Deus non tam videtur voluisse populum, quàm Davidem ipsius principem severè mulctare. Nam cùm trium rerum optionem dedisset, una tantùm directò Davidem solum spectabat. Sic enim Gad propheta ad Davidem : *Aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, et illi te persequentur.* Quòd verò principum peccata insons omninò populus interdùm luat, non rarò legimus, non in profanis solùm, sed in sacris etiam annalibus. Juxta illud Horatianum:

Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Sanè verum est, magni nominis atque imperii principes, neque solis sibi vivere, si sanctè et feliciter vivant, neque solis sibi cadere, aut errare, si à sanctitate aut fortunâ cadere contingat. Quæ opinio mihi videtur non admodùm aberrare à recto atque germano sensu.

Nihilominùs dicendum esse puto cum pluribus, utrumque peccâsse in hoc populi ineundo numero, et ab utroque à Domino exactas esse pœnas. De populi peccato statim; nunc de Davidis culpâ, quæ expiari et potuit et debuit tam severo supplicio. De quâ, ut in re obscurâ, variæ ab auctoribus assignantur species et momenta. Severius Sulpitius libro primo Histor. hunc populi censum ambitioni tribuit, « quasi « David regni sui potentiam ex suorum potiùs « multitudine, quàm ex favore divino æstima- « ret. » Idem putat Ambrosius libro de Pœnitentiâ cap. 9 : « Felicitatem suam popularibus « extulit incrementis, et lucra multiplicati « exercitûs inter principalia gaudia numeravit. » Hoc idem tenet Glossa. Quod videtur esse satis probabile; sed si vanum tantùm intercessisset gaudium, non puto, tam esset rex cum populo vexatus hostiliter : neque ulla apparet causa cur ideò populus tam graviter mulctari debuerit. Gravior erat culpa, si modò vera, quam Severus Sulpitius meditatur, quòd videlicet suis viribus, potiùs quàm divino auxilio tam sæpè victoriam iteratam adscripserit. Quod mihi persuadere nunquàm potui, tum quia millies audio suam Davidem collocâsse fiduciam non in arcu et gladio, aut militum copiis, sed in divinâ potentiâ à quâ paratum sibi sperabat auxilium. Neque hic militum census ad victorias jam antea reportatas ab hostibus extollere posset regium animum insolenter ; ipse enim noverat quot ex tantâ multitudine habuisset in castris. Ex hoc verò tempore nunquàm bellum ullum gessit in posterum, neque fortasse metuebat, cùm jam esset pacatum illius imperium, et hostes vicini usque adeò concisi, ut nihil deinceps ausuri viderentur. Hoc itaque posterius non credo, neque credi posset de homine prudente, et in quo aliqua esset aut Dei veri cognitio, aut religionis sensus. Fuisse verò aliquod in rege elati animi vitium, quo sibi in tantâ populi multitudine placeret, non est improbabile; hoc enim naturale quoddam est vitium, quod sanctorum etiam animos invadit. Neque enim est ulla tanta humilitas, ut benè dixit quidam, quæ dulcedine gloriæ non tangatur; sed nullum hìc apparet populi peccatum, et tamen graviter afflictum esse populum videmus.

Ego, licet nulla in numerando populo regis esset ambitio, tamen regis et populi aliquod peccati genus invenio, neque illud leve. Illud verò sumitur ex lib. Exodi cap. 30, v. 12, ubi lex præscribitur, quæ in censendo populo servari debeat, quam hìc explicari nonnullum erit operæ pretium. Sic autem legimus ibi : *Quando tuleris summam filiorum Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino: et non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis, qui transit ad nomen, dimidium sicli juxta mensuram templi.* Hujus porrò loci multa nobis sigillatim expendenda sunt.

Et primùm videndum, quando liceret numerari populum. Quidam eo tantùm tempore censendum esse populum licitè putant, cùm

delectus conscribantur militares, quia ex eo censu et populi expenduntur vires, et commodior fit de re communi ac publicâ deliberatio. Ita putat Glossa interlinearis in locum proximè citatum ex Exodo. Quod item ex Chaldæo sumpsit ad hunc locum Historia scholastica. Et facit ad hoc, quòd, ut interpretum plerique sentiunt, illorum tantùm nomina referebantur in censum, quorum ætas tractandis armis esset idonea. Sic enim explicant illud, quod statim additur : *Hoc dabit omnis qui transit ad nomen.* Et constat magis ex illo quod additur v. 14, et clariùs Numer. cap. 1, ubi homines à vigesimo anno et supra numerari jubentur. Cùm autem bellum non instaret, neque illius causâ censeretur populus, in eo censu non potuit non intercessisse peccatum, quod Dominus tam gravi vexatione puniret. Quæ explicatio suâ probabilitate non caret.

Alii putant populum nullo modo censeri potuisse, nisi jubente Deo, ad cujus honorem spectabat illa numeratio ; quare si homo quâcumque de causâ numerare vellet, reus erat, et plagæ gravissimæ devotus. Ita Augustinus expressè quæst. 134 in Exodum : « Quid est, « inquit, quòd ait juxta aliam litteram : Si ac« ceperis computationem filiorum Israel, in « visitationem eorum, nisi quia jubet eos ali« quando visitari et computari, id est, nume« rari? Quod in David propterea vindicatum « intelligendum est, quia Deus non jusserat. » Quod etiam Epist. 28 indicat Ambrosius, dùm ait : « Culpa autem erat Davidis, quoniam vo« luit scire numerum totius plebis quæ secum « erat, quod scire Deo soli debuit reservare. » Ex hâc Augustini, Ambrosiique aut expressâ aut insinuatâ sententiâ primùm colligo, populi censum divinum potiùs honorem spectare quàm humana commoda; atque ideò tunc debere censeri populum, cùm Dominus juberet, ut ex capitibus singulis, quæ censebantur, pecunia collecta in tabernaculi sumptus impenderetur : de quâ pecuniâ statim. Hoc porrò et observavit Joab, cui numerandi populi datum est negotium, et acutè vidit in numerando intervenisse peccatum, neque illud tacuit, cùm dixit, lib. 1 Paralipomenon, cap. 21. v. 3: *Quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli?*

Quod verò statim additur : *Dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino,* in hâc numeratione dependebat quilibet dimidium sicli, non ad profanos, seu publicos aut bellicos usus, sed ad pios sumptus tabernaculi : quod pretium impensum arcebat periculum à numeratorum capite, neglectum verò plagam accersebat. *Et non erit,* inquit, *plaga in eis, cùm fuerint recensiti.* Quasi dicat : Si recensitus populus Deo, qui illo facto censu illius populi dominus recognosci vult, dimidium illum siclum non exolverit, experietur severam in se Domini manum, à quâ duram excipiet plagam. « Duo « inquit Cajetanus, statuuntur : Alterum, quòd « quilibet redimat animam suam (hoc est, vitam « suam) offerendo quasi illius pretium summo « Deo ; alterum, quòd hæc solutio non differa« tur, sed fiat tunc, quando fit numeratio : *Et « non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti.* « Ecce fructus redemptionis, et pœna non « redemptionis. » Hoc pretium ait Cyrillus, libro 2 in Joannem, dependi à populo Deo tributi nomine, ut illum suum sibi Dominum esse profiteatur. Hanc credo rationem esse cur Deus censere aliquando populum voluerit, ut aliquando Deum suum profiteretur esse Dominum, et ab illo habere, quòd dives sit, quòd vivat ; quare divitiarum partem aliquam offert, et vitam illo pretio redimit, cujus se Deus illo pretio placatus patronum et tutelarem ostendit, et ne mortalis homo illam sibi gloriam vendicet, à mortali homine populum censeri prohibuit.

Oleaster in hunc Exodi locum aliam rationem adducit ; quia Deus Abrahamo promiserat ipsius genus futurum esse innumerabile, ideò noluit gravi proposito supplicio illius à quoquam numerum iniri. Idque probat ex eo 1 Paral. cap. 27, v. 23, ubi David infra vigesimum annum censeri nullum voluit, neque Joab institutum censum prorsùs absolvit, quia Deus subitâ aut offensione aut plagâ illum à numerando deterruit. *Noluit autem David numerare eos à viginti annis inferiùs, quia dixerat Dominus ut multiplicaret Israel quasi stellas cœli. Joab filius Sarviæ cœperat numerare, nec complevit, quia super hoc ira irruerat in Israel.* Neque hoc mihi displicet.

Hinc constat quale hoc fuerit Davidis, et quale populi peccatum : Davidis quidem, quia in numerando populo illud sibi audacter arrogavit, quod sibi uni reservârat Dominus. Populi verò, quia non dependit illum dimidium siclum, quem, cùm censum subiret, deferre ad tabernaculi sumptus à lege cogebatur. Et hoc postremum dicunt aliqui peccatum illud esse, quod multorum clade Deus expiari voluit. Ita Augustinus supra, Cajetanus, et Lyra, Beda et recentiores alii in hunc locum Exodi. Sanè

cùm ad Dei imperium Moyses populum numerâsset, ex singulorum capitum censu magna vis pecuniæ collecta est, Exod. cap. 38, v. 25: *Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum à viginti annis et supra, de sexcentis tribus millibus, et quingentis quinquaginta armatorum; fuerunt præterea centum talenta argenti.* Cùm ergo jam constet de regis populique peccatis, redeamus ad textum.

Vers. 2. — Perambula omnes tribus Israel a Dan usque Bersabee, et numera populum, ut sciam numerum ejus. Lib. 1 Paralipomenon cap. 21, hoc præceptum esse dicitur à rege non solùm Joab, sed aliis etiam principibus populi. Jussit autem ut nullum oppidum omitterent, cujus incolarum censum non referrent. Sed licet in hoc peccaverit David, quòd, Deo non jubente, sed vanissimæ cujusdam curiositatis gratiâ numeraret populum, in eo tamen non erravit, quòd infra vigesimum annum numerum iniri vetuit. Quod ex libro primo Paralipomenon capite 27, liquet v. 23: *Noluit autem David numerare eos à viginti annis inferiùs.* Quòd verò nihil aliud spectârit David, quàm nôsse quot ipsi Israelis capita parerent, ipse dixit statim, *ut sciam numerum ejus.* Cùm autem civitates duæ terram promissionis extremæ definiant, Dan ab aquilone, Bersabee à meridionali plagâ, fit ut proverbiali specie totum promissæ terræ spatium duarum civitatum nomine significetur. Quare sæpè occurrit in Scripturâ, à Dan usque ad Bersabee, lib. 1, c. 3, v. 20: *Et cognovit universus Israel à Dan usque ad Bersabee.*

Vers. 3. — Dixitque Joab regi: Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum (1). Deterrere vult Joab regem ab hoc non solùm non utili, sed etiam valdè pernicioso consilio; sed quia durum est, et suâ naturâ difficile, hominem et potentem et senem, qui non nisi gravatè aliorum admittit consilium, ab eâ, quam semel imbiberat, sententiâ depellere, benevolentiam captat, quod in ejusmodi causis necessarium est, dùm optare se dicit majus populi in singulos dies incrementum. Deinde cur id regi nullâ ratione probari debeat, duobus argumentis ostendit. Alterum ab inutili, seu non necessario desumptum est, ut habemus libro primo Paralipomenon cap. 21, v. 3: *Nonne, domine mi rex, omnes servi tui sunt?* Quasi dicat: Si in Israele à Dan usque ad Bersabee confusus esset populus, cujus pars altera faveret, altera regis adversaretur, aut invideret commodis, probarem hoc consilium, quod amicum et subditum ab hoste atque ab alieno secernit. Atqui omnes, quotquot Israelitici soli lata complent spatia, tui sunt, tuo student honori, te cupiunt diu florentem et salvum. Quem igitur aut regi, aut regno afferet usum, hæc populi tam importuna numeratio?

Alterum sumitur ab honesto, dùm ait, ut legimus libro 1 Paralipomenon: *Quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli?* Ubi etiam apparet prudens Joab, acutumque judicium: non enim dicit peccatu-

(1) *Joab répondit au roi; Je prie le Seigneur votre Dieu de multiplier votre peuple au centuple de ce qu'il est.* Joab ajouta encore, comme il est marqué dans le livre des Paralipomènes: *Mon seigneur et mon roi, tous ne sont-ils pas vos serviteurs? Pourquoi désirez-vous une chose qui engagera Israël dans le péché?* On ne peut pas parler plus clairement pour détourner d'une action qui effectivement déplaisait à Dieu. Et cependant David ne peut, ni par lui-même, ni par le secours des autres, découvrir le mal qu'il fait en cette rencontre, et qu'il ne se propose qu'en le revêtant d'une apparence de bien. Il s'opiniâtre à faire ce commandement, malgré la résistance de Joab. Comme il s'est une fois prévenu de sa pensée, sans la vouloir soumettre au jugement de personne, toute sa lumière le porte à favoriser l'inclination de son cœur, et ne lui sert plus qu'à le tromper. Après cela, qui sera assez hardi pour ne s'arrêter qu'à son propre sens, pour rendre sa fantaisie la règle de sa conduite, et pour ne consulter que soi-même dans toutes les actions importantes de sa vie? Sommes-nous plus éclairés que ne l'était un si grand saint? ou ceux qui peuvent nous donner conseil le sont-ils moins que n'était Joab, que l'Ecriture nous représente, non seulement comme un homme du monde, mais comme un homme de sang, dont le cœur était certainement plein de passion et de ténèbres, et qui néanmoins en cette rencontre se trouve plus éclairé que David même? Si c'est la qualité de roi qui inspire à David cette fermeté dans un avis si peu raisonnable, et que Dieu a puni si sévèrement, il faut plaindre ceux qui sont nés souverains. Mais si nous voyons tous les jours que des particuliers agissent de la même sorte, qu'ils tachent au moins d'être assez heureux pour reconnaître, comme David, que cet entêtement dont ils s'étaient prévenus, et qui leur paraissait une sagesse, *est en effet une grande folie*, et qu'en ne croyant que leur propre sens, ils suivaient un guide qui les conduisait dans le précipice. C'est pourquoi saint Ambroise remarque avec grande raison que si David a été assez inconsidéré pendant quelque temps pour commettre cette faute, il a été assez humble ensuite pour la reconnaître. Mais nous, au contraire, ajoute ce saint, nous tombons souvent dans la même illusion, et nous ne nous en apercevons point. David a eu besoin de plus de dix mois pour revenir de cet entêtement, et le nôtre dure quelquefois toute notre vie. (Sacy.)

rum esse regem numerando populum, licet illud nôsset, cerè novisse non sit improbabile, ne regium animum offenderet, et quod à rege impetrare studebat, non assequeretur; sed dixit in peccatum reputandum Israeli, quia cùm unusquisque eorum qui in censum illum essent relati, dimidium siclum deberet impendere in religiosum usum tabernaculi, neque omnes aut vellent, aut possent, occasio illis offerebatur à rege, ut multi peccarent, sustinerentque plagam, quam Exod. cap. 30, Deus minabatur illis qui pretium illud redemptionis omitterent. Quòd si nullum aliud à rege peccatum esset admissum, hoc certè dignum fuit, propter quod rex mulctaretur durè, cùm vanæ cujusdam curiositatis gratiâ in illud periculum tantam populi multitudinem traheret.

Vers. 4. — Obtinuit autem sermo regis verba Joab, et principum exercitus. In libro Paralipomenon pro *obtinuit*, est *prævaluit*. Ex his verbis constat non unum Joab, sed alios etiam principes conatos fuisse regem ab eo abducere consilio numerandæ plebis. Sed jam rex obstinârat animum in eam cogitationem, atque ideò inanis excidit illa Joab principumque contentio.

Egressusque est Joab et principes militum. Describitur populi lustratio, et principum in eo censu ac lustratione progressus. Neque in eo aliquid nobis observandum est, quod nôsse magni referat. Illud non prætermittendum, transiisse principes illos numeratores prope mœnia Tyri, quia ad Tyrum usque porrigebatur terra promissionis, et ad illum usque locum Davidis explicabatur potestas. Tyrus autem adhuc erat in alienâ potestate, quam ideò fortasse expugnare, atque in provinciam redigere noluit David, quia rex Tyri cum ipso fuerat sociali fœdere conjunctus, qui, ut constat ex cap. 5, v. 11, misit ad David nuntios, et ligna cedrina, artificesque tam lignorum, quàm lapidum, qui domum regiam Davidi construxerunt; quam amicitiam fœdusque sociale cum Salomone filio conservavit, cui etiam ligna ministravit et lignorum artifices, lib. 3 Reg. cap. 5. Quòd autem Tyrus ad terram promissionis pertineret, contribueretque tribui Asser, videtur posse colligi ex illo Josue c. 19, v. 19, ubi funiculus Asser pervenire dicitur *usque ad civitatem munitissimam Tyrum*. An verò excludatur ab Asser sorte, vel in illam includatur, incertum est, cùm modus ille loquendi ad utrumque pateat. Si tamen credendum est Abulensi in lib. 3 Reg. cap. 5, q. 2; Adrichomio, Serario in cap. 19 Josue, quæst. 8, ad tribum Asser urbs illa pertinuit, neque tamen illam Asseritæ subjugare potuerunt. (1)

Vers. 8. — Et lustrata universa terra, affuerunt post novem menses (2), etc. Hic occurrit

Vers. 5. — Venerunt in Aroer ad dexteram urbis quæ est in valle Gad. Reddi Hebræus potest: *Castra locaverunt in Aroer, ad dexteram hujus urbis, quæ est in medio vallis Gad.* Aroer sita est trans Jordanem, ad Arnon, in ditione Gad, et in valle secundùm Arnon excurrente. Quare destinati ad censum habendum viri describere cœperunt à maximè orientalibus imperii trans Jordanem.

Vers. 6. — In terram inferiorem Hodsi. Regio hujus nominis latet. Chaldæus: *Ad terram australem Hodsi.* Septuaginta: *In terram Thabason, quæ est Adasæ.* Alii vertunt Hebræum: *In terram recens additam imperio*, vel, *in terram novorum subditorum;* quod satis convenire videtur regioni Agareorum, Saülis ætate è sedibus suis pulsorum. Consule quæ leguntur in 1 Paralipom. 5, 1, quæque lucem textui huic affundere possunt: *Filii Ruben in diebus Saül prælliati sunt contra Agareos, et interfecerunt illos, habitaveruntque pro eis in tabernaculis eorum, in omni plagâ, quæ respicit ad orientem Galaad.* Situs hujus regionis cum opinione hâc planè congruit.

Venerunt in Dan sylvestria. In Dan sylvarum, in urbem Dan ad radices montis Libani, prope fontes Jordanis, cujus urbis nomen frequenter in Scripturâ recurrit, utpote quæ extremos limites septentrionales ditionis Hebræorum signat. Auctor Vulgatæ aliter legit Hebræum, ac nos modò in nostris codicibus. Ita enim nunc textus fert: *Venerunt in Dan Jahan.* Loci hujus *Jahan* nullibi mentio occurrit; atque discrimen, quod apud Septuaginta animadvertitur, corruptionem hujus textûs apertissimè arguit. Legendum ergo maluerim, litterulâ in textu transpositâ: *In Dan fontem;* unus erat è fontibus Jordanis propè Dan.

Vers. 7. — Transierunt prope mœnia Tyri. Veteris scilicet Tyri, in continenti positæ remotæque à novâ Tyro, conditâ in insulâ, stadiis circiter triginta, id est, plenâ integrâque leucâ, paulò ampliùs, vel 4,000 passibus circiter. Hebræus: *Venerunt ad munitionem Tyri.*

(Calmet.)

(2) *Joab et les principaux officiers, ayant parcouru toute la terre d'Israël, se rendirent à Jérusalem.* Le livre des Paralipomènes ajoute ces mots: *Joab ne fit point le dénombrement de Lévi ni de Benjamin, parce qu'il n'exécutait qu'à regret le commandement du roi. Cet ordre, que David avait donné, déplut à Dieu, et il fut cause de la plaie dont il frappa Israël.* Ces dernières paroles sont conformes aux premières de ce chapitre, où il est dit: *La colère du Seigneur s'alluma encore contre Israël, et de là vint que, pour le punir, il permit que David donna ordre que l'on fît le dénombrement de tout le peuple.* Saint Grégoire Pape fait sur cet endroit une réflexion très-importante. « Dieu, dit-il, qui « tient entre ses mains les cœurs de ceux qui

nodus, quem dissolvamus necessarium est. Nam hìc lustrata dicitur universa terra, sed in capite sæpiùs citato ex Paralip. v. 6, duæ tribus dicuntur omissæ, nempe Levi et Benjamin. Hic nodus, qui explicatu non videtur facilis, sic videtur expediri posse. Lustraverunt quidem principes illi cum Joab universam terram, non tamen universam numerârunt, quia opus illud judicabant inutile atque ideò illud exequebantur inviti. Neque id obscurè indicat textus ipse in Paralipomenon, ubi illæ duæ tribus non negantur fuisse lustratæ, sed illorum negatur collectus esse numerus. *Nam Levi*, inquit, *et Benjamin non numeravit, eò quòd Joab invitus exequeretur regis imperium.*

Sed quæres, cur invitus, aut cur tunc à numerandis duabus illis tribubus abstinuit? Respondeo primùm id quod modò dixi, quia fructus sperabatur nullus ex eo labore, atque ideò ex illo, quàm potuit ocissimè, se expedit. Deinde alia adducitur causa lib. 1 Paral. cap. 27, v. 24: *Joab filius Sarviæ cœperat numerare, nec complevit, quia super hoc ira irruerat in Israel.* Incertum est, et obscurum valdè, quænam fuerit hæc ira Dei, quæ Joab à numerando populo deterruit. Quâ in re nobis omninò divinandum est. Fieri potuit, ut eorum aliqui, qui relati sunt in censum, qui decretum à lege semisiclum solvere noluerunt, subitâ fuerint morte correpti, aut plagâ aliquâ ignominiosè percussi; unde intelligere potuit Joab censum illum Deo non probari. Et hoc videtur mihi maximè probabile, imò, nisi meipsum fallo, omninò certum, quia hic locus non obscurè docet. Tum quia lib. 1 Paralip. cap. 21, v. 7, ante diram illam luem, quam Dominus immiserat, quamque ex tribus plagis oblatis à Prophetâ, illam optaverat David, percussus dicitur Israel; ex quo cœpit resipiscere David, et dolere de numerati populi peccato. *Displicuit autem Deo, quod jussum erat, et percussit Israel, dixitque David ad Deum: Peccavi;* et hoc de semisiclis à populo non solutis probat Abulensis in cap. 30 Exod. q. 9. Aut certè quod Deus aliquando fecit, pavorem injecit animo Joab, à quo deterritus inchoatum opus persequi neque ausus est, neque potuit. Placeret quod visum est Dionysio, hanc iram esse plagam illam, quâ Dominus, immissâ peste, tot Israelitarum myriadas extinxit; si enim consecuta non esset illa dira lues, jubente atque cogente rege, rediret Joab, licet invitus, ad interruptum opus, et duas illas numeraret tribus, quas in censum referre aut noluit, aut etiamsi vellet, non est ausus. Placeret, inquam, hæc Dionysii sententia, nisi viderem ante hanc plagam jam Davidi suum displicuisse consilium, et agnovisse erratum, et veniam illius à Deo petiisse, ut constat ex hoc ipso capite à versu 10. Cùm autem David suum ipse damnaret factum, non juberet Joab ut censum imperfectum absolveret, sed potiùs quod factum esset, mallet infectum. Propter quod magis utramlibet explicationem probo earum quas superiùs adduxi, et illam maximè quam primo loco posui, quæ mihi videtur omninò vera.

VERS. 9.— DEDIT ERGO JOAB NUMERUM DESCRIPTIONIS POPULI REGI, ET INVENTA SUNT DE ISRAEL OCTOGINTA MILLIA VIRORUM FORTIUM, QUI EDUCERENT GLADIUM; ET DE JUDA QUINGENTA MILLIA PUGNATORUM. Alius hìc occurrit nodus in illorum numero, qui descripti sunt; longè enim major est numerus in capite 21, vers. 5 Paralipomenon: *Deditque Davidi* (Joab) *numerum eorum quos circumierat, et inventus est omnis numerus Israel, millè millia, et centum millia virorum educentium gladium; de Juda autem quadringenta septuaginta millia bellatorum.* Vide quantùm inter utrumque numerum intersit. Varii hæc loca et hos numeros variè componunt. Hieronymus in Tradit. Hebr. ad hunc locum, ait numeratos esse quidem à Joab eos qui in Paralipomenon libro referuntur, non tamen illorum summam ostensam esse regi, sed illam tantùm, quæ in Samuelis libro reperitur. Hieronymum alii plures sequuntur, et in his Lyra et Historia scholastica, Abulensis quæst. 14, ubi dicit inventos quidem esse illos de quibus lib. 1 Paral., non tamen omnes

« gouvernent et dans l'Eglise et dans le monde, « les dispose souvent selon le mérite de ceux « qui leur obéissent. Ainsi il permet quelque- « fois qu'un pasteur, d'ailleurs vertueux, tombe « dans une faute, pour punir ainsi ceux qui sont « sous sa charge, et qui l'ont irrité par le dé- « réglement de leur vie. Car il y a une liaison « très-étroite entre ceux qui conduisent et ceux « qui sont conduits, et selon le mérite des peu- « ples, Dieu permet qu'il arrive souvent de « grands changements dans la disposition de « ceux qui gouvernent. » C'est pourquoi, encore que ceux qui sont en autorité soient responsables de leurs péchés, qui sont souvent d'autant plus grands devant Dieu qu'ils causent un plus grand scandale, néanmoins ceux qui leur sont soumis doivent trembler, lorsqu'ils les voient ainsi s'égarer, en considérant que c'est peut-être pour la punition de leurs fautes que Dieu permet qu'il ne sorte que la fumée du mauvais exemple de ceux qui devaient répandre sur eux la lumière de la vérité et la bonne odeur d'une sainte vie. (Sacy.)

in librum esse relatos, sed illos tantùm, de quibus hoc loco. Cajetanus in cap. 21 Paralip. facilè dicit utramque verificari litteram. *Nam quod alter*, inquit, *tacet, alter supplet, et qui majorem numerum ponit, minorem includit : et qui minorem scribit, non negat majorem. Diversa autem narratio numeri nata fuit ex eo quòd bis relatio numeri farta fortè fuit, et à diversis scribis.* Ego ab his alias etiam explicationes tentabo, non quòd magis probem, sed quia in re obscurâ et ab aliis variè tentatâ, neque tamen prorsùs expeditâ, hoc fieri et solet, et meo judicio debet.

Et primùm non displicet, quod plerique sentiunt, alium ex universo Israele collectum esse numerum, alium à Joab ostensum esse regi. Cur id factum fuerit, non omninò placet, quod quidam dicunt, eo consilio à Joab plurimos ex verâ summâ esse detractos, ne ex tantâ multitudine David spiritus sibi superbos assumeret. Neque enim Joab usque adeò sanctitatem coluerat, ut de aliorum sanctitate, morumque modestiâ admodùm laboraret. Illa autem præsenti rerum articulo magis videtur attemperata ratio, quæ non tam deterret atque deprimit regios animos, quàm confirmat et recreat. Percusserat David animum suum (sic explico illud, *percussit*, versiculo 10, per plusquàm perfectum), cùm audiisset in illo censu aliquos fuisse aut morte sublatos aut fœdè percussos, dixeratque ad Dominum animo sollicito ac tristi : *Peccavi*, quia videlicet populum numerari voluit. Ut ergo Joab sollicitum ac pavidum confirmaret animum, quasi inchoatus tantùm esset, non absolutus census, summam proposuit exiguam, cùm tamen immensam propè collegisset. Hoc in illâ cogitatione puto minùs difficile.

Hæc mihi præterea occurrebat tam impediti nodi non inepta solutio, quam expendent alii. Non solùm Joab datum est hoc negotium numerandi populi, sed etiam aliis populi principibus, ut constat supra vers. 4. Hos autem ex variis tribubus varias collegisse summas verisimile est; quemlibet, opinor, ex suâ tribu, aut, quod verius puto, ex tribubus sibi in eam curam designatis. His autem omnibus quasi in eo ordine princeps præerat Joab, qui sic aliis diversas populi provincias describendas commisit, ut tamen sibi cum aliis aliquas tribus voluerit esse communes, tribum videlicet Juda, et eas quæ huic erant maximè vicinæ, puta tribum Benjamin, Ephraim et Simeon, quas sic lustravit, numeravitque Joab, ut tamen alii etiam è sociorum numero eamdem sibi curam assumpserint. Quod ideò sibi magis faciendum censuerunt, quòd ad illud negotium videbant Joab invitum accedere, remque tractari animo prorsùs inerti et molli manu. Cùm ergo illi rem agerent sibi à rege commissam diligentiùs, multò majorem invenerunt numerum, quàm esset initus à Joab.

Ex hâc cogitatione duo efficio, et duos esse descriptos census, ut putabat Cajetanus, alterum à Joab, quem nunc habemus in hoc libro Regum; alterum ab aliis principibus, qui gravatè minùs, et magis accuratè summam inierunt. Alterum in censu Juda multò plures esse numeratos à Joab, quàm ab aliis principibus, cùm hic quingenta millia pugnatorum numeret de Judâ, alii autem quadringenta septuaginta millia, cùm tamen ex aliis tribubus octoginta tantùm virorum millia in censum retulerit, et alii mille millia, et centum millia. Cujus ea videtur esse ratio, quia Joab Bethlehemites erat de tribu Juda, atque ideò ut familiam suam aliis in eâ numeratione præferret, contribulium suorum auxit numerum, aliorum imminuit. Alii verò, qui eodem ornandi tribus suas studio tenebantur, aliquid detraxerunt de Judæ censu, et ad suarum familiarum summam magnum suorum civium numerum addiderunt. Sic videntur conciliari posse, quæ minùs aptè componi posse videbantur.

Aliter potest hic nodus extricari, si dicas numeratos esse tam à Joab, quàm ab aliis eos qui essent supra viginti annos, qui complere potuerunt illam summam, quam habemus in libro Paralipomenon, ubi mille millia et centum millia illorum virorum esse dicuntur, qui gladium educerent, id est, qui ætatem haberent ad belli pondus et rei militaris usum idoneam. At cùm in hâc ætate multi soleant esse imbecilli et languidi, non minùs quàm teneri adhuc pueri, aut exhausti senes; ex eo numero, qui fortes essent et strenui, tantùm esse illos quos in minorem numerum coegit Joab et in hoc Regum extremo capite recenset. *Inventa sunt de Israel octingenta millia virorum fortium.*

Illud ad extremum addo, antequàm emergam ex hoc populi censu, usque adeò hoc factum suo auctori Davidi displicuisse, ut in fastos referre noluerit, sicut alia ejusdem generis quamplurima solent. Id habemus ex libro I Paral. cap. 27, v. 24 : *Joab filius Sarviæ cœperat numerare, nec complevit, quia super hoc*

ira irruerat in Israel: et idcircò numerus eorum, qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis David. Diximus in prolegomenis solere reges tam Hebræorum, quàm aliarum gentium, in annalibus, seu fastis, qui verba dierum, aut ephemerides nominantur, rerum gestarum conservare memoriam, earum maximè quæ gloriosum aliquid continent, et ex quibus principes apud posteros immortales esse student, ex quibus, ut supra diximus proleg. 1, texuntur historiæ. Si hic populi census legitimè fieret et sanctè, jure optimo posset in fastos referri; sed quia in eo peccatum est, magisque ad regis ignominiam, quàm ad gloriam spectat, noluit David illius ad posteros transmittì rationem, quam mallet, si posset, ex illorum memoriâ omninò delere. Quod autem David in sui seculi fastis extare noluit, id non sine divinâ providentiâ à sacro historico inter sacra atque canonica monumenta relatum est, sicut etiam aliud Davidis peccatum, quod in Uriam admisit, cùm illius violavit thalamum, et per fraudulentam injuriam vitam eripuit.

Quomodo David, cùm tam graviter peccaverit numerato populo, dicatur tamen lib. 3 Reg. cap. 15, v. 5, in solo sermone Uriæ, id est, in causâ Uriæ, peccâvisse, ostendimus supra, lib. 1, cap. 25, ad finem.

Vers. 10. — Percussit autem cor David eum, postquam numeratus est populus. Illud, *percussit*, per plusquàm perfectum exponebamus, quia antequàm delatus esset descripti populi census, jam norat David ex plagâ, qua Deus populum affecerat, in eo consilio intervenisse culpam, ut putabamus supra num. 22, ex capite 21, libro 1 Paralipomenon vers. 7, et ex capite 27, vers. 24. A suo verò corde percussum esse Davidem, quod item accidit libro 1, capite 24, vers. 6, cùm partem chlamydis Saülis in speluncâ præcidit, nihil est aliud, quàm conscium peccati animum scrupulorum aculeis esse compunctum. Quare instimulante conscientiâ, et quasi à profundo quodam sopore solutus, orat Deum, quem propter censum alieno tempore ac modo peractum, graviter offenderat, ut supplicium, quod jamdudùm fuerat à lege decretum, aut si quod aliud in suum caput intorquere vellet, aliò convertat. Iniquitas pro supplicio aliquando sumitur, quo expiari solet. Quod si ita capias hoc loco, ut profectò videtur esse sumenda, orat propheta, quod modò putabamus, nempe ne durum subeat vulnus, quod suo capiti intentum esse videt. Quo etiam sensu eidem à Nathan prophetâ dictum est capite 12, vers. 13, post violatum alienum torum, et occisum Uriam: *Dominus transtulit peccatum tuum*, id est, supplicium, quod tam grave, fœdumque peccatum merebatur. Quod statim explicatur magis, cùm dicitur: *Non morieris;* mors namque peccatum erat, id est, peccati pœna.

Vers. 11. — Surrexit itaque David mane, et sermo Domini factus est ad Gad prophetam et videntem David. Eam noctem videtur rex insomnem habuisse, plenam perturbationis et metûs, quibus exagitabat regium animum numerati populi, et supplicii jamjam impendentis acerba cogitatio. Eodem autem temporis articulo excitavit quoque Dominus spiritum Gad prophetæ, quo David sic utebatur familiariter ut propheta, aut videns vocaretur Davidis; et eidem præscribit, quid Davidi nuntiatum esse velit.

Vers. 12. — Trium tibi datur optio, eligе unum, quod volueris ex his. Sanè verum est, quod in seipso aliquoties expertus est David, quod capite 3 cecinit Habacuc: *Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis,* in ipso æstuante ad vindictam animo locum esse misericordiæ. Posset Deus non solùm quo vellet ex tribus, sed etiam quo vellet ex millibus supplicio Davidis populique peccatum expiare, sed quâ est animi lenitate, optionem offert regi, ut ex tribus, quod mitius esse putet, aut quod horreat minùs, ex omnibus eligat. Quemadmodùm benigni est et amantis medici, quando recusare non potest infirmus medicinæ acerbitatem, ut optionem det ægroto, propositis poculis amaris inæqualiter, ut illud eligat, ex quo minùs capturus est molestiæ. Sanè in ægrotum non est hostiliter affectus, qui ita diluit ac temperat, quod in medicinâ exhorrescit infirmus.

Vers. 13. — Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, et illi te persequentur; aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua (1). Quia non rex solùm, sed etiam

(1) Gad dit à David : *Ou votre pays sera affligé de la famine pendant sept ans, ou vous fuirez durant trois mois devant vos ennemis, ou la peste sera dans vos états pendant trois jours.* Il ne paraît point dans l'Ecriture que Dieu ait accoutumé de laisser ainsi le choix du châtiment à ceux qu'il châtie. Car, comme c'est au médecin à déterminer les remèdes qui nous peuvent rendre la santé, et qu'un malade n'en pourrait pas faire le choix, ainsi c'est à Dieu à nous envoyer lui-même ce qui peut être le plus propre pour guérir les plaies de notre

populus in hâc numeratione peccaverat, tale Davidi proponitur supplicii genus, quod neque ipse, neque populus declinare possit. Si terra sitiens nullos producat fructus, si fames ingruat, omnium ordinum homines urget et extenuat; si bellum ingruat, et regem jactatum malè fugat atque persequitur, maximè si ab externo fuerit hoste conflatum, necesse est ut subjectum populum eadem fuga dissipet, eadem vexet agitetque calamitas. Jam verò aer qui spirando dicitur, pestilenter infectus, ut omnibus est communis, sic etiam omnibus nocet æqualiter. Quare hoc malorum genere id Dominus egisse videtur, ut latè se hoc malum ad omnes hominum ordines extendat.

Hic tamen hærendum nobis paulisper est, et componenda quæ in lib. 1 Paralipomenon non satis in hujus capitis sententiâ convenire existimari possent. In hoc capite septem annorum fames Davidi proponitur, in lib. Paralip. trium, sicut hoc etiam loco legunt Septuaginta. Quæ diversitas ex duarum vocum similitudine provenire potuit, ita ut in altero loco è duabus vocibus altera sit corrupta. Quod ego non facilè admiserim. Quidam hæc loca hâc ratione conciliant, ita ut septem annos duratura sit fames, sed in eorum tribus ita sit angusta futura, ut aliorum quatuor fames censeri possit abundantia. Alii principio annorum septem indictam esse famem, sed deinde illam ad triennii spatium fuisse contractam. Quemadmodùm Gen. 18, cùm dixisset ignoscendum esse Sodomis, si ibi quinquaginta invenirentur justi, postea per quosdam quasi gradus descendens, ad decem usque justorum illorum numerum contraxit. Et Ezech. cap. 4, cùm jussisset Dominus prophetæ, ut pane vesceretur hordeaceo, quem priùs humano operuisset stercore, illeque ad gravem illum cibum nausearet, postea Deus ad prophetæ stomachum ita temperavit mandatum illud durum, ut pro humano stercore fimum concederet bovinum. Sic etiam cùm Deus septem principio minatus esset annorum famem, aut quia David ad diuturnam illam famem exhorruit, aut quia mitiorem à Domino in eo genere precatus est famem, ad tres tantùm annos coarctavit. Cùm autem libri Paralipomenon supplementum quoddam sint eorum quæ in libris Regum videbantur omissa, et in his scriptor sacer septem tantùm annorum meminisset, qui libros attexuit Paralipomenon, trium annorum meminit, ad quos posterior illa summa contracta est.

Ubi in hoc capite Vulgatus noster legit: *Aut certè tribus diebus erit pestilentia in terrâ tuâ*, in lib. Paralip. scribitur eodem quidem sensu, diverso tamen dicendi genere: *Aut tribus diebus gladium Domini, et pestilentiam versari in terrâ, et angelum Domini interficere in universis finibus Israel.* Ubi observa pestilentiam, id est, corruptum aerem, aut occultam aliam qualitatem noxiam, appellari Domini gladium, et illum dici ab angelo vibrari, quia nulla alia in terris mali causa cognoscitur. Cùm autem dicitur tribus diebus gladium Domini et pestilentiam versari, illud, *et*, expositiva particula est, et idem valet quòd, *id est;* quasi dicas, *gladium, id est, pestem versari.* Cùm autem omnia bellorum, aut suppliciorum instrumenta, à quocumque hominum, belluarum aut temporum qualitate ac genere comparata, Dei sint instrumenta atque arma; illa tamen præcipuè arma dicuntur Dei, quorum in terris nulla causa etiam ab acutissimis ingeniis deprehenditur. Qualis est pestis, illa præcipuè, quæ sine ullâ novâ elementorum alteratione provenit, qualis fuit hæc, quæ subitâ plagâ multitudinem hominum ingentem prostravit. Quæ verò ejusmodi sunt, ab angelo Dei facta esse dicuntur, aut quia reverà per illos Deus in hunc modum res humanas statuit aut dissipat, ut fecit aliquandiù postea contra Sennacherib, et multò antea in Sodomorum vastitate, aut quia quæ nullam aspectabilem causam agnoscunt, illa à spirituali atque invisibili profecta existimantur. Sanè hic stragem tantam,

âme. Aussi nous voyons que Dieu jusqu'à cette heure n'en a point use en cette manière à l'égard de David même. Il lui prédit d'abord les renversements effroyables qui devaient arriver dans sa maison, sans lui laisser le choix de ces accidents funestes qui ont succédé l'un à l'autre dans la suite de cette histoire. Dieu en use ici autrement, pour nous faire voir le fond du cœur de David, et pour nous montrer que si sa fragilité parait dans sa faute, son humilité et sa charité éclatent dans son repentir. Le prophète lui propose le choix *de la famine, de la guerre ou de la peste.* Ce prince si sage considère qu'il n'y a d'ordinaire que le peuple qui souffre dans la famine; que les princes sont moins exposés que les autres pendant la guerre; mais que la peste ne respecte personne, principalement lorsqu'elle n'arrive pas d'une cause naturelle, mais qu'elle est, comme celle-ci, l'effet de la colère de Dieu, qui envoie un ange qui frappe de mort soixante-et-dix mille personnes en un même jour. Et ainsi il choisit la peste, étant persuadé qu'il serait aussi exposé que tous les autres à un si grand mal, mais dans l'espérance que la bonté de Dieu en adoucirait la rigueur, comme il le témoigne par les paroles du verset suivant. (Sacy.)

tamque subitam ab angelo factam fateamur necesse est, cùm visus fuerit non à Davide solùm, sed etiam ab aliis cum districto gladio ad aream Areuna. Aliquid simile audimus ætate Gregorii, à quo pestis, quæ nihilo videtur hâc benignior, immissa creditur, in quâ visus est Angelus ad molem Adriani cum cruento gladio, quasi quod reliquum erat in urbe vastaturus, à quo moles illa propter illum eventum sancti Angeli Castrum vocatum est.

NUNC ERGO DELIBERA, ET VIDE, QUEM RESPONDEAM EI QUI ME MISIT SERMONEM. Mira Dei in his prophetæ verbis apparet benignitas, qui non priùs de supplicio statuit, quàm Davidis præcessisset electio. Expectabat itaque Deus, ut humano modo loquar, quid David ipsi per prophetam significatum vellet, ut ad illius votum supplicii acerbitatem et modum attemperaret. Quod quidem neque judices faciunt, neque qui aliis in quâlibet aliâ administratione præsunt, qui nunquàm à reis, subditisque rogant, quid illi aut velint aut sentiant, sed illis omninò reluctantibus, quod ipsis suo arbitratu collibuerit, jugum aut supplicium imponunt.

VERS. 14. — COARCTOR NIMIS, SED MELIUS EST UT INCIDAM IN MANUS DOMINI (MULTÆ ENIM MISERICORDIÆ EJUS SUNT), QUAM IN MANUS HOMINUM (1).

(1) S. Chrysost. hom. 29 in Epist. ad Rom., ostendit Davidem fuisse bonum pastorem, quia juxta Christi Domini sententiam, Joan. 10, v. 11, animam suam dabat pro ovibus suis. « Propterea, inquit, in optione suppliciorum « illorum non famem elegit, non hostilem per- « secutionem, sed immissam à Domino mor- « tem, per quam sperabat alios quidem fore « securos; se verò ante reliquos omnes è me- « dio tollendum. » Unde ait : *Ego sum qui peccavi, ego iniquè egi : isti, qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me.* Nam, ut benè D. Chrysost. addit, « velli- « cabantur viscera ipsius cadentibus illis, tan- « quàm si genuini necarentur filii. » Unde S. Ambros. Apolog. 1 Davidis cap. 7 : « Quo fa- « cto, inquit, (id est, oratione pro subditis) sta- « tim dignus sacrificio judicatus est, qui abso- « lutione æstimabatur indignus. » Et inferiùs : « Nec mirum, inquit, si tali oblatione pro po- « pulo, peccati sui adeptus est veniam, cum « Moyses offerendo se Domino pro plebis errore « etiam plebis peccata deleverit. »

(Corn. à Lap.)

Il vaut mieux que je tombe entre les mains du Seigneur, puisqu'il est plein de miséricorde, que dans les mains des hommes. David, dit saint Ambroise, rend gloire à la bonté de Dieu, en se soumettant à sa justice, et par cette soumission si pleine de sagesse, il a désarmé en quelque sorte l'indignation de son juge, et il a fait, pour user de l'expression de l'Écriture, que sa miséricorde *s'est repentie* du mal que sa justice avait résolu de faire : *Pœnituit eum secundùm multitudinem misericordiæ suæ.* (Sacy.)

Hæc verba directò respondent verbis quæ habentur in Paralipomenon, ubi pestilentia, gladius dicitur Dei, et persecutio alia gladius hominum. Dum itaque gladium, aut, quod idem est, manum eligit Domini, pestem utique eligit, quam homo non potest aut non solet immittere, sed Deus, qui solus in elementa aut naturæ vires potestatem habet. Cùm igitur in quamcumque partem oculos verteret, impendere sibi reique publicæ grande videret infortunium in illis rerum angustiis, maluit à peste, id est, à Domini manu, quàm ab hominum gladio, qui durior est, quemque non ita facilè in vaginam misericordia recondit, exerceri ac pati : nôrat enim solere divinum pectus quantùmlibet offensum, peccatorum pœnitentiâ et lacrymis ad misericordiam inflecti.

Hic putat Josephus, et ex eo Theodoretus quæst. 37, Rabanus et Historia schol., elegisse Davidem illud malum, quod sibi videbat cum populi etiam ignobili turbâ futurum esse commune. Si enim ab hoste bellum immineret, ipse hostilem furorem effugeret, cùm viros haberet secum strenuos, bellique peritos, et munita loca, quæ hostium aut frangerent aut retardarent impetum ; at imbelli plebi, quæ nihil haberet quod hostibus opponeret, pereundum erat, atque ideò illi punirentur graviùs, in quibus minùs hæreret culpæ. Deinde si fames ingrueret, nihil ille gravius pateretur, cùm domum haberet à re frumentariâ satis instructam, alii non ita. Elegit ergo pestem, quam æquè subeunt imbelles et robusti, summi atque infimi, quia eumdem omnes hauriunt spiritum, eidem subsunt cœlorum atque elementorum injuriæ. Ita illi cogitant, sed sanè rationem illam adducit David à divinæ clementiæ sumptam magnitudine, quam facilè flectunt miserorum lacrymæ, cùm tamen hominum ingenia obstinato furore persequantur injurias, neque noxam remittant, si quando in illos peccatum fuerit.

Addo ad extremum non fuisse contrarium Davidis, atque Susannæ votum, licet hæc in hominum, ille in Dei manus incidere maluerit. Hæc dixit : *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras.* Ille : *Melius est ut incidam in manus Domini, quàm in manus hominum.* Sed sanè Davidis ac Susannæ consilia et vota contraria non sunt. Proponebatur Davidi corporale malum, quod tam Deus poterat, quàm homines infligere : elegit pestem, quæ à Deo, non vim hostilem, quæ ab homine etiam infertur, et à mortali manu. At Susannæ

mors proponebatur corporis et animæ; proponebatur peccatum, cujus Deus severus est ultor, et externa violati tori suspicio, quam leges damnant, quæ, non nisi quæ humano produntur testimonio, considerant. Sed maluit in hominum manus incidere, qui externam peccati speciem condemnant et puniunt, quàm in Dei manus, qui intimos novit sensus, neque in aliud nisi in peccatum, quod aversatur et horret, suæ severitatis exerit aculeos. Hæc eadem nos in nostris commentariis ad cap. 13 Danielis.

Vers. 15. — Immisitque Dominus pestilentiam in Israel de mane usque ad tempus constitutum. Cùm primùm David è tribus malis pestilentiam elegit, eodem temporis vestigio grassari cœpit in populum dira contagio. Manè surrexit David, supra versiculo 11, et manè statim adfuit cum divino mandato Gad propheta, et ita brevi res peracta fuit, ut eodem mane pestis horribilis divinitùs immissa populum invaderet, quæ de manè exorsa ad tempus usque constitutum grassata est. Quod tamen sit constitutum illud tempus in quo sævire desiit lues illa funesta, incertum est. Quidam tempus esse prandii crediderunt, quod ad sextam sumitur, ita ut sex tantùm horas vis illa pestilens durârit. Ita Josephus, Theodoretus q. 37, Histor. Schol., Ambrosius in Psal. 37. Sic autem eo loco Theodoretus: « Trium, « inquit, dierum Deus mortem minabatur, « sex autem horis solùm mortem intulit. Si dies « autem numerentur cum noctibus, invenitur « pars solùm duodecima minarum illata esse « populo. » Idem Origenes homil. 16 in Numeros. Eadem Ambrosius supra. « Qui propo- « suerat mortem triduò exercere in terrâ, ne « unum quidem diem passus est præterire, sed « ad horam prandii libenter indulsit. » Et paulò post: « Numquid aliquod miserationis « est crimen, quia plus minatur et minùs exi- « git qui in remuneratione præmiorum sua « promissa custodit, in exactione pœnarum « præscriptum remordet? Cùm irascitur in « reum, differt; cùm miseretur, properat ut « absolvat; terret, ut corrigat; admonet, ut « emendet; prævenit, ut ignoscat. » Quâ celeritate atque æstu pestis ingruerit, describit eleganter Josephus lib. 7, c. 10, et fortasse verè, sanè si res tota sex tantùm horis transacta fuit, satis verisimiliter. Sed cur tempus prandii tempus debeat vocari *constitutum*, non video; neque enim hora prandii ita celebris est inter Hebræos, ut hoc sibi nomen vendicare debeat. Tempora illa sanè magis nota sunt, quæ homines orationis ac sacrificiorum gratiâ solent obire. Quare alii, meo judicio, meliùs tempus esse putant vespertinum, quando sacrificium juge, quod à vespere nomen sibi sumpsit, immolatur. Ita putat Hieronymus, aut, Hieronymo referente, Hebræi, in eorum Traditionibus. Cui ex parte subscribunt Dionysius, Emmanuel Sâ, Lyranus et Hugo. Alii ad tempus usque extendunt illius sacrificii, quod in areâ Areuna Jebusæi obtulit David. Ita Cajetanus, inclinat Dionysius; Abulensis tempus constitutum triduanum spatium opinatur, quia illud Deus pesti præfinivit. A quâ ego sententiâ non totus abhorreo, quia non video cur alia tempora ab aliis designata appellari potuerint constituta, sine adjectione ullâ. Quæ una ratio multarum instar est; neque habemus tempus illud à Deo in breviora spatia fuisse contractum. Neque pestis illa videtur ab initio tentâsse Jerosolymam, sed postquàm provincias alias, in quibus septuaginta hominum millia cecidêre, dirâ cæde fœdavit. Ita putat Histor. Schol., et indicat non admodùm obscurè sacer ipse textus, dùm supradictam præmisit cladem, et deinde subdidit ultoris angeli in Jerosolymam adventum. Hæc mihi sententia satis est probabilis; sequor tamen communem magis, et puto ad sacrificium usque vespertinum sæviisse pestem: tunc verò jubente Domino consedisse. Neque credo Davidem expectâsse triduò, ut pœnitentiam ageret et oraret Dominum, et cum principibus majoribusque natu populi indutum cilicio in terram cecidisse; aut angelum non nisi post triduum venisse Jerosolymam, postquàm in aliis provinciis fœdâ peste multandis tres fermè dies posuisset. Rationes istæ non admodùm premunt, aliquam tamen rei admodùm dubiæ conjecturam faciunt.

Vers. 16. — Cumque extendisset manum suam angelus super Jerusalem, ut disperderet eam, misertus est Dominus. Modus iste loquendi, sicut aliquid ostendit de furore Domini, studioque vindictæ fuisse remissum, sic etiam indicat aliquid de constituto vindictæ tempore fuisse sublatum. Cùm igitur grassatus esset ultor angelus per alias provincias, stragemque edidisset ingentem, venit tandem eo consilio atque animo Jerosolymam. Cùmque jam illam pestilenti plagâ percussisset, repressus à Deo, qui jam initio res Solymitanas intuebatur, ab ulteriore plagâ manum, ferrumque continuit. Cur autem cùm provincias alias dirâ labe fœ-

daverit, à Jerosolymæ cæde sævientem angelum Dominus cohibuerit, non facilè assignari potest idonea ratio. Ego duas subodoror; altera est, quia civitatem illam inter alias omnes diligebat Dominus, quia ibi viderat ab Israelitici populi conditore Abrahamo oblatum esse in filio Isaac illustre sacrificium, et quia ibi habiturus esset templum, quod multis quotidie caleret sacrificiis et divinis laudibus perpetuò resonaret. Unde David Ps. 86, cecinit : *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.* Et quia ibi fortasse impensus esset tabernaculo semisiclus, quem lex in populi numeratione decreverat; quare aut peccatum in eo populo non erat, quod dira, atque funesta lues expiaret; aut certè non ita patebat latè, ut diutiùs ibi pestis insidere debuerit. Quod sic ego conjectabam, quia Solymitani cives, quorum fuerunt numerata capita, nôrant quid esset à lege constitutum de siclo, cùm ibi sacerdotes essent et periti legis, à quibus et ante sæpè, et eo temporis articulo discere potuerunt. Cùm autem intra civitatis mœnia haberent tabernaculum, quod præsens clamare, et debitum sibi siclum exigere videretur, verisimile est ab illis hoc pietatis officium non fuisse neglectum. Secùs erat de civitatibus aliis, quæ longiùs aberant à tabernaculo, quæ non ita explicatam habuêre legem, et in transmittendo siclo aliquid erat subeundum molestiæ.

Erat autem angelus Domini juxta aream Areuna Jebusæi. Qui modò Areuna dicitur, lib. 1 Paral. c. 21, vocatur Ornam, aut quia Jebusæus iste binominis erat, aut quia Jebusæorum dialecto qui ab Hebræis Areuna, idem à Jebusæis Ornam appellatur. In Paralipomenon autem, ut sæpè dictum est, aut supplentur quæ in libris Regum omittuntur, aut explicantur magis, quæ dicta priùs videbantur obscuriùs. Cùm Jebusæus ille duobus notaretur nominibus, aut certè uno tantùm, sub dialecto duplici, oportebat ut sub utrâque voce cognosceretur ab omnibus, qui sedem religiosissimo sacrario, templo nimirùm à Salomone constructo, tribuisset. Illum porrò locum apparet sub id tempus vacuum esse ab habitatorum frequentiâ, quandoquidem in eo Jebusæus ille cum bobus ac tribulâ fruges triturabat, et non domus, sed area vocatur, id est, pars agri potiùs deserti, quàm civitatis ab aliis habitatæ. Quod si ita est, non exercebat tunc angelus in civitate cædem, quia reverà in civitate frequenti civibus non erat, sed in vicino loco, quem postea, post templi fabricam, magna civium multitudo complevit. Exercuisse autem cædem paulò ante constat ex v. 16 : *Ait* (Dominus) *angelo percutienti populum : Sufficit nunc, contine manum tuam.* Et idem clariùs in lib. Paral. v. 15, nisi dicamus non esse directum angelum supra aream Jebusæi, sed ad illam civitatis regionem, quæ proximè distabat ab areâ. Sed videtur verisimile, cùm angelus à cæde cessare jussus est, excessisse ex urbe cum gladio tamen districto, et stillante sanguine, et stetisse juxta aream, facie fortasse horribili ac minaci, innoxium tamen, quia ut sibi jam Deus temperârat ab irâ, sic etiam ille temperabat à cæde.

Illum verò angelum jam antè viderat David, antequàm extra civitatem exiret ad aream, cùm stragem ederet in civitate, et orârat ad Dominum ut manum contineret à cæde. Id colligo ex versu 17 : *Dixitque David ad Dominum, cùm vidisset angelum cædentem populum*, etc. An verò alii hoc tempore angelum viderint intentum cædi, non omninò constat; vidisse tamen illum seniores populi, ex lib. Paral. v. 16, satis est verisimile. Nam ante Davidis orationem, quam nuper dicebamus habitam esse, dùm adhuc angelus cives interficeret, cecidisse dicuntur timore concussos. *Levansque David oculos suos, vidit angelum Domini stantem inter cœlum et terram, et evaginatum gladium in manu ejus, et versum contra Jerusalem; et ceciderunt tam ipse, quàm majores natu vestiti ciliciis proni in terram.* Cùm autem ad aream stetisset angelus, visus fuit ab Areuna, et à quatuor filiis, ut liquet ex libro toties citato Paralipomenon vers. 21.

Vers. 17. — Ego sum qui peccavi, etc., isti, qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me. Hanc orationem, ut dixi, habuit David, antequàm angelus vindicem gladium cohiberet à cæde; et ideò obsecrat, ut gladius in aliorum capita hostiliter intentus, in suum caput convertatur. Neque enim, inquit, alii quidquam admisêre tantum, quod tam severo supplicio expiari debeat; omnem dicit se sustinuisse culpam, atque ideò sibi uni totum deberi supplicium Quare non recusat quidvis ab irato Deo, quantùmvis dirum et horribile pati, dummodò calamitatis illius populum exortem esse videat. Eodem spiritu dixit Jonas cap. 1, v. 12 : *Tollite me, et mittite in mare, et cessabit mare à vobis : scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.* Et quidam

ex profanis, licet non eodem aut sensu aut spiritu :

Propter me mota est, propter me desinat ira,
Simque ego sævitiæ causa modusque tuæ.

De hâc Davidis pœnitentiâ, quâ in se unum totum illius supplicii pondus derivat, multa dicunt et gravissima Patres. Vide Theodoretum q. 37, Chrysostomum in Ps. 140, Ambrosium lib. de Pœnitentiâ, c. 9, et in Ps. 37, optimè et latè; et Apologiâ pro David c. 7. Cujus duo tantùm testimonia referam, quæ Dei bonitatem, et vim admirabilem pœnitentiæ ostendunt. Sic de pœnitentiâ in Apologiâ : « Quàm « illud admirabile, quòd angelo ferienti plebem « se obtulit ! Hoc facto statim dignus sacrificio « judicatus est, qui absolutione æstimabatur « indignus. Nec mirum, cùm et Moyses offe- « rendo se Domino pro plebis errore, etiam « plebis errata deleverit. » Eadem penè Theodoretus q. 37 : « Digna sunt admiratione ipsa « verba regis; ignorans causam, suum pecca- « tum vocavit, quod fuerat factum; et ut in « suum genus justa ferretur sententia suppli- « cavit, utens verbis boni pastoris, imitans « filium suum et Dominum, *qui animam suam* « *posuit pro ovibus.* »

Vers. 18. — Venit autem Gad ad David in die illa, et dixit ei. Vide quàm sit potens peccatorum confessio, et animus, qui peccati conscius, et illud detestatus, in omne se discrimen et laborem offert. Vixdùm peccatum suum confessus fuerat David, et quodcumque Deus imponere vellet pondus admiserat, cùm per prophetam admonet, quomodò possit indictum antè supplicium declinare, et inire rursus gratiam apud Deum, à quâ priùs exciderat.

Ascende, et constitue altare Domino in area Areunæ Jebusæi (1). In lib. 1 Par. c. 21, v. 18, docemur à quo fuerit propheta Gad instructus, ut doceret Davidem quomodò à suo, suorumque capite gladium averteret, quem tunc angelus gestabat in manu. Unde colligimus, quàm sint angelorum et Domini sensus consentientes, quàm idem nolint, idem velint, in idem omninò eâdem animorum consensione conspirent. Invitus Dominus et dolens non tam pergit, quàm rapitur ad inferendum homini supplicium, ultrò è suæ naturæ bonitate ad benè de hominibus merendum adducitur. Sic angelus, etiam cùm habet in ultrice dexterâ cruentum gladium, peccatorum incolumitati consulit, et quâ ratione ictum vel declinet, vel eludat, admonet. Ex quo planè discimus hunc angelum bonum esse, quando et ipse vulnus inferre recusat, et illa fieri jubet, quæ Deum honorant, et ipsius benevolentiam conciliant. Est sanè quàm verissimum interdùm Deum spiritibus uti apostatis et malis, ad malorum vindictam aut bonorum exercitium, ut docent exempla quamplurima. Sanè angelus erat malus, qui Job fortunis spoliavit et filiis; mali item, qui arreptitios obsident et exagitant. Nec defuit qui putaret angelos tantùm malos divinæ justitiæ vindices esse, et per illos solùm Deum exigere à peccatoribus pœnas, aut vexare bonos. Ita Isidorus lib. 1 Sententiarum c. 12, v. 18 : « Quoties, inquit, Deus quocumque flagello « huic mundo irascitur, ad ministerium vindi- « ctæ apostatæ angeli mittuntur, qui tamen « divinâ potestate coercentur, ne tantùm no- « ceant quantùm cupiunt. Boni autem angeli ad « ministerium salutis humanæ deputati sunt. » Ex Isidoro sumpsit Burcardus lib. 20, c. 54. Sed frequentes alii contra sentiunt, et docent aliquando bonos spiritus vindices esse divinæ justitiæ. Imò et pleraque supplicia eorum, quæ in Scripturâ sacrâ legimus, bonorum angelorum ministerio sumpta docent antiqui Patres. Vide Augustinum, ad illud Ps. 77 : *Immissiones per angelos malos,* ubi hâc de re multis. Egimus nos hâc de re pluribus in nostris commentariis in Danielem ad c. 3, v. 50, ubi id exemplis plurimis, et Patrum testimonio probavimus. Hunc angelum bonum fuisse nemo potest ambigere, cùm illius verbis propheta fuerit obsecutus, et modum ostenderit

(1) Tropol. Angelom. : « *Areuna*, inquit, « interpretatur *arca*, et *Ornam* latinè resonat, « *lumen nobis*. Benè ergo cùm Deum pro offenso, « quo peccavit, placare vellet, altare jubetur « in areâ Areunæ vel Ornam construere, ut « inde unusquisque conjiciat, quia aliter divi- « nitas ab homine placari non potest, nisi in « areâ cordis, per lumen rectæ fidei, et veræ « dilectionis, altare illi devotæ humilitatis con- « stituat, in quo sacrificium piæ confessionis « ac laudis Deo acceptabile offerat. Quod rectè « per eumdem prophetam in Psalmis manife- « statur, ubi dicitur ex personâ Domini : *Sa- « crificium laudis honorificabit me.* Et iterùm : « *Sacrificium*, inquit, *Deo, spiritus contribula- « tus, cor contritum et humiliatum, Deus, non « spernit.* »

Allegor. David hic sacrificans in areâ Areunæ iramque Dei placans, et pestem sedans, typus erat Christi, qui in eodem loco (Calvariæ enim mons vicinus est monti Moriæ, ejusque quasi pars et jugum) seipsum in hostiam pro peccato Patri immolaturus iram ejus erat placaturus, mortemque præsentem et æternam à nobis ablaturus. (Corn. à Lap.)

religiosum et sanctum, quo Deus à peccatore placari posset; quod nunquàm faceret spiritus nequam, qui eò maximè incumbit, ne ullus Deum sibi reddat amicum.

Sed quærat hìc aliquis, quomodò si Deus jam ultorem angelum à cæde continuerat, monet tamen Davidem per prophetam, ut per sacrificia propitium sibi Dominum reddat, quasi non esset ab illo cruento negotio cessaturus, nisi nova intercessisset placandi forma, qualis esse solet ab immolatâ victimâ. Respondet Ambrosius in Psal. 37, licet ad hunc locum atque quæstionem non directò : « Si mandaverat, inquit, Dominus angelo, ut parceret, « quomodò feriebat adhuc angelus, nisi quia « Dominus, etsi vult ignoscere, vult rogari, et « ut rogetur hortatur? Nec vidisset homo angelum ferientem, nisi Dominus ejus oculis « angelum revelâsset. » Adde quòd quædam à Deo sic prædestinantur, ut tamen hominum preces intercedant, quæ eadem exorent. Sic Gregorius lib. 1 Dialog. c. 8 : « Ea, inquit, « quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædesti« nata sunt, ut precibus obtineantur. » Idem penè Augustinus de Ecclesiasticis Dogmatibus cap. 56, et Hieronymus ad illud Danielis 9, v. 3 : *Et posui faciem meam ad Dominum.*

Porrò in hâc Areuna Jebusæi quondam areâ, ædificatum est postea Salomonis templum, ut habemus ex lib. 2 Par. c. 3 : *Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri ejus in loco quem paraverat David in areâ Ornam Jebusæi.* Porrò hunc montem illum esse, in quo Abraham filium suum immolare voluit, docet ipsum nomen *Moria*, quod visionem valet, aut id quod aliquo modo pertinet ad visionem. Fuit autem illud nomen impositum monti ab ipso Israeliticæ gentis auctore et principe Abraham. De quo est illud Genes. 22 : *Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt, unde usque hodie dicitur : In monte Dominus videbit*, ac si diceret, *in monte Moria.* Ita tenent Hebræorum magistri, ut in hunc locum in eorum Traditionibus refert Hieronymus. Et facit ad hanc sententiam, quod Hieronymus in illum locum observavit, ubi Vulgatus legit v. 2 : *Vade in terram visionis*, Hebr. legi, *Moria.* Quæ omnium penè antiquorum Patrum communis est sententia. Sic sanè Josephus lib. 1 Ant. c. 14, de Abraham : « Tertiâ die, cùm jam in prospectu esset mons, « relictis aliis in campo, cum solo puero ascendit in montem, in quo post David tem« plum constituitur. » Plura nos in hanc sententiam in nostris commentariis in Isaiam ad illud c. 22 : *Onus vallis visionis.*

Vers. 20. — Conspiciensque Areuna animadvertit regem, et servos ejus transire ad se; et egressus adoravit regem prono vultu. Hoc tempore, ut habemus lib. 1, c. 22, v. 20 Par., terebat Areuna cum filiis suis in areâ demessas fruges; qui etiam cum quatuor filiis angelum vidit minaci specie, cum districto gladio. Erat autem eo tempore, ut apparet, David in civitate, ubi cædem spectârat, quam ediderat proximè exterminator angelus : et ad prophetæ, seu potiùs ad Domini jussum egressus fuit ad aream, id est, extra civitatem, ad eum locum, ubi angelum viderat inter cœlum et terram, nil jam hostile meditantem. Cui obviàm progressus est Areuna, et juxta illius temporis atque regionis morem pronus in terram adorabundus cecidit; et cùm adventùs illius causam sciscitatus esset, libenter aream, et gratis obtulit, ubi aram construeret, quâ placaret Deum; et ne quid in re tantâ intercederet moræ, boves etiam, quibus tunc in terendis frugibus utebatur, pro victimis adhibuit, et ad ignem instruendum pro holocausto plaustrum, jugum et tribulam, et si quid aliud ex instrumento rustico ad opus illud sacrum videretur idoneum, ac tandem triticum, si quod ex triticeâ materiâ futurum esset libamentum. (1)

(1) Vers. 21. — Et cessit interfectio. Nesciebat David Deum dixisse angelo percutienti : *Sufficit;* imò post hoc dictum angelus apparuit Davidi stricto gladio quasi minans percutere, unde David putabat eum reverà adhuc percutere, imò nonnulli putant eum reverà adhuc percussisse, uti satis innuit Script., dicens ad preces et sacrificium Davidis Deum placatum subtulisse pestem, hìc v. ult., et 1 Paral. 21, ubi post sacrificium Davidis subditur vers. 27 : *Præcepitque Dominus angelo, et convertit gladium in vaginam.* Utut est, certum est, ante preces et sacrificium Davidis, necdùm Deum fuisse reconciliatum, sed per angelum stricto gladio adhuc minitatum populo, verùm per preces et hostias Davidis plenè fuisse placatum, ac jussisse angelo ut gladium fulminantem in vaginam reconderet. (Corn. à Lap.)

Vers. 22. — Habes boves in holocaustum, et plaustrum et juga boum in usum lignorum. Hebræus : *En boves in holocaustum, et trahas* ad trituram, *et vasa bovis in ligna.* Septuaginta : *Ecce boves in holocaustum, et rotæ, et vasa boum in ligna.* Josephus : *Vomeres et boves.* Addunt Paralipomena, oblatum fuisse pariter frumentum in oblationes tritici, vel farinæ, quæ adjuncta sunt sacrificiorum. Hæc omnia tempore messis gesta sunt; et Areuna versabatur in areâ suâ cum quatuor filiis, frumentum purgantibus, quo tempore angelum exterminatorem aspexerunt. Hinc meritò quis colligat

Vers. 24. — Nequaquam ut vis, sed emam pretio, et non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita (1). Omnia lubens ac largus offerebat Davidi Jebusæus ille quem alienigenum, et antea, ut opinor, rebus Israeliticis non admodùm amicum, officiis David, et suo ingenio mitissimo demeruerat. At David, qui se peccâsse noverat, neque id obscurè fatebatur, noluit alienis impensis Domino litare. Quâ enim in re Deum sibi redderet placatum et facilem, si de suo nihil in eo religioso negotio posuisset? Quare docet omninò suum esse debere id, quod animo meditabatur, non alienum impendium, quia putabat sacrificium non ab uno Davide angelum visum, sed facilè toti Jerosolymæ perspicuum fuisse. (Calmet.)

Vers. 23. — Omnia dedit Areuna rex regi. Obtulit illi, atque ut acciperet, rogavit; noluit tamen David nisi pretio emere. Sed cur regis titulo hìc donatur Areuna? Sunt qui regem fuisse Jebusæorum ante captam Jerosolymam credant; vel saltem genus duxisse è vetustis gentis illius regibus; vel denique opibus et auctoritate regiâ apud suos polluisse. Fierine tamen potuisse credimus, ut Scriptura, Areunam frequenter adeò hìc et in Paralipomenis commemorans, nunquàm sive hìc, sive in Paralipomenis, nisi semel tantùm in præsenti, regium illi titulum adderet, si quidem reverà regnâsset? Septuaginta, Syriacus, Arabs et codices plures latini impressi ac manuscripti, titulum hunc regis Areunæ datum neglexerunt; neque adscriptum illum exhibebant paraphrases Chaldææ ætate Kimchi, seculo scilicet duodecimo; ac denique nihil tale legitur in Paralipomenis. Hæc omnia in eam nos persuasionem inducunt, vocem, *rex*, incuriâ amanuensis alicujus hùc irrepsisse. Sed præstat, salvâ Hebræi integritate, textum ita reddere: Ecce boves in holocaustum, et ligna ad comburendum; *Areuna, ô rex, omnia dat regi;* omnia tibi, rex, offert. Familiare est Hebræis, obsequii gratiâ, tertiam personam pro primâ usurpare. (Calmet.)

(1) *David répondit à Aréuna : Je ne puis recevoir ce que vous m'offrez ; mais je l'achèterai de vous, et je n'offrirai point en holocauste au Seigneur ce qui ne m'appartient pas.* David fait voir, par cette exactitude si exemplaire, combien Dieu aime que la justice accompagne tout ce qu'on lui offre. Il était bien éloigné de la disposition de ceux dont parle l'Ecriture, qui veulent partager en quelque sorte leur proie avec Dieu, et qui lui consacrent ce qu'ils ont ravi aux autres. Les hommes se servent quelquefois du prétexte de la piété, pour se rendre maîtres d'un bien qui ne leur appartient pas. Ce prince ne veut pas que l'on s'en serve à son égard, pour lui faire recevoir gratuitement ce qui doit être employé pour Dieu. Il veut l'acheter autant qu'il vaut, afin de nous apprendre que c'est par l'amour de la justice aussi bien que par l'humilité et la charité, que nous devons rendre agréables à Dieu les sacrifices que nous lui offrons. (Sacy.)

illud tantò Deo futurum esse gratius, quantò magis distaret à gratuito.

Emit ergo David aream, et boves argenti siclis quinquaginta. In lib. 1 Par. 21 : *Dedit ergo David Ornam pro loco siclos auri justissimi ponderis sexcentos.* Hæc duo loca, quæ non videntur aptè consentire, sic quidam non ineptè componunt, ita ut in lib. Regum tantùm agatur de pretio boum, et si plaustrum emit, et tribulam, de horum quoque pretio simul; de areâ verò nihil. At in Paralipomenon, in quo supplentur ea quæ in libris Regum prætermissa fuerant, in quibus de pretio areæ nihil habemus, illud additum fuit tantùm omisso pretio aliarum rerum, de quo supra constabat. Atque ideò sexcentos addidit aureos siclos, quod erat justum areæ pretium; et quinquaginta prætermisit argenteos, quibus res aliæ leviores coemptæ sunt.

Vers. 25.—Et ædificavit ibi altare Domino, et obtulit holocausta et pacifica (1). De

(1) *David dressa un autel au Seigneur, sur lequel il offrit des holocaustes et des pacifiques.* Les Paralipomènes ajoutent : *Dieu fit voir qu'il avait exaucé David, en envoyant le feu du ciel sur son holocauste. David, voyant que Dieu l'avait exaucé dans l'aire d'Ornan, lui immola des victimes. Le tabernacle du Seigneur que Moïse avait fait dans le désert avec l'autel des holocaustes, était alors dans le haut lieu de Gabaon ; mais David n'eut pas la force d'aller jusqu'à cet autel, pour y offrir sa prière à Dieu, parce qu'il avait été frappé d'une extrême crainte, en voyant l'épée de l'ange du Seigneur.* On peut juger par cet endroit, que lorsque des saints, comme Samuël et d'autres, ont dressé des autels particuliers, ce qui était défendu par la loi, ils l'ont fait par l'ordre de Dieu.

La vie de David a été représentée par le Saint-Esprit dans ces deux livres. Il n'en reste plus que le choix que ce prince fit de Salomon, en le préférant à Adonias pour régner après lui, et l'ordre qu'il donna à ce prince de punir après sa mort Joab et Séméï, ce qui est marqué à l'entrée du troisième livre des Rois. Car après avoir souffert pendant sa vie les assassinats de Joab et les injures de Séméï, pour attirer sur lui les miséricordes du ciel par une patience si humble et si inconnue aux souverains, il crut qu'il était juste que, sa pénitence finissant avec sa vie, son successeur vengeât après lui la dignité royale des outrages de l'un et de l'autre.

Cette histoire est l'ouvrage du ciel. Elle deviendra un trésor de lumière pour ceux qui la liront d'une manière digne de celui qui l'a écrite. On y voit paraître admirablement la grandeur de Dieu et la faiblesse de l'homme. Car il est aisé de remarquer en David des vertus que l'on peut appeler des miracles de la grâce. Il est humble après avoir vaincu un géant, c'est-à-dire après une action qui l'avait mis au-dessus de toute la gloire humaine. Il est tendre envers un persécuteur dont la haine ne pouvait être satisfaite que par sa mort. Il

eâ parte areæ, in quâ raptim est excitatum altare, nihil habemus certum; est tamen non improbabile in eo ipsissimo loco fuisse constructum, in quo priùs immolandus fuit Isaac ab Abrahamo parente. Neque enim, arbitror, ulla alia causa fuit; nulla certè alia se nobis offert, propter quam in illâ areâ, id est, in monte Moria, sacrificium sibi Dominus offerri voluerit, nisi ut antiquissimi sacrificii gratissima memoria hanc posterorum victimam redderet magis gratam. Et eamdem, opinor, ob causam, admonente Gad prophetâ, ut docet Josephus, eodem in loco ædificatum est templum, tum ut Deus illum commendaret et ornaret locum, in quo gratissimum oblatum fuerat sacrificium; tum ut parentum dulcissima memoria magis Deo posteros faceret amabiles, et pro illis continenter oraret. Peracto sacrificio consedit illa dura tempestas, et grassari desiit atra lues, quæ ex tam copioso populo nihil videbatur factura reliqui. Et hìc explicit c. 24, et liber totus secundus Regum.

Sed aliquid hìc nobis dicendum necessariò ex lib. 1 Par. c. 21, quod in lib. 2 Reg. præteritum est. Primùm habemus, holocaustum illud gratum fuisse, et illo modo susceptum à Deo, quo ipse significare solet se illud admisisse. *Obtulit*, inquit, *holocausta et pacifica, et invocavit Dominum, et exaudivit eum in igne de cœlo super altare holocausti.* Cùm Deus externo aliquo signo docere voluit non ingratam sibi fuisse victimam, hoc lapso de cœlo igne, qui holocaustum, aut aliud sacrificium consumeret, significabat. Hoc modo Abelis sibi sacrificium placere docuit Gen. 4. Sic enim explicant illud: *Respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus: ad Cain autem, et ad munera illius non respexit,* Hieronymus, et Cyrillus in illum locum, Chrysostomus, Theophylactus in c. 11 ad Heb. Per *ignem* acceptavit Gedeonis sacrificium, Jud. 6, v. 21, et Manue Jud. 13, v. 20; Aaronis Levit. 9, v. 24. Quod usque adeò erat olim in Dei populo compertum, ut non aliud experimentum quæsiverit Elias, ut probaret quòd Deo gratum foret sacrificium, 3 Reg. 18, v. 24: *Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus.* Quis illud sacrificium obtulerit, ex Scripturâ sacrâ non habemus. Hebræi, ut refert Hieronymus in eorum Traditionibus, aiunt Sadoc sacerdotem maximum infulatum processisse, et instar Aaronis obtulisse preces, et tandem obtinuisse, ut laborantis populi Deum miseresceret.

Præcepitque Dominus angelo, et convertit gladium suum in vaginam. Licet angelus manum continuisset ab inferendo vulnere, tamen adhuc habebat extentum brachium, et gladium à vaginâ nudum, quasi statim ad intermissam cladem rediturus. Sed oblato sacrificio, et à cœlesti flammâ consumpto, Deus Davidi et populo, quidquid conceperant timoris, ademit, jubens gladium quasi jam innoxium in vaginâ recondi. Et rursùs ibidem alias immolavit victimas. Quod pietatis opus obiisset in Gabaon, ubi tunc temporis erat tabernaculum, nisi ille timor ex aspectu angeli ante conceptus, quem armatum viderat, omnem vim et audaciam ademisset. Hæc ex lib. 1 Paral. c. 21.

Diximus ad finem libri primi, quæ profana tempora in Saülis et Samuelis ætatem incurrerunt: idem hìc agamus oportet, quando ita eo loco polliciti sumus nos facturos. Sunt hæc obscura et admodùm incerta, et ex fabulis potiùs quàm ex historiis exprompta, quia tempus illud, ut ex Varrone docuit Censorinus de die natali, μυθικὸν potiùs fuit quàm ἱστορικόν: incidit Davidis regnum in annum ab orbe condito 4120, ex Eusebio. Alii fermè omnes ab Eusebio magno recedunt intervallo, quorum supra meminimus, in fine libri præcedentis, neque nos in eâ re quidquam definimus, quia neque putamus de his numeris quidquam certum inveniri posse. Sed est à chronologis communiter receptum regnâsse Davidem paulò post excisum Ilium. Quare fabulosa illa, quæ Trojanum bellum consecuta sunt, ut errores

est invincible dans cette longue souffrance qui semblait ne devoir jamais finir. Et lorsque Dieu a couronné ses travaux et l'a rendu le roi de son peuple, il est modéré sur le trône même, et ce qu'il est ne lui fait point oublier ce qu'il a été. Après cela, néanmoins, cette vertu si parfaite disparaît en un moment, et l'homme se retrouve tout entier où il semblait que Dieu en eût effacé toutes les traces. Un si grand saint devient un très-grand pécheur, mais de telle sorte, néanmoins, que, reprenant sa première sainteté au moment que Dieu le touche, il paraît encore plus admirable en la manière dont il se relève, qu'il n'avait été avant sa chute.

Comme donc tout l'esprit du Christianisme, selon saint Augustin, n'est autre chose qu'une exhortation continuelle à nous humilier de plus en plus, nous trouvons excellemment dans cette histoire une instruction si divine et si nécessaire, puisque l'exemple de David est un des plus illustres qui fut jamais, pour nous persuader que Dieu est tout et que l'homme n'est rien, et pour nous faire comprendre la vérité de cette parole du même père, « qu'il « y a quelque chose de caché dans la disposi- « tion intérieure des plus grands saints, qui « les oblige à tenir toujours leur bouche fer- « mée à leur propre louange, pour ne l'ou- « vrir qu'à celle de Dieu. » (Sacy.)

Ulyssis, Æneæ in Italiam adventus, Carthaginis fundatio, ad Davidicum seculum referenda sunt. Regnavit in Latio Latinus Sylvius, Athenis Codrus, Ixion apud Corinthios; Ephesum Antandrus, sive Andronicus ædificavit. Gades Tyrus, quæ tunc in mari potens, et alias colonias in variis Mediterranei maris littoribus atque insulis condidit. Hoc tempore floruisse creditur Homerus.

Absoluta sunt hæc 6 iduum febr. anno 1621. Quidquid verò à me scriptum est, illud totum Ecclesiæ primùm, deinde meliori doctorum hominum judicio submitto.

LAUS DEO.

IN LIBRUM III. REGUM COMMENTARIUM.

In primo libro actum est de Samuelis ac Saülis imperiis, quæ in unum coegit Paulus Actor. cap. 13, dùm dixit Saülem filium Cis regnâsse annos 40, quem numerum Samuelis et Saülis anni compleverunt, ut diximus pluribus lib. 1, cap. 13. Quare liber primus annos continet 40, et plusculos alios, qui necessariò Heli sacerdotis præfecturæ tribuendi sunt. Secundus liber totidem, non continet totum Davidis imperium, quod, ut habes statim cap. 2, v. 10, ad annos quadraginta productum est; ex hoc numero deme ætatem Davidis senilem et frigidam, quæ aliquid ex libro 3 sibi decerpsit, quæ, ut apparet, non potuit non esse brevissima. Cur autem pars illa extrema ætatis Davidis in tertium librum collata sit, ea ratio est, quia initium etiam continet regni Salomonis; quod, cùm tot fuerit nobilitatum modis, ab initio libri debuit assumere principium. Hic porrò liber quinque regum Juda continet ætates, quæ 130 annos circiter absolvuntur. Qui sanè varius est, quia diviso imperio sub Roboam, magna inter cognatas gentes dissidia orta sunt, et multis modis debilitatæ Israeliticæ vires, et violata aut obscurata religio.

CAPUT PRIMUM.

1. Et rex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies; cùmque operiretur vestibus, non calefiebat.

2. Dixerunt ergo ei servi sui: Quæramus domino nostro regi adolescentulam virginem, et stet coram rege, et foveat eum, dormiatque in sinu suo, et calefaciat dominum nostrum regem.

3. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel; et invenerunt Abisag Sunamitidem, et adduxerunt eam ad regem.

4. Erat autem puella pulchra nimis. Dormiebatque cum rege, et ministrabat ei; rex verò non cognovit eam.

5. Adonias autem filius Haggith elevabatur dicens: Ego regnabo. Fecitque sibi currus et equites, et quinquaginta viros qui currerent ante eum.

6. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti? Erat

CHAPITRE PREMIER.

1. Le roi David était fort vieux et dans un âge très-avancé, et, quoiqu'on le couvrît beaucoup, on ne pouvait l'échauffer.

2. Ses serviteurs lui dirent donc: Nous chercherons une jeune fille vierge pour le roi notre seigneur, afin qu'elle se tienne devant le roi, qu'elle l'échauffe, et que, dormant auprès de lui, elle remédie à ce grand froid du roi notre seigneur.

3. Ils cherchèrent donc dans toutes les terres d'Israël une fille qui fût jeune et belle; et ayant trouvé Abisag de Sunam, *dans la tribu d'Issachar*, ils l'amenèrent au roi.

4. C'était une fille d'une grande beauté. Elle dormait auprès du roi, et elle le servait; et le roi la laissa toujours vierge.

5. Cependant Adonias, fils d'Haggith, *devenu l'aîné depuis la mort d'Absalom*, s'élevait en disant: Ce sera moi qui régnerai. Et il se fit faire des chariots, *prit* des gens de cheval, et cinquante hommes pour courir devant lui.

6. Jamais son père ne l'en reprit, en lui disant: Pourquoi agissez-vous ainsi? Or Ado-

autem et ipse pulcher valdè, secundus natu post Absalom.

7. Et sermo ei cum Joab filio Sarviæ, et cum Abiathar sacerdote, qui adjuvabant partes Adoniæ.

8. Sadoc verò sacerdos, et Banaias filius Joiadæ, et Nathan propheta, et Semei et Rei, et robur exercitûs David non erat cum Adoniâ.

9. Immolatis ergo Adonias arietibus et vitulis et universis pinguibus juxta Lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocavit universos fratres suos filios regis et omnes viros Juda servos regis.

10. Nathan autem prophetam et Banaiam et robustos quosque et Salomonem fratrem suum non vocavit.

11. Dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis : Num audîsti quòd regnaverit Adonias filius Haggith, et dominus noster David hoc ignorat?

12. Nunc ergo veni, accipe consilium à me, et salva animam tuam filiique tui Salomonis.

13. Vade, et ingredere ad regem David, et dic ei : Nonne tu, domine mi rex, jurâsti mihi ancillæ tuæ, dicens : Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit in solio meo? Quare ergo regnat Adonias?

14. Et, adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, et complebo sermones tuos.

15. Ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculum. Rex autem senuerat nimis, et Abisag Sunamitis ministrabat ei.

16. Inclinavit se Bethsabee, et adoravit regem. Ad quam rex : Quid tibi, inquit, vis?

17. Quæ respondens ait : Domine mi, tu jurâsti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ : Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit in solio meo;

18. Et ecce nunc Adonias regnat, te, domine mi rex, ignorante.

19. Mactavit boves, et pinguia quæque et arietes plurimos; et vocavit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem, et Joab, principem militiæ; Salomonem autem servum tuum non vocavit.

nias, qui était le second après Absalom, était aussi parfaitement beau.

7. Il était uni à Joab, fils de Sarvia, et au prêtre Abiathar, qui soutenaient son parti.

8. Mais ni le prêtre Sadoc, ni Banaïas, fils de Joïada, ni le prophète Nathan, ni Séméï, ni Réi, ni les vaillants de l'armée de David n'étaient pour Adonias.

9. Adonias, ayant donc immolé des béliers, des veaux, et toutes sortes de victimes grasses auprès de la Pierre-de-Zohéleth, qui était près de la fontaine de Rogel, y convia tous ses frères, fils du roi, et tous ceux de Juda qui étaient au service du roi.

10. Mais il n'y convia ni le prophète Nathan, ni Banaïas, ni tous les plus vaillants *de l'armée*, ni Salomon, son frère.

11. Alors Nathan dit à Bethsabée, mère de Salomon : Savez-vous qu'Adonias, fils d'Haggith, s'est fait roi sans que David notre seigneur le sache?

12. Venez donc, et suivez le conseil que je vous donne : sauvez votre vie et celle de votre fils Salomon.

13. Allez vous présenter au roi David, et dites-lui : O roi mon seigneur, ne m'avez-vous pas juré à moi, qui suis votre servante, en me disant : Salomon, votre fils, régnera après moi, et c'est lui qui sera assis sur mon trône? Pourquoi donc Adonias règne-t-il?

14. Pendant que vous parlerez encore au roi, je surviendrai après vous, et j'appuierai tout ce que vous aurez dit.

15. Bethsabée alla donc trouver le roi dans sa chambre. Le roi était fort vieux, et Abisag de Sunam le servait.

16. Bethsabée se baissa profondément et adora le roi. Le roi lui dit : Que désirez-vous?

17. Elle lui répondit : Mon seigneur, vous avez juré à votre servante par le Seigneur votre Dieu, *et vous m'avez dit* : Salomon, votre fils, régnera après moi, et c'est lui qui sera assis sur mon trône.

18. Cependant voilà Adonias qui s'est fait roi sans que vous le sachiez, ô roi mon seigneur!

19. Il a immolé des bœufs, toutes sortes de victimes grasses, et un grand nombre de béliers; et il y a convié tous les enfants du roi, le prêtre Abiathar, et Joab, général de l'armée; mais il n'a point convié Salomon, votre serviteur.

20. Verùmtamen, domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel ut indices eis quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex, post te.

21. Eritque, cùm dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego et filius meus Salomon peccatores.

22. Adhùc illâ loquente cum rege, Nathan propheta venit.

23. Et nuntiaverunt regi dicentes : Adest Nathan propheta. Cùmque introïsset in conspectu regis, et adorâsset eum pronus in terram,

24. Dixit Nathan : Domine mi rex, tu dixisti : Adonias regnet post me, et ipse sedeat super thronum meum?

25. Quia descendit hodiè, et immolavit boves et pinguia et arietes plurimos, et vocavit universos filios regis et principes exercitûs, Abiathar quoque sacerdotem ; illisque vescentibus et bibentibus coram eo, et dicentibus : Vivat rex Adonias !

26. Me servum tuum, et Sadoc sacerdotem, et Banaiam filium Joiadæ, et Salomonem famulum tuum non vocavit.

27. Numquid à domino meo rege exivit hoc verbum, et mihi non indicâsti servo tuo quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum?

28. Et respondit rex David dicens : Vocate ad me Bethsabee. Quæ cùm fuisset ingressa coram rege et stetisset ante eum,

29. Juravit rex, et ait : Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia !

30 Quia sicut juravi tibi per Dominum Deum Israel dicens : Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit super solium meum pro me, sic faciam hodiè.

31. Submissoque Bethsabee in terram vultu adoravit regem dicens : Vivat dominus meus David in æternum!

32. Dixit quoque rex David : Vocate mihi Sadoc sacerdotem, et Nathan prophetam, et Banaiam filium Joiadæ. Qui cùm ingressi fuissent coram rege,

33. Dixit ad eos : Tollite vobiscum servos domini vestri, et imponite Salomonem filium meum super mulam meam ; et ducite eum in Gihon.

20. Cependant tout Israël a maintenant les yeux sur vous, ô roi mon seigneur, attendant que vous leur déclariez, ô roi mon seigneur, qui est celui qui doit être assis après vous sur votre trône ;

21. Car, après que le roi mon seigneur sera endormi avec ses pères, nous serons criminels, moi et mon fils Salomon.

22. Elle parlait encore au roi, lorsque le prophète Nathan arriva.

23. Et l'on dit au roi : Voilà le prophète Nathan. Nathan s'étant présenté devant le roi, l'adora en se baissant profondément en terre,

24. Et lui dit : O roi mon seigneur ! avez-vous dit : Qu'Adonias règne après moi, et que ce soit lui qui soit assis sur mon trône ?

25. Car il est descendu aujourd'hui ; il a immolé des bœufs, des victimes grasses et plusieurs béliers ; et il a convié tous les fils du roi, les généraux de l'armée et le prêtre Abiathar, qui ont mangé et bu avec lui, en disant : Vive le roi Adonias !

26. Mais pour moi, votre serviteur, il ne m'a point convié, ni le prêtre Sadoc, ni Banaïas, fils de Joïada, non plus que Salomon, votre serviteur.

27. Cet ordre est-il venu de la part du roi mon seigneur, sans que vous m'ayez déclaré, à moi, votre serviteur, qui était celui qui devait être assis, après le roi mon seigneur, sur son trône ?

28. Le roi David dit : Qu'on me fasse venir Bethsabée. Bethsabée s'étant présentée devant le roi et se tenant devant lui,

29. Le roi lui jura, et lui dit : Vive le Seigneur, qui a délivré mon âme de toutes angoisses !

30. Ainsi que je vous ai juré par le Seigneur Dieu d'Israël, en vous disant : Salomon, votre fils, régnera après moi, et c'est lui qui sera assis en ma place sur mon trône, je le ferai dès aujourd'hui.

31. Bethsabée, baissant le visage jusqu'en terre, adora le roi, et lui dit : Que David mon seigneur vive à jamais !

32. Le roi David dit encore : Faites-moi venir le prêtre Sadoc, le prophète Nathan, et Banaïas, fils de Joïada. Lorsqu'ils se furent présentés devant le roi,

33. Il leur dit : Prenez avec vous les serviteurs de votre maître ; faites monter sur ma mule mon fils Salomon, et menez-le à Gihon.

34. Et ungat eum ibi Sadoc sacerdos, et Nathan propheta, in regem super Israel. Et canetis buccinâ, atque dicetis : Vivat rex Salomon !

35. Et ascendetis post eum, et veniet, et sedebit super solium meum, et ipse regnabit pro me; illique præcipiam ut sit dux super Israel et super Judam.

36. Et respondit Banaias, filius Joiadæ, regi, dicens : Amen; sic loquatur Dominus Deus domini mei regis.

37. Quomodò fuit Dominus cum domino meo rege, sic sit cum Salomone, et sublimius faciat solium ejus à solio domini mei regis David.

38. Descendit ergo Sadoc sacerdos, et Nathan propheta, et Banaias filius Joiadæ, et Cerethi et Phelethi; et imposuerunt Salomonem super mulam regis David, et adduxerunt eum in Gihon.

39. Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, et unxit Salomonem : et cecinerunt buccinâ, et dixit omnis populus : Vivat rex Salomon !

40. Et ascendit universa multitudo post eum et populus canentium tibiis et lætantium gaudio magno, et insonuit terra à clamore eorum.

41. Audivit autem Adonias et omnes qui invitati fuerant ab eo, jamque convivium finitum erat; sed et Joab, auditâ voce tubæ, ait : Quid sibi vult clamor civitatis tumultuantis ?

42. Adhuc illo loquente, Jonathas, filius Abiathar sacerdotis, venit; cui dixit Adonias : Ingredere, quia vir fortis es et bona nuntians.

43. Responditque Jonathas Adoniæ : Nequaquàm; dominus enim noster rex David regem constituit Salomonem;

44. Misitque cum eo Sadoc sacerdotem et Nathan prophetam et Banaiam filium Joiadæ et Cerethi et Phelethi, et imposuerunt eum super mulam regis;

45. Unxeruntque eum Sadoc sacerdos et Nathan propheta regem in Gihon, et ascenderunt inde lætantes, et insonuit civitas : hæc est vox quam audistis.

46. Sed et Salomon sedet super solium regni.

34. Et que le prêtre Sadoc et le prophète Nathan le sacrent en ce lieu pour être roi d'Israël. Et vous sonnerez de la trompette, et vous crierez : Vive le roi Salomon !

35. Vous remonterez *ici* à sa suite, et il viendra s'asseoir sur mon trône ; il règnera en ma place, et je lui ordonnerai de gouverner Israël et Juda.

36. Banaïas, fils de Joïada, répondit au roi : Que cela soit ainsi ; que le Seigneur Dieu du roi mon seigneur l'ordonne ainsi.

37. Comme le Seigneur a été avec le roi mon seigneur, qu'il soit de même avec Salomon, et qu'il élève son trône encore plus que ne l'a été le trône du roi David mon seigneur.

38. Alors le prêtre Sadoc descendit avec le prophète Nathan, Banaïas, fils de Joïada, les Céréthiens et les Phéléthiens, et ils firent monter Salomon sur la mule du roi David, et le menèrent à Gihon.

39. Et le prêtre Sadoc prit du tabernacle une corne d'huile, et sacra Salomon. Ils sonnèrent de la trompette, et tout le peuple s'écria : Vive le roi Salomon !

40. Et toute la multitude vint après lui. Plusieurs jouaient de la flûte, et donnaient toutes les marques d'une grande joie, et la terre retentissait de leurs acclamations.

41. Adonias et tous ceux qu'il avait conviés entendirent ce bruit, lorsque le festin était déjà achevé. Et Joab ayant entendu sonner de la trompette, dit : Que signifient ces cris et ce tumulte de la ville ?

42. Lorsqu'il parlait encore, Jonathas, fils du prêtre Abiathar, se présenta, et Adonias lui dit : Entrez, car vous êtes un vaillant homme, et vous nous apportez de bonnes nouvelles.

43. Jonathas répondit à Adonias : Je n'en ai point de bonnes à vous dire; car le roi David notre seigneur a établi roi Salomon :

44. Il a envoyé avec lui le prêtre Sadoc, le prophète Nathan, Banaïas, fils de Joïada, les Céréthiens et les Phéléthiens; et ils l'ont fait monter sur la mule du roi.

45. Et le prêtre Sadoc et le prophète Nathan l'ont sacré roi à Gihon, d'où ils sont revenus avec des cris de réjouissance qui ont retenti par *toute* la ville : c'est là le bruit que vous avez entendu.

46. Salomon même est déjà assis sur le trône du royaume.

47. Et ingressi servi regis benedixerunt domino nostro regi David, dicentes : Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, et magnificet thronum ejus super thronum tuum. Et adoravit rex in lectulo suo ;

48. Et locutus est : Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodiè sedentem in solio meo, videntibus oculis meis !

49. Territi sunt ergo et surrexerunt omnes qui invitati fuerant ab Adoniâ, et ivit unusquisque in viam suam.

50. Adonias autem, timens Salomonem, surrexit et abiit, tenuitque cornu altaris.

51. Et nuntiaverunt Salomoni dicentes : Ecce Adonias, timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris dicens : Juret mihi rex Salomo hodiè, quòd non interficiat servum suum gladio.

52. Dixitque Salomon : Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram ; sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur.

53. Misit ergo rex Salomon, et eduxit eum ab altari ; et ingressus adoravit regem Salomonem, dixitque ei Salomon : Vade in domum tuam.

47. Et les serviteurs du roi sont entrés et ont félicité le roi David, notre seigneur, en lui disant : Que Dieu rende le nom de Salomon encore plus illustre que le vôtre, et qu'il élève son trône au dessus de votre trône. Et le roi, se prosternant dans son lit,

48. A dit : Béni soit le Seigneur Dieu d'Israël, qui m'a fait voir aujourd'hui de mes propres yeux celui qui devait s'asseoir sur mon trône.

49. Ceux donc qu'Adonias avait conviés se levèrent tout saisis de frayeur, et chacun s'en alla de son côté.

50. Mais Adonias, craignant Salomon, se leva, sortit au plus tôt, et s'en alla embrasser la corne de l'autel.

51. Alors on vint dire à Salomon : Voilà Adonias qui, craignant le roi Salomon, se tient attaché à la corne de l'autel, et qui dit : Que le roi Salomon me jure aujourd'hui qu'il ne fera point mourir son serviteur par l'épée.

52. Salomon répondit : S'il se conduit en homme de bien, il ne tombera pas à terre un seul cheveu de sa tête ; mais s'il vient à se conduire mal, il mourra.

53. Le roi Salomon envoya donc *vers Adonias*, et le fit tirer de l'autel. Et *Adonias* s'étant présenté devant le roi Salomon, l'adora ; et Salomon lui dit : Allez dans votre maison.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et rex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies (1). Supra, cap. 21, audivimus defecisse Davidem, cùm ingressus est prælium, eòque adductum, ut tantùm non fuerit ab hoste confectus, quia videlicet illi longa et fracta tot laboribus ætas vires exhauserat. Nunc id ipsum clariùs explicatur, dùm longè progressa fuisse dicitur illius ætas : erat autem tunc septuagenarius ; septuaginta enim implevit annos, et non longè ab hoc tempore, et regno et vitâ defunctus est.

Cumque operiretur vestibus, non calefiebat. Senilis ætatis id proprium est ut maximè patiatur à frigore, atque ideò gelu et frigus sæpè de senectute dicuntur, et *frigidum* familiare est senectutis epitheton. Sic sanè homines in ætate meliori robusti, cùm ad ætatem senilem veniunt, frigere se dicunt, et omninò rebus gerendis inutiles se esse queruntur et dolent. Robustus erat Evander, clarissimisque trophæis illustris, ut ipse de se gloriosè prædicat apud Maronem, lib. 5 Æneid. ; sed in

(1) Comme David a été une excellente figure de Jésus-Christ et de son royaume, cette vieillesse de David peut avoir été une image de celle de l'Eglise, qui est le royaume de Jésus-Christ. Cette Eglise est et sera toujours la même jusqu'à la fin des siècles, ainsi que ce prince dans sa vieillesse était le même qu'il avait été dans sa plus grande vigueur. Mais, comme David n'était presque plus alors reconnaissable, étant comparé avec lui-même, lorsqu'il terrassait les lions et les ours, qu'il renversait les géants armés, et qu'il sortait victorieux de tous les combats, l'Eglise aussi maintenant a quelque peine, pour le dire ainsi, à se connaître elle-même, lorsqu'elle regarde d'une part le relâchement de tant de fidèles, et qu'elle jette d'autre part les yeux sur les premiers siècles qui ont suivi sa naissance, où elle triomphait de toutes les forces de l'enfer en la personne des Martyrs, et de tant d'autres grands saints qui paraissaient des images vivantes de la charité de Jésus-Christ. Elle sent le poids de tant de siècles passés, et il semble que l'on pourrait dire d'elle en un sens très-véritable, ce que l'Ecriture dit de David : *Habebat ætatis plurimos dies.* Plusieurs de ses membres affaiblis et sans vigueur ont peine, s'il est permis de parler ainsi, à s'échauffer, et vérifient tous les jours cette prophétie du Sauveur, que saint Jérôme cite sur ce sujet même : *Que la charité de plusieurs se refroidira* à la fin des temps. (Sacy.)

senectute algere se docet, et tractandis armis prorsùs ineptum, et Entellus robustissimus antea, de se tamen in senectute dicit :

Sed enim gelidus, tardante senectâ,
Sanguis habet, frigentque effetæ in corpore vires.

Doctores Hebræorum, quibus ex nostris nonnulli subscribunt, alias excogitârunt causas, cur Davidis vestimenta, quæ non videbantur parùm accommodata ad fovendum frigidum et senile corpus, nullum illi usum, aut nonnisi exiguum attulerint. Sed illæ omnes ejusmodi sunt, ut nemini sano probari debeant. Dicunt enim hoc esse supplicium, quod expendit David, propterea quòd oram chlamydis abscidit, quæ regii corporis tegumentum erat et insigne. Quare voluit Deus ne illum à vestimentis usum caperet David, qui desectâ regiæ chlamydis oram tam gravis personæ, quam revereri debuisset, vestem deformâsset. Alias fingunt nihilò istâ magis opportunas, quales cuilibet fingere promptum est. Sed qui novit regem ad septuagesimum ætatis annum esse provectum, quamvis antea noverit robustissimo esse corpore, et laboris patientissimo, sanè de investigandâ aliâ graviori ratione non laborabit. Vide hâc de re plura apud Abulensem, q. 2. Fieri tamen potuit, ut ad senile frigus morbus etiam accederet aliquis ex illis qui membra contrahunt et infrigidant, inducuntque tremorem ac paralysim.

Agit hâc de re pluribus Vallesius de sacrâ Philosophiâ, c. 19, et docet Davidem naturalis caloris inopiâ laborâsse, cui subvenire non possunt vestimenta, aut aliquis alius calor, qui est ab igne, seu à sole. Non vestimenta, quia hæc calefacere non possunt membra calore proprio, quem non habent, neque actu ut ignis, neque potentiâ, ut medicamenta quædam, sed tantùm, quia calorem retinent nostrum, aut quodam illius repercussu fovent. Neque calor qui ab igne est, nam ille plurimùm differt ab innato, quem innatus per alterius contractum applicatus multùm juvat et fovet. Atque ideò hujusmodi frigiditati subveniri posse docet Galenus lib. 7 Methodi, si cum eo qui ejusmodi patitur caloris defectum, assiduè cubet boni habitûs puellus. Unde credibile est medicorum hoc esse consilium, qui experientiâ, aut ex artis medicæ disciplinâ noverant unius naturalem exiguum ab alterius naturali calore optimè foveri

Vers. 2.— Dixerunt ergo ei servi sui : Quæramus domino nostro regi adolescentulam virginem, etc. (1). Cur verò tam medici, quàm alii regis familiares virginem adolescentulam quærendam esse dicant, scito opus est. Non quærunt puellum, cùm illius fortasse calor non minùs esset ad senile corpus fovendum idoneus, quàm qui est à puellâ. Virginem, quia ille neque præstare posset quod hæc facit, neque tam esset ille concubitus à turpitudine vacuus. At uxores aliæ, seu concubinæ, quas habuit David, quæ in eodem cum rege lectulo cubare sine periculo possent, jam erant vetulæ, neque fortasse in earum corporibus, aut vigebat calor, aut ferebat sanguis, qui, ut diximus, plerùmque friget in grandævo corpore. Sanè ex quo David regnum primùm iniit totius Israelis, non legimus, aut uxorem accepisse, aut concubinam ullam, nisi fortasse Bethsabee. Quare omnes longævas jam fuisse necesse est, cùm ab eo tempore triginta propè fuerint anni transacti. Concubinas verò cujuscumque officii causâ ad regium thalamum adhiberi, non erat è regiâ dignitate, cùm illas violâsset Absalom incesto concubitu, et eam ob causam à Davide jampridem in arctam, licet honestam, custodiam essent inclusæ, ut habes lib. 2, cap. 20. Quare quærenda fuit virgo, tum quia illæ feminæ, quarum jam ante est libata virginitas, aut quæ fuerunt aliquando puerperæ, calorem habent, aut magis tenuem, aut minùs salubrem, quàm virgines, quæ, ut integræ sunt, sic etiam illarum integer est ac vividus calor. Quâ de re vide Abulensem q. 4, ubi aliqua observat ex opinione medicorum, quæ à feminarum obsequio, maximè juvencularum, contra frigiditatem et paralysim plurimùm existimantur habere momenti.

Hæc porrò puella et virgo quæritur, et omnium pulcherrima virgo quidem, quia illius calor opportunus magis, et quia regiam dignitatem minùs decebat puella, quæ ab alio priùs esset subacta. Pulcherrima verò, quia cùm deberet regi semper astare, illiusque et ministrare cibos, et curare corpus, si aliquid in eâ deformitatis inesset, et nausearet ad illius faciem, et fastidiret cibos ab illius manu porrectos : fieri etenim solet, ut qui minùs est cibo-

(1) Stet coram rege, ut serviret regi. Sed versiculi 4 et 15, atque Chaldæus hujus textûs docent, adhibitam fuisse puellam, ut regi ægrotanti ministraret, exhiberet potum et cibum, et cætera præstaret, quæ morbus atque ætas principis exigerent. Decubuisse tunc in lecto Davidem, constabit inferiùs.

Et foveat eum. Hebræus : *Et solatio illi sit*, vel *serviat*. Chaldæus : *Sit illi propinqua*. Alii : *Sit illi uxor*, vel *concubina*. (Calmet.)

rum appetens, imò nauseante stomacho, fastidit omnia, non solùm patienter, sed etiam jucundè capiat cibos, quos condivit, aut ministravit ille quem amat, aut in quo munditiès est, et aliquot amoris blandimenta. Quo artificio usus est Amnon lib. 1, cap. 13, ut suam sibi voluptatem impleret, qui non dubitabat hoc fuisse parenti notum, quando ab illo petiit simulato morbo, ut ad se mitteret sororem Thamar, de cujus manu cibos sumeret, quasi alii omnes fastidium moverent stomacho, qui omne eduliorum genus aversaretur.

Neque mihi dubium est, quin ea femina sub eâ conditione venerit in societatem sinumque Davidis, ut cum illâ citra culpam ullam habitare et quamcumque consuetudinem habere potuerit. Alioqui quomodò tutò rex ille, licet effœto, et semimortuo corpore, usque adeò familiarem usum cum virgine speciosâ, cujus mille sunt peccandi illecebræ, habere potuisset, per quam diabolus extinctos carbones ardere facit, et libidinis incendia in membris frigidis et penè mortuis effervescere? Quare probo quod visum est Theodoreto q. 7, et ex eo Procopio, Lyræ, Dionysio, et Cajetano statim c. 2, imò et S. Hieronymo Epist. 2 ad Nepotianum, qui Sunamitidem hanc uxorem appellat Davidis. Abulensis concubinam esse concedit hic q. 4, uxorem esse negat c. 2, q. 25. Quodvis horum à peccato liberat hoc Davidis cum Sunamitide usque adeò familiare consortium. Tropologicum sensum hujus historiæ habes apud Hieronymum in Ep. ad Nepotianum de Vitâ clericorum, ubi in Sunamitide sapientiam intelligit, quæ ubi alia desunt adjumenta naturæ, comitatur, consolatur et fovet senectutem. (1)

(1) Porrò hæc habet eò loci appellatus S. Hieronymus: « Nonne, ait, tibi videtur, si occidentem sequaris litteram, vel figmentum « esse de mimo vel atellanarum ludicra? Frigidus senex obvolvitur vestimentis, et nisi « complexu adolescentulæ non tepescit. Vivebat adhuc Bethsabee; supererat Abigail, et « reliquæ uxores ejus et concubinæ, quas « Scrip. commemorat: omnes quasi frigidæ « repudiantur, et in unius tantùm grandævus « calescit amplexibus. Abraham multò David « senior fuit, et tamen vivente Sarâ aliam non « quæsivit uxorem; Isaac duplices David annos « habuit, et cum Rebeccâ jam vetulâ nunquàm « friguit. » Ubi adverte S. Hieronymum, æquè ac Angelomum et alios, elevare hic, et quasi evertere sensum litteralem, qui omninò loco fundamenti statuendus est; quare hisce verbis tantùm significant, litteralem ut minùs utilem hic obiter prætereundum esse, ac morali, qui præcipuus est, inhærendum, quem sic assignat ibidem S. Hieron.: « Quæ est igitur ista « Sunamitis uxor et virgo, tam fervens ut frigidum calefaceret, tam sancta ut calentem « ad libidinem non provocaret? Exponat Salomon sapientissimus patris sui delicias, et « pacificus bellatoris viri narret amplexus. « *Posside sapientiam, posside intelligentiam.* « *Ne obliviscaris, ac ne declinaveris à verbis oris* « *mei, neque derelinquas illam, et apprehendet* « *te; ama illam, et servabit te. Principium sapientiæ, posside sapientiam, et in omni possessione tuâ posside intelligentiam; circumda illam,* « *et exaltabit te; honora illam, et amplexabitur te,* « *ut det capiti tuo coronam gratiarum. Corona* « *quoque deliciarum proteget te.* Omnes quoque « virtutes corporis mutantur in senibus, et « crescente solâ sapientiâ decrescunt cætera. »

Probat idipsum ex etymo nominis *Abisag*, et *Sunamitis*, dùm post plura subjicit: « Sed « et ipsius nominis *Abisag* sacramentum, sapientiam senum indicat ampliorem; interpretatur enim, *pater meus superfluus*, vel, « *patris mei rugitus;* verbum superflui ambiguum est, sed in præsenti loco virtutem sonat, quòd amplior sit in senibus, et redundans ac larga sapientia. In alio autem loco « superfluus, quasi non necessarius ponitur. « *Abisag* autem, id est, *rugitus*, propriè nuncupatur, quod ut maris fluctus resonat, et, « ut ita dicam, de pelago veniens fremitus auditur. Ex quo ostenditur abundantissimum, « et ultra humanam vocem divini sermonis in « senibus tonitruum commorari. Porrò Sunamitis in linguâ nostrâ coccinea dicitur, ut « significet calere sapientiam, et divinâ lectione fervere; quod licet Dominici sanguinis « indicet Sacramentum, tamen et fervorem ostendit sapientiæ. » Unde optando concludit: « Amplexetur me modò sapientia: et Abisag « nostra, quæ nunquàm senescit, in meo requiescat sinu. Impolluta est, virginitatisque « perpetuæ, et quæ in similitudinem Mariæ, « cùm quotidiè generet semperque parturiat, « incorrupta est. Hinc reor dixisse Apostolum: « *Spiritu ferventes.* »

Hæc omnia ad verbum ex S. Hieron. transcripsit Angelomus, qui et addit: « Hinc Dominus ait Lucæ 12: *Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut ardeat?* Qui discipulorum corda succendens cogebat dicere: « *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dùm* « *loqueretur in viâ, et aperiret nobis Scripturas?* « Hanc si quidem puellam amplecti ac diligere « debemus, quæ sapientiam significat senum « ampliorem; non pueriles declamationes et « sapientium flosculos dialecticorum, ac verborum lenocinia. » Deinde idipsum probat exemplis philosophorum: « Si enim Cato, inquit, Romani generis disertissimus (ut quidam doctorum protulit), octogenarius jam et « senex Græcas litteras nec erubuerit, nec « discere desperaverit; et si certè, ut aiunt, « Homerus refert, quòd de linguâ Nestoris « jam vetuli et penè decrepiti dulcior melle « oratio fluxerit; et sapiens quidam Græciæ, « cùm completis centum et septem annis se « cerneret mori, dixisse fertur, dolere quòd

VERS. 4. — ERAT AUTEM PUELLA PULCHRA NIMIS, DORMIEBATQUE CUM REGE, ET MINISTRABAT EI; REX VERO NON COGNOVIT EAM. Quæsita est ex omnibus finibus Israel puella, quæ maximè

videbatur idonea, ut talia regi præstaret, quæ ætas illa frigida et longo jam ævo exhausta requirebat. Talis verò inventa est in civitate Suna, quæ pertinebat ad tribum Issachar, quæ cum rege esset familiaris et assidua, cum illo sic in eodem lecto dormiret, ut suo calore senile corpus arctiùs complexa calefaceret; nunquàm tamen illam rex, aut conjugali aut amatorio concubitu cognovit. Quod planè prodigii instar est: quotus enim quisque, licet saxeus esset aut ferreus, ad illius ignis attractum non remollesceret? ex quo nonnulla conjectura sumitur, ut credamus Sunamitidem hanc puellam, aut uxorem fuisse Davidis, aut concubinam. Ut quid enim diceretur hæc virgo à Davide non cognita, nisi legitimè cognosci potuisset? Neque quo tempore hæc juvencula regi familiare hoc præstitit officium, si erat affectus, ut congressum ullum tentaret, nisi legitimum, aut illud medicinæ, seu fomenti genus admitteret, cum tanto animæ suæ, tamque manifesto periculo. Deinde quod tam grave peccatum admiserat Adonias, cùm Abisag istam dari sibi uxorem à Salomone petiit, propter quod ab illo interfectus est, si ancillæ potiùs præstitit regi, quàm concubinæ, aut uxoris

« tunc egrederetur è vitâ, quando sapere cœ-
« pisset; Plato etiam octogesimo anno scribens
« mortuus est; Socrates septuaginta et novem
« annos in docendi scribendique labore com-
« plevit; quantò magis, calescente corporis ju-
« ventute inter bella corporis et inter incen-
« tiva vitiorum sapientiam ediscere debemus;
« ut et in senectute etiam frigescentibus, in
« sinu mentis nostræ requiescat, et foveat dor-
« miatque nobiscum, imò cibum spiritalis in-
« telligentiæ nobis ministret? Potest nimirùm
« etiam ista mulier contemplativæ vitæ ges-
« tare figuram, quam omnes perfecti incredi-
« bili amore complectentes in ejus dilectione
« flammescunt. » David ergo ducit Abisag, quæ sapientiam senilis ætatis propriam repræsentat. Nam *Abisag*, interprete D. Hieronymo proximè citato, idem est quòd *abundans*, et quòd *rugitus*. « In senibus autem, inquit, abun-
« dantissimum et ultra humanam vocem divini
« sermonis tonitruum commoratur. »

Tropologicam causam dat S. Prosper lib. 2 Prædestinat. cap. 27: « Abisag, ait, significat
« animam Dei gratiâ castitatis calore suc-
« censam, quæ frigidas in fide potentias, ut
« membra regis magni suo accendit affectu. »

Symbolicam dat Angelomus et Rupertus:
« David, inquiunt, id est, Christus, mortuâ
« et rejectâ veteri Synagogâ Judæorum, des-
« pondit sibi adolescentulam Abisag, id est,
« Ecclesiam novam Christianorum, et tanto
« ardore fidei in ejus dilectione caluit, ut
« propter illius amorem variis periculis se ul-
« trò committeret, et ad ultimum pro ejus no-
« mine mori non recusaret. »

(Corn à Lap.)

officium? Quis enim vetuit quemquam cum parentis ancillâ, cui nihil accidit à parentis intemperantiâ, conjugali fœdere conjungi?

Vers. 5. — Adonias autem filius Haggith elevabatur, dicens: Ego regnabo. Cùm videret Adonias à parentis ætate non procul abesse supremum diem, et neque parentis expectandam esse mortem, cùm vires exhausisset, et ætas senilis, et morbus, ita ut ad regendas imperii habenas minùs esset idoneus, jam sibi persuaserat fore ut brevi regium jam ipse nomen obtineret, qui fratrum omnium maximus esset natu; neque eâ præfecturâ videretur indignus: quare regios sibi spiritus assumpsit, et quod mente conceperat, ambitiosâ oratione prædicabat, dicebatque audacter et liberè: *Ego regnabo.*

Fecitque sibi currus, et equites, et quinquaginta viros qui currerent ante eum (1). Hæc

(1) Ce qui se passa alors dans le royaume d'Israël, peut bien être une figure terrible de ce qu'on a vu arriver depuis durant tout le cours des siècles dans le royaume de Jésus-Christ, qui est son Eglise, où souvent plusieurs, n'ayant point d'autres qualités que celles de la naissance et d'un éclat extérieur, ont aspiré témérairement à s'élever sur le sacré trône du vrai Salomon, sans qu'ils eussent été choisis par le véritable David. Le silence que Dieu gardait pour un temps à l'égard de ces personnes ambitieuses, sans s'opposer à leurs vains projets, leur donnait lieu de juger qu'il les approuvait; comme le silence de David, qui ne reprit point Adonias, engagea insensiblement ce malheureux prince dans une usurpation ouverte. Mais Dieu ne se taira pas toujours, et ce David s'étant comme réveillé de cette espèce d'assoupissement, prononcera tout d'un coup en faveur de Salomon, contre ces usurpateurs de sa puissance. Quelques-uns peut-être sont surpris de ce que Dieu ne se déclare point plus tôt, et jugeant de Dieu par eux-mêmes, ils ne peuvent comprendre une patience si divine. Mais ils ne considèrent pas que la longue attente de Dieu, comme dit saint Paul, invite à la pénitence. *Mépriserons-nous,* dit cet Apôtre, *les richesses de sa bonté, de sa patience, et de sa longue tolérance? Ignorons-nous que cette divine bonté nous invite à nous repentir? Et cependant par la dureté de notre cœur, nous nous amassons un trésor de colère pour le jour de la colère et du juste jugement de Dieu.* Combien donc est-il plus avantageux, dit un ancien Père, que la vérité nous brûle présentement par sa sévérité apparente, pourvu qu'elle nous guérisse, que non pas que notre ambition soit flattée, et qu'elle nous précipite dans la mort? Combien doit-on s'estimer plus heureux quand Dieu nous étonne par le tonnerre de ses divines menaces, que lorsqu'il semble dormir en nous laissant dans la jouissance paisible des désirs de notre cœur et de notre orgueil? *Urat veritas, et tamen sanet. Lenitur superbia; sed labitur vita.*

(Sacy.)

signa sunt, aut ejus qui se regem esse meditatur, aut qui regnum ambit. Neque enim quisquam alius hæc assumpsit, aut signa occupati regni, aut regis capitis munimenta. Quæ omnia etiam adhibuit Absalom lib. 2, c. 15, cùm ad regni fastigium aspiraret : cùmque eadem hìc, atque illìc occurrerint verba, nihil est, quod hìc additum esse opus sit. Inde tu explicationem sume.

Vers. 6. — Nec corripuit eum pater suus aliquando dicens : Quare hæc fecisti ? Non ignorabat David quid eo tempore fecerat Adonias, (quis enim ignoraret, quod sine strepitu atque tumultu fieri non poterat ?) neque quò spectarent Adoniæ consilia in quo speciem quamdam intuebatur Absalomis, quem immaturi conatus et præceps ambitio in mortem immaturam præcipitem egerunt. Ut autem erat animo in filios magis, quàm expediret, indulgenti ac molli, neque corripuit, neque severâ aliquâ ratione perstrinxit. Quo id consecutus est, ut dùm filium lactat, in Salomonis gladium impegerit. Sicut ante Amnonem, qui sororem incesto concubitu compresserat, quem dùm contristare severâ admonitione non vult, impunitum à parente frater Absalom non leviori quàm capitali supplicio mulctavit.

Erat autem et ipse pulcher valde. Pulcritudo blanda animorum conciliatrix est, quâ et antea, cùm similia meditaretur Absalom, populum fecit suum, et nunc etiam Adonias, dùm equitibus superbit, et curribus et prætorianis militibus stipatus incedit. Qui suâ pulcritudine, sic etiam ceperat paternos oculos, ut nihil ab eo adversum audierit, cùm illa juvenilis audacia severam aliquam reprehensionem exigeret.

Vers. 7. — Sermo ei cum Joab filio Sarviæ, et cum Abiathar sacerdote. Hos duos viros principes, alterum in sacris, cùm summus esset sacerdos, alterum in re bellicâ, cùm princeps esset exercitûs, ad illud prorsùs immaturum conjurationis consilium adhibuit. Quod utrique charò non longè post stetit. Alter enim sacerdotio ideò, alter, tùm propter alia crimina, tùm etiam propter hanc societatem vitâ privatus est. (1)

(1) Vers. 8. — Sadoc sacerdos... non erat cum Adonia. Abiathar et Sadoc summum sacerdotium simul gerebant, è diversis sati familiis, quamvis ambo ex uno eodemque genere Aaronico. Abiathar ad familiam Ithamari, Sadoc ad familiam Eleazari pertinebat. Prior inhæserat Davidi perfugæ, et è favore regis Saülis excluso; alter autem sacerdotium in tabernaculo sub eodem Saüle exercuerat. David novo planè exemplo exercitium dignitatis suæ utrique permisit. Meritò credimus, duos hosce sacerdotes animo inter se non convenisse, ac fovisse simultates et æmulationes, cùm ex illis alter secesserit in partes Adoniæ, alter verò adhæserit Salomoni. Sadoco res cessit felicior; captis enim regni habenis, Salomon exauctoravit Abiatharum, Sadocum confirmavit.

Vers. 9. — Immolatis ergo Adonias arieti-

Banaias filius Joiadæ. Banaias virtute suâ illustris, constitutus fuerat à Davide princeps Cerethi et Phelethi, qui custodes corporis fuisse creduntur. Transtulit illum deinde Salomon ad supremum armorum suorum imperium, Joabi loco. Ambo hi duces, Joabus et Banaias, æmulis sese animis suspiciebant, quæ fortè causa illos prohibuit, ne in unam eamdemque partem convenirent.

Nathan. Hunc prophetam fuisse constat in obsequio et amore Davidis, cui educationem filii sui Salomonis commisisse plures arbitrantur; ipsumque Salomonem rerum potitum magnam illi auctoritatem apud se tribuisse, ut communi nomine *pater regis* appellaretur. Hæc opinio, quæ Nathano gloriam vindicat educati Salomonis, ducitur è textu 2 Regum 12, 25, in quo hæc olim legebantur : *Misit eum* (David Salomonem) *in manu Nathan prophetæ, et vocavit eum, Amabilis Domino.* Vel, uti legebat Petrus Comestor : *Commisit eum in manu Nathan.* Sed Vulgata nostra correcta fert tantùm : *Misitque in manu Nathan,* quod cum Hebræo et Septuaginta cohæret. Quare opinioni huic fundamentum subducitur. Quin et ipse de se Salomon affirmat in Proverbiis 31, juveniles institutiones à matre suâ sese accepisse.

Semei. Sunt qui credant, eumdem esse virum ac Nabat patrem Jeroboami, qui decem tribubus imperavit. Idem Semei magister et pædagogus Salomonis fuisse traditur. Quæ tamen omnia inter incerta sunt incertissima. Constat utique, virum fuisse longè alium à Semei, qui maledictis lacessivit Davidem, quique jussu Salomonis neci traditus fuit.

Rei. Auctor Traditionum Hebraicarum in libros Regum eumdem esse virum censet ac Iram Jairitem, veterem Davidis amicum, qui et appellatur *sacerdos David.*

Robur exercitus David. Nomine *exercitûs Davidis* innuuntur facilè corporis custodes, Cerethi et Phelethi, quæ selectissimæ Davidis copiæ erant, et fortassè unicæ, quas haberet semper sub signis, et mercede conduceret. Exercitus, cui præerat Joabus, coalescebat ex universo populo ferendis armis idoneo. Numerus erat hominum ingens, at non semper stabat sub signis.

Damus hìc novas conjecturas in postrema illa verba : *Semei, et Rei, et robur exercitûs.* Septuaginta legerunt : *Semei, et ejus amici potentes,* vel *fortes David.* Syriacus et Arabs : *Semei et Dai heroes* vel *gigantes* David. Vertendum ego maluerim : *Nec audientes, nec videntes, nec fortes David,* Adoniæ favebant. Nomine audientium et videntium innuitur publicum (vide inferiùs, v. 20), qui voluntatem regis nòrant, qui Dei consilium habebant exploratum ; vel fortè prophetæ vel filii prophetarum, præceptores et discipuli, quorum magna erat in regione auctoritas. (Calmet.)

BUS, ET VITULIS, ET UNIVERSIS PINGUIBUS (1). In unctione, aut in auguratione regum immolari solitas esse victimas, multis exemplis jam supra docuimus. Nam cùm secundò unctus fuit Saül, et rex à populo conclamatus, oblata fuêre sacrificia 1 Reg. c. 11. Item cùm unctus fuit secundò Salomon lib. 1 Par. c. 19, vers. 21.

QUI ERAT VICINUS FONTI ROGEL. Locus notatur, ubi oblatæ victimæ, et instructa convivia, de quibus postea v. 41. Adonias, quique cum illo erant, intenti tam victimis quàm geniali convivio, audierunt buccinæ clangorem, quo tempore triumphali more Salomon jam unctus et conclamatus rex à populo traducebatur. Item quia fons Rogel non procul abest à Jerusalem, imò videtur affixus esse monti, cui insidet civitas. Ibi enim constiterunt Achimaas et Jonathas, ut quid rerum fieret ab Absalome Jerosolymam ad Davidem perferrent. lib. 2 Reg. 17, v. 17. Hic porrò fons communis erat tribui Juda et Benjamin, quia, ut constat ex libro Josue cap. 15, et c. 18, linea quæ utramque dividit tribum, fontem ipsum intersecat. Lapis porrò ille, juxta quem immolatæ sunt victimæ, et instructæ conjuratorum epulæ, ideò creditur appellatus Zoheleth, quia prope illum serperent aquæ fontis Rogel. Id enim valet aliquando *Zachal*, à quo lapis ille nomen accepit. Ita putat Rab. David. Neque deest ex Hebræis, qui putet lapidem illum non esse vivum et affixum loco fonti vicino, sed separatum, et in illam efformatam speciem, quam haberet Romanorum discus, in quo juvenes suas solent certatim explorare vires, quemque lapidem Hebræi oneris appellant. De quo nos pluribus ad illud Zach. c. 12, v. 3 : *Ponam Jerusalem lapidem oneris*. Ita Rab. Salomon. Porrò Rogel fons ille existimatur, qui à nonnullis dicitur *fons fullonis*, et à quo fullonis ager nomen accepit. Neque aliqua deest conjectura sumpta à nomine *Reguel*, quod significat pedem. Fullo enim in emundandis et dealbandis pannis non tam manibus utitur, quàm pedibus. Sic docet Plinius lib. 28, c. 6, ubi dicit urinam virilem vim magnam habere contra podagram, cui rei argumento esse dicit, quia fullones eo morbo non laborant : quæ ratio omninò valeret nihil, nisi opus illud pedibus magis ageretur, quàm manibus. Sanè Titinnius in Fullonià, apud Nonnium, crebro multiplicique sufultu emaculari et candefieri à fullone vestes ostendit. Sic enim ille :

Terra hæc est, non aqua,
Ubi tu solitus argutarier pedibus,
Cretam dùm compescis, vestimentaque lavas.

VERS. 10. — NATHAN AUTEM PROPHETAM, ET BANAIAM, ET ROBUSTOS QUOSQUE, ET SALOMONEM NON VOCAVIT. Non ausus est, opinor, Adonias his impartiri sua consilia, quia in re illâ procurandâ adfuturos sibi non putabat. Sciebat enim, ut reor, Adonias, quid de successore pater statuisset, et quemadmodùm aliquando promisisset Bethsabee, ipsius filium Salomonem Israelitici regni habiturum habenas. Quod non ignorabant domestici, quique regi familiariter assidebant, qualis erat Nathan, ut ipse statim ostendit, et Banaias, et robusti illi, quibus credita fuerat regii corporis prætoriana custodia. Hi verò sunt Cerethæi et Phelethæi, quibus, ut liquet ex c. 20, lib. 2, præerat Banaias. Alios itaque adhibuit, quos à suis consiliis minùs existimabat alienos : ab his autem sibi caverat, de quorum fide atque animo sibi metuebat.

VERS. 11. — DIXITQUE NATHAN AD BETHSABEE (1). Quia uxores regiæ, ut illarum decebat

(1) IMMOLATIS ADONIAS... UNIVERSIS PINGUIBUS. Reddi Hebræus posset : *Immolatis ovibus et capris*, vel arietibus, vel hædis et *bobus* seu vitulis, *et animalibus ad id saginatis*. Septuaginta : *Sacrificavit oves, et vitulos, et arietes*.
(Calmet.)

(1) *Alors Nathan dit à Bethsabée, mère de Salomon : Savez-vous qu'Adonias s'est fait roi sans que David, notre seigneur, le sache?* Qu'heureux sont les princes à qui Dieu donne quelque serviteur fidèle également attaché aux intérêts de leur couronne et de leur salut, tel qu'était Nathan à l'égard du roi David, qui savent dans les occasions ménager par tous les moyens de la prudence chrétienne ce qui leur est véritablement avantageux pour l'un et pour l'autre ! Mais comme David ne nous représente pas seulement les princes, mais encore Jésus-Christ dans tous les fidèles faibles ou forts, disons plutôt qu'heureux sont ceux qui appartenant au véritable David, et qui étant quelquefois comme endormis en ce qui regarde leurs vrais intérêts, trouvent dans quelque pasteur, comme dans Nathan, la lumière et les avis qui leur manquent. Car si ce prophète avait manqué à David, peut-être que son royaume aurait passé, contre sa première volonté, à Adonias, et Dieu ne faisant pas toujours des miracles, Salomon, son vrai successeur, en aurait été exclus.

Nous avons aussi en nous un Adonias, c'est-à-dire le démon même qui, comme un tyran, travaille sans cesse à usurper le royaume de notre cœur, lequel appartient au vrai Salomon, qui est Jésus-Christ. C'est à nous à nous défier des faux pasteurs qui se joignent comme Abiathar à cet insolent usurpateur, pour nous tromper et pour nous perdre. Et nous ne pouvons assez nous attacher aux vrais prophètes

dignitatem et nomen, in gynæceo erant, aut femineo secessu, quò minùs sæpè veniunt, quæ foris fiunt, ac populari in turbâ; ideò cùm res esset explorata vulgo, ignorabat tamen Bethsabee, ad quam Nathan refert quid moliretur Adonias, quantùm ipsi et filio Salomoni imminebat periculi, et quomodò obtinere posset à rege Salomoni regnum, quo jam penè David defunctus videbatur.

Vers. 12. — Salva animam tuam, filiique tui Salomonis. Nôrat Nathan quàm præceps sit ambitio, cæca et amens regnandi cupiditas, quàm nihil curet humanitatis atque naturæ leges. Atque ideò timere poterat, ne Adonias Bethsabee matri et Salomoni filio aliquid intentaret hostile, ne quid esset quod regni sui statum perturbaret. Sanè scimus multos regnandi studio fratribus suis attulisse necem; apud profanos exempla sunt explorata atque obvia. Ochus Persarum rex, ut tradit Justinus lib. 10, quò liber regnaret et sine metu, fratres occidit octoginta. Et Phaartes, ut docet idem lib. 42, Parthorum rex, quò regnum obtineret, Herodem patrem, et triginta filios interemit. Cujus diræ atque impiæ atrocitatis exempla una nobis Othomana domus suppeditat, quæ sæpè, ut regnum obtineret, sceleratum ferrum fraterno sanguine cruentavit. Eodem consilio Abimelec Gedeonis filius, ut habes Jud. 9, septuaginta fratres interfecit, ne superesset unus ex tantâ familiâ, qui regnum ambiret aut à se fraudulentis occupatum consiliis novarum rerum molitione turbaret. Idem fecit Joram Rex Juda, qui sex fratres occidit lib. 2 Par. c. 21. Idem quoque ne faceret, timeri potuit Adonias, cùm sciret eò inclinatum parentis animum, ut Salomonem in regno suî loco sufficeret; qui eo nomine comparare sibi potuit studia populi, qui neque malè animatus erat in Davidem, et ideò factum vellet, quod priùs, et designâsset animo, et verbis non obscuris significâsset. Quare prudenter admonetur à Nathan prophetâ Bethsabee, ut Adoniæ consilium antevertat, et suæ et Salomonis filii vitæ maturè prospiciat. (1)

Vers. 16. — Inclinavit se Bethsabee, et adoravit regem. Placuit Bethsabee prophetæ

du Seigneur, qui, comme Nathan, nous parlent *dans la sincérité de Dieu,* selon que saint Paul le dit de lui-même.

Bethsabée, comme le témoigne saint Augustin, était en cela la figure de l'Eglise. Et c'est elle proprement que nous devons écouter, lorsque les fidèles ministres de Jésus-Christ nous représentent nos devoirs, puisqu'ils ne sont destinés que pour appuyer, comme ses organes, ce qu'elle nous dit par eux, selon qu'il nous est marqué ici par Nathan, qui témoigne à Bethsabée qu'il appuyera ce qu'elle aura dit au roi : *Et complebo sermones tuos.*

(Sacy.)

(1) Vers. 15. — *Bethsabée alla donc trouver le roi dans sa chambre, se baissa profondément et l'adora,* etc. Ce terme d'adoration est pris ici improprement, et ne veut dire autre chose qu'une profonde inclination, avec tous les témoignages d'un profond respect. Car on sait assez que l'adoration véritable n'est due qu'à Dieu seul. Et David, étant si humble et si éclairé, n'aurait pas souffert que la reine eût commis une impiété à son égard. Mais on peut bien dire qu'en cela même elle figurait cette profonde adoration où est l'Eglise à l'égard de Jésus-Christ. Et la conduite de cette princesse en tout ceci est d'une admirable instruction pour toutes les âmes qui sont comme les épouses du Sauveur. Elle savait que David et que Dieu même avait résolu que le prince Salomon, son fils, succéderait à la couronne de son père. Le temps d'accomplir cette promesse était venu, et c'était par elle-même que cet ouvrage se devait exécuter. Mais, soit par inadvertance ou par retenue, elle demeurait dans une paix étonnante. Il faut que Nathan, le prophète du Seigneur, la vienne trouver; qu'il lui fasse part de ses lumières; qu'il règle ses pas, et mette en sa bouche toutes les paroles qu'elle doit dire. Elle défère avec une humilité admirable à ce que lui dit Nathan; et sans entreprendre de mêler ses lumières particulières avec les lumières de ce saint prophète, qu'elle respecte comme celles de Dieu même, elle se met en état de renverser tous les desseins ambitieux d'Adonias.

Que les âmes donc, que Bethsabée représente ici, apprennent de son exemple que, si Dieu leur fait comme à cette reine de grandes promesses, elles doivent sans empressement attendre, comme elle, qu'il leur déclare par la bouche de ses ministres ce qu'elles sont obligées de faire; et ensuite y obéir avec la même docilité qu'elle fit paraître alors. Qu'étant convaincues de leur faiblesse, elles regardent toujours leurs pasteurs comme leur tenant lieu de Nathan, c'est-à-dire comme pouvant et comme devant suppléer à leur défaut par leur grand crédit auprès de Dieu; *complebo sermones tuos.* Et qu'après avoir reçu la plus grande grâce qu'elles pouvaient espérer en cette vie, qui est de devenir les épouses de Jésus-Christ, en accomplissant fidèlement la volonté de son Père, elles imitent la reconnaissance de Bethsabée. Qu'elles disent dans la profondeur d'un humble ressentiment : Si Dieu ne m'avait parlé par son prophète, je serais encore au rang des pécheurs : *Erimus ego, et filius meus, peccatores.* Il est vrai que, selon le sens littéral de l'Ecriture, cette parole que la reine dit au roi signifie que, si ce prince venait à mourir avant que d'avoir déclaré sa volonté sur le choix qu'il faisait de son successeur, Bethsabée et Salomon passeraient pour criminels dans l'esprit d'Adonias, qui, comme son fils aîné, prétendait s'attribuer la couronne. La prière de cette princesse est admirable dans son humble simplicité : *Tout Israël,* dit-elle à David, *jette maintenant*

consilium, atque ideò statim regem adiit, illumque de more adoravit. Est autem, adorare, inclinare se, et prono vultu aliquam in altero majorem dignitatem agnoscere : cujus rei nunquàm in Scripturâ non occurrunt exempla : lib. 1 Reg. c. 20, v. 11, David adorâsse dicitur Jonatham ; et iterùm Saülem c. 24, v. 9. Abigail Davidem c. 25, v. 23 ; eumdem femina Thecuitis lib. 2, c. 14, v. 4. Hæc porrò adoratio urbanus est modus captandæ benevolentiæ, et placandi animi graviùs offensi.

Ad quam rex : Quid tibi, inquit, vis ? Novam aliquam curam injecit regi tam insolitus et inopinatus Bethsabee adventus, cùm, ex quo ille rei conjugali ineptus esse cœpit, neque illam, ut opinor, neque ullam è tantâ uxorum, concubinarumque multitudine ad se, aut vocaverit, aut admiserit, unâ contentus Sunamitide, non tam ad connubiale negotium, quàm ad curandum frigidum et senile corpus. Aliquid ergo, et novum, et magnum suspicatus rogat, ecquid acciderit novi, ecquid à se exoratum velit.

Vers. 17. — Domine mi, tu jurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ : Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit in solio meo. Quo loco David juraverit uxori Bethsabee de Salomonis regno, non constat ex Scripturâ liquidò ; sed est verisimile tunc de Salomonis solio jurisjurandi interposuisse firmitatem, quando mortuo parvulo, qui ex adulterio conceptus fuerat, illam eam ob rem graviter dolentem consolatus est. Neque obstat quòd tunc nondùm erat Salomon natus, quia id tantùm concedere potuit David, ut qui ex Bethsabee primus nasceretur, quicumque ille esset, neque enim de illius nomine quidquam statuerat, in suo sederet solio. Quod deinde sæpè, licet Scriptura sacra id non expresserit, post Salomonem natum id juramento firmavit, præsente fortasse Nathan, qui hoc non ignorabat, quando eâ de re matrem admonuit v. 12. Aut fortasse hoc ipsum audivit à Bethsabee, cui erat familiaris, pro eo quòd Salomonis, ut existimatur, magister fuit et pædagogus.

Quærunt hìc Hebræorum magistri cur, cùm tot essent Davidis filii, neque quidquam à Deo de Salomone certum accepisset, designaverit tamen Salomonem regem, idque Bethsabee matri jurejurando promiserit ? Non dubium quin Dominus ex omnibus fratribus unum Salomonem ad regium nomen, et pondus evocaverit, idque notum fuisse Davidi, constat ex lib. 1 Par. c. 28, v. 5, ubi sic David ad populi proceres, quos ad id negotii undecumque ex Israelis finibus accersierat : *De filiis meis (multos enim filios mihi dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini super Israel, dixitque mihi : Salomon filius tuus ædificabit domum meam et atria mea : ipsum enim elegi mihi in filium.* Didicit hoc à Domino, ut opinor, sæpè ; sed didicisse antequàm Salomon nasceretur, imò antequàm esset conceptus, multa suadent. Primum, quia David ipse hanc se à Domino vocem tunc accepisse dicit, cùm de construendâ divinæ majestati domo cogitabat. Quod planè accidit longè antequàm Salomonis matrem è solario prospiceret. Cùm autem promissio foret de filio non tunc nato ; sed nascituro postea, neque post illud tempus ullum David filium præter Salomonem suscepisse, facilè cognovit illum ad regnum fuisse vocatum.

Non dubito sæpè à Davide Bethsabee uxori regnum esse promissum, postquàm natus est Salomon, de cujus ipsâ dignitate laborabat, maximè cùm ille, ut illa ferebat ætas, præberet multa, et præclaræ indolis et singularis ingenii documenta. Sed et hoc idem pollicitum

les yeux sur vous, ô roi, mon seigneur, afin que vous leur déclariez, vous qui êtes mon seigneur et mon roi, qui est celui qui doit être assis après vous sur votre trône. C'est cette prière qui doit être et dans le cœur et dans la bouche de toute l'Eglise, lorsqu'elle soupire après des pasteurs qui soient vraiment destinés de Dieu pour succéder à la dignité et à l'humble autorité du vrai roi David. Ce fut aussi celle des Apôtres, lorsque s'adressant à lui pour l'élection d'un successeur en l'apostolat de Judas, ils lui dirent : *Montrez-nous, Seigneur, lequel vous avez choisi.*

Combien eût-il été difficile, en jugeant des choses humainement, de ne se pas déclarer pour Adonias plutôt que pour Salomon ? Il était le fils aîné de David. Il avait pour lui le grand-prêtre Abiathar. Il se trouvait appuyé par le plus puissant du royaume, que David même semblait redouter, qui était Joab. L'on avait déjà immolé beaucoup de bœufs, de béliers et d'autres victimes pour solenniser la préconisation de son sacre. Il semblait que tout conspirât à renverser le premier ordre de Dieu. Mais cette prière de Bethsabée : *Tout Israël jette maintenant les yeux sur vous, ô mon roi, afin que vous déclariez qui est celui qui doit être assis après vous sur votre trône ;* cette prière, dis-je, appuyée de l'autorité d'un saint prophète, rétablit en un instant, comme on le va voir, toutes choses dans leur ordre, pour faire connaître à tout le monde que la prière de l'épouse est toute-puissante auprès du roi tout-puissant, et que c'est souvent, lorsqu'il semble que tout est perdu du côté des hommes, que Dieu commence à faire éclater ouvertement la force de son bras. (Sacy.)

esse regem, quo tempore uxorem consolatus est, id est, antequàm Salomon lucem aspexisset, satis est, ut nonnulli putant, verisimile. Inter quos est Abulensis q. 30, et Hebræi, ut refert ibi, et Hieronymus in Tradit. Hebr. ad hunc locum; sed cur eo temporis articulo de Salomonis regno juraverit David, hanc rationem tradiderunt Hebræi; sic sanè Rab. David: « Cùm David, inquit, vellet defuncto puero, qui natus fuerat è furtivo concubitu, iterùm Bethsabee jam uxorem legitimo cognoscere concubitu, illa recusabat, quasi omnes filios mors maneret immatura et præceps, ne videretur enixa puerum, sed peperisse æternam lamentandi materiam; sed David, ut illam demulceret, meliori jubet esse animo, docetque sibi promissum esse filium, qui in regni solio parenti succedat: illum verò futurum qui ex eâ nasceretur, juramento firmavit. » Alia etiam adducitur causa, quia cùm omnes nôssent Bethsabee, prodito legitimo ac conjugali toro, adulterinos congressus, adulterii censeretur rea, et omnes filii adulterini haberentur et ignobiles. Quare dicebat Bethsabee videri sibi durum, si quotquot ex eâ nascerentur filii, hoc convicio aut alio simili jactarentur à populo. Ad quam David longè aliud futurum esse dicit populi judicium, Nam eum qui ex eâ nasciturus est filius, præferendum esse aliis, et regium occupaturum esse solium. De quâ re ne ulla posset esse dubitatio, jurisjurandi sacram fidem interponit. Quam explicationem probabilem facit id quod statim ipsa dicit Bethsabee, v. 21: *Erimus, ego et filius meus Salomon, peccatores,* cujus statim nos explicationem addemus.

Vers. 20. — — In te oculi respiciunt totius Israel, ut indices eis quis sedere debeat in solio tuo. His verbis indicat Bethsabee à Nathan prophetâ, ut opinor, instructa, penes regem esse, quem vellet ex filiis regno præponere. Atque adeò curandum non esse, quis illorum fuerit, aut ætate maximus, aut natu minimus, quasi regnum tribuat non ordo nascendi, sed regis voluntas; quam voluntatem expectat populus, quasi compertum haberet posse regem pro suo arbitratu de regno, regnique moderatore et capite statuere. Et quidem primis regum temporibus, ubi eâ de re nihil erat à lege, seu consuetudine constitutum, ita factum arbitror. Nam aliis temporibus aliam fortassis regis creandi formam induxit consuetudo. Sanè Roboam Salomonis filius, cùm multos haberet filios, Abiam elegit, cùm tamen alii forent non pauci natu majores, ut verisimile est ex lib. 2 Par. c. 11, v. 18. Cùm enim duxisset uxores alias et concubinas, postremo loco duxit Maacha Absalomis filiam, ex quâ suscepit Abiam, postquàm ex aliis, ut apparet, plurimos suscepisset filios; quem regem constituit, non quia primogenitum, sed quia regno magis putabat idoneum. De quo ibi: *Constituit verò* (Roboam) *in capite Abiam, filium Maacha, ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, et potentior super omnes filios ejus.*

Aliis verò posterioribus temporibus aliud puto constitutum, aut legibus, aut consuetudine, quæ legis instar obtinet, introductum. Quod sumpsisse videntur Hebræi à finitimis regibus, quorum primogeniti solium occupant à patre regno vitâque defuncto, relictum. Sic sanè Ægyptiis esse legitimum, docet illud Exod. c. 11, v. 5: *Morietur omne primogenitum in terrâ Ægyptiorum à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio ejus, usque ad primogenitum ancillæ.* Idem constat de Moabitis ex illo lib. 4 Reg. 3, v. 27, ubi de rege Moab scribitur: *Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum.* Idem etiam jam aliquot exactis seculis fuisse in usu apud Hebræos, satis, opinor, probat Josaphat, qui Joram primogenito filio regnum attribuit, neque alia redditur causa, nisi quia fratrum suorum erat ætate maximus. De quo sic lib. 2 Paral. cap. 21, v. 3: *Deditque eis* (nempe Josaphat aliis filiis) *pater suus multa munera argenti et auri, et pensitationes cum civitatibus munitissimis in Juda: regnum autem tradidit Joram, eò quòd esset primogenitus.* Deinde c. 21, v. 1, regnâsse traditur Ochozias filius Joram: cur autem ille, cùm esset fratrum minimus, ad regnum fuerit evectus, ea redditur causa, quia fratres alii majores natu occisi fuerant, quasi illi ex lege aut consuetudine populi regnaturi fuerint. *Constituerunt autem habitatores Israel Ochoziam, filium ejus minimum, regem pro eo: omnes enim majores natu qui ante eum fuerant, interfecerant latrones.* De hoc jure plura disputandi non est mei instituti. Vide Abulens. super hoc c. q. 32.

Vers. 21. — Eritque cum dormierit Dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego et filius meus Salomon peccatores. Multùm apud regem neque imprudentem, neque injuriæ immemorem, ponderis habere potuit ratio quam extremo loco posuit Salomonis mater Bethsabee, quæ non magis de suâ, quàm de

filii incolumitate et bono nomine, laborat. Accersivit, ut suo loco diximus, David Bethsabee, fecitque aut pro regiâ auctoritate, aut alio quovis artificio, ut, prodito legitimo toro, alterius libidini succumberet, quod populum latere non potuit, cùm tam essent personæ graves, grave peccatum, gravis Uriæ injuria. Hoc verò flagitium et insignis infamia regio tegebatur aut premebatur nomine. Quare vivo ac sospite Davide, nihil sibi ac filio metuebat Bethsabee, etiamsi regnaret Adonias, quia patris auctoritas illius manus, quantùmvis sceleratas, ab injuriâ et cæde cohiberet; at Davide mortuo timebat omnia. Atque ideò dixit : *Cùm dormierit dominus meus rex !*

Erimus ego, et filius meus Salomon peccatores. Tales judicabuntur, aut quia Salomon de regno pulsus, Davidis ipsius judicio, indignus judicatur regio nomine, quasi adulterio filius, aut certè ex adulterio susceptus, quem ex se natum rex ipse non agnosceret. (Quid enim mirum, si quæ semel fidem prodidit conjugalem, regium etiam thalamum alterius libidini intemperantiùs obsecuta temeraret?) Quare si rex Bethsabee ac filii nullam rationem habuisset, suspicari non nemo posset, et Salomonem à rege alienum esse judicatum, et matrem pudori suo minùs consuluisse, quàm pudicas deceret, et eas quas tanto reges nomine dignantur. Quod sensisse videntur Hebræi, qui ut in eorum Tradit. refert Hieronymus, dicunt, si è regno repellatur Salomon, judicandum esse manzerem, id est, de scorto natum. Sic enim explicat Hieronymus Deut. c. 23, v. 2 : *Non ingredietur manzer,* id est, *de scorto natus, in Ecclesiam Domini.* Aut certè, quod est longè verisimilius, existimabat prudens femina, quòd homines, qui de Uriæ cæde et de ipsius intemperantiâ duriùs sentiebant, atque etiam licet in occulto et cautè graviùs loquebantur (quia illorum linguas regis auctoritas ac metus constrinxerat), postquàm jam esset rex è medio sublatus, loquerentur jam sine ullo metu et liberè, et de filio ac matre, facta atque infecta procaci evulgarent publicoque convicio.

Seu certè cùm priùs dixisset Nathan v. 12 : *Salva animam tuam, filiique tui Salomonis*, verisimile est cogitâsse tunc prophetam et nunc Bethsabee, Adoniâ regnante, sibi ac filio Salomoni fore pereundum, etiamsi nihil sibi sceleris foret admissum. Neque enim, ut supra diximus, qui in regno sunt, facilè ferunt esse in vivis eos qui eamdem secum dignitatem ambire possunt, aut rebus studere novis, quæ statum regni moveant atque conturbent. Neque infrequens est aliquid contra insontes excogitari sceleris, quo illi magno suo merito de statu ac vitâ dejecti existimentur, ut fecit Achab contra Naboth : tunc autem hominum vulgo existimarentur peccatores, quia plerùmque tales de statu ac vitâ deturbari solent.

Vers. 23. — Et nuntiaverunt regi dicentes : Adest Nathan propheta. Compositò et valdè attemperatè venit Nathan, quo tempore conquesta de Adoniâ fuerat Bethsabee. Erant autem, ut constat, atrienses pueri, qui servarent ostia, et eos qui salutatum regem, aut conventum vellent, aut admitterent, prout regi visum esset, aut excluderent. Hi ergo astare dicunt ad fores Nathan prophetam, quem cùm videret ingredi, statim foràs est egressa Bethsabee, aut quia sic meliùs expeditum iri existimabat Salomonis causam, aut quia, cùm rex arcanum semper aliquid solitus esset impertiri prophetæ, urbanitatis esse existimavit non interesse utriusque colloquio, in quo neque levia, neque vulgaria agitari, consuevissent.

Cumque introisset in conspectu regis, et adorasset eum pronus. Quid sit adorare aliquem aut aliquid, in quo divini nihil sit, diximus supra, v. 16, ubi hoc ipsum fecisse traditur Bethsabee.

Vers. 24. — Domine mi rex, tu dixisti : Adonias regnet post me ? Nihil, opinor, magnum statuebat David, quod non priùs cum Nathan prophetâ familiariter contulisset. Quod indicavit ipse Nathan v. 27 : *Numquid à domino meo rege exivit hoc verbum, et mihi non indicâsti ?* Atque ideò quasi miraretur quòd res tanta, se inconsulto atque inscio esset peracta seu incœpta, rogat regem an ipse id statuisset, vel ignorante rege, id esset aggressus Adonias, sicut paucis ante diebus tentavit Absalom, aut saltem videret quid in eâ rerum novitate opus esset facto.

Vers. 25. — Illisque vescentibus et bibentibus coram eo, et dicentibus : Vivat rex Adonias. An in regum auguratione publicum instrueretur epulum, quasi legitimum, incertum est. Instructum tamen aliquando constat, ut in secundâ Salomonis unctione, lib. 1 Paral. cap. 29, v. 21 : *Imò laverunt victimas Domino, et obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille, cum libaminibus suis, et universo ritu abundantissimo*

in omnem Israel. Neque in primâ Salomonis unctione hoc regale convivium defuisse videtur; de quo Josephus, lib. 7, c. 11. Cùm enim ageret de Salomone, cùm in regio throno primùm collocatus est, ait : « Populus to- « tus ad convivia festivitatesque animum ad- « vertit, choreis et tibiis sese oblectans, ut « præ concentu instrumentorum terra simul « et aer resonaret. » Neque est improbabile hoc idem contigisse, cùm unctus fuit David in Hebron, de quo est indicium aliquod, licet obscurum, 1 Paral. c. 12, ad finem. Illud magis certum, acclamationes esse in regum augurationibus quasi legitimas, quales sunt : *Vivat rex feliciter,* et his similes quamplurimas alias. Sic lib. 1, c. 10, v. 25, electo Saüle clamavit populus : *Vivat rex!* Idem accidit lib. 4 Reg. c. 11, cùm Joas in regem fuit assumptus, et id in Salomone et Adoniâ compertum habemus et illustre testimonium. Acclamationes autem et precationes hujusmodi apud nationes alias in regum renuntiatione solemnes profana sæpè prodit historia.

Vers. 28. — Vocate ad me Bethsabee (1).

(1) *Le roi David ayant écouté Nathan, donna ordre qu'on lui fît venir Bethsabée, et lui dit avec serment : Je vous jure par le Seigneur que Salomon, votre fils, régnera après moi,* etc. Il n'est point marqué dans l'Ecriture que David ait rien répondu d'abord à la reine, quoique la nouvelle qu'elle lui dit et la prière qu'elle lui fit fût assez pressante pour l'obliger de se déclarer dans l'instant même contre l'usurpateur de sa couronne. Il fut bien aise d'écouter Nathan, qui se présenta à lui dans ce même temps. Car comme il savait que Dieu lui parlait ordinairement par sa bouche, il jugea très-à-propos de ne rien faire sans son conseil, même en une chose où il ne pouvait douter de la volonté de Dieu. La sagesse de la reine ne paraît pas moindre que celle du roi. Car après lui avoir représenté ce qui se passait, et l'avoir fait souvenir de la promesse solennelle qu'il lui avait faite, de faire régner après lui sur Israël Salomon, son fils, elle se retire en voyant entrer Nathan. Elle ne s'empresse point de recevoir une réponse favorable, et elle abandonne cette affaire à la conduite de Dieu, de son saint prophète, et du roi, qu'elle savait être si équitable. Jamais peut-être on ne vit en une princesse, ni dans aucune autre personne beaucoup inférieure à sa qualité, une plus parfaite dépendance des ordres de Dieu, quoiqu'en une occasion si importante pour les intérêts de sa maison. Et on ne peut dire aussi combien cette conduite si pleine de foi et si humble était capable de faire violence à celui qui aime surtout la dépendance dans les hommes, depuis que le premier homme s'est perdu et a perdu toute sa postérité en affectant d'être indépendant de lui. Que si l'on regarde en même temps la sagesse du prophète, qui se contente de représenter simplement au roi l'action d'Adonias, et de demander à ce prince si cet ordre était venu de sa part, après qu'il lui avait déclaré que Salomon devait s'asseoir sur son trône, on sera sans doute obligé de confesser que c'était Dieu même qui faisait agir selon les règles divines de sa sagesse ceux qui servaient en cela d'instruments à l'exécution de ses ordres.

David, ayant écouté Nathan, fait rentrer la reine, à qui il jure qu'il exécutera ce jour-là même la parole qu'il lui a donnée, de faire régner son fils Salomon. Et comme Nathan s'était retiré lorsque la reine entra dans la chambre, le roi le fit rappeler pour lui déclarer ses ordres. Qu'il serait à souhaiter que l'exemple de ce prince, de cette princesse et de ce prophète, servît de modèle à tous ceux qui sont chargés de la conduite des affaires qui regardent, non un royaume temporel, mais celui du ciel! Que d'empressements inutiles, que de démarches inconsidérées, que de conseils précipités et téméraires seraient arrêtés par la seule vue de cette sagesse également admirable en ces trois personnes, et digne d'être imitée! Il suffit de le toucher en passant, et ceux qui voudront y faire une plus grande réflexion, y pourront trouver une matière abondante pour nourrir leur piété et la lumière de leur foi. (Sacy.)

Egressa fuerat, ut diximus, foràs Bethsabee, ne videretur interesse sermonibus, qui inter prophetam et regem non videbantur futuri vulgares, quod observavit Josephus lib. 7, cap. 11. Quam rex, de Adoniæ consilio reque totâ certior, revocari jubet, et quod priùs non semel interpositâ divinâ fide promiserat, iterùm sub eâdem firmitate promittit.

Vers. 29. — Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia! Familiaris erat Hebræis hæc jurisjurandi concipiendi forma, de cujus significatione alibi à nobis pluribus actum est. Cur verò communi formulæ atque vulgari addiderit David, *qui eruit animam meam de omni angustiâ,* ea videtur non aliena ratio, quia quò pluribus à Deo beneficiis cumulatus est, eò plurium est debitor, atque ideò constantior esse debet promissorum fides. Alioqui ingratus esset divinis beneficiis, cùm juramentum, nisi illud consequatur certa fides, non tam servatæ sit religionis opus, quàm abjuratæ fraus et injuria.

Vers. 31. — Vivat dominus meus David in æternum. Hæc usitata salutatio est, quam apud superiores et principes usurpare solent inferiores et subditi. Sic Chaldæi, cùm primùm ad regium conspectum admissi sunt, principem salutant. Dan. c. 2, v. 4 : *Rex, in sempiternum vive,* eodem item modo cap. 3, v. 9, cap. 5, v. 10, cap. 6, v. 6. Neque longè hæc salutandi forma ab illâ differt, de quâ

proximè : *Vivat rex Salomon, vivat rex Adonias.*

VERS. 32. — DIXIT QUOQUE REX DAVID : VOCATE MIHI SADOC SACERDOTEM, ET NATHAN PROPHETAM (1). Quemadmodùm cùm ingressus est ad regem Nathan, statim se subduxit Bethsabee, neque expectavit donec se inde rex juberet abscedere ; sic etiam cùm eadem Bethsabee ad regium conspectum revocatur, quamprimùm foràs se corripuit Nathan; alioqui non esset jussus ad eumdem locum iterùm reverti. Quod sanè urbanæ disciplinæ atque modestiæ præclarum documentum est.

VERS. 33. — TOLLITE VOBISCUM SERVOS DOMINI VESTRI, ET IMPONITE SALOMONEM FILIUM MEUM SUPER MULAM MEAM (2). Observavimus ad

(1) *Le roi, ayant fait venir le* grand-*prêtre Sadoc, le prophète Nathan et Banaïas, fils de Joïada, leur dit : Prenez avec vous les serviteurs de votre maître ; faites monter sur ma mule mon fils Salomon. Menez-le à Gihon, et que Sadoc et Nathan le sacrent en ce lieu pour être roi sur Israël.* C'est une chose admirable de voir la manière dont Dieu se sert du péché de l'homme pour exécuter plus promptement les desseins de sa providence. L'ambition d'Adonias sert à assurer la couronne à Salomon. Son impatience ne peut lui permettre d'attendre que le roi son père soit mort, pour se faire déclarer roi. Et cependant, s'il l'eût attendu, et qu'il ne se fût point trop précipité, comme il est marqué que David ne l'avait point encore repris jusqu'alors, il eût pu, s'il est permis de parler des choses humainement, en se ménageant durant la vie de son père, se mettre en état de disputer après sa mort le royaume à Salomon. Mais il s'aveugle dans l'excès de cette ambition qui le possédait. Il se hâte de s'élever de lui-même sur le trône d'Israël. Et c'est cette élévation précipitée d'Adonias, qui donne lieu au sacre de Salomon. David, qui avait paru jusqu'à ce jour comme insensible, met tout d'un coup la couronne sur la tête de celui que Dieu avait destiné pour son successeur, et il élève Salomon au-dessus d'Adonias, lorsqu'Adonias se disposait à le fouler sous ses pieds. Si Dieu ne fait pas toujours de ces coups extraordinaires de sa justice et de sa puissance pour empêcher que les faibles ne soient opprimés, et que l'humble Salomon ne soit accablé par la tyrannie du superbe Adonias, c'est qu'il est bien aise de donner lieu à la foi de ses serviteurs d'être exaucée tant qu'ils vivent en ce monde de la vie de la foi. Il suffit qu'il ait fait connaître en quelques grandes occasions, comme celle-ci, la sévérité de sa justice. Et c'est à ceux qui méprisent présentement sa patience, à juger par ces effets passagers de son pouvoir, de ceux qu'ils éprouveront éternellement, s'ils n'ont soin de considérer autant qu'ils le doivent ces exemples redoutables qu'il leur propose pour leur salut. (Sacy.)

(2) Mulâ rex vehebatur; atque capitale erat subdito eâ re uti, quam princeps in suum usum destinaverat. Hinc David imponi jubens mulæ suæ Salomonem, voluntatem suam erga illum satis luculenter aperiebat. (Calmet.)

c. 16, lib. 2, argumentum esse affectati regni, aut obtinendi prognosticon, si quispiam his rebus uteretur, quæ regiam personam aut comitarentur aut ornarent. Quo modo si regiâ uteretur stolâ, aut regio insideret equo, aut regium secum servum adduceret, qui tale exhiberet ipsi ministerium, quale antea regi solitus esset impendere. Quod Esther cap. 6, cupiebat Aman, dùm vellet esse, aut existimari regi similis : qui cùm sibi persuasisset Assuerum de ipso majorem in modum ornando cogitare, cùm rogaret quid fieri deberet viro quem rex honorare statuisset, respondit : *Homo, quem rex honorare cupit, debuit indui vestibus regiis, et imponi super equum, qui de sellâ regis est, et accipere regium diadema super caput suum, et primum de regis principibus ac tyrannis teneat equum ejus, et per plateam civitatis incedens clamet, et dicat : Sic honorabitur,* etc. Hæc eadem penè exhiberi Salomoni filio jubet David ; nam servos suos viros inter domesticos præcipuos adesse jubet Salomoni, qui regio tantùm obsequio de more atque instituto vacabant. Suæ deinde mulæ insidere præcipit, ac tandem in suo solio collocari, et cùm adesse jubet regiæ traductioni atque inaugurationi Banaian, qui prætoriano præerat satellitio, simul etiam jubet, ut custodiæ gratiâ adhibeantur illi quibus erat regii corporis credita custodia : atque ideò nihil non regium comitatur, atque ornat Salomonem.

ET DUCITE EUM IN GIHON. De Gihon nihil habemus certum; quidam montem esse putant, alii fontem, alii alia, quidam intrà civitatis ambitum locant, alii è mœnibus extrahunt, quibus neque ullum est ex Scripturâ fundamentum, neque ulla gravis conjectura. Placet quod alii communiter probant, esse nempe fontem, quod ex antiquis tenent Hebræi, et Josephus lib. 7, c. 11; Hieronymus de Locis Hebraicis; Theodoretus, Procopius, Abulensis et alii. Ego ex nomine ipso conjecturam capio, ut credam fontem esse, aut rivum stagnumve oppositum fonti Rogel. Gihon enim nomen est fluvii, qui egreditur è paradiso, Gen. cap. 1, v. 13, qui Nilus esse dicitur ; cùm fluvius iste nobilis sit, et notus Hebræis maximè, qui non longè absunt ab Ægyptiis, fit, ut Nili nomen, aut ironicè aliâ de causâ, non solùm fontibus, sed etiam rivis aut torrentibus imponatur. Sic sanè aquæ per tubos aut canales

inductæ nobilium atque ingentium fluminum nomen assumpsêre, et inter alia nomina Eurippi et Nili fuêre frequentissima. Sic sanè docuit Cicero lib. 2 de Legibus, in principio. « Ductus, inquit, aquarum, quos isti Nilos et « Eurippos vocant, quis non, cùm hæc videat, « irriserit? » Hæc videtur licet obscurè voluisse Theodoretus q. 2, ubi dicit, « Siloem « cognominatum esse Gihon, vel tanquàm « valdè parvum per ironiam, vel quia ipse « quoque exit ex obscuris sub terrâ meatibus, « sicut Nilus. » Quòd si fons Siloe hoc tempore per tubos et canales esset intrà mœnia civitatis inductus, sicut Ezechiâ regnante, valeret plurimùm illa ratio, quam ex Cicerone nuper adducebamus; quòd videlicet aqua eo artificio in aliquem locum derivata Eurippus appellatur Gihon, quem Ezechias avertit ad occidentalem partem civitatis David, habemus ex lib. 2 Paralip. cap. 22, vers. 30 : *Ipse est Ezechias qui obturavit superiorem partem aquarum Gihon, et avertit eas subter ad occidentem urbis David.* Quo autem consilio aquas illas obturârit, et averterit Ezechias, habemus ex Ecclesiastico cap. 48, vers. 19 : *Ezechias munivit civitatem suam, et induxit in medium ipsius aquam, et fodit ferro rupem, et ædificavit puteum.*

Hunc porrò fontem, sive Siloe esse putes cum Abulensi et aliis, sive alium quemvis, procul esse à Rogel ex eo conjecto, quia non ignorabat David prope fontem Rogel factos esse illorum hominum conventus, qui regem proclamârunt Adoniam, et quibus instructum esset, non tam à rege, quàm à regii nominis aucupe, geniale convivium. Quare cùm ad Gihon deduci jubet Salomonem, id agit ne duo illi exercitus, quorum in diversos illos reges diversa sunt studia, si in eadem aut vicina loca coeant, manus inter se conserant, et illa inauguratio non sit futura sine sanguine.

Vers. 34. — Et ungat eum ibi Sadoc sacerdos. Abul. hìc q. 36, putat reges olim quasi legitimo ritu juxta fontes, aut arbores ungi solere, et inauguratione solemni reges salutari. Quod probat, quia Adonias unctus fuit, ut proximè vidimus, propè fontem Rogel, et Abimelec Gedeonis filius, ut ex c. 9 Judic. liquet, ad quercum Sichem. Sed mirum quòd aliæ unctiones, proclamationesque populares, neque ad fontes, neque sub arbore dicuntur factæ. Ego ita puto Abimelec et Adoniam locum elegisse desertum, quia ad illud opus et articulum nullus videbatur opportunus magis, neque rationem habuisse ullam, aut fontis, aut quercûs. Non erat, opinor, in Sichem locus magis amplus et frequens quàm ubi erat quercus, neque Adoniæ, cùm esset prope Jerosolymam, tutum erat in ipsâ civitate rem tentare, patre adhuc vivente ac sospite, quam nemo bonus, et patriæ studiosus probaret. Quare locum elegit extra mœnia, extra populi frequentiam, ubi nullus à conjuratione alienus obstreperet, et fontis amœnitas stationem præberet commodam epulanti atque exultanti populo. At dices : Cur David ad fontem Gihon jubet Salomonem inungi? Sanè non sine causâ, ut quemadmodùm Adoniæ Salomonem opposuit, sic etiam locum opponeret loco, amœnum amœno, extra urbem, sed urbi proximo, ut qui proclamatum regem audiissent Adoniam, illi etiam brevi proclamatum et unctum nôssent Salomonem. Deinde quia magis solemnis esset regius ille progressus, si ex agro aut loco suburbano in civitatem ascenderet. Quemadmodùm magis est solemnis et hilaris in nuptialibus sacris sponsæ pompa, cùm ex agro in urbem cum facibus et symphoniâ in geniali ferculo traducitur.

Et canetis buccina, atque dicetis : Vivat rex Salomon. Dixerat populus qui in Adoniæ causam conspiraverat, *vivat rex Adonias.* Neque, ut opinor, licet nihil habeamus à sacro textu, sine clangore buccinæ. Hoc ipsum jubet David ut fiat in Salomonis unctione, ut perstrepenti Adoniæ salutationi, obstrepat Salomonis acclamatio. Hæc, credo, erat in eligendo rege si non legitima, at certè apud Hebræos usitata forma. De cæremoniis porrò quæ in regum inauguratione solent adhiberi, diximus libro primo cap. 10, satis latè; quas tu vide apud Abulensem in hoc capite quæst. 37.

Vers. 35. — Illique præcipiam, ut sit dux super Israel, et super Judam. Quò magis constaret Salomonem esse regem, jubet David, ut illum jam unctum et proclamatum solemni formâ ad se deducant illi quibus datum erat negotii, ut ipse publicè Salomonis commendet regni tutelam et administrationem, et edicat aliis, ut illum tanquàm regni caput amplectantur et colant.

Quæret aliquis cur, cùm Juda sit una è tribus duodecim Israel, atque adeò in Israelis communi nomine contineatur, numeretur tamen seorsùm ab aliis. Sed est responsio non difficilis, ex illâ regulâ quâ usi sæpè sumus, quæ docet illa quæ in aliquo genere maximè excellunt, licet sub generali atque communi conti-

neantur nomine, solere nominari separatim ab aliis : atque ita cùm tribus Juda sit omnium nobilissima, seorsùm sæpè ab aliis nominatur. Exemplorum nos satis adduximus lib. I ad cap. 22, dùm explicaremus illud v. 1 : *De manu omnium inimicorum suorum, et de manu Saül.* Aut certè, quia Adoniam viri Juda præcipuè regem salutârant, ut suadet versus 9, ubi viri Juda dicuntur ad electionem illam fuisse vocati. Hi igitur signatè nominantur à rege, quasi dicat etiam illos qui sibi Adoniam regem elegerunt, Salomonis potestati fore subjectos.

Vers. 36. — Et respondit Banaias filius Joiadæ regi dicens : Amen. De hâc voce, *amen*, diximus ad illud Isaiæ cap. 25 : *Cogitationes antiquas fideles, amen*, ubi diximus hanc vocem interdùm esse adverbium, quo quæ aliis in voto sunt, aut confirmamus, aut optamus, precamurque, ut eo contingant eventu, quem alii expectant aut optant. Id igitur nunc suo et aliorum nomine agit Banaias ; optat enim ut Salomon juxta regis vota dux sit Israelis et Juda, quasi dicat : *Ita fiat sicut tu vis.*

Sic loquatur Dominus Deus domini mei regis, id est, utinam quod nos dicimus, optamusque, Dominus etiam dicat atque confirmet. Quasi dicat : Sicut ego meo atque aliorum nomine dico, *fiat*, seu, *utinam* (id enim valet *amen*), sic Dominus Deus, quem dominus meus rex colit et observat, dicat suo nomine, amen, ratumque faciat regis mei votum atque decretum.

Vers. 37. — Sublimius faciat solium ejus a solio domini mei regis (1). Satis nôrat Banaias Davidis ingenium, quàm non esset invidum, quàm filiorum amans et indulgens : neque dubitabat illi fore gratissimum, quidquid Salomoni filio secundum accideret, etiamsi multò esset in rerum eventu fortunatior. Non, credo, magis amabat Salomonem David, quàm Absalomem ; et tamen tulit illius mortem graviùs quàm perferret suam : id enim valet illud : *Absalom fili mi, quis mihi det, ut ego moriar pro te?* Quare non mirum si nunc optet, ut magis sit fortunatum Salomonis regnum, quàm ipse in magis florente regni statu foret expertus. Notum est illud Rebeccæ votum Gen. 27, quæ, ut auctum videret filium, quem amabat, benedictione paternâ, non exhorruit diram Isaac execrationem in caput

(1) *Comme le Seigneur a été avec le roi mon seigneur, qu'il soit de même avec Salomon, et qu'il élève son trône encore plus haut que le trône de mon roi et de mon seigneur David.* Un père aussi bon et un roi aussi saint qu'était David ne fut point blessé de ce souhait de ses plus fidèles serviteurs. Et ne pouvant séparer sa gloire de celle du prince, son fils, parce que la gloire d'un fils est très-véritablement celle de son père, il envisagea cette élévation extraordinaire du trône de Salomon qu'on lui prédisait en quelque sorte, comme une espèce d'accroissement de sa propre gloire. Tels sont les pères qui se regardent effectivement eux-mêmes dans leurs enfants, comme ne faisant avec eux qu'une même chose. « Il n'y a, dit « un saint évêque, que l'impie Arius et ses « disciples, aussi impies que lui, qui soient « malades de cette maladie d'extravagance et « d'impiété qui les porte à ne pouvoir consen- « tir que le Fils de Dieu possède avec Dieu « son Père une égalité parfaite et de gloire et « de puissance. Mais David, ajoute-t-il, était « si fort éloigné de cette basse et lâche jalou- « sie, et il agréa avec tant de joie le souhait « que l'on faisait en faveur de Salomon, que « lorsqu'il apprit qu'on avait exécuté ses or- « dres, ne pouvant pas se lever à cause de sa « vieillesse, il s'abaissa profondément devant « Dieu pour l'adorer et lui témoigner sa re- « connaissance en ces termes : *Béni soit le « Seigneur le Dieu d'Israël, qui m'a fait voir « aujourd'hui de mes propres yeux mon fils assis « sur mon trône.* »

Mais ne pourrait-on pas dire que ce souhait des officiers de David enfermait aussi un grand mystère, selon l'intention du Saint-Esprit, qui parlait alors par leur bouche, sans qu'ils y pensassent, ainsi qu'il a quelquefois parlé par la bouche de ceux même qui étaient ses ennemis, comme on en voit des exemples dans l'Ecriture? Dieu donc, voulant peut-être nous figurer quelque chose de plus élevé que ce que pensaient ces officiers de David, nous marquait dès-lors par leur bouche cette grande et prodigieuse élévation du vrai Salomon, c'est-à-dire de Jésus-Christ, qui se compare lui-même en quelque sorte à ce prince, lorsqu'il disait *qu'il était plus grand que Salomon.* Et comme David était un prophète si éclairé, qui envisageait dans ses prophéties le vrai Salomon, ainsi que le Fils de Dieu l'assure en parlant de lui, ne semble-t-il pas, que lorsqu'il s'abaisse profondément devant Dieu pour l'adorer, en lui disant : *Béni soit le Dieu d'Israël, qui m'a fait voir aujourd'hui de mes propres yeux mon fils assis sur mon trône*, il ne parlait pas seulement de ce Salomon qu'il établissait alors sur le trône d'Israël, mais qu'il voyait véritablement dès-lors des yeux de la foi, sur le trône de l'Eglise, un autre Salomon plus grand sans comparaison que le premier, qui étant éternellement le Fils de Dieu, devait naître de lui selon la chair? Car un prince *qui n'avait*, comme il l'assure, *que les années éternelles dans le cœur*, n'eût pas regardé sans doute, comme un bonheur extraordinaire de voir son fils Salomon assis sur son trône, s'il n'avait envisagé dans ce fils le vrai Christ, qui devait le reconnaître pour son père selon la chair, et régner sur Israël avec une gloire incomparablement plus grande que celui qui n'en devait être que la figure. Ce fut donc peut-être le sujet de cette profonde adoration, par laquelle il témoigna au Seigneur sa reconnaissance d'une faveur si divine. (Sacy.)

suum intorqueri. Notum illud Agrippinæ matris Neronis, quæ cùm ab auspicibus didicisset perituram se, si filius imperatoriam dignitatem obtineret, respondit, « sibi non videri mortis « illam fatalem necessitatem horribilem, dum- « modò filius esset compos imperii. » Quare cùm nihil regi Banaias precetur adversum, sed tantùm magis sublime Salomonis regnum, nihil dicit, quod regiis auribus accidere posset ingratum, imò quod non accidat longè gratissimum. Imò arbitror illam esse communem et quasi legitimam benè precandi et ominandi formam, cùm agimus cum illis quibus gratissimum fore existimamus secundam aliorum fortunam. Ut si parenti jam grandævo gratulemur de recens nato filio, non malè, neque inurbanè diceremus : *Impleat, atque adeò superet puer annos tuos.* Hanc porrò gratulationem esse communem, et quasi legitimam, argumento est, quòd non Banaias solùm, sed etiam alii servi Davidis hoc modo gratulati sunt regi de regno Salomonis. *Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum; et magnificet thronum ejus super thronum tuum*, v. 47. Aliquot exempla his similia adducit Pineda noster in suo Salomone prævio lib. 2, cap. 10. Claudianus in 4 consulatu Honorii :

Aspice, completur votum, jam natus adæquat
Te meritis, et, quod magis est optabile, vincit.

Idem Sidonius Apollinaris lib. 8, epist. 7, ad Audacem præfectum : « Deum posco ut te filii « consequantur; aut, quod magis decet velle, « transcendant. » Vide hâc de re plura apud Senecam lib. 3 de Beneficiis cap. 36. Sanè Penelope apud Ovidium cùm valdè amare fingatur Ulyssem conjugem, ex communi gentium consuetudine optat ut filius Telemachus parentis claudat morientis oculos, quod illi putat futurum non ingratum.

Dî, precor, hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos, comprimat ille tuos.

VERS. 39. — SUMPSITQUE SADOC SACERDOS CORNU OLEI DE TABERNACULO. Hæc à nobis pluribus explicata sunt lib. 1, cap. 10, in principio, ubi diximus quid cornu sit, quod etiam appellatur, *lenticula;* quo oleo reges ungi soliti, sacrone an communi; quâ corporis parte, quo loco, et alia plura quæ in regum inauguratione à lege seu à consuetudine præscripta sunt.

VERS. 40.—ET POPULUS CANENTIUM TIBIIS (1).

(1) ET INSONUIT TERRA A CLAMORE. Voces originalis in hanc sententiam reddi possunt ex Septuaginta : *Chorcas ducebant in choris, et scindebatur terra in voce eorum.* Chaldæus : *Populus canebat foris, ita ut terra tremeret ad vocem illorum.* Quidam, uti Syriacus, lusisse illos sistris interpretantur. Arabs exposuit de tympanis quibusdam quadratis, quæ certâ harmoniæ lege pulsabantur. (Calmet.)

Hoc etiam in regum renuntiatione usitatum arbitror, licet pauca illius habeamus exempla. Sanè ita contigit cùm Absalom à populo rex proclamatus est, lib. 2, cap. 15, v. 10 : *Statim*

Tout le peuple suivit Salomon. On chantait des cantiques au son de la flûte. On voyait toutes les marques d'une réjouissance publique, et les cris de joie retentissaient de toutes parts. Ce qui se passa à ce sacre de Salomon, où tout le peuple se déclara pour celui que David même faisait sacrer et proclamer roi ; où l'on chantait des cantiques, et où l'on faisait retentir de tous côtés des cris de joie, figure admirablement la conversion générale de tous les peuples de la terre, qui, abandonnant l'usurpateur, c'est-à-dire le démon, ont suivi leur roi légitime, qui est Jésus-Christ, depuis que le Père, du haut du ciel, comme du lieu de son repos, a déclaré par une voix éclatante, non pas seulement à trois apôtres, mais encore à tout l'univers, *qu'il était son Fils bien-aimé, et celui que l'on devait écouter.* Dieu fit paraître visiblement sa toute-puissance dans ces deux grandes occasions, dont l'une était la figure, et l'autre la vérité. Qu'on fasse, en effet, un peu de réflexion sur ce changement inespéré que produisit une seule parole de David en un temps où sa vieillesse l'avait réduit à ne pouvoir plus agir, et sur cette facilité étonnante avec laquelle Adonias, tout fier et insolent qu'il était, renonça en un instant à toutes ses vaines prétentions, quelque appuyé qu'il se sentît par l'autorité du grand-prêtre et par celle de Joab, ce général si redouté, et quelque droit qu'il semblât avoir comme aîné à la couronne, on reconnaîtra sans doute que le même Dieu qui avait fait succéder David à Saül, malgré toute la fureur de Saül contre David, fit encore succéder Salomon à David même, malgré toute la fierté et la puissance d'Adonias, et qu'il prouva par l'un et par l'autre de ces deux exemples, ce qu'il dit depuis, par la bouche de Salomon même, *que c'est lui qui établit les rois sur le trône ; per me reges regnant.*

Mais que l'on regarde ensuite cet autre changement, sans comparaison plus surprenant, que produisit la parole du Seigneur *dans la plénitude des temps*, où il semblait presque n'agir plus, *lorsqu'il envoya son Fils dans le monde, et l'Esprit-Saint de son Fils dans les cœurs des hommes*, comme parle l'Ecriture, *et que le bruit de la voix de ses apôtres retentissant par toute la terre, et leur parole se faisant entendre jusqu'aux extrémités du monde,* tous les peuples abandonnèrent le paganisme et l'usurpateur du trône de Dieu, pour suivre ce vrai Salomon ; n'adorera-t-on pas la vertu toute-puissante de celui qui a établi contre toutes les apparences humaines, et le premier Salomon dans le royaume temporel de David son père, et le second dans le royaume éternel de son Eglise, et qui donne lieu à tous les chrétiens d'espérer de la même sorte, que, *s'ils souffrent ici-bas avec* Jésus-Christ, il saura bien

ut audieritis sonitum buccinæ, dicite : Regnavit Absalom; et 4 Reg. cap. 9, vers. 13 : *Cecinerunt tubâ, atque dixerunt : Regnavit Jehu,* et cap. 11, v. 14 idem factum esse dicitur, cùm Joas in regio solio collocatus est. (1)

Vers. 47. — (2) Et adoravit rex in lectulo suo (3). Quid sit adorare, et quomodò adoratio

les faire *régner aussi avec lui*, malgré toutes les oppositions de leurs ennemis ? (Sacy.)

(1) Vers. 41. — Audivit autem Adonias, et omnes qui invitati fuerant ab eo. Addi nihil potest celeritati et solertiæ, quâ Nathan rem adeò gravem et difficilem tractavit. Molimina sunt quædam, in quibus nonnisi prosperum exitum finemque lætum commendes. Nathan de summâ rei agebat ; vel minimum quid quod celeritati et solertiæ defuisset, in discrimen belli civilis rempublicam, et vitæ Salomonem, Sadocum, Nathanum, Banaiam, cæterosque partibus illius faventes adduxisset.

Vers. 43. — Respondit Jonathas Adoniæ : Nequaquam. Jam alibi animadversum est, virum ingenuum minimè aggressurum, ut ingratum nuntium primus ferat. Reddi posset Hebræus : *Respondit Adoniæ : Væ,* vel luctum ; vel potiùs : Respondit Adoniæ : Verè rex Salomonem regem declaravit. (Calmet.)

Vers. 45. — Unxeruntque eum Sadoc sacerdos (summus, scilicet pontifex) et Nathan propheta regem in Gihon. Gihon erat mons, et in eo fons vicinus monti Calvariæ, in quo Christus crucifixus *regnavit à ligno Deus,* ut ex Septuag. canit Ecclesia. Unde in cruce hunc ei Pilatus dedit titulum : *Jesus Nazarenus, rex Judæorum.* Hoc ergo Christi ex se nascituri regnum præfiguravit hic Salomon unctus in Gihon : Salomon enim, id est, pacificus rex, expressus fuit typus Christi, qui est *pax nostra*, Ephes. 2, 14 ; *qui fecit utraque unum*, scilicet tam Judæos quàm gentes in seipso uniens et reconcilians Deo. Porrò Salomonis nomen sibi usurpârunt Turcarum imperatores, à Salomone dicti Selymi et Solimanni ; Germanorum Friderici (*fridericus* enim Germanicè idem est quòd *pacis dives*) ; Græcorum Irene et Irenæi.

Denique bis unctus fuit Salomon, primò, hic coram tribu Juda subitò et tumultuariè, ut à regno excluderet Adoniam ; secundò, publicè, coram toto Israele, ut is eum regem acceptaret, quem ad hoc paulò ante mortem convocavit David, quando et Sadoc unctus est in pontificem, ut expressè dicitur 1 Paral. 29, v. 22. (Corn. à Lap.)

(2) Ingressi servi regis benedixerunt nostro regi David, dicentes : Amplificet Deus nomen Salomonis. David, qui uti supra animadvertimus, jacebat in lecto, neque aspexerat cæremoniam evecti ad regnum filii, accipit officia suorum, qui gratulaturi venerant, quòd filium suum, se adhuc superstite, sedentem in solio suo videret.

(3) Sunt qui credant, Davidem profundè inclinatum agnovisse supremam auctoritatem filii sui Salomonis, ut ille in conspectum patris venit ; ita fermè, ut olim Jacob è lecto suo Josephum filium suum adoravit. Sed frequentiori numero alii censent Davidem è lecto suo frequenter soleat hominibus impendi, nuper à nobis dictum est ad v. 16 ; adoratum porrò fuisse Salomonem à patre, nihil est aliud, quàm aliquâ externâ significatione in filio regiam dignitatem agnovisse, tanquàm aliquid in hominum cœtu, reque publicâ summum. Quod faciunt nostro etiam seculo magni principes, qui dùm successorem sibi principem designant, non solùm alios regni proceres jurare jubent, sed ipsi quoque interpositâ jurisjurandi religione, regem filium agnoscunt, et illum adorant quodammodò, et superiorem illâ cæremoniâ, aut esse aut futurum esse profitentur. Neque mihi incredibile est, cùm filium adoravit, agnovitque regem, tritum illud, quod à benevolentibus atque precantibus dici ad amicos solet, dictum à Davide aliquid huic gentilicæ precationi simile :

De nostris annis tibi Juppiter augeat annos.

Quod Tertullianus in Apologetico ad gentes cap. 35, familiare fuisse dicit Romanis, cùm imperator munera populo porrigeret.

Vers. 49. — Territi sunt ergo, et surrexerunt omnes, qui invitati fuerant ab Adonia, etc. Cùm à Jonathâ Abiatharis filio didicissent, qui ad Adoniæ inaugurationem convenerant, quique splendidè cum illo fuerant epulati, quid circa Salomonem constitutum esset à rege, et quàm accidisset grata populo Salomonis electio, subitus illos corripuit horror, et momento temporis alii aliò delapsi evanuerunt. Timebant enim non sine causâ ne graviter offendissent apud regem Davidem, cùm illo vivente Adoniam regem conclamâssent, aut apud Salomonem, cui, quantùm fuerat in se, regiam dignitatem et nomen præripuissent.

Vers. 50. — Adonias autem timens Salomonem surrexit et abiit, tenuitque cornu altaris (1). Ex hoc loco nonnulli conjectant, ex quo primùm Salomon in solio sedit, habenas

Deum adorâsse. Reddi etiam posset planiùs : *David reclinavit se in lecto suo.* Sed narrationis series demonstrat, illum in lecto suo decumbentem se convertisse ad adorandum Deum agendasque illi de præstitis beneficiis gratias. (Calmet.)

(1) Censent quidam, Adoniam perfugisse Gabaonem, ubi altare erat holocaustorum ; malunt tamen alii, contulisse se tantummodò ad altare tabernaculi, quod erat in Sion. Hæc autem postrema opinio pronior videtur. Utcumque tamen res habeat sese, nunquàm lex permittebat reis necis spontè inductæ, ut altaris asylo tutò uterentur. Privilegium enim illud favebat iis qui imprudentes et inviti hominem necâssent : *Si quis per industriam occiderit pro-*

suscepisse Israelitici regni ; alioqui cur illum timeret Adonias? Ego non puto Davidem eo tempore omninò regiæ administrationis deposuisse pondus : cum illo tamen simul regnâsse

ximum suum, et per insidias, ab altari meo evelles eum ut moriatur; ad altare pariter confugit Joabus, certior factus Salomonem nôsse favorem à se præstitum partibus Adoniæ. Mos apud universas fermè nationes regnans, altaribus et templis asyli jus contulit. Virgilius Æneidos v. 6 :

Talibus orabat dictis, arasque tenebat.

Plautus in Mostellariâ, actu 5, scenâ 2 :

Ego interim hanc aram occupabo.

Sacrorum ejusmodi locorum religio prohibebat interdùm, ne scelestissimi inde extraherentur. Accidit interdùm ut ad excludendos è loco sacro illos quos immeritò asylum defenderet, circùm altare ignis excitaretur. Persuasio autem sederat generatim omnibus, asylum nonnisi innocentibus favere. (Calmet.)

Symbol. Rupert. : « Vivente adhuc patre, « inquit, rex Salomon constituitur, quia « profectò Deus Pater, qui Christum consti- « tuit regem hæredem universorum, nunquàm « mortuus, nunquàm est moriturus. »
(Corn. à Lap.)

Adonias, craignant Salomon, s'en alla prendre la corne de l'autel, etc. *Et Salomon dit : S'il est homme de bien, il ne tombera pas un seul cheveu de sa tête. Mais s'il se rend criminel, il mourra.* Salomon n'est point enflé vainement de l'avantage que Dieu lui donnait sur l'usurpateur de sa couronne. Il sait que celui qui l'a établi sur le trône, est tout-puissant pour l'y maintenir. Il donne d'abord un exemple de clémence, et il pardonne à son frère ce qu'il avait fait jusqu'alors; mais il l'avertit en même temps de ne plus rien entreprendre de semblable, de peur d'éprouver la rigueur de sa justice. Quel moyen a l'homme pécheur qui s'est révolté contre son Dieu d'obtenir miséricorde, sinon en ayant recours, comme Adonias, à l'autel, qui nous figure la croix où s'est immolé le Fils de Dieu pour le salut des pécheurs? C'est là l'asile assuré de ceux qui avaient sujet d'appréhender les rigueurs de la justice d'un Dieu offensé. Mais si l'on y trouve l'assurance de la divine miséricorde, l'on y doit entendre en même temps cette parole redoutable du vrai Salomon : *Que si l'on retombe dans son crime, l'on se rend digne de mort.*

Nous ajouterons ici une réflexion considérable de saint Augustin sur le règne de Salomon, qui commença dès le vivant de David. Car il dit que ce qui n'est point arrivé à tous les autres rois d'Israël, lui arriva lorsqu'il fut roi avant la mort de son père, afin qu'il parût visiblement que ce que Dieu avait prédit à David, en lui déclarant *que lorsqu'il serait endormi avec ses pères, il établirait sur son trône, après lui, un fils qui sortirait de lui, dont il affermirait le règne pour jamais*, ne regardait point Salomon, puisqu'il était établi sur le trône de David avant *qu'il fût endormi avec ses pères*, mais Jésus-Christ, *qui sortit* effectivement *de lui*, quoique si long-temps après, et qui était destiné pour bâtir une maison au Seigneur, non avec du bois et des pierres inanimées, mais avec des hommes vivants qui ont composé et qui composent encore tous les jours le temple de Dieu. « Alius pacificus intelligitur esse pro- « missus, qui non ante, sicut iste, sed post « mortem David prænuntiatus est suscitandus, « qui ædificaret domum Domino, non de li- « gnis et lapidibus, sed de hominibus quibus « dicit Apostolus : *Templum Dei sanctum est,* « *quod estis vos.* » (Sacy.)

Salomonem multa persuadent. Primùm quia in solio regis collocatus est, et ibi adoratus à parente, et facta à regni principibus publica Salomoni gratulatio. Quod item Josephus docuit apertè lib. 7, cap. 9 : « Deducto, inquit, « in regiam Salomone, et in solio paterno « collocato, ex eâ die in posterum obedientes « ei fuerunt. » Idem August. lib. 17 de Civitate cap. 8 ; Hieronymus epist. ad Vitalem. Quòd verò regnante Salomone, potestas etiam regia in Davide permanserit, illud suadet, quia postquàm Salomon rex fuit salutatus, morte damnavit Joab et Semei, quod facere non posset, si à se nomen et regiam potestatem abdicâsset. Adonias verò ideò Salomonem adiit, et non Davidem, cùm tamen ab utroque damnari posset et absolvi, quia Salomonem fratrem regem audierat appellari. De Davide parente nihil noverat, cùm vix satis habuisset spatii, ut quid esset constitutum à patre cognosceret, et à patre timeret nihil, cùm illius in se non ignoraret animum et studium; à Salomone verò omnia, cùm illi, quantùm in se fuerat, regii nominis eripuisset potestatem. Et licet dùm in vivis ageret pater, nihil sibi à Salomone timendum existimaret, verumtamen, quia parentis vita non credebatur fore diuturna, leniendum fratrem, et ad meliorem animum traducendum putabat. Quare aram sibi quæsivit et asylum, et progressus ad aram usque tabernaculi, illius cornu complexus est, ut in præsens furorem declinaret novi regis, et veniam sibi obtineret in posterum.

De cornu altaris diximus aliquid in nostris commentariis ad cap. 43 Ezechielis : erant autem quatuor ad totidem angulos altaris, de illorum figurâ nihil habemus ex Scripturâ certum; est tamen verisimile quod Lipomanus docet, et Cajetan. Exod. cap. 27 et 30, esse quosdam quasi radios, qui ad obelisci speciem sursùm è quatuor altaris angulis attolluntur. In aris, quas à Romanis habemus in æreis, argenteisque nummis excultas, cornua sunt alterius formæ, quæque animalium cornuum imaginem referunt. Fortassè non aliam altaris tabernaculi cornua figuram habuerunt, sed

hâc de re nihil habemus, ut dixi, ex Scripturâ certum.

Vers. 51. — Juret mihi rex Salomon hodie, quòd non interficiet servum suum gladio. Hinc constat quo consilio aram sibi et asylum quæsierit Adonias, nempe ut non solùm sibi à præsenti, sed etiam in posterum à futurâ caveret Salomonis irâ, atque ideò jurisjurandi petit ab eo fidem, quam videlicet impetrare se posse sperabat è religioso loco, præsertim si intercederet parentis auctoritas, quem ad Ilam non putabat futurum esse difficilem.

Vers. 52. — Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram, sin autem malum, etc. An hæc juramento, quod optabat Adonias, confirmaverit Salomon, ex Scripturâ non constat; sed est verisimile, promissioni additum à Salomone juramentum, neque tamen absolutè venia promittitur, sed cum eâ adjunctione, nempe si vir bonus fuerit, id est, si nihil tentaverit indignum, nihil sceleratum, aut quod aliquo modo majestatem lædat. Ubi Vulgatus, *vir bonus*, Hebr. *benchail*, id est, filius virtutis, aut fortitudinis. Filius autem virtutis et bonitatis est, qui suis imperat affectibus, qui strenuus est, et acer in frenandâ cupiditate, coercendâ avaritiâ, ambitione domandâ, qui nihil denique audeat, quod non sit à lege, rationeque præscriptum. Quomodò capillus proverbiali specie pro re tenuissimâ sumatur, diximus lib. 1, cap. 14, ad v. 45 : *Si ceciderit capillus de capite ejus in terram.*

Vers. 53. — Vade in domum tuam. Modus iste dicendi, aut dimittendi alios, quo principes utuntur, nihil, opinor, significat aliud, quàm ut deinceps vitam agant privatam, neque publica curent, sed rem tractent familiarem et domesticam, neque res communes ad suam curam, et fidem pertinere putent. Sic idem Salomon, cùm Abiatharem à summi sacerdotis dignitate deposuit, in agrum suum domesticasque curas abire jussit, statim cap. 2, v. 26, eisdem ferè verbis, quibus repudiantur feminæ, et quasi alienæ judicantur, excluduntur domo à viris suis, et in domos suas ablegantur, ut suam ipsarum rem curent, non illam quam cum viris habuerunt communem. Quare in repudio atque divortio hæ usitatæ formæ : *Res tuas tibi habeto, egredere domo, ædibus facesse, res tuas cura*, et similia, et similibus verbis utitur pater, cùm filium minùs quàm deceret obsequentem, aut à generis majorum nobilitate degenerem, à domo atque familiâ tanquàm alienum abigit. Sic sanè Manlius Torquatus, ut auctor est Cicero lib. 1 de Finibus, et Valerius lib. 8, cap. 8, cùm Silanum filium rei infideliter administratæ convictum agnovisset, sic de illo ad populum : « Cùm Silanum filium « meum pecunias à sociis accepisse mihi pro- « batum sit, et republicâ eum, et domo meâ « indignum judico, protinùsque è conspectu « meo abire jubeo. » Idem fecit David cùm Absalomem quasi alienum in domum suam abire jussit lib. 2, capite 14, versiculo 24 : *Dixit autem rex : Revertatur Absalom in domum suam, et faciem meam non videat.* Idem fortasse voluit, atque dixit Salomon, dum fratrem Adoniam in domum remittit suam, aut quasi alienus foret à cognatione, aut quia illi publicum omne ministerium interdixit.

CAPUT II.

1. Appropinquaverunt autem dies David ut moreretur; præcepitque Salomoni filio suo dicens :

2. Ego ingredior viam universæ terræ; confortare, et esto vir.

3. Et observa custodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut custodias cæremonias ejus et præcepta ejus et judicia et testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi; ut intelligas universa quæ facis et quocumquè te verteris;

4. Ut confirmet Dominus sermones suos quos locutus est de me, dicens : Si custodierint filii tui vias suas, et ambulaverint coram me in veritate, in omni corde suo

CHAPITRE II.

1. Le temps de la mort de David étant proche, il donna ces avis à Salomon, son fils, et lui dit :

2. Je vais entrer dans la voie de toute la terre : armez-vous de fermeté, et conduisez-vous en homme.

3. Observez tout ce que le Seigneur votre Dieu vous a commandé; marchez dans ses voies; gardez ses cérémonies, ses préceptes, ses ordonnances et ses lois, selon qu'il est écrit dans la loi de Moïse, afin que tout ce que vous avez à faire et tout ce que vous entreprendrez, vous le fassiez avec sagesse.

4. Et le Seigneur confirmera la parole qu'il m'a donnée lorsqu'il m'a dit : Si vos enfants veillent sur leurs voies, et qu'ils marchent

et in omni animâ suâ, non auferetur tibi vir de solio Israel.

5. Tu quoque nôsti quæ fecerit mihi Joab filius Sarviæ, quæ fecerit duobus principibus exercitûs Israel, Abner filio Ner et Amasæ filio Jether, quos occidit, et effudit sanguinem belli in pace, et posuit cruorem prælii in balteo suo qui erat circa lumbos ejus, et in calceamento suo quod erat in pedibus ejus.

6. Facies ergo juxta sapientiam tuam, et non deduces canitiem ejus pacificè ad inferos.

7. Sed et filiis Berzellai Galaadites reddes gratiam, eruntque comedentes in mensâ tuâ, occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Absalom fratris tui.

8. Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessimâ, quando ibam ad Castra; sed quia descendit mihi in occursum cùm transirem Jordanem, et juravi ei per Dominum dicens : Non te interficiam gladio.

9. Tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es, ut scias quæ facies ei, deducesque canos ejus cum sanguine ad inferos.

10. Dormivit igitur David cum patribus suis, et sepultus est in Civitate David.

11. Dies autem quibus regnavit David super Israel, quadraginta anni sunt; in Hebron regnavit septem annis, in Jerusalem triginta tribus.

12. Salomon autem sedit super thronum David patris sui, et firmatum est regnum ejus nimis.

13. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei : Pacificusne est ingressus tuus? Qui respondit : Pacificus.

14. Addiditque : Sermo mihi est ad te. Cui ait : Loquere. Et ille :

15. Tu, inquit, nôsti quia meum erat regnum, et me præposuerat omnis Israel sibi in regem; sed translatum est regnum, et factum est fratris mei : à Domino enim constitutum est ei.

16. Nunc ergo petitionem unam precor

devant moi dans la vérité, de tout leur cœur et de toute leur âme, vous aurez toujours quelqu'un de vos descendants sur le trône d'Israël.

5. Vous savez aussi tout ce que m'a fait Joab, fils de Sarvia, et ce qu'il a fait à deux généraux de l'armée d'Israël, à Abner, fils de Ner, et à Amasa, fils de Jéther, qu'il a assassinés, ayant répandu leur sang durant la paix, comme en pleine guerre, et en ayant teint le baudrier qui était sur ses reins et les souliers qu'il avait aux pieds; *vous n'aurez point, comme moi, des raisons de le ménager.*

6. Vous ferez donc selon votre sagesse, et vous ne permettrez pas que sa vieillesse descende en paix dans le tombeau.

7. Mais vous témoignerez votre reconnaissance aux fils de Berzellaï de Galaad; et ils mangeront à votre table, parce qu'ils sont venus au-devant de moi, lorsque je fuyais devant Absalom, votre frère.

8. Vous avez de plus auprès de vous Séméï, fils de Géra, fils de Jémini de Bahurim, qui prononça contre moi des malédictions et des outrages sanglants lorsque je m'en allais au camp. Mais parce qu'il vint au-devant de moi quand je passai le Jourdain, je lui jurai par le Seigneur que je ne le ferais point mourir par l'épée.

9. Ne laissez pas *néanmoins* son crime impuni : vous êtes sage pour savoir comment vous devez le traiter, et vous précipiterez ses cheveux blancs au tombeau par une mort violente.

10. David s'endormit donc avec ses pères, et il fut enseveli dans la Ville-de-David.

11. Le temps du règne de David sur Israël fut de quarante ans : il régna sept ans à Hébron, et trente-trois dans Jérusalem.

12. Or, Salomon s'assit sur le trône de David, son père, et son règne s'affermit puissamment.

13. Alors Adonias, fils d'Haggith, vint trouver Bethsabée, mère de Salomon. Celle-ci lui dit : Venez-vous en esprit de paix? Il lui répondit : Je viens avec des pensées de paix.

14. Et il ajouta : J'ai un mot à vous dire.— Parlez, répondit Bethsabée.

15. Vous savez, dit Adonias, que la couronne m'appartenait *par le droit d'aînesse,* et que tout Israël m'avait choisi par préférence pour être son roi; mais la royauté a été transférée, et elle est passée à mon frère, parce que c'est le Seigneur qui la lui a donnée.

16. Maintenant donc je ne vous fais qu'une

à te : ne confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum : Loquere.

17. Et ille ait : Precor ut dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quidquam potest), ut det mihi Abisag Sunamitidem uxorem.

18. Et ait Bethsabee : Benè ; ego loquar pro te regi.

19. Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adoniâ ; et surrexit rex in occursum ejus, adoravitque eam, et sedit super thronum suum ; positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus.

20. Dixitque ei : Petitionem unam parvulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex : Pete, mater mea, neque enim fas est ut avertam faciem tuam.

21. Quæ ait : Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor.

22. Responditque rex Salomon, et dixit matri suæ : Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ ? postula ei et regnum ; ipse est enim frater meus major me, et habet Abiathar sacerdotem et Joab filium Sarviæ.

23. Juravit itaque rex Salomon per Dominum dicens : Hæc faciat mihi Deus et hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.

24. Et nunc vivit Dominus, qui firmavit me et collocavit me super solium David patris mei, et qui fecit mihi domum sicut locutus est, quia hodiè occidetur Adonias.

25. Misitque rex Salomon per manum Banaiæ, filii Joiadæ, qui interfecit eum, et mortuus est.

26. Abiathar quoque sacerdoti dixit rex : Vade in Anathoth ad agrum tuum ; equidem vir mortis es, sed hodiè te non interficiam, quia portâsti arcam Domini Dei coram David patre meo, et sustinuisti laborem in omnibus in quibus laboravit pater meus.

27. Ejecit ergo Salomon Abiathar ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini quem locutus est super domum Heli in Silo.

prière : ne confondez pas mon visage *par votre refus*. Bethsabée lui dit : Expliquez-vous.

17. Adonias lui dit : Comme le roi Salomon ne peut vous rien refuser, je vous prie de lui demander qu'il m'accorde Abisag de Sunam pour épouse.

18. Bethsabée lui répondit : Bien ; je parlerai pour vous au roi.

19. Bethsabée vint donc trouver le roi Salomon afin de lui parler pour Adonias. Le roi se leva, vint au-devant d'elle et l'adora, et il s'assit sur son trône ; et l'on mit un trône pour la mère du roi, laquelle s'assit à sa main droite,

20. Et lui dit : Je n'ai qu'une prière à vous faire ; ne confondez pas mon visage *par un refus*. Le roi lui dit : Ma mère, dites ce que vous me demandez, car il ne serait pas juste de vous faire éprouver un refus.

21. Bethsabée lui dit : Donnez Abisag de Sunam pour épouse à votre frère Adonias.

22. Le roi Salomon répondit à sa mère, et lui dit : Pourquoi demandez-vous Abisag de Sunam pour Adonias ? Demandez donc aussi pour lui la royauté ; car il est mon aîné, et il a pour lui le prêtre Abiathar, et Joab, fils de Sarvia.

23. Salomon jura donc par le Seigneur, et dit : Que Dieu me traite dans toute sa sévérité s'il n'est vrai qu'Adonias, par cette demande, a parlé contre sa propre vie

24. Et maintenant je jure par le Seigneur, qui m'a assuré *la couronne*, qui m'a fait asseoir sur le trône de David, mon père, et qui m'a fait une maison, comme il l'avait dit, qu'Adonias sera mis à mort aujourd'hui.

25. Et le roi Salomon ayant envoyé Banaïas, fils de Joïada, pour exécuter cet ordre, il perça Adonias et le tua.

26. Le roi dit aussi au prêtre Abiathar : Allez à Anathoth, dans la terre qui vous appartient. Vous méritez la mort ; mais je ne vous ferai pas mourir, parce que vous avez porté l'arche du Seigneur, notre Dieu, devant David, mon père, et que vous avez accompagné mon père dans tous les travaux qu'il a endurés.

27. Salomon relégua donc Abiathar, afin qu'il ne fît plus les fonctions de prêtre du Seigneur, et que la parole que le Seigneur avait prononcée dans Silo, touchant la maison d'Héli, fut accomplie.

28. Venit autem nuntius ad Joab, quòd Joab declinâsset post Adoniam, et post Salomonem non declinâsset; fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, et apprehendit cornu altaris.

29. Nuntiatumque est regi Salomoni quòd fugisset Joab in tabernaculum Domini, et esset juxta altare. Misitque Salomon Banaiam filium Joiadæ, dicens : Vade, interfice eum.

30. Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, et dixit ei : Hæc dicit rex : Egredere. Qui ait : Non egrediar, sed hìc moriar. Renuntiavit Banaias regi sermonem, dicens : Hæc locutus est Joab, et hæc respondit mihi.

31. Dixitque ei rex : Fac sicut locutus est, et interfice eum, et sepeli; et amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est à Joab, à me et à domo patris mei :

32. Et reddet Dominus sanguinem ejus super caput ejus, quia interfecit duos viros justos melioresque se, et occidit eos gladio, patre meo David ignorante, Abner filium Ner, principem militiæ Israel, et Amasam filium Jether, principem exercitûs Juda.

33. Et revertetur sanguis illorum in caput Joab, et in caput seminis ejus in sempiternum; David autem et semini ejus, et domui et throno illius, sit pax usque in æternum à Domino.

34. Ascendit itaque Banaias, filius Joiadæ, et aggressus eum interfecit; sepultusque est in domo suâ in deserto.

35. Et constituit rex Banaiam filium Joiadæ pro eo super exercitum. Et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.

36. Misit quoque rex et vocavit Semei, dixitque ei : Ædifica tibi domum in Jerusalem, et habita ibi; et non egredieris inde hùc atque illùc.

37. Quâcumque autem die egressus fueris et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum; sanguis tuus erit super caput tuum.

38. Dixitque Semei regi : Bonus sermo; sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus. Habitavit itaque Semei in Jerusalem diebus multis.

28. Cette nouvelle étant venue à Joab, qui avait suivi le parti d'Adonias, et non celui de Salomon, il s'enfuit dans le tabernacle du Seigneur, et saisit la corne de l'autel.

29. On vint dire au roi Salomon que Joab s'était enfui dans le tabernacle du Seigneur, et qu'il se tenait à l'autel. Et Salomon envoya Banaïas, fils de Joïada, et lui dit : Allez, et le tuez.

30. Banaïas vint au tabernacle du Seigneur, et dit à Joab : Le roi vous commande de sortir de là. Joab lui répondit : Je ne sortirai point, mais je mourrai en ce lieu. Banaïas fit son rapport au roi, et lui dit : Voilà la réponse que Joab m'a faite.

31. Le roi lui dit : Faites comme il a dit; tuez-le *dans le tabernacle*, et l'ensevelissez; et vous empêcherez que moi et la maison de mon père ne soyons chargés du sang innocent répandu par Joab.

32. Et le Seigneur fera retomber son sang sur sa tête, parce qu'il a assassiné deux hommes justes et meilleurs que lui, et qu'il a tués par l'épée, sans que mon père David le sût, Abner, fils de Ner, général de l'armée d'Israël, et Amasa, fils de Jéther, général de l'armée de Juda;

33. Et leur sang retombera pour jamais sur la tête de Joab et sur sa postérité. Mais que le Seigneur donne une éternelle paix à David et à sa postérité, à sa maison et à son trône.

34. Banaïas, fils de Joïada, alla donc l'attaquer, et le tua; et on l'ensevelit en sa maison, dans le désert.

35. Alors le roi établit, en la place de Joab, Banaïas, fils de Joïada, pour être général de l'armée, et Sadoc pour prêtre en la place d'Abiathar.

36. Le roi envoya aussi appeler Séméï, et lui dit : Bâtissez-vous une maison dans Jérusalem et demeurez-y; et n'en sortez point pour aller d'un côté et d'un autre.

37. Si vous en sortez jamais, et que vous passiez le torrent de Cédron, sachez que vous serez tué au même jour; et votre sang retombera sur votre tête.

38. Séméï dit au roi : Cet ordre est très-juste. Ce que le roi, mon seigneur, a dit, sera exécuté par son serviteur. Séméï demeura donc long-temps à Jérusalem.

39. Factum est autem post annos tres ut fugerent servi Semei ad Achis filium Maacha regem Geth. Nuntiatumque est Semei quòd servi ejus issent in Geth.

40. Et surrexit Semei, et stravit asinum suum; ivitque ad Achis in Geth ad requirendum servos suos, et adduxit eos de Geth.

41. Nuntiatum est autem Salomoni quòd isset Semei in Geth de Jerusalem, et rediisset.

42. Et mittens vocavit eum, dixitque illi : Nonne testificatus sum tibi per Dominum, et prædixi tibi : Quâcumque die egressus ieris hùc et illùc, scito te esse moriturum? Et respondisti mihi : Bonus sermo quem audivi.

43. Quare ergo non custodisti jusjurandum Domini et præceptum quod præceperam tibi?

44. Dixitque rex ad Semei : Tu nôsti omne malum, cujus tibi conscium est cor tuum, quod fecisti David patri meo; reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum;

45. Et rex Salomon benedictus, et thronus David erit stabilis coram Domino usque in sempiternum.

46. Jussit itaque rex Banaiæ, filio Joiadæ; qui egressus percussit eum et mortuus est.

39. Mais, trois ans s'étant passés, il arriva que les esclaves de Séméï s'enfuirent vers Achis, fils de Maacha, roi de Geth; et on vint dire à Séméï que ses esclaves étaient allés à Geth :

40. Séméï fit donc aussitôt seller son âne et s'en alla vers Achis, à Geth, pour redemander ses esclaves, et les ramena de Geth.

41. Salomon, ayant été averti que Séméï avait été de Jérusalem à Geth et en était revenu,

42. L'envoya quérir, et lui dit : Ne vous ai-je point averti auparavant? et ne vous ai-je pas juré par le Seigneur, en vous disant : Si vous sortez jamais, pour aller d'un côté et d'un autre, sachez que vous serez puni de mort le même jour? Et vous m'avez répondu : Rien n'est plus juste que ce que je viens d'entendre.

43. Pourquoi donc n'avez-vous pas gardé le serment que vous avez fait au Seigneur et l'ordre que je vous avais donné?

44. Et le roi dit à Séméï : Vous savez tout le mal que votre conscience vous reproche d'avoir fait à David, mon père. Le Seigneur a fait retomber votre méchanceté sur votre tête :

45. Mais le roi Salomon sera béni, et le trône de David sera stable éternellement devant le Seigneur.

46. Le roi donna donc ordre à Banaïas, fils de Joïada, qui, étant sorti, le frappa et le tua.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Appropinquaverunt autem dies David, ut moreretur (1). Quot anni exacti fuerint, ex quo renuntiatus Salomon rex, ad Davidis usque mortem, nihil habemus ex Scri-

(1) *Le jour de la mort de David étant proche, il donna ces avis à Salomon, son fils : Me voici arrivé au terme où toute la terre doit arriver. Soyez ferme et homme de cœur. Observez tout ce que le Seigneur votre Dieu vous a commandé,* etc.

Il est important d'écouter un si saint prince, lorsqu'il est près de mourir. Les avis qu'il donne à son fils sont dignes d'un roi qui avait appris par une longue expérience que la piété et la crainte du Seigneur étaient l'affermissement des trônes. Il lui représente le temps de sa mort comme un temps où il devait faire paraître toute la fermeté de son courage, et il semble faire consister cette fermeté dans la pratique fidèle de la volonté de Dieu, et dans l'attache inviolable à ses saintes lois.

Les gens possédés de l'esprit du monde et assujettis à ses maximes, ont peine à comprendre qu'un *homme de cœur,* tel que David souhaitait que fût Salomon, doive regarder la crainte de Dieu et l'obéissance à ses ordres comme *la marque de la fermeté.* Mais c'est qu'ils ne songent pas que la vraie grandeur consiste à être soumis à Dieu, et que le moyen unique d'être élevé au-dessus des créatures, est de se tenir toujours abaissé sous le Créateur, selon ces paroles d'un saint évêque : *Cui servire libertas est; nemini enim subjectus est, qui se soli Deo subjecit.* Un sujet fidèle à son prince et vraiment brave, est toujours prêt à exécuter ses ordres au péril même de sa vie. Un prince fidèle à Dieu, qui l'a établi sur le trône, est prêt de même à accomplir ses divines ordonnances aux dépens de tout. Il est ferme dans cette fidélité qu'il lui doit, comme il demande que ses sujets lui soient fidèles et fermes dans leur devoir, et il regarde cette crainte du Seigneur, non pas seulement comme *le commencement de la sagesse,* mais comme le fondement inébranlable de ses états. C'est ce que David déclare à son fils lorsqu'il le fait souvenir de la parole que Dieu lui avait donnée.

(Sacy.)

pturâ definitum et certum. Est tamen verisimile, quod Abulensis quæst. 1, exiguum intercessisse spatium. Neque enim procul abesse poterat ab interitu, quem eò deduxisset debilitas et ætas, ut opertus vestibus frigeret tamen, ut necessarium existimârint medici à virginis calore naturali foveri. Neque ab elevato in regnum Salomone habemus aliud quàm quædam à Davide mandata accepisse novum regem, quæ habemus in hoc capite, et actum esse cum populi principibus de templi fabricâ, reque communi tam profanâ, quàm sacrâ, lib. 1 Paralipomenon, cap. 28 et 29, quæ omnia facili negotio, ac tempore perbrevi expediri poterant.

Vers. 2. — Ego ingredior viam universæ terræ (1); confortare, et esto vir. Phrasis nota Hebræis, neque apud illos infrequens, quæ significat id quod extremum accidit naturæ mortali; nempe mortem, quam his fermè modis explicant Hebræi, *congregari*, seu, *apponi ad parentes suos, dormire cum patribus suis, ingredi viam universæ carnis, aut universæ terræ.* Significat ergo David jam instare sibi supremum diem, et cùm regni pondus Salomonem filium expectet, quod Atlantæos humeros desiderat, hortatur, ut licet juvenis sit, neque ætate adhuc omninò confirmatus, spiritus assumat viriles, neque meditetur quæ juvenilis sunt ætatis, aut studii, sed quæ regium animum, et seniles cogitationes decent.

Vers. 3. — Et observa custodias Domini Dei tui. Usitatum est in Scripturâ valdè ut actio pro effectu sumatur, aut objecto (ut physici loquuntur) actionis. Quomodò, *timor*, pro re horribili atque tremendâ ponitur; quomodò dicitur: *Timorem eorum ac timueritis*, id est, minas, aut arma; sic Deus dicitur timor et amor, sic *visio* pro re visâ, *auditio* pro sermone, et sic hoc loco *custodia* pro mandatis usurpatur, quia circa Dei mandata versari debet Salomoni à patre commendata custodia: sic Zachar. cap. 3, v. 7: *Et custodiam meam custodieritis.* Levit. 18, ubi Vulgatus: *Custodite mandata mea*, Hebr. est: *Custodite custodiam meam.* Item Numer. 18, ubi noster: *Excubabunt Levitæ ad præcepta tua.* Hebr.: *Custodient custodias tuas.* Quod verò sequitur, explicatio est hujus sententiæ, et illius cum epitasi mira amplificatio. Cùm enim verba idem significantia conglobantur, magnum additur orationi pondus. Quare idem valent hoc loco, *custodia, viæ, cæremoniæ, præcepta, judicia, testimonia*, sicut aliis plurimis Scripturæ locis, qualia in psalmo 118, millies occurrunt. Qui hæc servat ille planè vir est, qui et prudentiam ostendit suam, dùm utilia atque honesta amplectitur et colit, et virilem constantiam, dùm in illorum studio strenuè perseverat, et quidem potentes sunt et animo præditi virili, qui se divinis subjiciunt mandatis, et affectionibus suis vim afferunt, illasque licet repugnantes, et invitas ad divinæ voluntatis imperium attemperant. Sic sanè de Angelis cecinit David psalmo 102, v. 20: *Benedicite Dominum, angeli ejus, potentes virtute facientes verbum illius.* Neque sine causâ præceptum custodia dicitur, quia dùm servant, ipsum servantem servant atque custodiunt.

Sicut scriptum est in lege Moysi, ut intelligas universa, quæ facis, et quocumque te verteris. Deut. cap. 17, v. 16, traduntur præcepta, quæ rex ex quo primùm constitutus fuerit, servare debet; et primùm jubetur rex, ut transcribat Deuteronomium, illudque sibi habeat familiare, et assiduè legat. Ad hoc, opinor, spectat præcipuè illud, *ut intelligas universa quæ facis.* Neque enim regum consilia, aut facta dissidere debent à divinâ lege, à quâ si aliquâ ratione deficiant, distorqueant necesse est universa, quæ faciunt, et quòcumque se verterint, errent à scopo, quem intueri debent, et ab honesto exitu, qui nunquàm sequitur eos qui suis potiùs abducuntur affectibus, quàm divinæ obsequuntur voluntati, quam nobis lex proponit et honesta ratio. Hoc primum et præcipuum mandatum est, quod moriturus pater optimus tradidit filio. Neque id mirum, cùm ipse nihil habuerit antiquius, quàm divinis adhærere mandatis; quæ quia in corde suo altè condiderat, ex eis semper aliquid eructabat; et quod assiduè meditabatur adolescens, id etiam senex, et jam moribundus, cùm exhalaret animam, inhalare voluit Salomonis pectori.

Vers. 4. — Ut confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me dicens: Si custodierint filii tui vias suas, etc. (1). Sæpe

(1) Ad litteram: *Vado in viam omnis terræ.* (Calmet.)

(1) *Que si ses enfants demeuraient fermes dans leur voie, et marchaient dans la vérité, de tout leur cœur et de toute leur âme, il aurait une suite continuelle de successeurs qui seraient assis après lui sur le trône d'Israël.* Il avait sans doute un très-grand sujet de recommander à Salomon de *demeurer ferme dans sa voie*, c'est-à-dire, comme il l'explique, *de marcher dans la vérité de tout son cœur*, puisque c'a été pour s'être écarté de cette voie de la vérité, que

Deus Davidi promisit, in suâ domo stabile futurum Israelitici imperii, et quasi naturale solium, si tamen posteri fidele Domino suo præstarent obsequium. De hâc promissione plura nos lib. 2, cap. 4, ubi per Nathan prophetam, hæc David à Domino pleniùs accepit, quæ hìc repetere necessarium non est. Quæ sint viæ filiorum David, et omnium qui verè sapiunt, paulò antè expositum est : viæ enim hominis, qui evitare cupit præcipitium et mortem, lex est, quam Dominus aut scriptam tradidit, aut ipsi rationali naturæ penitùs insevit. Reliquæ viæ hominum non sunt, quæ sensus habent duces, et animæ affectiones immoderatas, quas lactant et capiunt rationalis blandimenta naturæ, quarum sectatores, veriùs è belluino dicas, quàm ex humano genere prognatos.

Et ambulaverint coram me in veritate et in omni corde suo, etc. Explicat David, et quid sibi à Deo antea prædictum fuerat, et quem à nobis idem exigat animum, et probet obsequium. Amat enim Deus, probatque opus illud, in quo nihil est fucatum, nihil mendax, quod videlicet inspectante Domino fiat, qui intima animi nostri rimatur et expendit, et in quo etiam cor impendatur totum, neque illius quidquam sibi vindicet humana ac peregrina ratio. Illud enim est : *In omni corde suo, et in omni animâ suâ.* Quod etiam in charitatis præcepto requirit Deus, dum eisdem penè verbis utitur Deut. cap. 6, v. 5, et Matth. cap. 22, v. 36.

Vers. 5. — Tu quoque nosti, quæ fecerit mihi Joab filius Sarviæ, quæ fecerit duobus principibus (1), etc. Ad se quoque pertinere judicavit David duorum hominum ulcisci scelus, quos publica hominum vox atque sententia damnabat : quod esse prorsùs impunitum non videbatur ex usu futurum rei communis

Salomon est depuis déchu, du plus haut comble de gloire où pouvait monter un prince, dans le plus grand de tous les malheurs ; *in veritate non stetit*, comme le dit J.-C. en parlant du démon même, dont tout le malheur a été de n'être point demeuré ferme dans la vérité. (Sacy.)

(1) *Vous savez de quelle manière m'a traité Joab, fils de Sarvia, et ce qu'il a fait à deux généraux de l'armée d'Israël,* etc. *Vous ferez donc selon votre sagesse, et vous ne permettrez pas qu'il descende en paix dans le tombeau,* etc. *Ne laissez pas non plus le crime de Séméï impuni,* etc. On est étonné d'abord de voir qu'un prince aussi saint qu'était David, et aussi rempli de douceur, comme il en donna des preuves illustres en tant de grandes occasions, ait ordonné à sa mort qu'on punît ses ennemis, c'est-à-dire qu'en un temps où tous les autres ont accoutumé de pardonner, il ait pensé à se venger ; que celui qui a été la figure de Jésus-Christ en plusieurs choses, ait prononcé en mourant un arrêt de mort contre Joab et Séméï ; au lieu que celui qu'il figurait pria son Père de pardonner sa propre mort à ceux qui le crucifiaient ; et qu'enfin un pénitent, à qui Dieu avait pardonné de si grands crimes, ait pu traiter sans miséricorde ces deux criminels, lorsqu'il était sur le point d'aller lui-même demander miséricorde à son Dieu et à son Juge ; mais ce sont ces mêmes vues qui nous obligent de croire qu'un prince si doux, si touché du repentir de ses crimes, et si pénétré *de la grande miséricorde de Dieu* envers lui, comme il la nomme lui-même, n'a pu en user de cette sorte à sa mort sans une raison très-considérable. Et, pour en juger, nous n'avons qu'à envisager cette douceur même avec laquelle David avait traité jusqu'alors ceux qu'il ordonnait enfin qu'on punît de mort. Rien ne se peut ajouter à la clémence qu'il fit paraître envers Séméï, le plus insolent et le plus injurieux de tous les hommes, lorsqu'il lui aurait été si facile de le punir selon qu'il le méritait. L'on peut dire donc véritablement de ce saint roi, qu'il fit éclater beaucoup davantage son humble générosité, en souffrant paisiblement cet ennemi tant qu'il vécut, que les autres lorsqu'ils pardonnent seulement à la mort à ceux de qui ils ont été outragés. La charité toute pure et l'amour de la pénitence étaient en David le principe de sa douceur, tandis qu'il vivait, au lieu que la crainte produit souvent dans les autres cette espèce de miséricorde qu'ils font paraître en mourant. L'un pardonnait lorsqu'il était en état de satisfaire sa vengeance, et les autres ne pardonnent que lorsque la mort les met hors d'état de se venger.

Que si l'on ne peut pas dire de Joab qu'il fût facile à David de le punir comme Séméï, puisqu'il était redouté dans tout Israël pour sa cruauté et sa grande autorité dans les armées, on doit néanmoins juger de la disposition de ce prince à son égard, par celle où il fut à l'égard de Séméï. L'autorité même de Joab lui fut un sujet de s'humilier davantage devant Dieu. Il le regardait sans doute comme cet ange de Satan, qui fut donné à saint Paul ; et on peut dire qu'envisageant à tous moments, dans l'insolence de ce général, et dans les outrages qu'il avait reçus de lui, sa propre révolte contre le Seigneur, et l'injure qu'il lui avait faite par ses crimes, il se tenait très-heureux de pouvoir ainsi expier par la douceur de sa patience à l'égard d'un homme une partie de ce qu'il devait à Dieu.

Mais, après avoir donné cette grande preuve de sa charité si patiente durant sa vie, il se sentit obligé dans le moment de sa mort, c'est-à-dire, lorsque l'on ne pouvait plus le soupçonner du moindre ressentiment, de faire paraître son amour pour la justice. Il ne veut pas néanmoins punir lui-même les coupables. Il en laisse la punition à la sagesse de son fils, et il se contente de témoigner en mourant qu'il était très-éloigné d'avoir approuvé la perfidie de Joab envers son fils Absalom et

et publicæ. Quare licet ipse suo tempore nihil de illorum capite constituisset acerbius, quia sumendi supplicii non videbatur advenisse maturitas, tamen quia neque suo muneri neque communi causæ, atque querelæ satisfactum esse meditabatur, id negotii dat filio, ut pro suâ prudentiâ, et ulciscatur scelus, et offensionem tollat Israel.

Illud hìc observandum maximè quòd, cùm Joab nihil videatur in Davidem molitus esse mali, imò potiùs pro illius dignitate et vitâ strenuè dimicâsse, nihilominùs dicit David fuisse sibi, dùm duos principes interfecit Joab, injuriam. *Tu nôsti,* inquit, *quæ fecerit mihi Joab.* Quidam hìc aliquid meditantur aut fingunt contra dignitatem et vitam Davidis cogitâsse et struxisse Joab. Lyra ex Rab. Salomonis sententiâ, cui ipse subscripisse videtur, ait in eo Joab contra Davidis existimationem et honorem peccâsse, quia litteras, quas de Uriæ cæde multis antè diebus acceperat, aliis quibuscum erat in castris, parùm fideliter ostenderat, eo videlicet consilio, ut multitudinis reprehensionem evitaret, quæ judicium in ipso, et militarem usum desiderabant, cùm plagam illam acceptam viderent ex inconsiderato ducis imperio; ut ex litteris constaret regiis, non suo, sed regis arbitratu, temerarium illud sumptum esse consilium. Ex quo tandem agnovit populus, quid admissum esset à Davide flagitii. Hanc sententiam multis confutat Abulensis, et probat magis in Davidem potiùs peccâsse Joab, quia Absalomem filium interfecit, cùm tamen jussisset ducibus, obsecrâssetque ne parentem miserum eodem quo Absalomem vulnere conficerent. Quod tamen solus ausus est Joab, qui regis imperium ignorare non poterat, cùm et ipse à Davidis ore priùs accepisset, et proximè esset admonitus à milite, qui illum viderat ex arbore pendentem.

envers les deux généraux qu'il avait tués, ni l'insolence de Séméï envers son roi. Qu'il serait à souhaiter que les disciples d'un Dieu qui a pardonné à ses ennemis, pussent au moins imiter quelque chose de cette grande douceur d'un juste de l'ancienne loi, et d'un prince très-puissant! Qu'il serait à souhaiter qu'ils attendissent comme lui le temps de leur mort pour juger équitablement de ce qui regarde leurs ennemis, et qu'ils exerçassent durant leur vie leur patience et leur charité à leur égard!

Ils reconnaîtraient alors combien ce prince a dû aimer d'une manière pure et parfaite la justice en ce qui le regardait, puisqu'il a voulu attendre à juger ses ennemis, qu'il se soit vu prêt à être lui-même jugé de Dieu. (Sacy.)

Theodoretus q. 4, aliam excogitavit causam, propter quam David noluit Joab diu esse superstitem, quia timebat ne domûs suæ, aut Salomonis novi regis, turbato regno, rationibus afficeret. « Cùm rescivisset, inquit, eum « Adoniæ adornare ac struere tyrannidem, « timuit ne solitâ utens malitiâ despiceret « juventutem Salomonis, et duorum faceret « alterum, nempe ut aut personâ utens bene- « volentiæ eum interimeret, sicut occidit Ab- « ner et Amasan, aut apertè strueret aciem « adversam, et divideret Israelem. »

Verùm quid punire voluerit rex in Joab, non obscurè ille significavit, cùm dixit: *Quæ fecerit duobus principibus exercitûs Israel, Abner, filio Ner, et Amasæ, filio Jether.* Nunc videndum cur David in seipsum factum interpretetur, quod in duos hosce principes admissum est. Duas hìc ego rationes invenio: altera est, quia tam Abnerem quàm Amasam, ad seipsum advocârat David, et cùm priùs contrariis studerent partibus, interpositis promissis, et regiâ fide, sibi conciliârat. Quare qui nôssent quo modo essent excepti priùs à rege, et deinde callidè et perfidiosè occisos audiissent, violatam existimarent fidem regiam, neque Davidi ulteriùs quidquam esse credendum. Hæc autem regii nominis gravis injuria fuit.

Altera est, quia reverà magistratui ac regi gravis fit injuria, cùm ab aliquo publicè peccatur, quia et contemnuntur leges, quarum illi sunt custodes et vindices; et si peccata impunita forsitan maneant, malè ab omnibus accipitur illorum languor atque vecordia, cùm aut nolint aut non audeant cum audacibus ac sceleratis hominibus pro legibus atque republicâ certamen subire. Aut certè quia si principes inertes sint, et in re communi ac publicâ administrandâ dissoluti ac desides, cum populo peccant, si populum non avocant à peccando. Neque enim satis illis est vitam conservare integram et puram à flagitiis, si cùm possint alios à peccando sive consilio, sive supplicio ac metu deterrere, id facere per ignaviam et socordiam omittant. Quare mors cujusvis è populo principibus adscribitur, si mulctam relinquant, et vindices ab homicidis manus abstineant: et occisi hominis sanguis super principum caput aspergitur, qui vindictam clamat, et interdùm exorat. Hoc sanè videtur significâsse Salomon, cùm statim dixit, v. 31, ad Banaiam, cui præceperat ut occideret Joab: *Interfice eum, et sepeli et amovebis sanguinem innocentem qui effusus est à Joab,*

à me, et à domo patris mei. Quod sine dubio priùs à parente acceperat, ut meditatur Ambrosius, Apolog. 1, cap. 17 : « Nihil, inquit, « minùs quàm cruentus affectus sancto pro- « phetæ adscribi potest, qui vitâ decedens « supremâ voce convenit Salomonem, ut san- « guinem innocentem à se tolleret, quem fude- « rat dux ejus exercitûs Joab, quando Abner « insidiis occubuit. »

Et effudit sanguinem belli in pace. Sanguis belli ille dicitur, qui honestè potest et impunè effundi; quem tamen impunitum non habebit ille qui, dum arma silent extra aciem, et certamen effudit, maximè si quis aggrediatur alium, et opprimat incautum; hoc imbelle scelus et ignobile designavit Joab, dùm in pace et amicitiâ simulatâ duos principes interfecit, qui nihil sibi à fraudulento consilio metuebant, quos vigilantes et armatos nunquàm esset aggressus. Sanguinem itaque belli effudit in pace, quia quod in acie facere potuisset impunè, id extra aciem tunc perfidiosè tentavit, quando non potuit non esse non ignominiosum, et turpe, et quod superioris potestatis gladius habebat sibi obnoxium.

Et posuit cruorem prælii in balteo suo, qui erat circa lumbos ejus, et in calceamento suo, quod erat in pedibus ejus. His verbis sine dubio significatur aliquid callidum et insidiosum; quid tamen illud sit, obscurum est et incertum. Historia scholastica explicationem hanc esse judicat superioris clausulæ, neque aliam esse sententiam, quàm sanguinem qui in bello legitimo poterat effundi, extra bellum effusum esse sceleratè. Cui alii nonnulli subscribunt, quasi diceret, futurum fuisse gloriosum, si clypeum Joab aut loricam referret ex acie hostili sanguine cruenta, quia sanguis ille in bello fuisset legitimè, non in pace effusus; at qui in balteo et in calceis fert sanguinem, is armatus non videtur iniisse pugnam Marte legitimo, sed simulatâ pace perfidiosè in hostis viscera ferrum adegisse.

Dici etiam posset non omninò abs re è duorum principum cæde adeò non fuisse verecundatum Joab, ut aliorum oculos perfrictâ omninò fronte subierit, neque hominum exhorruerit judicia, qui quid ab illo fuerit admissum non ignorabant. Quasi enim præclarum aliquod edidisset facinus, quale foret si Goliath alterum, et in eo suæ gentis opprobrium commune sustulisset, sic innocentium sanguinem circumferebat in calceis et in balteo diffusum, virtutis argumentum bellicæ, neque eo sanguine calceamenta respersa retardabant illius, quamcumque in partem vellet, liberum incessum; neque balteus eâ ratione insignitus, sive fœdatus à militari sive conventu, sive præfecturâ revocabat. Id porrò aliis non poterat esse non molestum, cùm gloriosum sibi duceret, eoque se nomine ambitiosè jactaverit, quod sibi ignominiæ atque pudori ducere debuisset.

Ego id magis probo quod plerisque aliis placere video, ideò sanguine duorum principum Joab balteum et calceos fuisse respersos, quia illud mortis intulit genus, ex quo adversarii sanguis in balteum et calceos effluere potuit. Conseruit enim cum hoste lacertos ad amplexum potiùs amicum, quàm ad hostilem luctam, ut putabant duo principes: nam alioqui neque amplexum admitterent neque fraudulentum osculum. Cùm autem uterque in eo amplexu ad quintam costam esset percussus, id est, ad ilia, facile intellectu est, quomodò inde primùm sanguis in balteum eruperit Joab, et inde ad calceos usque descenderit. Quod potuerunt observare alii, quibus illud facinus offensioni fuit; et ideò ut honestiori vocabulo rem omninò turpissimam exprimerent, sanguinem in balteo et calceamentis Joab positum esse dicebant. Hanc porrò vocem sumpsit David à vulgo, et dùm fraudulentum conatum significare vult, balteum et calceos sanguine dicit fuisse respersos.

Ex hoc loco, et sanguine respersis calceis Joab fabulati sunt Hebræi id quod nos pluribus explicuimus lib. 2, c. 6, nempe deceptum fuisse Abnerem à Joab, dùm rogat de calceo, qui detrahi solet ab illo qui fratris mortui uxorem ducere noluerit, quod merè somnium Hebræorum est. Tu locum illum vide.

Vers. 6. — Facies ergo juxta prudentiam tuam, et non deduces canitiem ejus pacifice ad inferos. Non præscribit filio David mortis genus aut modum, sed hæc Salomonis considerationi judicioque permittit : omninò tamen jubet, ut in illius vitam capitali supplicio decernat. Porrò canities pro senectute ponitur, quia senectutis naturale signum; quo modo Jacob Gen. quæst. 1, dixit : *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos*, id est, me senem et obsitum canis. Eodem modo statim David de Semei, vers. 9 : *Deducesque canos ejus cum sanguine ad inferos.* Quid sit pacificè mori, non est difficile cognitu, nempe non vi extrinsecùs allatâ perire hominem, sed aut senio confectum, aut morbo consumptum; ita ut non tam homo, à ferro, aut hominum injuriâ, quàm à naturâ videatur extinctus. Quod optimè explicuit David

statim vers. 9, cùm dixit: *Deduces canos ejus cum sanguine.* Quod idem est, atque: Non deduces canitiem ejus ad inferos pacificè. Hæc mors, quæ non est sine ferro et sanguine, cruenta dicitur; quæ verò à senectute advenit, vel à morbo, sicca: quam rarò nanciscuntur tyranni, quibus subditorum malè conciliatus animus, non semper benè cupit, et gladius insidiatur assiduè, de quibus Juvenalis acutè Satyrâ 10:

Ad generum Cereris (id est, ad Plutonem) *sine cæde et sanguine pauci*
Descendunt reges, et siccâ morte tyranni.

Vers. 7. — Sed et filiis Barcellai Galaaditæ reddes gratiam. Quàm fuerit Barcellai liberalis in Davidem, quo tempore rerum omnium egenus fugiebat Absalomem, habes lib. 2, cap. 17, quemadmodùm illi rex gratiam reprendere voluerit, neque tamen ille prudens admiserit, quia quominùs regiâ liberalitate possit uti, faciebat ætas jam grandis et exhausta, quæ regiis deliciis minùs erat idonea, habes supra cap. 19. Quare rogavit regem, ut si quid in ipsum regiâ vellet liberalitate conferre, transferret ad filium. Hujus vocis, David, atque promissi memor, commendat Salomoni filio, ut illius viri filios regiâ liberalitate complectatur, et secum ejusdem convictûs et mensæ faciat esse consortes. Quod ipse, opinor, David postquàm profligatâ Absalomis causâ, regno ac sibi restitutus est, cumulatè præstiterat.

Vers. 8. — Habes quoque apud te Semei filium Gera, etc. De Semei quomodò in regem non solùm maledicta, sed etiam lapides jactaverit, habes lib. 2, cap. 16, ubi diximus qualis fuerit illa pessima maledictio, quam nunc David moriens impunitam esse non vult. Quomodò verò Semei Davidi ad solium, ex quo jam excidisse putabatur, occurrerit, illique eo tempore, Abisai repugnante, impunitatem promiserit, leges lib. item 2, cap. 19, ubi etiam nos pluribus ostendimus, quo modo cùm hoc negotium Salomoni mandaverit, jurata fides ac venia non fuerit à rege violata.

Sed illud meritò quærunt, et explorant alii. Quomodò David cùm ulcisci posset, imò et deberet duorum principum indignissimam necem, ad illud usque extremum vitæ tempus distulerit, idque non tam suâ, quàm alienâ manu voluerit esse transactum. De Semei jam à nobis lib. 2, dictum est. Neque in hoc casu aliquid est admodùm reprehendendum in rege, cùm regii sit animi privatas injurias non ulcisci, sed illas non tam sontibus, quàm suo nomini ac dignitati condonare; quæ id à regii animi magnitudine non solùm postulant, sed etiam suo jure exigunt interdùm. Accedit quòd ipse suum peccatum apertè confessus fuerat, et quo potuerat superiorem culpam, novo humanitatis officio deterserat. Adde quòd dies victoriæ sumendo severiori supplicio opportunus non est, eo præsertim articulo, in quo animos populi non omninò pacatos, benignitate sedatos, et officiis conciliatos oportuit; sed cùm aliquid admisisset Semei, quod si maneret impunitum, malo reipublicæ novisset exemplo, jubet filio, ut illam è populo tollat offensionem, satisque faciat communi causæ. Quo consilio satis ostendit noluisse se proprium consolari dolorem, aut injurias persequi privatas, sed hominum offensioni justæ, et reipublicæ rationibus satisfacere.

De Joab alia causa fuit, cur non statim ab illo David pœnas sumpserit insidiosæ cædis, sed ad regnum usque Salomonis distulerit. Nam quo tempore cædes illa contigit, nondùm tantam habuit potentiam David, ut auderet adversùs Joab, qui potentissimus erat, et exercitûs princeps, quidquam moliri; neque dùm res erat pacata satis, ei illius operâ indigeret maximè, præsertim cùm eo tempore cecidisset Abner, quem castris præficere poterat loco Joab; neque fortasse ullus esset in toto populo, cui tutò committi posset belli pondus, quod prudentiam desiderat et animi constantiam. Quam rationem ipse indicavit David illo cap. 3: *Ego*, inquit, *delicatus, et unctus rex: porrò viri isti filii Sarviæ duri sunt mihi.* Aliquid majus prodit Josephus lib. 7 Antiq. cap. 12, ubi in hoc ipso articulo in hunc modum Davidem cum Salomone inducit loquentem: « Memento etiam « iniquitatis Joab, qui propter æmulationem « duos duces justos interemit. In eum tuo arbi- « tratu animadvertes, quandoquidem hactenùs « pœnam evasit, quòd me ipso esset potentior. »

At dices, cur non est ausus David, quod Salomon adhuc puer, et vix regni compos tam facilè consecutus est? Responsio difficilis non est, quia extrema Davidis tempora ab intestinis tumultibus et externis bellis fuerunt quieta, ut habemus ex cap. 24, in principio; quare David variis perfunctus bellis, pacatum regnum tradidit Salomoni, ut ipse docet Salomon cap. 5, v. 4: *Nunc autem requiem dedit mihi Dominus Deus per circuitum, et non est Satan, neque occursus malus.* Quare cùm silerent tunc arma, neque ullum Joab usum videretur allaturus esse reipublicæ, dare tunc potuit sine

ullo reipublicæ detrimento pœnas effusi sanguinis. Adde quòd tunc Joab grandis erat natu, et bellorum molestiis parùm idoneus, cùm non minùs annis quadraginta castris præfuisset, ab ipso nimirùm exordio Davidici regni, ex quo primùm David consedit in Hebron, atque ideò cùm illam curam tricenario minor non videretur administraturus utiliter, verisimile est, aut annum tunc attigisse septuagesimum, aut saltem à septuagenario non abfuisse procul. Cano certè fuisse capite ipse docet David, cùm dicit de Joab v. 5: *Non deduces canitiem ejus pacificè ad inferos.* Vide hâc de re Abulensem quæst. 12 et 13.

Vers. 10. — Dormivit igitur David cum Patribus suis, et sepultus est in civitate David. Non dudùm postquàm hæc mandata postrema dedit Salomoni filio, decessit David, cùm annum ætatis egisset septuagesimum, et quadragesimum in administrando regno posuisset. Nactus verò est sepulturæ locum, et honorem in eâ Jerosolymæ parte, quam ipse abstulit à Jebusæo, et à suo nomine civitatem appellavit Davidis. De Davidis sepulcro multa tradit Josephus lib. 7 Antiq. cap. ultimo, et lib. 13, cap. 16, et lib. 16, cap. 11, et nos eâ de re non pauca in nostris commentariis super Acta cap. 2, ex quibus aliquid transcribere in hunc locum non erit abs re.

Sed illud videndum priùs, an Davidis sepulcrum (de cujus formâ postea) constructum ab ipso Davide fuerit, an à Salomone, qui illustri monumento honestare voluit parentis ossa, quæ æternâ memoriâ dignissima censebat. Quòd sibi rex ante mortem de illustri sibi tumulo providerit, non videtur prorsùs improbabile; cùm et alii principes sæpè fecerint, neque tamen ideò sint improbati, et nunc quotidie multi faciant insanis prorsùs sumptibus, etiam qui propter modestiam à superbâ mole, et ambitioso mausoleo abstinere debuisset. Et cùm domum priùs excitaverit luculentam in arce Sion opere magnificâ, quale regiam decebat majestatem, construxisse quoque videri potest, et sibi, et suis commune sepulcrum, in quod inferrentur posteriorum regum augusta cadavera. Sed placet quod visum est Josepho lib. 1 Antiquitatum, cap. ultimo, et Petro Comestori lib. 3 Reg., cap. 3; Abulensi q. 20, et aliis pluribus, extructum quidem esse à Davide sepulcrum minoris ambitionis et sumptûs, amplificatum tamen esse à Salomone, et ad illam usque molem et splendorem excitatum.

Davidis sepulcrum ad tempus usque Evangelii durâsse constat ex cap. 2 Actuum, v. 29, de quo Petrus: *Viri fratres, liceat audacter dicere ad vos de patriarchâ David, quoniam defunctus est, et sepulcrum ejus est apud nos usque ad hodiernum diem.* Durâsse quoque ad tempus Adriani, auctor est Dion in Adriani Vitâ, ubi dicitur Salomonis monumentum, quod etiam Davidis fuit, magnâ ex parte spontè corruisse. Sanè Hieronymus in Epist. ad Marcellam ait se ad Davidis mausoleum precari consuevisse. Et quod mirere magis, post urbem Jerosolymam toties expugnatam, toties eversam, nihil eximium illud mausoleum à Chaldæis, nihil à Græcis, nihil à Romanis, nihil denique ab aliis barbaris qui urbem invaserunt, aut occupârunt, passum est? Ut enim refert Sebastianus Serlius lib. 3, de Architecturâ, ubi ichnographiam tradit sepulcri regum Juda, suo, id est, nostro ævo extabat adhuc augustum illud monumentum. Ipse enim accepisse dicit illius formam à Marco Grimano Veneto, qui tunc erat summus Aquilæi antistes, post verò cardinalis, qui ipse suis oculis viderat, dimensus fuerat, et singula diligentissimè observaverat, à quo sumpsit figuram illam ichnographicam, quam ipse fideliter expressit in loco citato; inde tu sume.

Addit Josephus in paternum sepulcrum cum regio cadavere multa Salomonem intulisse talentorum millia, quæ deinde multis post annis extulit Hircanus, quæ nos in cap. 2 Actuum, multis confutavimus: ubi etiam diximus Davidis ossibus pepercisse Chaldæos, etiamsi regum Juda ossa juxta Jeremiæ vaticinium cap. 8, et Baruch cap. 2, per summum ludibrium è suis loculis et monumentis effoderint.

Hic finis vitæ gestorumque Davidis, qui in utrâque fortunâ vir fuit planè admirabilis, in quo viri strenui, et fortes Dei, et patriæ religionis amantes, et suæ gentis studiosi exemplum habent, ad cujus se similitudinem effingant. Qui, si aliquid aliquando passus est, aut operatus humanitùs, in quo, ab eo quod recta præscribit ratio, defecit, sic tamen se ad rectam vivendi normam revocavit, sic doluit vehementer, sic lacrymatus est assiduè, ut non minorem usum peccatoribus peccator ipse ad veræ pœnitentiæ formam, quàm justus justis ad justitiæ perfectionem attulerit. Habemus brevem quamdam periochem Davidicæ historiæ Eccli. 47, versiculo 1, quæ satis est facilis mediocriter attento. Illud non ita quod priori loco ponitur, ubi hoc de Davide præclarum elo-

gium: *Quasi adeps separatus à carne, sic David à filiis Israel.* Notum est ex sacrificiis uni Deo adipem deberi, qui non tam alias victimæ partes probat et admittit. Erant in Israelitico populo, licet præcipuâ quâdam lege consecrata Deo, multa quæ Deus quasi aliena respueret, sicut è victimâ, licet immolatâ Deo, multa Deus ipse rejicit, et ad aliorum usus, quasi aliena relinquit, et solùm sibi à carne separatum adipem reservat. Fuit igitur aliorum comparatione David quasi adeps, in quo Deus nihil rejicit, nihil fastidit. In aliis verò plurimùm carnis fuit, imò fortasse quidquid in illis fuit totum omninò carneum, id est, quod hominum usibus potiùs quàm divinis servit. Hoc videtur dixisse Dominus, ut habes Actor. 13, v. 22: *Inveni David filium Jesse, virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas,* quod priùs dixerat lib 1 Reg., cap. 23, v. 54. (1)

Vers. 12 — Salomon autem sedit super thronum david. Ex hoc loco facilè colligitur, ex quo unctus est Salomon rex Israelis, non regnâsse omninò, neque solum, cùm nondùm pater à se regni jus et potestatem abdicâsset, à cujus ipse auctoritate ac nutu in regni administratione pendebat. Quare Davide vitâ, id est (ut ego interpretor) regno defuncto, super Davidis thronum sedisse dicitur Salomon, id est, verè jam totius imperii fuisse compos, quâ de re supra cap. 5, v. 50. Quantùm verò temporis simul cum parente regnaverit, id est, quamdiu ab ejus unctione vixerit David, incertum est; vixisse aliquamdiu nemo dubitat, ut caput istud docet non obscurè, et ipse profitetur David Psal. 71, cùm filio suo jam regi judicium à Deo, et justitiam precatur: *Deus judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis.* Si tamen sermo ibi de Salomone propheticus est, ut multi putant. Genebrardus in chronico, anno mundi 3106, anno extremo vitæ suæ statum et formam sacerdotalis et Levitici ordinis constituisse dicit, quod sumpsit, opinor, ex Hebræorum chronico cap. 14, ad finem. Quod si ita est, non diu Salomon cum parente regnavit. Quoto anno Salomon regnum inierit, nihilò certius est. Quidam undenem, alii duodenem putant. Vide Hieronymi ep. 132, ad Vitalem, ubi de Salomone multa. Illud etiam in Hebræorum chronico habemus cap. 16, antequàm David è vivis discederet, vidisse nepotem suum Roboam Salomonis filium, quâ de re suo loco pluribus.

(1) Vers. 11. — In Hebron regnavit septem annis. In secundo Regum, 11, regnâsse legitur septem annis et sex mensibus. (Calmet.)

Vers. 13. — Et ingressus est Adonias filius Haggith, ad Bethsabee matrem Salomonis, quæ dixit ei: Pacificus non est ingressus tuus. Uxor fuerat Davidis, ut diximus, Abisag Sunamitis, licet cum illâ nullum habuerit tentâritque conjugale commercium. Cùm autem, ut est verisimile, parentalis luctus esset impensus, etsi non omninò sine offensione, cum minori tamen iniri posset alterum connubium, accessit Adonias ad Bethsabee, cujus intercessio pro maternâ sive auctoritate, sive indulgentiâ, plurimùm videbatur apud filium ponderis habitura, oratque ab illâ, ut à Salomone sibi in uxorem Abisag Sunamitidem impetraret. Quid autem hâc petitione spectârit Adonias, incertum est: quidam hâc ratione voluisse putant in regni possessionem irrepere, ut quod priori consilio non potuit, cùm apertè acclamante populo, regium sibi nomen assumpsit, id postea callidè, et quasi per insidias obtineret. Dicunt autem, qui ita judicant, consilii hujusce auctorem fuisse Joab, qui Adoniæ favebat partibus, et cui proximè in regno sibi procurando, sive ambiendo præsens astiterat. Ita putat Abul. quæst. 20; Theodoretus quæst. 7; Dionysius et Hugo; neque defuit ratio, quam Joab homo callidissimus odoratus est. Nam cùm Adonias populo toti foret non ingratus, et jam sibi illius bonam partem conciliâsset, à quâ conclamatus est solemni formâ, et salutatus rex; esset præterea honestâ ac liberali facie, quæ multitudinis blanda conciliatrix est, et filiorum maximus, quos ex variis uxoribus suscepit David; si ad hæc, mortuo jam rege, accederent Sunamitidis nuptiæ, quæ ipsa regina fuerat, et populo propter formæ venustatem et honestos mores non ingrata, ad regnum obtinendum magna videbatur futura ponderis accessio. Hæc ratio Joab primum callidum consiliatorem, deinde Adoniam adduxisse potuit, ut Sunamitidem expeteret ad nuptias. Quod non videtur ignorâsse Salomon, quando hujus consilii tam severum supplicium, primùm ab Adoniâ, deinde à Joab magis fortasse festinatè, quàm principio statuisset, exigit. Sed fortasse nihil horum cogitabat Adonias, sed captus non tam ambitione regni quàm Sunamitidis pulchritudine, illius ambiebat nuptias, neque putabat à paterno connubio aliquod impedimentum obtendi, cùm sciret ab illius conjugali congressu abstinuisse parentem. Cùm autem non imprudenter Bethsabee suspicari posset hostile aliquid Adoniam moliri aut contra se, aut contra Salomonem filium, cùm ipse priùs

esset rex appellatus, et à Salomone deinde ab occupato regno depulsus, rogat ab illo, an aliquid meditetur aut cogitet, quod ab offenso animo timeri posset. Ille verò securo animo esse jubet, neque se aliquid, ait, ad illum ingressum cogitare, nisi pacificum. Hæc porrò interrogatio, cùm quis de alicujus animo dubitaret, familiaris erat Hebræis. Unum caput nonum ex lib. 4 Regum multa nobis suppeditat exempla. Ex nuntiis enim, qui missi fuerunt à Joram ad Jehu, dixerunt illi primi: *Hæc dixit rex: Pacatane sunt omnia?* Deinde secundi: *Numquid pax est?* Deinde rex ipse Joram: *Pax est Jehu.* Quod perinde est ac si dicas: Pacificusne est ingressus tuus?

Vers. 15. Tu, inquit, nosti, quia mecum erat regnum, etc. Quid petierit Adonias, quid illi Bethsabee promiserit, quis tandem fuerit petitionis eventus, res est neque difficilis neque obscura. Illud hic observandum, ut hæc exoraret Adonias à Bethsabee, rationem sumpsisse ab honesto et facili; est enim honestum, ut aliquid inveniat intercedente matre à filio rege doloris solatium, cùm à regno exciderit, quod jam cum frequentis populi conspiratione adiisse videbatur: neque aliud in præsentiâ solatium velle, nisi Sunamitidis nuptias, quam sciebat in sociali thalamo nihil à parente subiisse, quod virginalem pudicitiam libâsset. A facili verò, quia indulgentissima mater ab ingenuo filio quidvis impetrabit. Hæc fuit Adoniæ ratio, sed longè aliter Salomoni visum, qui Adoniæ verba aliorsùm interpretatus, pro Sunamitide mortem illi, eamque festinatam, præcisamque decrevit. (1)

(1) Vers. 17. — Ut det mihi Abisag Sunamitidem uxorem. Fuerat Abisag uxor Davidis regis; unde eam postulat Adonias filius Davidis, ut per eam quasi reginam evadat ad regnum, et à populo sibi favente acclametur rex. Consilium hoc Adoniæ suggessisse Joab, qui ejus partes fovebat, eratque vir sagax et callidus, censent Theodor., Hugo, Abulens., Dion.; Joab enim sibi à Salomone metuebat, et meritò, uti mox patebit.

Quæres: Quomodò Adonias ausus est petere uxorem patris sui, cùm id vetetur Levit. 18, 7? — Resp. Josephus, Cajetan. et Serarius, ibi tantùm vetari, ne quis uxorem ducat illam quæ cognita est à patre. Abisag autem non fuit cognita à Davide, sed mansit virgo. Unde ejus matrimonium illâ Levit. lege non fuisse vetitum. Utut est, Adonias hujus legis ignarus videtur putâsse hoc matrimonium esse licitum, aut certè amore pulchritudinis Abisag, et ambitione regnandi excæcatus illam parvi pendit. Porrò an jure naturæ licitum ratumque sit matrimonium filii ducentis uxorem patris, variæ sunt doctorum sententiæ. Nam Thomas Sanchez lib. 7 de Imped. matrimon., disput. 66, docet matrimonium in primo gradu affinitatis in lineâ rectâ, putà soceri cum nuru, vel socrûs cum genero, non esse irritum jure naturæ, ideòque esse dispensabile. Probat, quia tale fuisset matrimonium Adoniæ cum Abisag, uxore patris sui Davidis. Si enim hoc fuisset irritum, utique Adonias non postulâsset illam sibi in uxorem. Citat Sanchez in hanc sententiam S. Thomam, Alensem, Abulensem, Gabrielem, Tapperum et plures alios.

Ex adverso Bellarm. lib. 1 de Matrimon., cap. 28, docet matrimonium tale esse irritum jure naturæ et indispensabile, quia nunquàm in eo dispensatum legimus. Est enim planè contra honestatem naturalem et pudorem paternum maternumque. Idem tenet P. Ægidius Coninck, qui ex Josepho à Costâ lib. 6 Indic. cap. 21, narrat Paulum IV, pontificem cum concilio Limensi ita decidisse, scilicet ut Indi, Peruani, qui matrimonium contraxerant cum novercâ vel cum nuru, non admitterentur ad baptismum, nisi priùs solverent tale matrimonium, velut jure naturæ irritum. Ad Abisag, respondet Bellarmin. primò, illam non fuisse uxorem Davidis; non enim in Scripturâ vocatur uxor, sed tantùm calefactrix senis. Secundò, si fuit uxor, Adoniam illicitè petiisse uxorem, utpote contra legem Levit. 18, vers. 7 et 15, ideòque justè à Salamone jussum occidi; plus enim hìc valere debet sententia Salomonis regis sapientissimi, quàm postulatio Adoniæ. Hanc sententiam sequitur Paludanus, Sotus, Valentia, Navarr., Covarruv., Sylvester, Vasquez et plurimi alii, quos citat Sanchez loco citato, et Ægidius Coninck disp. 32 de Imped. matrim., dubio 4, conclus. 3. (Corn. à Lap.)

Vers. 19. — Surrexit rex in occursum ejus, adoravitque eam. Doctores Hebræi obsequium et venerationem erga parentes commendant. Salomon in Proverbiis 15, 20: *Stultus homo despicit matrem suam.* Paria scripserat capite 1, 8. Auctor Ecclesiastici 3, 18: *Est maledictus à Deo, qui exasperat matrem.* Senior Tobias diem ultimum clausurus, filium suum monet capite 4, 3: *Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus; memor enim esse debes, quæ et quanta pericula passa sit propter te in utero suo.* Apud Persas nefas erat filio coram matre, et illâ non annuente, sedere; et Alexander Magnus, qui Sizigambim Darii matrem perinde ac parentem suam suspiciebat, professus est cum illâ loquens: *Quoties ad te veni, donec ut considerem annueres, restiti.*

Sedit ad dexteram ejus. Honestissimo ac primo loco post regem. Filius Dei ad dexteram Patris sedet. Manassem primogenitum suum constituit Josephus ad dexteram patris sui Jacobi, ut benedictionem avi accipiat. Apud Turcas sinistræ locus est honestissimus, et quos minoris æstimant, rejiciunt ad dexteram. Apud veteres Persas, teste Xenophonte, digniores sinistram tenebant. Contraria omnia apud Hebræos. (Calmet.)

Vers. 20. — Pete, mater mea: neque enim fas est, ut avertam faciem tuam. Hebr.: *Ut reverti faciem tuam,* id est, ut te tuamque faciem confundam et pudore afficiam negando quod postulas. Cùm enim quid alicui negatur, ille confusus faciem suam retrahit, avertit,

Vers. 22. — Postula ei, et regnum (1). Cur ductâ Sunamitide, regnum obtinere, aut amet domum redit. Promittit Salomon omnia se concessurum, quæ mater postulabit; intellige si æqua et utilia postulet; non autem si sibi matrique noxia, uti erat hoc de dandâ Abisag uxore Adoniæ.

Si Salomon omnia matris postulata implet, multò magis Christus concedit matri suæ omnia quæ pro nobis supplicando petit. Illam ergo adeamus, et per illam omnia impetrabimus. Nec enim Christus confundet et pudefaciet faciem matris suæ, uti sæpè inculcat S. Bernardus; nec enim ipsa aliquid petit aut petere potest, quod sit præter dignitatem filii et suam. (Corn. à Lap.)

L'instruction que l'on peut tirer de l'exemple de cette mère qui pensa causer la perte de Salomon, si ce prince n'avait opposé la lumière de sa sagesse à sa trop grande simplicité, c'est qu'on doit craindre souvent les piéges cachés du démon dans les paroles des personnes que la nature nous rend les plus chères, selon cet avis de saint Augustin, qu'Eve, la mère commune de tous les hommes, est à craindre aux hommes dans leur mère même et dans leur sœur : *Quid interest in matre vel in sorore, dùm in utrâque mater Eva timetur?* Le diable souvent, en nous parlant par leur bouche, nous dit comme Bethsabée à Salomon, qu'il ne nous demande qu'une très-petite chose : *Petitionem unam parvulam deprecor à te.* Et il semble qu'il y aurait de la dureté à leur refuser si peu de chose. *Ne nous rendez pas confuse en nous refusant,* disent-elles, comme cette reine. Mais c'est qu'elles n'ont pas la lumière de Salomon pour pénétrer l'artifice d'Adonias. Que si l'on est obligé, à l'exemple de ce grand roi, de témoigner tout le respect qu'on leur doit, on n'est pas moins obligé de leur découvrir alors le piége de l'ennemi, et de s'affermir soi-même plus que jamais dans son devoir contre ces sortes d'affaiblissements que pourrait produire en nous la chair et le sang. Aussi saint Ambroise, considérant le péril qu'il y a à écouter les conseils de ces personnes, dit que « l'on « ne peut sûrement croire à la chair; que si « Eve se fût tue, le serpent eût été vaincu ; « qu'il aurait été à souhaiter, ou qu'Adam eût « été sourd, pour ne point entendre la voix de « sa femme, ou qu'Ève n'eût point eu de voix « pour parler à son mari, et n'eût point prêté « au serpent le ministère de sa langue pour « empoisonner le premier de tous les hom- « mes. *Non benè creditur carni; vicissemus si « Eva tacuisset. Atque utinam aut Adam surdus « fuisset, aut Eva obmutuisset; ille, ne vocem « suæ uxoris audiret; ista ne lubricæ vocis mini- « sterio serpentis in virum venena tranfunderet.* » (Sacy.)

(1) *Salomon dit à sa mère : Pourquoi demandez-vous Abisag de Sunam pour Adonias? Demandez donc aussi pour lui le royaume,* etc. *Je jure par le Seigneur qu'Adonias, par cette demande, a parlé contre sa propre vie; et il l'envoya tuer.* Quelques-uns, dit un ancien Père, blâment ce prince et l'accusent de cruauté d'avoir fait mourir son frère. Mais il faut, ajoute-t-il, considérer Salomon, non pas comme un simple particulier, mais comme un roi qui était très-convaincu qu'Adonias aspirait à s'emparer du royaume. Il lui avait pardonné la première fois en l'avertissant de se tenir dans son devoir. Mais lorsqu'Adonias, passant les bornes de la modestie et de la pudeur, osa lui demander celle qui avait tenu en quelque façon lieu de femme à David leur père, il regarda cette demande comme une voie qu'il voulait s'ouvrir pour remonter sur le trône; et se sentant obligé comme roi de procurer le repos à son état, il ordonna contre sa première volonté qu'on le fît mourir. C'était donc Adonias, et non Salomon, que l'on devait regarder comme la cause de sa mort, selon que s'en déclara Salomon, même en disant qu'*Adonias avait parlé contre sa propre vie,* c'est-à-dire qu'il s'était lui-même condamné à la mort, en faisant connaître si visiblement sa volonté criminelle.

On ne doit pas, comme dit encore le même Père, chercher dans cette conduite de Salomon la perfection d'un prophète ou d'un apôtre, qui sont obligés de fouler aux pieds ce qui regarde l'intérêt de leur personne, et à qui tous les royaumes de la terre ne sont rien. Mais il pouvait bien en cela même être une terrible figure de Jésus-Christ, dont la juste sévérité, sans avoir égard aux prières de Bethsabée, qui, selon un sens spirituel, figurait, comme on l'a fait voir, l'Eglise, punira d'une mort, non pas temporelle, mais éternelle, tous ceux qui, comme Adonias, auront surpris cette divine Bethsabée par leurs artifices, et auront voulu usurper le trône et la puissance du vrai Salomon. (Sacy.)

bire videatur Adonias, jam à nobis supra explicatum est tum proximè, cùm diximus plurimùm posse feminæ, et pulchræ, et quæ nuper regina vocabatur, illecebras ad conciliandos animos; et capite præcedenti, cùm ostendimus ex usu gentium illum imperium affectare, qui aliquid sibi aut contrectaret aut assumeret, quod ad regiam personam pertineret, quocumque id modo capias, certè id Salomon in malam partem interpretatus est hoc Adoniæ aut malum, aut malè existimatum consilium; cur verò, si istæ accesserint importunæ nuptiæ, quidvis timeri possit ab Adoniâ, his Salomon rationibus adducitur.

Ipse est enim frater meus major. Stat in regni causâ ab Adoniâ primogeniti apud reges potentissimum ac commune jus, de quo nos pluribus c. 1, ad illud v. 27 : *Ut indices eis, quis sedere debeat in solio tuo.* Cùm autem Israelitæ talem cuperent habere regem, quales gentes habent, illud etiam habere videntur, quod est communi gentium, et quasi naturali jure receptum, ut qui est primus natu, ille inter alios jus sibi regnandi vendicet.

Et habet Abiathar sacerdotem, et Joab. Hæc etiam non infirma ratio, cur sibi ab Adoniâ Salomon cavere debuerit, cùm haberet se-

cum duos magnos principes, alterum sacrorum, alterum exercitûs: Abiathar videlicet sacerdotum maximum, et Joab principem militiæ, quorum cuilibet, in suo cuique ordine summa erat auctoritas ac potestas.

Vers. 23. — Juravit itaque rex Salomon per Dominum, etc. Quò aliorum faciliùs repelleret intercessionem et preces, jurisjurandi religione interpositâ omnem sibi præcludit aditum ad veniam, ut insuper addidit non esse Adoniæ mortem differendam in crastinum. *Quia hodiè*, inquit, *occidetur Adonias.* Neque aliter fecit, quàm cogitârat antea, et nunc jurejurandi fide confirmârat.

Misitque rex Salomon per manum Banaiæ filium Joiadæ, qui interfecit eum. Quomodò per milites, et sui corporis custodes principes pœnas exegerint, etiam capitales ab his quos morti destinâssent diximus in nostris commentariis super Danielem, ad illud cap. 2, v. 24: *Post hæc Daniel ingressus est ad Arioch, quem constituerat rex, ut perderet sapientes.* Exemplorum habemus plus satis tam in sacrâ quàm in profanâ litteraturâ. In sacrâ est illud, de quo nuper. Cùm enim Nabuchodonosor statuisset interficere sapientes è Chaldæorum genere, id negotii tradidit Arioch principi militiæ. *Tunc Daniel requisivit de lege atque sententiâ ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis.* Sic Saül 1 Regum, cap. 22, è missariis suis, quos nempe habebat ad manus, ut destinatos à se morti sacerdotes occiderent, imperavit. Sic David lib 2 Reg., cap. 4, per suos milites duos latrones interficit, qui Isboseth insidiosè caput præciderant; sicut cap. 1, paulò ante, Amalecitam qui occisum à se Saülem prædicabat. Et est exemplum optimum in Christo Domino, quem romani milites ex patriâ consuetudine in crucem egerunt.

De profanis neque pauciora sunt, neque minùs illustria documenta, quæ occurrent passim mediocriter attento. Sanè hoc esse militum munus indicat Tertul. de Coronâ militis c. 11, ubi à profanâ militiâ deterret christianum hominem, ne cogatur carceres, et vincula, et tormenta, denique de more varia administrare supplicia. Longum esset referre quoties per centuriones et tribunos, qualis censeri potuit Banaias, Romani de sontibus supplicium sumpserint capitale. Unus Suetonius multa nobis suppeditat exempla. Sic sanè Senecca lib. 3, de Irâ, cap. 20, de Caio, opinor, tradit, ab illo missis centurionibus plurimos occisos, quos capite damnârat, et de regiâ, prætorianâque cohorte fuisse videtur spiculator ille, quem Herodes misit, ut Joannis, qui tenebatur in vinculis amputaret caput. (1)

(1) Vers. 24. — Vivit Dominus..... qui fecit mihi domum. Phrasis hæc stylo Scripturæ usurpari solet pro, familiam habere firmatam et filiorum numero florentem. An igitur liberi jam erant Salomoni, viginti annorum juveni? Constat utique, Roboamum ejus filium hoc ipso anno genitum fuisse. Quem quidem hujus ortum prodigiosum nonnulli ex Patribus reputârunt, rati Salomonem undecim vel duodecim annorum adolescentem regnum capessivisse. Ortum ejusdem filii, felici adeò tempore, spectare potuit Salomon, atque illum loco beneficii à Deo accepti, et tanquàm argumentum asserti sibi regni habere. Neque immeritò etiam reputaverimus, Salomonem sese ipsum spectâsse ad caput populi sui, tanquàm patrem familiâs in domo suâ, eamque animi sententiam expressisse iis verbis: *Dominus fecit mihi domum.*

Hodie occidetur Adonias. An non præcipiti nimis judicio Salomon damnat Adoniam? An ille læsæ majestatis reus convictus erat? An non consuetæ juris regulæ servandæ tunc erant? Constabatne certò, postulâsse illum sibi nuptias Abisag, malo defectionis, vel affectati regni consilio? An commodum non fuisset Salomoni fratrem impedire, ne quid novi moliretur, nisi exacto supplicio? Interpretum quidam minimè verentur Salomonem hic sævitiæ et præcipitis judicii accusare. Plerique tamen defendunt. Judiciis reddendis non semper leges absolutissimæ juris à principe servandæ sunt; politiæ ratio atque utilitas reipublicæ sæpenumerò postulant, ut aliqua fiant quæ consiliis evangelicis opponuntur. Adoniam regnum affectâsse, res erat explorata; molitus fuerat antea illud usurpare invitis Davide et jure Salomonis, cui regnum obligatum fuisse apertâ promissione non ignorabat. Petitio nuptiarum Abisag è priori illo consilio orta esse non obscurè noscebatur: et quanquàm re ipsâ quidem fieri potuit, ut alio consilio id petierit Adonias, nec intellexerit malas petitionis suæ appendices, cur tamen Salomon certior fieret de animi illius proposito, vel in favorem fratris factum illud interpretaretur, nihil erat. Satis erat reum fuisse aperti criminis, quod in perniciem reipubliæ verti potuisset; nec in judicio de sontibus spectatur, quid illi in animo senserint, sed quid facto præstiterint. In his rebus mora omnis est perniciosa. Id generis crimina punienda sunt statim, sine morâ et consultatione: *Ubi facto magis quàm consulto opus.* (Calmet.)

Vers. 25. — Misitque rex Salomon per manum Banaiæ, hoc est, misit Banaiam, ut per manum ejus occideretur Adonias. Est hebraismus. Cajetan. asserit Salomonem peccâsse temeritate judicii, quòd unico judicio fratrem læsæ majestatis damnârit, nisi tamen id moris fuerit. At vel unicum, ait Serarius, si id certum sit, hodiè sufficiat, præsertim ubi periculum est regi, ne regno ab æmulo privetur, uti hic erat. Adde Salomonem hic punivisse primam regni invasionem factam ab Adoniâ, quâ se

Vers. 26. — Abiathar quoque sacerdoti dixit rex : Vade in Anathoth, ad agrum tuum. Fuerat, ut vidimus, Abiathar in Adoniæ conjuratione, quæ res graviter affecerat Salomonis animum, et deinceps ne, si summus esset sacerdos, suâ auctoritate turbare res posset publicas, et rebus studere novis auderet, illum sublato sacerdotio summo, aut usu sacerdotii exauctoratum exce-

curaverat ungi et coronari regem. Licet enim Salomon illam ei condonâsset, tamen id fecit sub conditione, si deinceps sibi foret fidelis, ac domi quietè se continens, nullam deinceps ambitionis et affectati regni de se daret suspicionem; quòd si illam daret, puniretur non tantùm ob suspicionem, sed et ob invasionem regni præteritam. Adonias autem postulans Abisag uxorem, justam dedit Salomoni occasionem suspicandi ipsum rursùs ambire regnum. Cur enim inverecundè et arroganter contra legem naturæ et divinam postulat reginam uxorem patris sui, nisi ut per eam thronum patris occupet, fiatque rex? Quare jure merito plexus est à Salomone. Timebat enim Salomon eum, utpote ambitiosum et inquietum, semper res novas moliturum, et ad regnum jure primogenituræ sibi debitum aspiraturum; quare se eo vivente nunquàm in regno fore securum. Occidit ergo eum ut sibi securitatem et regno quietem pareret. Vide hìc rursùm quàm David infelix fuerit in filiis. Amnon enim vitiavit Thamar; Absalom eum occidit, et patri rebellavit; Adonias ambivit regnum, ideòque à fratre interemptus est. Fuit hæc pœna et pœnitentia Davidi ob adulterium et homicidium Uriæ à Deo inflicta, 2 Reg. 12, 10, dicente : *Quamobrem non recedet gladius de domo tuâ.* En modica brevisque voluptas quantas ei peperit clades, ac quantarum calamitatum post se syrma caudamque protraxit. (Corn. à Lap.)

La mort d'Adonias est aux yeux des incrédules le comble de l'injustice. Ils disent : « Adonias, exclu du trône par Salomon, lui « demanda pour toute grâce qu'il lui permît « d'épouser Abisag, cette jeune fille qu'on « avait donnée à David pour le réchauffer dans « sa vieillesse, et l'Écriture dit que sur cette « seule demande il le fit assassiner. »

« Nathan, dit le même critique, fait une « ligue avec Bethsabée pour ravir la couronne « à l'aîné ; il emploie le mensonge pour par- « venir à ses fins, car il accuse Adonias de « s'être fait roi ; et ce prince avait dit seule- « ment : J'espère d'être roi. »

Après avoir raconté à sa manière l'exécution de l'arrêt de mort porté contre Adonias, Voltaire s'écrie : « Est-ce là l'histoire du peuple « de Dieu ? Est-ce l'histoire du sérail du Grand- « Turc ? Est-ce celle des voleurs de grand « chemin ? »

Avant de répondre, mettons nos lecteurs au fait de la question. Voici le texte : *David étant devenu vieux..... Adonias fils d'Haggith s'éleva, et dit :* Je régnerai. *Il fit fabriquer des chariots, il assembla des gens de cheval, choisit cinquante hommes pour le précéder dans sa marche..... Il se lia avec Joab et Abiathar qui embrassèrent son parti..... Et ayant immolé grand nombre de victimes auprès de la pierre Zoheleth, il assembla tous les princes ses frères et les officiers du roi... Alors Nathan dit à Bethsabée : Ne savez-vous pas qu'Adonias se fait roi à l'insu de David notre seigneur?..... Ensuite Nathan dit au roi : Seigneur, avez-vous ordonné qu'Adonias vous succède, et s'asseye sur votre trône? Voilà qu'il vient d'immoler des victimes, et d'assembler les princes vos fils, les chefs de l'armée, le grand-prêtre, Abiathar qui tous au milieu du festin se sont écriés : Vive le roi Adonias!* Suivant l'Écriture Adonias, n'avait donc pas dit simplement : *J'espère de régner;* il avait dit ouvertement : *Je régnerai.* Il avait commencé par assembler des guerriers autour de lui, par se faire un cortége de roi ; il avait gagné à l'insu de son père les princes ses frères et les grands officiers de l'état, et les ayant assemblés, s'était fait proclamer roi ; ses partisans avaient crié : *Vive le roi Adonias!* Ne sont-ce là *que des espérances,* de simples vues sur l'avenir? N'était-ce pas une entreprise manifeste contre le roi et contre l'état? Les incrédules qui traitent de brigue les démarches de Nathan et de Bethsabée, qui ne firent autre chose que d'avertir David de la promesse qu'il avait faite et de l'entreprise d'Adonias, ne devaient-ils pas plutôt qualifier de conspiration et d'attentat celle de ce fils ambitieux et de ses adhérents? Adonias lui-même, sentant bien qu'il avait mérité la mort, se réfugia près de l'autel ; mais Salomon, déclaré roi par David son père, sacré par son ordre, avec l'approbation de tout le peuple, lui fait grâce, et l'assure que *s'il se comporte bien à l'avenir il ne lui arrivera aucun mal.* Où est la moindre ressemblance entre cette conduite de Salomon *et l'histoire du sérail du Grand-Seigneur?* Là, des frères entièrement innocents sont immolés à la cruelle défiance de celui d'entre eux qui règne ; ici un prince coupable de conspiration contre l'autorité du roi et de la nation est renvoyé chez lui à condition qu'il mettra un frein à son ambition, et qu'il cessera de faire des intrigues.

Mais que fait Adonias? David son père est à peine mort qu'il s'avise de demander en mariage son épouse chérie, Abisag de Sunam : « C'était une jeune fille, dit le critique, une « servante ; cette grâce ne tirait à aucune con- « séquence. » L'éloquent évêque de Meaux n'en a pas jugé ainsi : *Cette grâce,* dit-il, *était d'une conséquence extrême dans les mœurs de ces peuples.* C'était dans ces mœurs, un nouveau titre qu'Adonias voulait ajouter à celui qu'il croyait avoir en sa qualité d'aîné. Salomon le sentit. *Vous demandez Abisag de Sunam pour Adonias,* répondit-il à Bethsabée, *demandez donc aussi le royaume pour lui ; il est mon aîné, et il a dans son parti Abiathar et Joab.* Ce ne fut point une inclination de jeune homme, ce fut un projet médité qui portait Adonias à demander pour épouse la veuve du roi. Salomon en était tellement persuadé qu'en même temps qu'il donna à Banaïas ordre, *non pas d'assassiner Adonias,* mais *de punir de mort* un coupable toujours intrigant, il exila le grand-prêtre Abiathar. Joab ne l'ignorait pas non plus ; car, dès qu'il fut informé de la mort du premier et de la disgrâce du second, il se réfugia dans le tabernacle, ce qu'il n'avait pas

dere jussit è tabernaculo et suas sibi res curare in Anathoth. Quem omninò occidisset, nisi ipsius in Davidem antiqua merita gladium extorsissent è manibus. Sic enim ad illum Salomon : *Hodiè te non interficiam* (interfecturus alioqui), *quia portâsti arcam Domini Dei mei coram David patre meo, et sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus.* Duo hìc consideravit Salomon in Abiathar, alterum quod ad religionem in Deum, alterum quod ad pietatem in patrem pertineret. Erat enim unctione sacrâ consecratus Deo, utpote sacerdos, et alio etiam modo, in quo aliquid apparebat sanctum, quo venerari debuit Salomon, cùm arcam suis imposuisset humeris, cujus attactu sacer videri poterat, et à vi et ferro prorsùs immunis. Pietatem erga parentem coluit, quia violare noluit ferro illum qui parenti suo tam fuisset assiduus, illis maximè temporibus, quando ab hoste potentiori jactabatur et premebatur angustiùs. Antiqua illa merita recentis sive studii, sive criminis indignitatem oppresserunt. Quos agros habere potuerint sacerdotes, quique essent ex Levitico genere, diximus in nostris commentariis in Jeremiam ad cap. 32, v. 7, ubi Jeremias, qui de genere sacerdotali fuit, agrum emit eodem loco, ad quem nunc cogitur abire Abiathar. De Levitarum agris est illud Num. cap. 35, v. 2 : *Præcipe filiis Israel, ut dent Levitis de possessionibus suis urbes ad habitandum, et suburbana earum per circuitum, ut ipsi in oppidis maneant, et suburbana sint pecoribus et jumentis.*

VERS. 27. — EJECIT ERGO SALOMON ABIATHAR, UT NON ESSET SACERDOS DOMINI, UT IMPLERETUR, (1),

fait lors de la proclamation de Salomon : il sentit que ses menées étaient découvertes, et que Salomon avait pénétré le motif secret qui avait déterminé Adonias à faire tant d'instances pour obtenir Abisag de Sunam. En un mot, Salomon sacrifia à sa sûreté et à celle de l'état un frère qui avait mérité la mort, en usurpant l'autorité royale, du vivant même de son père, et à son insu ; homme entreprenant, audacieux, qui, après qu'on lui avait fait grâce, se montrait disposé à suivre ses projets ambitieux. Voilà ce que le sophiste appelle *une action de voleur de grand chemin.* (Duclot.)

(1) Nemo hinc concludat imperatores et reges habere jus in pontifices, ut eos creare et exauctorare possint. Nam Salomon exauctoravit Abiathar auctoritate non suâ, sed Dei. Deus enim primitùs Aaroni, indeque Eleazaro quasi primogenito, ejusque posteris pontificatum assignârat. Inde deviavit pontificatus ad Heli, qui erat ex Ithamar; jussit ergo Deus eum reduci ad familiam Eleazar, puta ad Sadoc; idque fecit Salomon instinctu jussuque Dei, non ut etc. Lib. 1, cap. 2, id Dominus minatus fuerat Heli, qui primus fuit ex familiâ Ithamar, qui summum iniit sacerdotium; cui dictum est brevi ex eâ domo sacerdotium esse transferen-

rex, sed ut propheta, ut divinæ justitiæ executor, uti ostendit Bellarm. lib. 2 de Pontif., cap. 29. Adde, nunc in lege novâ longè sanctior et sublimior est pontificatus, quàm fuerit in lege veteri; quare etiamsi tunc pontifex fuisset subditus regi, ut censet Abul., jam tamen non est, quia pontifex est jam vicarius Christi, qui est Rex regum, et Dominus dominantium. (Corn. à Lap.)

Salomon fratrem Adoniam justè capitis damnavit; Abiatharem sacerdotem meritò exauctoravit.

Probatur prima pars propositionis. Qui tyrannidem affectant, à rege, aut supremo principe morti addici possunt : atqui tyrannidem affectabat Adonias, et Salomonem regem legitimum è solio deturbare moliebatur; ipsum itaque *Salomon* justè morti addixit. Probatur minor. Cùm enim Bethsabee pro eo ad Salomonem supplex accessisset, Abisag Sunamitidem, quæ Davidi conjuncta fuerat ut senem foveret, ipsi postulatura uxorem, compertum habuit Salomon ipsum res novas moliri, nec à prioris conjurationis ambitioso consilio, quod vivente adhuc Davide foràs eruperat 3 Regum 1, destitisse. Unde Salomon matri respondit, 3 Regum 2, 22, 23, 24 : *Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? Postula ei et regnum; ipse est enim frater meus major me, et habet Abiathar sacerdotem, et Joab filium Sarviæ.* (In more enim fuisse videtur apud Hebræos, ut regum viduæ nemini nisi regi in matrimonium darentur.) *Juravit itaque rex Salomon per Dominum, dicens : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc vivit Dominus qui firmavit me, et collocavit me super solium David patris mei, et qui fecit mihi domum, sicut locutus est, quia hodiè occidetur Adonias. Misitque rex Salomon per manum Banaiæ filii Joiadæ, qui interfecit eum, et mortuus est.*

Secundò judicium illud capitale Salomonis in Adoniam fratrem Scriptura sacra nullibi accusat vel improbat.

Tertiò Theodoretus illius æquitatem agnoscit quæstione 7 in librum 3 Regum. « Diversa « sunt, inquit, hominum vitæ genera. Nam « alii quidem summam exercent philosophiam ; « alii autem virtutem, quæ dicitur politica aut « civilis; alii verò regiam aut imperatoriam. « Oportet ergo unumquemque dijudicare ex « vitæ ratione quam sequitur. Non est itaque à « Salomone exigenda prophetica neque apostolica perfectio; sed ea quæ convenit regibus. « Sciebat autem ipsum Orniam (sive Adoniam) « affectare tyrannidem. Conatus enim erat regnum arripere. In priori ergo quod aggressus « erat audaci facinore ei ignoverat, et salvum « futurum eum promiserat, dummodò modestè « se gereret. Postquàm autem petiit patris « conjugem, non ei quidem concessit postulatum, quod viam strueret ad tyrannidem ; « sed regni prospiciens tranquillitati, eum « jussit interfici. »

Pars altera propositionis probatur : Qui con-

dum. Id quod nunc impletum esse dicitur, cùm Abiathar, qui ex eo genere postremus pontificatu fructus est, è tabernaculo sacrâque functione, ad suum agrum abire compellitur. De scius fuerat conjurationis Adoniæ, ipsiusque partes contra Salomonem legitimum regem auctoritate suâ juverat, meritò est exauctoratus sacerdotio, imò capitali pœnâ dignus erat; atqui Abiathar sacerdos conjurationis Adoniæ in Salomonem legitimum regem conscius erat, ejusque partes auctoritate suâ juverat 3 Regum cap. 1, 7; justè igitur sacerdotio exauctoratus est à Salomone. Imò ipsum capitis damnare poterat Salomon, sed sententiam clementiâ laudabiliter temperavit ob reverentiam sacerdotii, et vetera Abiatharis in *Davidem* officia. Hunc autem exauctorando, judicium Dei occasione datâ executus est, qui pontificatum à familiâ Ithamari in pœnam peccati Heli et filiorum, ad primævam Eleazari stirpem, ex quâ erat Sadoc, transferri decreverat. Probatur minor ex 3 Regum 26, 27 : *Abiathar quoque sacerdoti dixit rex : Vade in Anathoth ad agrum tuum : equidem vir mortis es, sed hodiè te non interficiam, quia portâsti arcam Domini Dei coram David patre meo, et sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus. Ejicit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Domini in Silo.*

Confirmatur ex Theodoreto, quæstione 9 in 3 Regum : « Erat, inquit, ipse quoque ob« noxius crimini tyrannidis, ut qui opem tu« lisset Orniæ, sive Adoniæ. Sed divinæ « quoque prædictionis administer fuit Salomon. « Heli enim et per celeberrimum Samuelem « et per alium prophetam prædixit Deus gene« ris ignominiam. Hoc autem historia quoque « ostendit. » Scripturæ verba mox à me laudata in probationem affert Theodoretus.

Objicies : Adonias veniam affectatæ tyrannidis vivente patre, à Salomone obtinuerat; iniquè ergo videtur egisse Salomon, cùm ipsum interfici jussit ob conjurationem antea condonatam. Præterea, jus suum persequebatur Adonias; regnum enim ipsi primogeniti jure debebatur. Unde Bethsabeam sic alloquitur : *Tu scis quia meum erat regnum.* Nemo porrò justè interficiat aliquem ob eam causam quòd rem suam repetat.

Respondetur ad primum, Adoniam veniam à Salomone non impetrâsse nisi conditionatam, eâ scilicet lege ut nihil novi moliretur, nec ambitu suo et fastu novarum suspicionum ansam præberet, quæ læsæ majestatis crimen ita condonatum excitant. Cùm enim Adonias, timens Salomonem, ad cornu altaris confugisset, dicens : *Juret mihi rex Salomon hodiè, quòd non interficiat servum suum gladio ;* respondit Salomon : *Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram ; sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur.* At novam conjurationem cum Joabo et Abiathare contra Salomonem fecit Adonias post mortem Davidis, quod ex 3 Regum cap. 2, 28, 29, colligitur, ubi narratâ Adoniæ morte, et Abiatharis pontificis exauctoratione et exilio, subdit sacer historicus : *Venit autem nuntius ad Joab, quòd Joab declinâsset post Adoniam, et post Salomonem non declinâsset* (id est, accepit *Joab* id in aulâ vulgari) ; *fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, et apprehendit cornu altaris. Nuntiatumque est regi Salomoni, quòd fugisset Joab in tabernaculum Domini, et esset juxta altare.* At nisi fuisset conjurationis reus, malèque sibi conscius, non fugisset. Nova itaque conjuratio contra Salomonem facta est ab Adoniâ, Joabo et Abiathare, quam prodidit perspicacissimo et sagacissimo Salomoni petitio facta ab Adoniâ, per Bethsabeam, Abisag Sunamitidis uxoris David in conjugem.

Respondetur ad secundum, etsi jus ad regnum habuisset Adonias, eo meritò privatum fuisse à patre, quòd eo vivente regiam potestatem usurpâsset. Unde regno in Salomonem fratrem paternâ sententiâ et comitiorum regni translato, non potuit in Salomonem conjurare, quin fieret majestatis reus. Id eleganter expressit S. Ambrosius in priore Davidis Apologiâ, cap. 6 : « David eò usque præcavit, ut « cùm Adoniam filium regnum sibi usurpare « comperisset, et serere conventus, non eum « qui præripere gestiebat, sed eum qui expecta« ret, eligeret. »

Respondetur secundò, Adoniam, quamvis primogenitum, nullum jus ad regnum habuisse, quia regni successio ex patris etiam voluntate pendebat. Unde Roboamus multis filiis potens, Abiam, non primogenitum, sed quartum, et ex tertiâ uxore susceptum, regem constituit, quia sapientior erat et potentior cæteris fratribus suis numero viginti septem. (2 Paralipomenon 11, 22, 23.)

Denique Dei electione, in cujus manu sunt omnium jura regnorum, Salomon rex constitutus erat. Nato enim jam Adoniâ, dixerat Dominus Davidi per Nathan prophetam, 2 Regum, 7, 12 : *Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum ejus. Ipse ædificabit Domum nomini meo, et stabiliam tronum regni ejus usque in sempiternum.* Nec verò divinâ dispositione collatum Salomoni regnum Adonias ignoravit, cùm Bethsabee dixerit : *Sed translatum est regnum, et factum est fratris mei ; à Domino enim constitutum est ei.* Id autem noscens Adonias, non potuit absque perduellionis crimine regnum ambire, adeòque justè à Salomone occidi jussus est.

(Natalis Alexander.)

VERS. 28.—VENIT AUTEM NUNTIUS AD JOAB, QUOD JOAB DECLINASSET POST ADONIAM, ET POST SALOMONEM NON DECLINASSET (1). Sub id tempus, quando hâc depositione, seu exauctoratione plura nos ad cap. illud 2 Ex., lib. 1; inde tu sume.

(1) *Cette nouvelle étant venue à Joab, il s'enfuit dans le tabernacle du Seigneur, et prit la corne de l'autel. Et Salomon envoya Banaïas, et lui dit : Allez, et le tuez. Banaïas vint donc à Joab, et lui dit : Le roi vous commande de sortir. Joab répondit qu'il ne sortirait point. Alors Salomon dit à Banaïas : Tuez-le, et l'ensevelissez*, etc. Comme Joab était un esprit remuant et prêt à tout entreprendre, non seulement il avait favorisé Adonias dans l'usurpation qu'il avait faite de la couronne; mais il fut même depuis l'auteur du dessein que prit ce prince de demander Abisag à Salomon pour l'épouser. Cet aveuglement où il tomba fut comme la puni-

Adonias occisus est, et Abiathar, qui Adoniæ conjurationis conscius et consors fuerat, in suum agrum relegatus est; in aulâ frequenti jactabatur sermone Joab quoque in idem cum Adoniâ conspirâsse consilium, licet hoc Salomonis solertiam non lateret. Cùm autem Joab videret tam crudeliter vexari eos quos habuisset in eâ conspiratione socios, neque id occultum

tion et le comble de tant d'autres crimes dont il se sentait coupable. Et ce fut à Salomon un nouveau sujet de faire éclater la justice de Dieu sur lui. Il est remarquable qu'il n'a point d'égard à la sainteté de l'asile où Joab s'était réfugié, parce que Joab ayant répandu le sang innocent, comme l'Ecriture le dit en ce lieu, et violé le premier le droit le plus inviolable, lorsque, sous prétexe d'amitié, il tua Abner et Amasa en trahison, il s'était rendu indigne de tout asile, selon la loi de Dieu même, qui ordonnait *que, si quelqu'un tuait son prochain volontairement et en trahison, on l'arracherait de l'autel même afin de le faire mourir.*

Cet autel sacré qui ne peut sauver la vie à Joab à cause de ses grands crimes, pour nous marquer que ce ne sera pas non plus l'autel de l'Eglise, quoique sans comparaison plus auguste, qui sauvera les pécheurs, lorsqu'étant coupables d'un parricide volontaire dans la mort funeste qu'ils ont donnée à leurs âmes, et de la mort même de Jésus-Christ, selon la doctrine de saint Paul, ils s'approchent comme Joab, sans pénitence, et ayant encore la trahison dans le cœur, des sacrés mystères, qui sont pour les justes, ou au moins pour les pénitents, et non pour les scélérats, *sancta sanctis.* Le lieu saint ne peut donc être un asile pour ceux qui ont le crime dans le cœur. Les hommes qui ne sondent pas, comme Dieu, le cœur et les reins, peuvent hésiter dans leurs pensées, comme Banaïas est en suspens, et diffère d'exécuter l'ordre qu'il avait reçu contre Joab en le voyant proche de l'autel. Mais Jésus-Christ, figuré par Salomon, veut que ce lieu même, qu'ils choisissent en quelque sorte pour refuge, soit celui de leur supplice, et que ce qui donne la vie aux bons, comme l'Eglise le déclare à tous les fidèles, donne la mort aux méchants: *Mors est malis, vita bonis.*

Qu'ils écoutent donc plutôt la voix du vrai Salomon, qui leur fait dire de sortir et de s'éloigner de son autel, dont ils profanent la sainteté par une conscience chargée de crimes. L'humilité avec laquelle ils obéiraient à sa voix, leur donnerait lieu d'espérer plus de clémence dans un temps de miséricorde comme est celui-ci, que Joab n'en pouvait attendre dans un temps de sévérité et de rigueur, tel qu'était celui de la loi. « Qu'il y a encore, dit saint Au« gustin, de Judas, qui après avoir participé à « l'autel indignement et pour leur propre « condamnation, sont possédés par le démon « comme cet Apôtre! Ce n'est pas que ce « qu'on leur donne soit mauvais, mais c'est « qu'étant mauvais eux-mêmes, ils reçoivent « un très-grand bien pour leur perte. Car ce « bien, quelque grand qu'il soit, ne peut-être « un bien pour celui qui le reçoit mal. *Quàm « multos Judas diabolus implet indignè accipientes « buccellam ad judicium suum: Non malum est « quod datur; sed bonum malo in judicium da« tur: Benè esse non potest malè accipienti quod « bonum est.* » Quel sera donc le remède pour ces personnes qui ont lieu de craindre de trouver la mort, où ils voudraient recevoir la « vie? Qu'elles prononcent, dit saint Augustin, « un jugement salutaire contre elles-mêmes; « qu'elles se regardent comme indignes de « participer présentement au Corps et au Sang « de J.-C., et que la crainte d'être exclus du « royaume des cieux par la dernière sentence « du souverain juge les oblige de se soumettre « à la discipline de l'Eglise, qui les sépare « pour un temps du sacrement adorable du « pain céleste. Car si plusieurs scélérats, ajou« te-t-il, peuvent approcher impunément de « l'autel visible qui est exposé dans nos églises, « parceque Dieu veut faire admirer sa pa« tience dans le temps présent, pour faire écla« ter davantage sa sévérité dans les siècles « à venir, nul de ceux qui persévèrent dans « leurs crimes n'aura le pouvoir de s'ap« procher de cet autel du temple céleste où « Jésus, notre divin Précuseur, le chef ado« rable de l'Eglise est entré avant nous tous, « et où ses membres le doivent suivre. *Ad hoc « enim altare quod nunc in ecclesiâ est in terrâ « positum, multi etiam scelerati possunt accedere, « quoniam Deus commendat in hoc tempore pa« tientiam suam, ut in futuro exerat severitatem « suam. Ad illud autem altare quò Præcursor « pro nobis introivit Jesus, quò caput Ecclesiæ « præcessit membris cæteris secuturis, nullus « eorum accedere poterit.* » (Sacy.)

« Si on peut ajouter, dit Voltaire, un crime « nouveau aux scélératesses par lesquelles Sa« lomon commence son règne, il y ajoute le sa« crilége. Le capitaine Banaïas lui rapporte « que Joab implore la miséricorde de Dieu « dans le tabernacle, et qu'il embrasse la corne « de l'autel; cet officier n'ose commettre un « assassinat dans un lieu si saint. Salomon « n'en est point touché, il ordonne au capi« taine de massacrer Joab à l'autel qu'il avait « embrassé. S'il est quelque chose d'étrange « après tant d'horreurs, c'est que Dieu ne « venge point le coffre sacré sur lequel on « égorge le plus grand capitaine des Juifs, à « qui David devait sa couronne. » Nous n'aurions pas soupçonné que Voltaire eût tant de zèle pour le droit d'asile, et montrât tant de respect pour l'arche du Seigneur. Mais il aurait dû savoir 1° que la loi avait statué que le tabernacle, malgré la sainteté du lieu, ne devait pas être un asile assuré pour un coupable d'homicide volontaire: *Si quelqu'un a commis un homicide de propos délibéré et en dressant des embûches* (c'est précisément ce qu'avait fait Joab à l'égard d'Abner et d'Amasa), *vous l'arracherez de mon autel, et il sera mis à mort.* Moïse ne croyait pas que ce fût honorer Dieu que de faire servir son temple à sauver des criminels qu'il condamne; sa loi était aussi sage que juste. « Mais tuer sur l'arche même, sur le « coffre sacré! » Joab réfugié dans l'enceinte du tabernacle avait saisi une des extrémités de l'autel des holocaustes, où il se tenait fortement attaché; cet autel était à l'air dans le parvis, au lieu que l'arche était dans le fond

sciret Salomoni, non melius sibi in posterum ominari cœpit, quàm sociis contigisse viderat. Quare statuit sibi maturè esse providendum, et cùm censeret ab humano præsidio, ut illa ferebant tempora, non posse incolumitatem spectari, confugit ad divinum, ad aram videlicet, et asylum unde se à mortali manu extrahendum esse non putabat. De quâ re statim.

Nunc nobis observandum varias hoc loco reperiri lectiones. Quidam enim codices habent venisse nuntium non ad Joab, sed ad Salomonem de Joab, idque videtur esse minùs abs re, quia cùm Joab sui sibi consilii conscius foret, non videbatur cur illud didicisset à nuntio. Et favet huic sententiæ, quòd *ad* sæpè adhibetur pro *de*. Et pluribus exemplis docuimus super Acta cap. 2, ad illud v. 25 : *David enim dicit in eum*, id est, *de eo*. Ad Hebr. 1, v. 7 : *Et ad angelos quidem dicit;* id est, *de angelis*. Sed hæc profectò ratio infirma est, neque enim à nuntio didicit Joab se Adoniæ studuisse partibus, sed illud exploratum esse omnibus, et in aulâ regiâ familiaribus agitari colloquiis. Neque illud Salomoni nuntiari opus fuit, cùm multò ante nôsset, ut ex hoc capite satis liquet. Nisi dicas cum Hugone et Dionysio agnovisse ex nuntio tum Salomonem, non quidem contra se in ambitione regni pro Adoniâ stetisse Joab; sed postquàm ipse parentis designatione ac jussu unctus fuit, et rex acclamatus, et salutatus à populo; adhuc tamen perseverârit in fovendâ tyrannide, fueritque Adoniæ auctor, ut ejus gratiâ Sunamitidem expeteret ad nuptias. Sed non est deserenda vulgata, ea maximè, quæ extremis his temporibus magis correcta prodiit, quæ habet, *ad Joab*, sicut etiam codices Hebraici et Græci, et versio Hispanica antiquissima.

Magis est difficile, quod statim, ubi Vulgatus legit : *Et post Salomonem non declinâsset*, Hebr. est : *Post Absalomem;* et ita recentiores ferè convertunt; quia de re pluribus Abulensis q. 23, ubi cùm priùs liberiùs videatur contra Hieronymum locutus, quasi aliud invenerit in Hebraico textu; aliud verò expresserit in Latino. Sed deinde addidit in margine, et omninò meritò, optimè reddidisse Hieronymum textum, quem tunc incorruptum nactus est Hebraicum. Post verò scriptorum incuriâ vitiatum esse textum, quod sæpè in scriptis aliis cum magnâ doctorum hominum offensione dolentes experimur. Et ita mihi omninò visum est. Quòd si aliam sequaris lectionem, erit in hunc sensum explicatio non dura. Quasi in Joab excitetur à malevolâ turbâ majus odium, quòd cùm priùs in causâ non admodùm dissimili declinare noluerit post Absalomem, de quo sæpè fuerat optimè meritus, nunc autem quasi hostili esset in Salomonem animo, ad Adoniam contra Salomonis nomen et majestatem detulerit. Sed est, ut dixi, sine dubio vera lectio, quam Vulgata proponit; etiamsi contra habeant Hebraici codices, qui ad nos pervenerunt, quos omninò puto temporum et scriptorum injuriâ fuisse corruptos.

Fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, et apprehendit cornu altaris. Nihil sibi benignum polliceri poterat à regis offensione Joab, neque ab amicis, si quos habuit, cùm nihil illos ausuros existimaret, contra quod à regè fuisset constitutum. Quare illud sibi perfugium paravit, quod miseris contra ineluctabilem potentiam existimatur extremum. Recepit enim se ad asylum, maximè religiosum, ad altare nimirùm, quod erat in tabernaculo in civitate David; imò in ipsâ Davidis regiâ domo, in quam pro defuncto patre Salomon successerat.

Antiquissima fuit consuetudo in omnibus religionibus, ut loca essent designata miseris, ex quibus nullo modo possent ad supplicium extrahi, quæ dicebantur asyla. Ejusmodi erant templa, statuæ, altaria, et quædam domus regiæ, militare signum, quibus id honoris impendebatur à timido et obsequente populo, ut non auderet illum, aut extrahere, aut ignomi-

du sanctuaire. Joab ne fut donc point égorgé *sur le coffre sacré*. S'il fut mis à mort dans le parvis, c'est qu'il refusa d'en sortir, malgré les instances de Banaïas. — « Le plus grand « capitaine des Juifs, auquel David devait sa « couronne. » 2° Voltaire ne pouvait pas ignorer que *ce grand capitaine* avait abusé de ses grandes qualités et de ses talents militaires pour se rendre redoutable à ses maîtres. Il avait assassiné d'une manière aussi lâche que perfide Abner, général et député des Israélites, qui était venu pour traiter avec David. Ce prince, indigné, mais hors d'état de punir le coupable, en laissa le soin à la Providence; ses ordres les plus précis avaient été méprisés par ce même Joab qui perça Absalom, lorsqu'il pouvait le faire prisonnier. Amasa, que David venait d'établir son commandant général, avait péri de la même manière et par la même main; enfin Joab venait de mettre le comble à ses attentats, en disposant du trône, du vivant de David, et en se déclarant chef de la conspiration, pour exclure Salomon, choisi de Dieu et de David : malgré tout cela, on qualifie Salomon de *scélérat*, de *sacrilége*, parce qu'il fait punir un tel homme dans l'asile où il s'obstine à rester, quoiqu'il ne fût pas fait pour lui, et que la loi eût prescrit qu'il ne devait pas y trouver grâce. (Duclot.)

niosè tractare, qui ad asylum confugeret. Deus verò tam voluit miserorum saluti atque quieti providere, ut in singulis tribubus aliquot civitates esse voluerit, quas civitates appellavit refugii; ubi quicumque scelus admisisset capitale, securam agere posset, atque quietam vitam. De quibus Josue cap. 20, ubi Serarius hâc de re latè atque optimè; inter quæ primum locum habuêre templa atque aræ, utpote quæ Deo fuerint consecrata, quibus is honor habitus est à barbaro atque gentili populo, ut injuriam Deo fieri tunc existimaret, quando aliquod sontibus in loco sacro damnum intulisset aut vim. Cùmque hæc quæ diximus, nullo putarentur modo violanda, major tamen honor habendus putabatur altaribus, quia in illis præcipuâ quâdam ratione colebatur Deus: unde proverbiali specie, cùm quis firmissimum præsidium nactus existimatur, aram illum invenisse dicimus. Sanè à Marone lib. 2, cùm ab hoste insolente ac barbaro expugnaretur Troja, ex communi omnium gentium more feminas inducit, quæ in eâ perturbatione ac metu ad aram confugerunt, quasi ibi sperarent futuras se tutas ab hostili manu:

Ædibus in mediis, nudâque sub ætheris axe,
Ingens ara fuit, juxtaque veterrima taurus
Incumbens aræ, atque umbrâ complexa penates.
Hìc Hecuba et natæ necquicquàm altaria circum
Præcipites, atrâ ceu tempestate columbæ,
Condensæ et divum amplexæ simulacra tenebant.

Et cùm Priamum videret Hecuba in medias inimicorum acies erumpere gestientem, ad aram advocat, quasi ibi nihil accepturus esset mali ab hoste, quantùmvis sitiente sanguinis et amente, ad quem Hecuba:

Hùc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes.

Quod ad Hebræos pertinet, non solùm Deus civitates designavit refugii, ubi tuti essent, qui aliquid admisissent, quibus à lege constitutum esset supplicium; sed etiam altare asylum esse voluit, illudque, ut apparet, sicut omnium sanctissimum, sic omnium maximum; quod tamen illi præsidio nullo modo esse voluit, qui per fraudem et dolum alteri mortem intulisset. Sic enim Exod. 21, v. 14: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Ex quo constat nihil passum esse Joab contra legem, etiamsi nullum habuerit ab altari præsidium, cùm per insidias occiderit duos viros, quorum sanguis illum ad mortem vocabat.

Vers. 30. — Hæc dicit rex: Egredere. Fortasse non dixerat rex illud, *egredere*, sed Banaias intulit ex eò quod in simili rerum eventu fieri soleret, illi excedendum esse ab altari. Quasi diceret: Hæc mihi dixit rex, nempe, ut te interficiam. Quare cùm regio edicto obluctari neque liceat, neque possit, quod consequens est, egredere è loco sacro, ne effuso humano sanguine fœdetur. Nôrat enim Banaias evellendum esse insidiosum homicidam ab altari, quod fuerat à lege præscriptum, non occidendum amplexum aras, et in sacrato loco.

Qui ait: Non egrediar, sed hic moriar. Magnum sibi præsidium sumpsisse videbatur Joab, cùm amplexus est aras, neque putabat quemquam ausurum illum vel leviter attingere, qui illud sibi religiosum asylum elegisset. Quare præcisè negat sibi ex eo loco fore excedendum. Quod rex ita severè de suo capite statuat, non alio, quàm eo sacrato loco fore sibi moriendum; quod fortasse non putabat, ne aliquid ab effuso sanguine illius loci religio pateretur. Neque malè, opinor, conjectabat, cùm lex staret contra, et multorum annorum consuetudo firmaret. Sed urgebant illius peccata, quæ regium animum ad durum, et ad illud fortasse tempus nunquàm auditum, edictum impulerunt.

Vers. 31. — Dixitque ei rex: Fac sicut locutus est. Cùm Banaias regium edictum exequi non auderet, nisi priùs Joab excederet ab altari, retulit ad regem quemadmodùm Joab, et in quod consilium obstinâsset animum. Ad quem rex, Joab ipsum sibi præstituisse supplicii non solùm genus, sed etiam locum; quare quando ipse affirmat juxta aram esse moriendum sibi, ad aram ipsam obtruncari jubet. Hìc meritò quærit Abulensis an à Salomone et à Banaiâ peccatum sit in cæde Joab, non quidem quia non illi profuit, tenuisse aram, commune maximumque miserorum asylum; nam ab altari, ut lex ipsa apertè præscribit, nullum habet homicida insidiator præsidium; sed quia non extractus ab altari ac templo, cui non levis fit injuria, si in eo humanus effundatur sanguis, quamtùmvis ille qui occiditur, nocentissimus sit. Auctores alii à peccato liberant Salomonem, quia insidiosus homicida nullum habet à lege ad asylum ac templum utile perfugium. Sed de loci religione, cui maxima ab omnibus debetur observantia, quæque profuso temeratur sanguine, nihil dicunt. Solus eâ de re disputat Abulensis quæst. 38, et à culpâ liberat Salomonem, statuens magnum inter templa Christianorum et Judæorum sive templa, sive tabernacula discrimen,

In Christianorum templis nullo modo id liceret, quæ effuso humano sanguine censentur polluta cap. 4, à cap. fin. de consecr. eccl. vel altaris. At in Hebræorum sacrariis longè alia ratio est, ubi occiduntur, excoriantur et cremantur victimæ. Quare nihil mirum si homines impii occidantur in illis sive templis, sive tabernaculis, quia mors impii est non ingrata victima.

Ego non possum, ut maximè studeam Salomonem, et ejus administrum Banaiam à culpâ vindicare, dùm amplexum aras in ipso augustissimo sacrario perimunt. Neque mirum est, si hoc tempore aliquid contra legem designârit, cùm eo tempore nondùm esset eam scientiam consecutus à Deo, quam habuit postea, ut populum regeret, et in officio contineret, et lege de quâ cap. sequenti. Ita docet Abulensis q. 5, ubi tradit post quartum annum, ex quo regnum iniit, sapientiam à Deo hausisse Salomonem, quâ de re suo loco postea. Hoc porrò tempore in aliis quoque non mediocriter peccâsse videtur, qui cùm capite sequenti v. 5, jam dicatur ambulâsse in viis David patris sui, in eo tamen dicitur à parentis moribus deflexisse, *quòd in excelsis immolabat, et accendebat thymiama.* Neque Cajetanus liberat Salomonem à peccato in Adoniæ causâ, quem præcipiti judicio, non satis discussâ ac cognitâ causâ damnavit. « Excuset, inquit, qui scit; « mihi enim non occurrit legitima Salomonis « excusatio; nam non solùm severa, sed etiam « injusta apparet hæc sententia mortis. » Neque difficile fuisset Salomoni immissâ cohorte ex prætoriano ac veterano milite, extrahere ex arâ et tabernaculo Joab, illumque postea sine ullâ temeratæ religionis notâ, in loco interimere profano, sicut fecit Joiada sacerdos lib. 4 Reg. c. 11, v. 15, qui Athaliam extrahi jussit è templo, et extra illum occidi. Quare qui, quod tam facilè declinare poterat, ausus est, ille aut contemptæ aut ignoratæ legis evitare suspicionem non potest.

Neque Abulensis ratio admodùm Salomonem ab hoc errore, sive peccato vendicat; victimarum enim cædes ritè peractæ, religiosæ sunt, Deumque potiùs placant, illiusque promerentur ac conciliant favorem et auxilium, quàm iracundiam provocant, aut templa contaminant; quarum sanguis expiatorius potiùs quàm maculatorius est. Secùs est de humano sanguine, aut de humanâ cæde, quam execratur Deus, et abesse procul jubet à templo. Sanè cum epitasi additum videtur à Christo Domino Matth. cap. 26, Zachariam Barachiæ filium occisum in templo, quod sceleris auget gravitatem.

Rupertus lib. 3, cap. 37, Exodi hunc locum sic interpretatur, ut dicat avelli ab altari nihil aliud esse, quàm illi ab altari nullum esse præsidium, atque ideò ibi, quasi in profano loco interfici posse. « Ab altari, inquit, meo avelles « eum, ut moriatur, id est, etiamsi ad altare « meum confugerit, illuc usque persequeris « eum, avulsumque interficies, quia videlicet « ei nihil debet fides altaris, qui per dolum oc- « cidendo proximum omnem fidem perdidit. « Jure ergo nemo vel Salomonis judicium, vel « Banaiæ manum reprehendit, quia Joab pro- « fugum in tabernaculo Domini, tenentemque « cornu altaris, et dicentem : *Non egrediar, sed « hic moriar,* ibidem aggressus interficit. » Hæc Rupertus, qui tamen statim dicit Joab fuisse avulsum ab altari, quasi idem sit ab altari divelli, atque in altari nullum habuisse perfugium.

Et amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est a Joab, a me et a domo patris mei. Duobus modis à sanguine Abneris et Amasæ Salomoni et Davidicæ domui advenire poterat sive damnum, sive sceleris atque perfidiæ, non sine aliquo fundamento, suspicio. Suspicio quidem, quia suspicari posset populus aut jubente, aut certè conscio Davide occisos esse duos illos principes, cùm videret vivere adhuc homicidam, imò et florere in domo regiâ, cùm nomen retineret antiquum, neque de antiquâ dignitate quidquam esset ablatum. Hæc ergo suspicio tunc videbatur sublatum iri, cùm eo nomine extinctus esset Joab, quia per insidias illis ademisset vitam, quos David maximè servatos esse vellet, et de quorum interitu impensè doluerat. Alio modo amovendus videbatur sanguis à domo David, quia cùm injusta esset duorum principum, et publica cædes cum malo exemplo, et gravi totius populi offensione, ad regem pertinebat publicis rationibus consulere, neque permittere, ut tantum facinus impunitum abiret, ne impunitas aleret peccandi licentiam. Tamdiù ergo hæreret inultus sanguis in domo Davidicâ, clamans nimirùm vindictam in regium caput, quamdiù homicida ille non dedisset pœnas insignis audaciæ.

Vers. 32. — Et reddet Dominus sanguinem ejus super caput ejus. Notandus dicendi modus familiaris Hebræis. Sanguis sæpè pro sanguinis supplicio ponitur, quem quis ab aliquo

effudit injustè. Sanguis porrò pro morte sumitur, quia sæpiùs violenta mors et injusta cum sanguinis effusione contingit. Et tunc *referri, converti,* aut *reverti alicujus sanguinem in caput alterius,* idem est, ac aliquem luere effusum alterius sanguinem, aut mortem, id est, supplicium pro alterius morte capitale dependere. Quomodò statim v. 33, dicitur : *Revertetur sanguis eorum in caput Joab,* et eodem sensu dixerunt Judæi, qui coram Pilato Christum accusârunt, et ad mortem expetierunt crucis, Matth. cap. 27, v. 25 : *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros.*

Hæc de alterius sanguine, qui effusus est ab homicidâ injusto, qui super cædis illius auctorem revertitur, dùm illius causâ damnatus occiditur. Sed si sanguis sit illius, qui alterum occidit, alius est, ut credo, usus ; neque aliud valet, quàm illum, cujus sanguis esse dicitur, esse moriturum, sive illud à carnifice publicâ auctoritate fiat, sive in acie, aut quovis alio modo legitimo pugnando. Esse enim sanguinem alicujus super aliquem, aut, quod idem est, super alicujus caput, nihil est aliud quàm aliquem esse vulneratum, seu occisum, ita ut sanguis illius non sit intrà venas, sed foris, extra venas. *Super* enim aliquid significat extrorsùm expressum. Quare idem valet : *Reddet Dominus sanguinem super caput ejus,* atque hoc : Illum Deus afficiat supplicio, ut ipse quoque occidatur, et sanguinem suum super se è vulnere defluentem videat. Eodem loquendi modo usus est Salomon ad Semei v. 37, cùm tamen ille nullius sanguinem effudisset. *Sanguis tuus erit super caput tuum.* Eodem Oseas c. 12, v. 14 : *Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis, et sanguis ejus super eum veniet.* Eodem Ezech. c. 33, v. 4 : *Sanguis ipsius super caput ejus erit.* Illud porrò observandum, quod alibi à nobis sæpè dictum est, per, *caput,* totum hominem, aut animal circumscribi. Idem enim valet, *caput meum,* quòd ego ; *caput canis,* quòd canis ; *caput colubri,* quòd coluber. Et quidem apud Latinos millies audimus, *tot esse hominum capita,* aut simpliciter, *tot capita,* in civitate, aut senatu, id est, *tot esse senatores aut cives.* Vide quæ nos pluribus ad illud Isai. c. 35 : *Lætitia sempiterna super capita eorum.*

Vers. 33. — Et in caput seminis ejus in sempiternum. Quid passi fuerint deinde posteri Joab, ex Scripturâ sacrâ nihil habemus certum : est tamen verisimile ignobilem illos duxisse, ignominiosam et miseram vitam, utpote ab illo parente natos, qui eo nomine omnibus esset odiosus propter ingenium veteratorium et fallax, et quia duos viros per fraudem interfecit, quorum opera utilis videbatur futura reipublicæ ; et ideò fortassè dixit David supra v. 5 : *Tu quoque nôsti quæ fecerit mihi Joab,* id est, quàm fuerit mihi noxius, qui duos viros fraudulenter interfecerit, qui videbantur mihi magno usui futuri. Deinde arbitror maledicta illa, quæ supra David lib. 2, c. 3, intorsit in Joab, habuisse successum et pondus, ex quibus hæc verba videtur expressisse Salomon. Sic autem ibi David : *Mundus ego sum, et regnum meum apud Deum usque in sempiternum à sanguine Abner filii Ner, et veniat super caput Joab, et super domum omnem patris ejus. Nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens, et leprosus,* etc. Quæ nos ibi pluribus explicuimus.

Vers. 35. — Et constituit rex Banaiam filium Joiadæ super exercitum, et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar. Ad hoc usque tempus Joab princeps erat exercitûs, neque aliud obtinuerat Banaias à Davide prius, et nunc à Salomone, quàm prætorianæ cohortis præfecturam. Nunc illi Salomon curam illam committit, quâ in re militari nulla existimatur esse nobilior. Deinde quia duo hucusque sacerdotes erant maximi, qui alternis ministrabant in tabernaculo, cùm adire Abiathar jussisset nuper in Anathot, totam tabernaculi et sacerdotis summi curam tradidit Sadoc, qui à tempore usque Saülis eo cœperat ministerio fungi.

Vers. 36. — Misit quoque rex, et vocavit Semei, dixitque ei : Ædifica tibi domum in Jerusalem (1). Supererat adhuc ut Salomon extrema

(1) *Le roi dit à Séméï : Bâtissez-vous une maison dans Jérusalem, et n'en sortez point. Si vous en sortez jamais, sachez que vous serez tué, au même jour, et votre sang retombera sur votre tête. Au bout de trois ans, Séméï s'en étant allé à Geth pour redemander ses esclaves qui s'étaient enfuis vers Achis, Salomon donna ordre à Banaïas de le tuer.* La conduite de Salomon à l'égard de Séméï mérite d'être approfondie par une sérieuse réflexion. Cet homme, comme le remarque saint Ambroise, avait été aveuglé par le démon, qui l'avait rendu fou et frénétique, jusqu'à lui faire proférer mille injures contre son roi, lorsqu'il le voyait dans l'affliction, et lorsqu'il était facile à ce prince de le faire tuer à l'heure même par quelqu'un des officiers qui l'accompagnaient. Et il était, en cela, l'image des Juifs, qui blasphémaient Jésus Christ au temps des opprobres de sa croix, lorsqu'il eût pu, comme il le dit à saint Pierre, et depuis encore à Pilate, avoir des légions d'anges et de ministres célestes pour combattre ceux qui l'outrageaient. Mais il est encore la figure de tous ceux qui regardent avec mépris les abaissements du Sauveur, et qui sont, selon saint Paul, les ennemis de sa croix et de ses souf-

parentis sui mandata compleret. Quare advocat Semei, qui maledicam quondam in Davidem exeruerat linguam; qui tunc habitabat in Bahurim, quæ in tribum Benjaminicam contributa est, ubi domum habebat loculentam, et re abundantem pecuariâ et rusticâ. Neque leve videbatur esse, supplicium si homo, qui suam habuit cognationem et affinitatem, insuper

frances. Lorsque David retourna à Jérusalem après avoir terminé la guerre que lui suscita son fils Absalom, Séméï, qui vit sa perte assurée, vint des premiers au-devant du roi, se prosterna à ses pieds, lui témoigna qu'il reconnaissait son crime, et le conjura de vouloir bien oublier les outrages qu'il lui avait faits à sa sortie de Jérusalem, lorsqu'il fuyait devant Absalom. David, que Dieu nous a proposé comme un modèle d'une parfaite douceur, ne suivit point le conseil de ses officiers, qui le voulaient obliger de faire mourir cet insolent, qui avait osé outrager l'oint du Seigneur, et quoiqu'il connût sans doute que cette humiliation de Séméï était plus dans l'extérieur que dans le cœur, il lui jura qu'il ne lui ôterait point la vie.

David figurait par là la conduite que tient Jésus-Christ à l'égard des fourbes et des hypocrites tant qu'ils vivent en ce monde. Leur hypocrisie et leur fausse pénitence semble les mettre à couvert de la divine justice. Dieu se conduit à leur égard comme s'il usait, pour parler ainsi, d'une sainte dissimulation envers eux, autant qu'ils agissent avec une dissimulation criminelle à son égard. Ils vivent en sûreté sous le bouclier de la confiance en sa patience, dont ils abusent à leur propre condamnation. Mais apres le règne du roi David, c'est-à-dire après le règne de la miséricorde de Jésus-Christ, qui a été principalement figurée par la conduite toute miséricordieuse de ce prince, on verra naître le règne du roi Salomon, qui sera un règne de justice, où ni la sainteté de l'asile des autels ne pourra point protéger les imitateurs de la perfidie de Joab, ni la pénitence hypocrite de Séméï ne les sauvera pas non plus de la justice du roi de gloire, qui doit venger les outrages que l'on aura faits à David dans le temps de son humiliation, c'est-à dire, à Jésus-Christ même, couvert des opprobres et de la confusion de sa croix.

Que si l'on est étonné de ce que Salomon fit dépendre la vie de Séméï d'une aussi petite chose qu'était la sortie de Jérusalem, qui pouvait paraître d'elle-même indifférente, l'on doit, au contraire, admirer en cela même sa clémence. Car il est moins étonnant qu'il ait attaché la vie de Séméï à une si légère circonstance, que de ce qu'il ne voulut point la lui ôter aussitôt, ainsi qu'il le méritait. C'était un fourbe, qui avait insulté avec la dernière insolence au plus saint des rois, et d'une manière d'autant plus lâche et plus criminelle, qu'il le voyait dans une plus grande adversité. Il avait sans doute mérité la mort. Et on lui donne la ville de Jérusalem pour prison. Salomon même, en lui défendant de sortir de Jérusalem, voulait peut-être ôter toute occasion de cabale et de révolte à cet esprit séditieux. Séméï regarde cette punition comme une grâce, et il consent de subir la peine de la mort s'il sort de la ville. Il est donc vrai que ce fut lui-même qui s'attira son malheur, lorsqu'il sortit contre la défense du roi, quoique pour une

cause qui paraissait nécessaire, puisqu'il devait regarder comme la seule chose nécessaire pour lui de ne point sortir, selon la pensée de Tertullien, qui dit des Chrétiens, qu'ils ne doivent s'excuser jamais sur aucune nécessité en péchant, eux qui ne peuvent reconnaître qu'une seule nécessité dans la vie, qui est de ne point pécher.

Et Dieu sans doute voulait nous tracer, dans cette ancienne figure de la justice si sevère de Salomon, une image de l'exacte sévérité avec laquelle il exige notre obéissance. L'on s'étonne de ce que ce prince menaça et punit de mort Séméï pour sa sortie de Jérusalem, lui qui méritait la mort dès auparavant. Et l'on ne se souvient pas que Dieu menaça de mort Adam même dans l'état de son innocence, s'il osait manger d'un fruit défendu. Ce n'est donc pas l'importance de la chose en elle-même qu'il faut regarder, mais l'autorité de celui qui la commande. Et Adam désobéit à son Créateur d'une manière aussi criminelle en mangeant ce fruit contre sa défense, que beaucoup d'autres en violant des préceptes plus considérables. (Sacy.)

« Salomon, dit Voltaire, tend un piége à « Séméï, conseiller d'état du roi son père; il « attend que ce pauvre vieillard ait sellé son « âne pour aller redemander son bien, et qu'il « ait passé le torrent de Cédron, pour le faire « tuer, sous couleur de justice : qu'on lise les « histoires de Caligula et de Néron, et qu'on « voie si ces monstres ont commencé leur « règne par de tels crimes? » Quelle véhémente déclamation! D'abord, où Voltaire a-t-il vu que *Séméï, fils de Gera, et habitant de Bahurim,* qui chargea David d'injures, et voulut l'accabler de pierres, lorsque ce roi fuyait aux approches d'Absalon, et à qui Salomon donna Jérusalem pour prison, était conseiller de David? On trouve dans le troisième livre des Rois un *Séméï* qui, avec *Réï, Nathan, Sadoc* et *Banaïas,* est compté entre les personnages distingués qui furent constamment attachés à David et à Salomon; mais celui-ci n'a rien de commun avec Séméï, fils de Gera, dont il est question ici.

Secondement, ce Séméï, fils de Gera, que Salomon fit punir de mort pour n'avoir pas gardé son ban, était coupable du crime de lèse-majesté au premier chef, et les circonstances de son attentat ajoutaient à la noirceur de son délit. Si, de nos jours, un monarque, par un excès de clémence, voulait soustraire un coupable de cette espèce à la rigueur des lois, elles réclameraient toujours, et elles seraient mises en exécution, dès que cesserait l'obstacle d'une force majeure. Tel fut le cas de Séméï : les chefs de la nation avaient demandé sa mort; David s'y opposa par un excès de bonté, et jura qu'il ne le ferait point mourir. Salomon, par respect pour le serment de son père, imposa à Séméï des conditions que celui-ci se crut trop heureux d'obtenir. Bien averti du sort qui l'attendait, et auquel il s'était lui-même con-

uberes et amplas possessiones in Bahurim, juberetur inde excedere, ablatâ omni prorsùs unquàm redeundi facultate, ubi potens erat, et summo fortassè inter suos loco, et habitare in civitate alienâ, et alienâ tribu, in quâ esse non poterat non odiosus, cùm constaret quàm fuisset priùs in Davidem inverecundus et procax. Quare perinde habitaret in Jerusalem, quasi in liberiori aliquâ custodiâ, cujus licet laxa sint mœnia, certis tamen finibus conclusa sunt, et quorum transgressio capitalis est. Cùm autem omnes illi præclusisset exitus Salomon, præcipuè tamen edixit proposito capitali supplicio, ne transiret Cedronem, quia id videbat à Semei minùs servari posse, cùm per Cedronem exitus pateret ad civitatem patriam Bahurim, à quâ abesse instar censeri poterat mortis, cùm ibi haberet omnia, quæ in humanis existimantur aut vitæ subsidia, aut dignitatis ornamenta. Cedron porrò non tam dicitur à cedris, ut quidam existimârunt Hebraicæ linguæ prorsùs ignari, quàm ab obscuritate; id enim valet Hebr. קדרון *Kidron;* valles autem in vastam altitudinem depressæ, qualis erat illa, per quam labebatur Cedron, obscuræ sunt. Unde vallium hoc est familiare epitheton; quam poetæ, modò *obscuram*, modò *nigram*, aut *umbrosam*, appellant.

Vers. 38. — Dixitque Semei ad regem : Bonus sermo. Hebræi *bonum* appellant, quod placet, atque ideò cùm aliquid sibi placere significant, bonum sibi illud esse dicunt. Sic supra, c. 3, lib. 1, Heli cùm sibi placere significare vellet, quidquid de suo capite statuisset Deus, dixit : *Dominus est; quod bonum est in oculis suis, faciat,* et Isai. c. 39, Ezechias cùm audiret quid Deus contra ipsius caput statuisset, dixit : *Bonum verbum Domini, quod locutus est.* Quod idem est ac si diceret : Admitto quod de me Domino visum est, non abnuo, aut deprecor pœnam. Sic ergo nunc Semei placere sibi dixit regis decretum, neque aliquid se habere, quòd contra illud obtendat. Quod ipse Salomon docuit statim v. 42, ubi cùm significaret admissum esse decretum à Semei, neque recusari posse, quominùs pereat, detque legitimam pœnam violati decreti, ait : *Prædixi tibi quâcumque die egressus ieris hùc, et illùc, scito te esse moriturum, et respondisti mihi : Bonus sermo, quem audivi ; quare ergo,* etc.

Vers. 44. — Tu nôsti omne malum, cujus tibi conscium est cor tuum. Levius videri poterat Semei, et aliis, quibus ignota erant audacissima scelera, quæ in Davidem excedentem ex urbe quondam admiserat, atque ideò, ne quisquam injustæ crudelitatis argueret, alia nunc commemorat crimina, quorum sibi conscius erat Semei, quæ si duriori plecteret supplicio, pro scelerum magnitudine et genere, non tamen videretur excessisse modum, quem humanitas præscribit aut publica ratio. Cùm insultâsset regi tam de patriâ merito, et non solùm verbis, sed etiam lapidibus regiam læsisset majestatem, cui sceleri gravissima ubique gentium supplicia leges indicunt, meritò timebat Semei, cùm lib. 2, c. 19, redeunti in urbem regi supplex occurrit.

damné s'il ne les accomplissait pas exactement, il y manque au bout de trois ans, sans obtenir aucune dispense du monarque. Salomon lui fait subir le traitement qu'il avait accepté, et on ne rougit pas de le représenter comme *un monstre plus odieux que Caligula, que Néron!* (Duclot.)

CAPUT III.

1. Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, et affinitate conjunctus est Pharaoni regi Ægypti; accepit namque filiam ejus, et adduxit in Civitatem David, donec compleret ædificans domum suam et domum Domini, et murum Jerusalem per circuitum.

2. Attamen populus immolabat in excelsis; non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum.

3. Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat et accendebat thymiama.

CHAPITRE III.

1. Le règne de Salomon s'étant ainsi affermi, il s'allia avec Pharaon, roi d'Egypte; car il épousa sa fille, qu'il amena dans la Ville-de-David, *où elle demeura* jusqu'à ce qu'il eût achevé de bâtir sa maison, la maison du Seigneur, et les murs *qu'il faisait faire* tout autour de Jérusalem.

2. Cependant le peuple immolait sur les hauts lieux, parce que jusqu'alors on n'avait point encore bâti de temple au nom du Seigneur.

3. Or, Salomon aima le Seigneur, et se conduisit selon les préceptes de David, son père, excepté qu'il sacrifiait et qu'il brûlait de l'encens dans les hauts lieux.

4. Abiit itaque in Gabaon ut immolaret ibi; illud quippe erat excelsum maximum. Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon.

5. Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens : Postula quod vis ut dem tibi.

6. Et ait Salomon : Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate et justitiâ, et recto corde tecum; custodîsti ei misericordiam tuam grandem, et dedisti ei filium sedentem super thronum ejus, sicut est hodiè.

7. Et nunc, Domine Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo. Ego autem sum puer parvulus, et ignorans egressum et introitum meum;

8. Et servus tuus in medio est populi quem elegisti, populi infiniti, qui numerari et supputari non potest præ multitudine.

9. Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, et discernere inter bonum et malum; quis enim poterit judicare populum istum, populum tuum hunc multum?

10. Placuit ergo sermo coram Domino, quòd Salomon postulàsset hujuscemodi rem.

11. Et dixit Dominus Salomoni : Quia postulàsti verbum hoc, et non petîsti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulàsti tibi sapientiam ad discernendum judicium,

12. Ecce feci tibi secundùm sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tuî fuerit, nec post te surrecturus sit;

13. Sed et hæc quæ non postulâsti dedi tibi, divitias scilicet et gloriam, ut nemo fuerit similis tuî in regibus, cunctis retrò diebus.

14. Si autem ambulaveris in viis meis, et custodieris præcepta mea et mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

15. Igitur evigilavit Salomon, et intellexit quòd esset somnium, cùmque venisset Jerusalem, stetit coram arcâ fœderis

4. Il s'en alla donc à Gabaon pour y sacrifier, parce que c'était là le plus considérable de tous les hauts lieux, et il y offrit mille hosties en holocauste sur l'autel qui était à Gabaon.

5. Or, *après ce sacrifice,* le Seigneur apparut à Salomon en songe pendant la nuit, et lui dit : Demandez-moi ce que vous voulez que je vous donne.

6. Salomon lui répondit : Vous avez usé d'une grande miséricorde envers David mon père, votre serviteur, selon qu'il a marché devant vous dans la vérité et dans la justice, et que son cœur a été droit à vos yeux ; vous lui avez conservé votre grande miséricorde, et vous lui avez donné un fils qui est assis sur son trône, comme il paraît aujourd'hui.

7. Maintenant donc, ô Seigneur Dieu, vous m'avez fait régner, moi qui suis votre serviteur, en la place de David, mon père. Mais je ne suis encore qu'un jeune enfant, ne sachant de quelle manière je dois me conduire;

8. Et votre serviteur se trouve au milieu de votre peuple que vous avez choisi, d'un peuple infini, qui ne peut être compté ni supputé, à cause de sa multitude.

9. Vous donnerez donc à votre serviteur un cœur docile, afin qu'il puisse juger votre peuple et discerner entre le bien et le mal; car qui pourra, *sans cette sagesse,* rendre la justice à votre peuple, à ce peuple qui est si nombreux?

10. Le Seigneur agréa donc que Salomon lui eût fait cette demande,

11. Et il dit à Salomon : Parce que vous m'avez fait cette demande, et que vous n'avez point désiré que je vous donnasse un grand nombre d'années, ni de grandes richesses, ni la vie de vos ennemis, mais que vous m'avez demandé la sagesse, pour discerner ce qui est juste,

12. J'ai déjà fait ce que vous m'avez demandé, et je vous ai donné un cœur si plein de sagesse et d'intelligence, qu'il n'y a jamais eu d'homme avant vous qui vous ait égalé et qu'il n'y en aura point après vous *qui vous égale;*

13. Mais je vous ai même donné ce que vous ne m'avez point demandé, savoir les richesses et la gloire, de sorte qu'aucun roi ne vous aura jamais égalé *en ce point* dans tous les siècles passés.

14. Si vous marchez dans mes voies, et que vous gardiez mes préceptes et mes ordonnan-

Domini, et obtulit holocausta, et fecit victimas pacificas, et grande convivium universis famulis suis.

16. Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntque coram eo.

17. Quarum una ait : Obsecro, mi domine ; ego et mulier hæc habitabamus in domo unâ, et peperi apud eam in cubiculo ;

18. Tertiâ autem die postquàm ego peperi, peperit et hæc, et eramus simul, nullusque alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus.

19. Mortuus est autem filius mulieris hujus nocte, dormiens quippe oppressit eum.

20. Et, consurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, et collocavit in sinu suo ; suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo.

21. Cùmque surrexissem manè ut darem lac filio meo, apparuit mortuus ; quem diligentiùs intuens clarâ luce, deprehendi non esse meum quem genueram.

22. Responditque altera mulier : Non est ita ut dicis ; sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit. E contrario illa dicebat : Mentiris ; filius quippe meus vivit, et filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege.

23. Tunc rex ait : Hæc dicit : Filius meus vivit, et filius tuus mortuus est ; et ista respondit : Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit.

24. Dixit ergo rex : Afferte mihi gladium. Cùmque attulissent gladium coram rege :

25. Dividite, inquit, infantem vivum in duas partes, et date dimidiam partem uni et dimidiam partem alteri.

26. Dixit autem mulier cujus filius erat vivus ad regem (commota sunt quippe viscera ejus super filio suo) : Obsecro, domine, date illi infantem vivum, et nolite interficere eum. E contrario illa dicebat : Nec mihi nec tibi sit, sed dividatur.

27. Respondit rex, et ait : Date huic

ces, comme votre père les a gardés, je vous donnerai encore une longue vie.

15. Salomon s'étant éveillé, fit réflexion au songe qu'il avait eu ; et, étant venu à Jérusalem, il se présenta devant l'arche de l'alliance du Seigneur, offrit des holocaustes et des victimes pacifiques, et fit à tous ses serviteurs un grand festin.

16. Alors deux femmes de mauvaise vie vinrent trouver le roi, et se présentèrent devant lui ;

17. L'une d'elles lui dit : Je vous prie, mon seigneur, *faites-moi justice*. Nous demeurions, cette femme et moi, dans une même maison, et je suis accouchée dans la *même* chambre où elle était ;

18. Elle est accouchée aussi trois jours après moi. Nous étions ensemble, et il n'y avait dans cette maison qui que ce soit que nous deux.

19. Le fils de cette femme est mort pendant la nuit, parce qu'elle l'a étouffé en dormant.

20. Et, se levant dans le silence d'une nuit profonde, pendant que moi, votre servante, je dormais, elle m'a ôté mon fils que j'avais à mon côté ; et, l'ayant pris auprès d'elle, elle a mis auprès de moi son fils qui était mort.

21. M'étant levée le matin pour donner du lait à mon fils, il m'a paru qu'il était mort ; et, le considérant avec plus d'attention au grand jour, j'ai reconnu que ce n'était point le mien, celui que j'avais enfanté.

22. L'autre femme lui répondit : Ce que vous dites n'est pas vrai : mais c'est votre fils qui est mort, et le mien est vivant. La première, au contraire, répliquait : Vous mentez, car c'est mon fils qui est vivant, et le vôtre est mort. Et elles disputaient ainsi devant le roi.

23. Alors le roi dit : Celle-ci dit : Mon fils est vivant, et le vôtre est mort ; — et l'autre répond : Non ; mais c'est votre fils qui est mort, et le mien est vivant.

24. Le roi ajouta : Apportez-moi une épée. Lorsqu'on eut apporté une épée devant le roi,

25. Il dit : Coupez en deux cet enfant qui est vivant, et donnez-en la moitié à l'une et la moitié à l'autre.

26. Alors la femme dont le fils était vivant, dit au roi (car ses entrailles furent émues pour son fils) : Seigneur, donnez-lui, je vous supplie, l'enfant vivant, et ne le tuez point. L'autre disait, au contraire : Qu'il ne soit ni à moi ni à vous, mais qu'on le partage.

27. Alors le roi prit la parole et dit : Donnez à celle-ci l'enfant vivant, et qu'on ne le

infantem vivum, et non occidatur; hæc est enim mater ejus.

28. Audivit itaque omnis Israel judicium quod judicàsset rex, et timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum judicium.

tue point, car c'est elle qui est sa mère.

28. Tout Israël ayant donc su la manière dont le roi avait jugé cette affaire, ils eurent tous pour lui une crainte respectueuse, voyant que la sagesse de Dieu était en lui pour rendre la justice.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis (1). Hactenùs non videtur Salomon constitutus in regno, cùm hostes haberet domesticos, qui videbantur rem turbaturi publicam, aut facere quominùs ipse pacatum et non omninò suum agitaret imperium. Quid enim non timeret rex adhuc puer Adoniâ vivo, incolumi Joab, quorum alter et genere æquè nobili, utpote regis frater, et natu major, et multitudini non ingratus, et jam regis acclamatione nobilis? Quid si Abiathar sacerdotii summi titulo insignitus maneret in urbe non exauctoratus, qui jam suum in Adoniam studium abundè prodiderat? Quid si Joab primum in militari negotio locum obtineret, cujus in castris non levis erat auctoritas, et ut ingenio erat veteratorio ac callido, ad Adoniæ partes militum animos facilè traduceret? His itaque vivis, licet patris intercessisset auctoritas, acclamatio populi et sacerdotis unctio, non tamen videbatur confirmatus in regno, qui quod capiti suo atque coronæ metueret, aliquid esset reliquum. Confirmatum est ergo regnum in manu Salomonis, id est, in illius potestate, quia suo arbitratu de regno poterat liberè statuere.

Et affinitate conjunctus est Pharaoni regi Ægypti. Cùm jam constituisset atque firmâsset regnum Salomon ad constituendam, firmandamque domum suam animum adjecit, atque ideò de uxore ducendâ cogitavit, quam ex regio genere in regium etiam thalamum induxit, puellam nimirùm Ægyptiam, quam omnium adamavit maximè. Quod eo videtur fecisse consilio, ut Ægyptias sibi adjungeret vires conjugali nodo colligatas. De hâc porrò Ægyptiâ conjuge et de domo ad ejus honorem et delicias impensis ædificatâ sumptibus, suo loco commodiùs. Nunc de hoc peregrino, et quasi alieno conjugio duo nobis expendenda.

Alterum est, an istæ potuerint censeri legitimæ nuptiæ. Quidam omninò negant, quia cum alienigenis prohibitum fuit Hebræis inire connubia. Exod. 34, v. 15: *Ne ineas pactum*

(1) *Ainsi le règne de Salomon fut affermi.* Ce que l'Ecriture dit ici a rapport avec ce qui a été dit dans le chapitre précédent, c'est-à-dire, qu'après que ce prince eut fait mourir Adonias, Joab et Séméï, et chassé Abiathar, qui avaient tous conspiré contre son père et contre lui-même, son règne fut affermi. C'est ce qu'il semble que Jésus-Christ, dont il était la figure, a lui-même depuis exprimé, en parlant de ses propres ennemis sous la parabole d'un roi que ceux de son pays haïssaient, et à qui ils firent faire cette déclaration, qu'ils ne voulaient point le reconnaître pour leur roi. Ce prince ayant pris possession de son royaume, se fit amener ses ennemis, et les fit tuer en sa présence, ce qui affermit son règne. C'est-à-dire, que lorsque les méchants, figurés par ceux que Salomon fit mourir, et par ceux que la parabole de l'Evangile nous représente avoir été tués en la présence de celui qu'ils n'avaient point reconnu pour roi, auront été séparés du royaume de Jésus-Christ par cette grande et dernière séparation qui se fera à la fin du monde, le règne du vrai Salomon sera alors véritablement affermi et rempli de gloire, selon qu'il le fit entendre à ses apôtres après la séparation et la sortie de Judas, lorsqu'il leur dit : *C'est maintenant que le Fils de l'Homme est glorifié, et que Dieu est glorifié en lui.*

Mais nous pouvons dire que ce *règne* de Jésus-Christ, fils de Salomon selon la chair, *est* en un sens déjà *affermi* et glorieux, depuis que les Juifs qui l'ont voulu dépouiller de sa royauté, comme Adonias, Joab et Abiathar, et qui lui ont insulté dans sa croix et dans ses souffrances comme Séméï, ayant été si sévèrement punis de leurs crimes, il a commencé à régner dans toute la terre par l'établissement de la foi.

Et il s'allia avec Pharaon, roi d'Egypte, dont il épousa la fille qu'il emmena dans la ville de David, etc. Le mariage de Salomon nous figure d'une manière excellente l'alliance toute divine que le Fils de Dieu a contractée avec son épouse, qui est l'Eglise, tirée des gentils comme du milieu de l'Egypte. Elle était fille de Pharaon, c'est-à-dire qu'elle reconnaissait auparavant le démon pour père. *Vos ex patre diabolo estis; vos facitis opera patris vestri, et desideria patris vestri vultis facere.* Vous êtes les enfants du diable; vous faites les œuvres de votre père, et vous ne pensez qu'à accomplir ses désirs. C'est ce que le Fils de Dieu disait aux Juifs mêmes, et ce qu'il eût dit beaucoup davantage aux gentils. Il a donc choisi cette Epouse, et l'a retirée du milieu du paganisme. C'est lui véritablement qui, comme *un époux fidèle, a converti l'épouse infidèle*, selon que parle saint Paul, lorsqu'ayant trouvé cette Epouse noircie de crimes et ensevelie dans les ténèbres de l'Egypte, il l'a lavée par son sang, éclairée par la lumière de sa vérité, et embrasée par l'ardeur de son amour. (Sacy.)

cum hominibus earum regionum, etc., *nec uxorem de filiabus eorum accipias, ne postquàm ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant et filios vestros in deos suos.* Deut. 7, v. 3 : *Neque sociabis cum eis conjugia, filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum ne sequatur me.* Neque favet huic Salomonis cum Ægyptiâ connubio, quòd hæc conjugia cum Chanaanitide feminâ prohibentur, ut constat. Quare aliæ omnes, quæ alienæ sunt ab Hebræorum genere ac religione, ad illorum thalamum videntur sanctè atque legitimè adhiberi potuisse. Illis enim locis ideò Chananæorum tantùm meminit lex, quia de Chananæorum populis erat institutus sermo. Quid autem Deus, quod ad commercia et conjugale fœdus attinet à suo populo requireret, satis ostendit ratio, quam lex adducit, ne videlicet Hebræorum filii ab alienæ religionis matribus instituti sacra colerent gentilica, et à paternâ pietate degeneres ad maternam impietatem abducerentur. Hæc autem ratio tam valet in Chananæa, quàm in quæcumque alia peregrina conjugia. Adde quòd Deus id satis expressè docuisse videtur, cùm per Moysem edixit populo sine ullâ prorsùs gentium exceptione aut designatione, ut solùm ex Israelitico populo, imò solùm ex suâ tribu uxores accipiat; quare omne externum videtur prohibere connubium. Sic autem Num. 36, v. 6 : *Nubant, quibus volunt, tantùm ut suæ tribûs hominibus : ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim tribus ducent uxores de tribu, et cognatione suâ : et cunctæ feminæ de eâdem tribu maritos accipient.* Deinde lex illa, quæ peregrinæ feminæ connubium admittit et probat, eâ tamen lege, ut certis quibusdam cæremoniis parentum impietatem ejuret, et Hebræorum profiteatur, non magis alias, quàm Chanaanitides puellas advocat, admittitque ad Israeliticas nuptias. De omnibus enim feminis peregrinis lex loquitur, quarum excludit nullam, modò religionem amplectatur Israeliticam, et patriam abjuret. Sic autem lex Deut. 21, v. 20 : *Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, et tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tuâ, captivosque duxeris, et videris in numero captivorum mulierem pulchram, et adamaveris eam, voluerisque habere uxorem, introduces eam in domum tuam, quæ radet cæsariem, et circumcidet ungues, et deponet vestem, in quâ capta est*, etc., *et postea intrabis ad eam, dormiesque cum illâ, et erit uxor tua.* Talis fingitur sponsa de quâ in Canticis Salomonis, ut nos in illorum commentariis ostendimus, et cui dicitur psalmo 44 : *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam; obliviscere populum tuum et domum patris tui.* Adde quòd expressum apparet Dei præceptum, quo Israelitæ prohibentur accedere ad illas, quæ ad terram Chananæorum non pertinent, modò alienis legibus et religioni serviant. Sic infra c. 11, v. 1 : *Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, et Moabitidas, et Ammonitidas, Idumæas, et Sidonias, et Hethæas de gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israel : Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras : certissimè enim avertent corda vestra, ut sequamini deos earum.* Hìc, ut vides, gentes numerantur, quæ non pertinent ad regionem Chanaam, et tamen illas Deus ab Israelitarum conjugio repellit.

Ex his constat omnes feminas alienigenas ab Hebræorum thalamis arceri; quare infirma est illorum ratio, qui hâc distinctione liberant Salomonem à crimine violatæ legis. Ego potiùs existimo Pharaonis filiam ejurâsse Ægyptiam religionem, et Hebræorum sacra fuisse complexam, et eâ ratione, salvâ Hebræorum lege, Salomonis thalamum inire potuisse. Quod sine dubio fecerunt illæ feminæ, quæ alienigenis ortæ parentibus, connubiali vinculo Israelitis copulatæ sunt. Qualis fuit Maacha filia Tholmai regis Gessur Absalomis mater, quæ nupsit Davidi, de quâ nos pluribus lib. 2, c. 3; sanè Ruth Moabitis, quæ Boos Israelitæ nupsit, sicut patriam antiquam, sic etiam religionem mutavit, quæ c. 4, v. 16, dixit ad socrum Noemi : *Populus tuus, populus meus : Deus tuus, Deus meus.* Cui dixit Booz c. 2, v. 12 : *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, et plenam mercedem accipias à Deo Israel, ad quem venisti, et ad cujus confugisti alas.* Sanè Raab Chananæa erat, et tamen quia conversa est, non minùs legitimè Israelitæ nupsit, quàm quævis alia, ex populo gentilico proselyta, ut multis probat Abulensis in cap. 6 Josue, q. 56. Quòd à patriis erroribus ad Judæorum sacra, veramque religionem se contulerit, docet Paulus, ad Hebr. cap. 11, v. 31 : *Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis;* vide expositores in eum locum; et clariùs Jacobus, c. 2 : *Similiter autem et Rahab meretrix nonne ex operibus justificata est?* Quod ergo Salomoni licuit, cui Rahab, et Booz cui nupsit Ruth, utraque proselyta, id profectè etiam Salomoni licuit, si Pharaonis filiam proselytam uxorem accepit.

Alterum, quod expeditum oportet, est,

quoto ætatis anno Salomon regnare sit exorsus ; quâ de re ex Scripturâ nihil certum affirmari potest, et auctores, vix credi potest, quantùm inter se dissentiant. Est qui putet triennem illum inisse regnum, sed est planè absurda, ut modestissimè dicam, et suo auctore digna sententia; is est Musterus, à Serario citatus, quem ego non legi, neque legisse vellem. Alii duodenem putant, neque hi pauci sunt, neque ignobiles. Hieronymus Ep. 132 ad Vitalem et in Isai. c. 3 ; S. Ignatius Ep. 5 ad Magnesianos; Eusebius lib. 9 de Præpar. evang. c. 4 ex Eupolemo ; Antonius 1 p. Hist. tit. 3, c. 2. Denique hæc communis tam Hebræorum, quàm nostrorum sententia est, quos non nomino, ne cunctos nominem.

Abulensis regni exordium statuit in anno Salomonis 15 aut 16, in hoc c. 3, q. 5. Lyra vigesimo ætatis anno iniisse regnum arbitratur in lib. 3 Reg. cap. 11, ubi sententiam aliorum multis impugnat. Massæus lib. 6 Chronicon non ante vigesimum sextum annum regnâsse putat.

Ego in hâc rerum controversiâ hoc unum scio, nihil ex Scripturâ sciri certò posse, quia neque anni ætatis Salomonis in eâ traduntur, de quibus magna est quæstio, et incertæ conjecturæ, neque quoto Davidis anno natus, ex quibus colligi posset, quando ad regnum admissus est. Deinde, quia licet sub hæc tempora Salomon, imò post patrem mortuum confirmatumque regnum, in quo non parùm temporis positum oportuit, puer dicatur parvulus; sic enim Salomon de se v. 7 : *Ego autem sum puer parvulus, et ignorans ingressum et introitum meum ;* tamen multò ante hoc tempus à patre suo vocatus est, *vir sapiens,* c. 3, v. 9. Quæ duo in ætatem puerilem et teneram non aptè conveniunt. Quare ex his verbis, quæ tam sibi ipsis videntur adversa, nihil certum potest definiri. Qui ætatem puerilem tribuunt Salomoni, sumpserunt, opinor, ex verbis quæ de seipso locutus est Salomon ; qui verò grandiorem et regno non immaturum, ex illis quibus ad illum locutus est pater, cùm Semei scelus illi puniendum commendaret c. 2, v. 9, *vir autem sapiens es, ut scias, quæ facies ei.* Ut ergo de Davidis ætate, quo tempore ad certamen descendit cum Goliath, ideò nihil habemus certum, quia, ut constat ex c. 17, modò à Saüle vocatur *puer;* v. 33, et c. 16, v. 18, ab alio viro, ut apparet, principe, cùm esset Davidi familiaris, *vir* appellatur, et ea de illo prædicantur, quæ non videntur in juvenilem ætatem convenire; sic etiam verba non dissimilia Salomonis tempus, quo regnum iniit, vehementer obscurant. Nos igitur jam quid probetur magis, aut quid improbetur minùs afferamus.

Primùm igitur probabile statuo, quod cum Hieronymo sentiunt frequentes alii, nempe anno duodecimo, aut ab eo certè non admodùm longè, unctum esse regem Salomonem, cujus ea conjectura est, quia aliquot annis à parentis morte constituto jam regno, se puerum et parvulum appellat. Cui cogitationi cùm obstent duo, illa nos expediamus oportet. Alterum est, quòd Salomon decessisse dicitur senex; atqui cùm quadraginta regnârit annos, ut constat cap. 11, v. 42, his si addas duodecim alios, qui illius regnum præcesserunt, non plures efficient, quàm quinquaginta duos. Hæc verò ætas vix est senilis, quia in eâ homo robusto et corpore, et integris sensibus, quales Salomon habuisse non videtur, cùm in illam peccatorum abyssum demersus est, ut diis supplicârit gentium, et se totum muliercularum libidini regendum permiserit. Huic autem objectioni occurri potest non difficilè : nam reverà quinquagesimus annus ad senectutem pertinet. Quare si quinquagenarius Salomon mulieres adamavit alienigenas, utique senex adamavit, verèque de illo affirmari potuit illud c. 11, v. 4 : *Cùm esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres.* Cùm autem advenire interdùm soleat immatura senectus ante suum tempus, id accidit maximè his qui immoderatiùs venereis indulgent voluptatibus : hæc enim veneris intemperantia debilitat vires, exhaurit et conficit corpus ; et ut innumerabiles gignit morbos, illosque fœdissimos, sic præcocem adducit et turpem senectutem. Quâ de re multa, et graviter tam sacri, quàm profani philosophi. Vide Tiraquellum in Legibus connub. lege 15, ubi plura adducit testimonia, tu pauca accipe. Cicero de Senectute : « Libidinosa, intemperansque adolescentia effœtum « corpus tradit senectuti. » Chrysostomus hom. *Quod nemo lædatur nisi à seipso :* « Qui in libidine vitam ducunt, resoluta corpora et « omni cerâ molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta, quibusque ad cumulum malorum, podagræ tremor « et immatura senectus succedit; et est vita « semper cum medicis et medicamentis. » Cùm ergo Salomon tam se assiduè venereo concubitu confecerit, quale existimandus est habuisse corpus, quàm fractum, quàm effœtum, quàm

denique si minùs annis, immoderatâ tamen venere senile! Senex ergo fuit Salomon anno quinquagesimo, cùm tam se in illam veneris intemperantiam effuderit.

Alterum, quod huic cogitationi non parùm incommodat, est, quòd ex eâ efficitur undecimo Salomonis anno generatum esse Roboam, et eodem natum esse tempore, quo ille primùm regnum obtinuit: imò uno priùs anno, quod ex eo liquet, quia cùm Roboam regnum suscepit, quod reliquit Salomon regno ac vitâ defunctus, quadragesimum primum agebat annum c. 14, v. 21: *Quadraginta, et unius anni erat Roboam cùm regnare cœpisset.* Quare cùm quadraginta annis regnârit Salomon, ut vidimus, consequens est, ut undecim tantùm fuerit Roboam Salomone minor; sed fuit uno fermè anno ante conceptus; conceptus igitur à parente, qui non esset decimum ætatis annum supergressus: hoc autem non fert humanæ naturæ adhuc tenera et infirma facultas. Gravis sanè ratio, et quæ apud omnes ponderis debet habere plurimùm. Sed illi, ut cum aliâ objectione proximè fecimus, sua quoque adhibenda responsio. Vidit hoc Hieronymus Ep. 131 ad Vitalem, neque ita putat difficile, sicut apparet Lyræ, qui ad hanc sententiam multò quàm alii durior est. Ait enim ab undeni, sive duodeni Achaz generatum Ezechiam. Nam, ut constat ex lib. 4 Regum cap. 16, et 2 Paralip. cap. 18, viginti annorum erat cùm regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem; quare annos tantùm vixit triginta rex. Cùm autem decessit, viginti quinque annorum erat Ezechias filius lib. 4 Regum cap. 18, 2 Paral. cap. 29. Quocirca pater Achaz undecim tantùm annis Ezechiâ major. Ex undecim detrahe adhuc novem menses, nam nono antea mense conceptus fuerat, et invenies decimo parentis anno conceptum Ezechiam. Deinde alterum adduxit exemplum non dissimile, quod interpositâ jurisjurandi religione se audisse confirmat. « Audivi, inquit, Domino teste, non mentior, « quædam muliercula, cùm expositum nutriret « infantem, et instillaret cibos, et nutricis of- « ficio fungeretur, cubaretque cum eâ parvu- « lus, qui usque ad decimum jam pervenerat « annum, accidit, ut plusquàm pudicitia pati- « tur, se mero ingurgitaret, accensâque libi- « dine obscœnis motibus ad coitum duceret « infantem. Prima ebrietas et noctis alterius, « et cæterarum deinceps fecit consuetudinem. « Necdùm duo menses fuerant evoluti, et ecce « feminæ uterus intumuit. Quid plura? dispen- « satione Dei factum est, ut quæ contra natu- « ram simplicitate parvuli, in contemptu Dei « abutebatur, à naturæ Domino proderetur, « impleto sermone, quo dicitur: Nihil occul- « tum, quod non reveletur. Simulque consi- « deremus quòd occultè Scriptura Salomonem « et Achaz voluptatis et impietatis accuset. » Hæc Hieronymus. Aliud exemplum huic quàm simillimum accidisse audio nostris temporibus, in Hispaniâ, ubi nutrix eodem modo concepisse dicitur à puero quodam nobili, qui decimum annum nondùm excesserat. Hæc Hieronymi opinionem faciunt non improbabilem: neque desunt alia exempla, à quibus accipit hæc communior sententia non parùm momenti.

Nihilominùs illa mihi sententia potior est designatum esse atque unctum Salomonem regem anno vigesimo, aut non procul à vigesimo, quod putant Abulensis et Lyra supra, et Pineda noster in suo Salomone prævio lib. 8, c. 2. Quod probat aut certè indicat David, cùm c. 2, v. 6 et 9, Salomonem sapientem appellat, cujus documentum in ætate duodeni non dedisset. Deinde quia Salomon genitus videtur à David cùm adhuc esset ætate robustâ, anno, puta quinquagesimo postquàm regnare cœpit in Hebron. Postquàm enim natus est Salomon, multa contigerunt, quæ non videntur minori spatio transigi potuisse. Certè quæ ante Salomonis ortum ab inito Davidis regno contigerunt, non plus videntur exegisse tempus, quàm quæ ab ortu Salomonis ad Davidis interitum sacra narrat historia. Adde quòd ea constantia quâ Adoniam primùm, deinde Joab et Semei jussit interimi, non est ejus ætatis, quæ non longè undecim annorum spiritum et ardorem excesserit.

Atqui dices: Salomon seipsum v. 7, puerum appellat parvulum, qui ingressum suum et exitum ignorat, et idem dixit illius pater lib. 1 Paral. cap. 22, v. 5: *Salomon filius meus puer parvulus est, et delicatus.* Idem ego quærerem de Davide, qui cùm jam ultra trigesimum annum esset progressus, dixit tamen lib. 2 Reg. cap. 3, v. 39: *Ego autem delicatus et unctus rex.* Ut ergo delicatum se eo temporis articulo vocat David, in quo nunquàm fuit robustior, nunquàm ad arma tractanda, et ad perferendas belli molestias magis idoneus, quia non satis tunc habebat virium, utpote novus rex, ut populum adhuc alienum sub jugum mitteret, et hostilem sustineret impetum, ut eo loco

diximus, si hoc loco Salomon se parvulum et puerum appellat, et eodem penè modo vocatur à patre, quia licet jam adultâ esset ætate, et cui paululùm accessisset roboris, non tamen sic erat institutus, aut in re moderandâ publicâ versatus, ut in eo genere potuerit appellari vir; opus enim illud experientiam desiderat, et usum, qualis in vicenali ætate non reperitur. Quod ipse expressit Salomon, cùm dixit : *Ignorans ingressum et introitum meum,* quo dicendi modo omnium rerum se inexpertem et ignarum vocat. Suspicor autem in his locis et similibus dicendi modis, subaudiendam esse similitudinis formam, quod in Hebræorum idiomate frequentissimum est. Sic explico illud quod de ipso affirmavit David lib. 2, c. 3 : *Ego autem delicatus, et unctus rex,* id est : Ego nunc sum constitutus rex, qui tamen tam sum infirmus contra tot hostes, quasi delicatus forem, insuetus bello et laboris impatiens, et Salomon de se : *Ego sum puer parvulus, et ignorans egressum, et introitum meum.* Ego comparatione tantæ molis, quæ prudentiam constantiamque desiderat, sum instar pueri parvuli, qui rerum omnium imperitus est. Idem videtur sensus verborum Davidis de Salomone 1 Paral. c. 22, quem comparatione domûs, quam illi ædificandam tradit, instar pueri parvuli esse judicat. Hæc mihi posterior sententia veri videtur similior ; neque tamen priorem improbabilem judico.

Accepit namque filiam ejus (Pharaonis), et adduxit in civitatem David, donec compleret ædificans domum Domini, etc. Juxta posteriorem sententiam, quam magis putabamus verisimilem, difficile non est existimare vivente adhuc patre duxisse Salomonem Ægyptiam uxorem, cùm non longè ab anno vigesimo designatus fuerit, et appellatus rex, quæ ætas satis erat maturâ conjugio ; sed de hâc re nihil est certum. Illud minùs dubium, sub annum regni primum duxisse uxorem Naaman Amanitidem, ex quâ suscepit Roboam; alioqui quando Salomoni parenti successit, non esset annorum quadraginta unius. Quare verum existimo quod Hebræi docent, in *Seder olam* cap. 16, uno anno antequàm à vivis excederet David, natum fuisse Roboam : uxorem ergo Ægyptiam quocumque illam tempore ad regium thalamum asciverit, in civitatem Davidis induxit, donec ædificato templo, regiam uxori domum ædificavit ; quam illi propriam esse voluit, de quâ c. 7, v. 8, pluribus. Ædificâsse etiam dicitur civitatis murum, quod repetit c. 9, v. 15, d quo Josephus lib. 8, c. 2 : « Cæterùm, inquit, « rex, cùm videret mœnia Jerosolymorum tur- « ribus et propugnaculis ad securitatem egere, « nec ea dignitati urbis satis respondere, et « muros instauravit, et turres magnas in eis « erexit. » Neque novum est, ut quod ab aliquo instauratum est, aut amplificatum, et in meliorem formam redactum, id ab eodem dicatur esse constructum. De quo nos plura in nostris commentariis in Danielem ad illud c. 4, v. 27 : *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domo regni?* Quòd enim ante Salomonem cincta fuerit mœnibus Jerosolyma à parente Davide, habemus lib. 2 Reg. c. 5, v. 9, et 1 Paral. cap. 15, v. 7.

Vers. 2. — Attamen populus immolabat in excelsis : non enim ædificatum erat templum (1).

(1) Non satis constat, quò referatur hæc particula, *attamen.* Reddi posset Hebræus : *Cæterùm populus immolabat tunc in excelsis, quia non ædificata erat domus Domini.* Nulla religio ab his sacrificiis animos absterrebat, uti alibi à nobis demonstratum est. Prophetæ, reges Salomone priores, judices Israelis et ipse pariter Salomon, cum populo universo, sacris operabantur Domino in editis locis totius regionis, ut Gabaone, Galgalis, Silo, Gabaâ, Hebrone, Cariathiarim. Neque id reprehendit unquàm Scriptura, et quæ in versiculo proximè sequenti leguntur : *Salomon ambulabat in præceptis David patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat,* reddi possunt juxta Hebræum, ut in præsenti versiculo : *Cæterùm in excelsis immolabat.* Atque ita tam longè abest, ut hæc credantur exceptio quædam virtuti ac pietati tanti viri contraria, ut potiùs magis magisque commendent ejus studium in cultum Domini; vel saltem animadversio sunt historica moris tunc, ante ædificatum templum, obtinentis, quâ scilicet animadversione res nec probatur, nec damnatur ut mala.

Sed commentariorum scriptores plerique docent, hìc innui à Scripturâ, Salomonis et populi in Deum religionem vitii aliquid retulisse, neque cultum impendisse illos purum absolutumque, cùm sacrificia in editis locis adhuc offerrentur. Erratum hoc suum tunc primùm rex intellexit, cùm spiritu scientiæ et sapientiæ afflatus est; eo enim indicante, agnovit necessitatem præcidendi occasionem hanc populo, templo Domini condito. Scitum est, Scripturam cavere, ne sacrificia extra tabernaculum offerantur, et in totâ serie historiæ Judaicæ ex eo potissimùm distingui reges fideles et divini obsequii studiosos à cæteris principibus, quorum erat inferior pietas; ex eo, inquam, distingui, quòd illi aras in collibus destruerent, hi verò tolerarent, quin et sacrificiis complerent.

Sed duplici ratione respondemus : 1° Lex vetans alibi offerri sacrificia præterquàm in tabernaculo, accipienda est pro tempore, quo fixa erat ac certa sedes Tabernaculo, consuetisque rerum eventibus; non verò si novum quid et insolitum contingeret, neque de tem-

Causam reddit cur Salomon priùs templum, quàm domum suam ædificare voluerit, quia cùm nullus esset certus locus sacrificali negotio destinatus, populus sibi variis in locis excitabat altaria, quæ nunc appellantur excelsa, et ibi rebus operabatur sacris interim dùm templum haberet, parùm fortassè piè, imò, ut opinor, impiè, nisi illos invincibilis error vendicaret à culpâ. Nam licet templum non esset, erat tamen tabernaculum Dei, quod translatum primùm est à Silo in Nobe, ut constat 1 Reg. 21, et inde in Gabaon, ubi etiam erat altare à Moyse constructum, ut habes 1 Paral. c. 21, v. 29 : *Tabernaculum autem Domini quod fecerat Moyses in deserto, et altare holocaustorum eâ tempestate erat in excelso Gabaon,* et 2 Par. c. 1, v. 3. Deinde in civitate David, licet non esset tabernaculum, quod compegerat Moyses, erat tamen aliud à Davide constructum, et in eo area, ubi legitimè ac piè possent immolari à populo sacrificia. In eo errore fuisse quoque Salomonem, opinor, antequàm à Deo cœlitùs hausisset sapientiam, quia ipse quoque sacrificâsse dicitur in excelsis, de quo mox. Ut igitur Salomon hanc à populo offensionem removeret, quam postea cùm à Domino sapientiam accepisset, agnovit, ædificare templum voluit, antequàm domum sibi atque uxori construeret.

VERS. 3.— DILEXIT AUTEM SALOMON DOMINUM, AMBULANS IN PRÆCEPTIS DAVID PATRIS SUI, EXCEPTO QUÒD IN EXCELSIS IMMOLABAT, ET ACCENDEBAT THYMIAMA (1). Licet, *diligere*, motum significet voluntatis, quæ in rem amatam lubens acquiescit, et illi benè cupit, tamen sæpissimè in Scripturis sumitur pro officiis aut operibus, quæ ab amore nascuntur. Sic puto Magdalenæ multa (Luc. c. 7) peccata dicuntur dimissa, quia dilexit multùm, id est, quia multa præstitit officia, seu obsequia, quibus divinam in se

pore, quo tabernaculum vagabatur, modò hìc, modò alibi subsidens ; 2° Scriptura cultum illum Domini in editis locis non damnat, nisi post templi ædificationem; tunc enim causationes omnes cessabant pro iis qui sacrificia et oblationes daturi eò proficiscebantur. (Calmet.)

Excelsa Hebræorum, de quibus in libris Regum et prophetarum crebra est mentio, erant duplicis generis. Una in quibus instar gentium colebant earum deos et idola. Hæc manifestè erant illicita, quia idolis dicata in Dei veri injuriam. Unde in eâ gravissimè invehuntur et detonant prophetæ, ut Jerem. cap. 7, 31 ; Ezechiel cap. 6, 3; Osee 10, 8. Hinc Salomon gravissimè peccavit, quòd in gratiam uxorum suarum gentilium earum diis et idolis fecerit lucos et excelsa, ibique eos adorârit, quæ proinde Ezechias rex dissipavit, Manasses ejus filius impius restituit, Josias funditùs abolevit.

Altera excelsa erant, in quibus Hebræi, non idolis, sed Deo vero sacrificabant. Sic Gedeon in excelsâ petrâ sacrificium Deo obtulit, Judic. 6, 26. Idem fecit Samuel in excelso, 1 Reg. 9, 19, et Salomon hìc sacrificavit in excelso Gabaon, id est, in tabernaculo Moysis, quod tum situm erat in excelso et frondoso colle Gabaon.

Porrò Deus hæc secunda excelsa non amabat, ob periculum gentilismi et idololatriæ ; tolerabat tamen, donec ædificaretur fixum et stabile templum à Salomone in Jerusalem ; nam ante illud tabernaculum Moysis erat mobile, et ab uno loco transportabatur in alium, imò separatum erat ab altari, ut superiùs dixi. Unde multis incommodum erat et difficile in eo sacrificare, ideòque alio loco excelso suas hostias immolabant.

Hinc pii reges, ut Asa et Josaphat, permiserunt excelsa Deo vero erecta, vel si illa erant idolis statuta, permiserunt ea, quia ob inveteratam populi idololatrantis consuetudinem, metuentes ejus seditionem et rebellionem, illa impedire et tollere non potuerunt. Verius tamen est, quod censet Abulens. quæst. 2 et 5, hos reges tantùm permisisse excelsa, in quibus Deo vero sacrificabatur, non idolis ; quæ tamen non permiserunt reges sapientiores, sed everterunt, scilicet David, Ezechias et Josias, qui proinde soli è cæteris regibus Juda dicuntur non peccâsse, Eccles. 49, 5. Porrò quòd Samuel in Ramathâ, Bethlehem, aliisque in locis sacrificavit, 1 Reg. cap. 16, vers. 4 et 5, ac Elias in monte Carmelo, 3 Reg. 18, 25, et David in areâ Ornan, 2 Reg. ult. 18, credendum est id eos fecisse ob graves et urgentes causas, idque ex Dei instinctu et dispensatione, ut patet de Davide loco citato.

Hâc de causâ, ut scilicet excelsa omnia tollerentur, voluit Deus à Salomone ædificari templum, in eoque solo sibi sacrificari, ut in uno templo servaretur unitas religionis et Judaismi, ac Judæi planè arcerentur à profanis et excelsis sacrificiis gentilium. Idem ante templum jusserat Deus fieri in tabernaculo à Moyse fabricato, Levit. 17, vers. 3 et 4. (Corn. à Lap.)

(1) Comme, selon les saints Pères, Salomon était, dans tous ces commencements, une figure excellente de Jésus-Christ, cette liberté qu'il se donnait de sacrifier en différents lieux à la majesté de Dieu, marquait par avance ce qui devait arriver sous le règne du vrai Salomon, et ce que le Fils de Dieu lui-même déclara depuis à la femme de Samarie, en lui disant : *Que le temps venait auquel on n'adorerait plus le Père ni sur la montagne de Samarie, ni dans la ville de Jérusalem,* c'est-à-dire que l'adoration du Seigneur ne serait plus attachée à un lieu particulier, comme elle l'était au temps de la loi, où le peuple d'Israël, si porté à l'idolâtrie, avait besoin de ce frein pour être retenu dans le culte unique du vrai Dieu ; mais que l'on adorerait partout le Père éternel, parce qu'on l'adorerait en esprit et en vérité. (Sacy.)

misericordiam inflexit, quæ amoris aut faces sunt, aut signa. Sic ἀγάπη, quæ charitatem valet aut amorem, pro munere capitur, quod alteri damus, cui benè cupimus, aut cujus miseriam levare studemus, sicut etiam charitas appellatur donum, sive inopi, sive amico datum. Unde tritum : *Fac mecum charitatem*, et similia. Sanè Augustinus contra Faustum lib. 10, c. 10 : « Agapæ nostræ pauperes pascunt, « sine frugibus, sine carnibus. » Hieronymus ad Eustochium de Custod. Virgin. : « Cùm manum « egenti porrexerint, buccinant : cùm ad aga- « pem vocaverint, præco conducitur. » Sic salomon Deum dilexisse dici potuit, non solùm, quia proprié Deum ex animo amavit, sed quia illum coluit offerendis victimis, et aliis piis religionis officiis, quæ in divinum obsequium lex aut benè instituta natura præscribit. Sic enim ambulavit Salomon, quemadmodùm fuerat à parente præscriptum. His autem, quæ David Salomoni observanda præcepit, etiam fuerant quædam externa religionis opera. Quæ etiam appellari potuêre charitas, aut dilectio, quia hæc plerùmque solent, aut certè debent à charitate proficisci, licet de interno etiam charitatis affectu hæc intelligi possint. De his præceptis, quæ jam rex morti proximus tradidit Salomoni filio, habes lib. 1 Par. c. 18, v. 9.

Excepto quod in excelsis immolabat, et accendebat thymiama. Non possum, ut maximè cupiam, Salomonem à culpâ liberare, cùm immolâsse dicitur in excelsis, et accendisse thymiama. Nam primùm sacrificâsse extra legitimum locum, nempe extra tabernaculum aut templum, aut non ad arcæ conspectum, à quo tabernaculo, aut templo magna fiebat religionis accessio, sine speciali Dei dispensatione ac pulsu (quomodò aliquando fecit Samuel, David, Elias, et alii nonnulli, non credo salvâ religione fieri potuisse. Quod probat multis Abulensis contra Lyram et Hebræos hoc cap. q. 2. Putabat autem Lyra ante constructum templum fas esse aliis in locis excitari altaria, et victimas offerri. Probat autem Abulensis, quia ex quo subjecti fuerunt Chananæi, sicut cœperunt leges aliæ Israelitas obligare, sic etiam hæc decreta, ac designato sacrificiorum loco. Unde videmus Josue 21, omnes tribus quæ trajecerunt Jordanem, voluisse pugnare contra duas tribus et dimidiam, quæ citra Jordanem consederunt, quia altare excitârunt extra locum qui ad sacrificia ex communi populi consensione destinatus. Erat autem præceptum Levit. c. 27, v. 4 : *Homo quilibet de domo Israel si occiderit ovem, aut bovem, sive capram in castris, vel extra castra, et non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit.* Et Deut. 12, v. 13 : *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit Dominus in unâ tribuum tuarum offeres hostias*, quod populo ante dixerat explicatè magis v. 5. Hoc idem tenet Ribera lib. 1 de Templo c. 2; hâc de re nos plura lib. 1, c. 6, ad illud : *Levitæ autem deposuerunt arcam Dei*, et c. 7, ad illud : *Ædificavit etiam ibi Domino altare.* Ubi diximus aliquando id licuisse, in gravi aliquo casu, et ubi nulla esset sacrificandi commoditas, quod sæpè factum est, dispensante tamen ac inspirante Domino.

Neque Salomon huic culpæ obtendere potest culpam ignoratæ legis : nam inter alia mandata quæ accepit à parente, hoc etiam fuit, ut ex hoc loco non obscurè colligitur; dicitur enim omnia parentis præcepta observâsse Salomon, hoc uno excepto, quòd immolabat in excelsis. Quasi dicat hoc etiam esse in præceptis à parente mandatum. Ex hoc loco Abulensis colligit q. 2, peccâsse Salomonem immolando in excelsis. Hinc Ribera supra optimè conjectat hanc esse causam cur inter reges Juda et Israel tres tantùm reges dicantur non peccâsse, Eccl. c. 49 : *Præter David et Ezechiam, et Josiam, omnes peccatum commiserunt : nam reliquerunt legem Altissimi reges Juda, et contempserunt timorem Dei.* Nam alii omnes, aut immolaverunt in excelsis, aut certè cùm possent et deberent, non sustulerunt excelsa. Nam David neque immolavit in excelsis, neque passus est immolare alios, ut ex hoc loco colligitur. Quòd extra tabernaculum aut templum immolavit aliquando, id fecit inspirante Deo, quia alibi aut nullo modo poterat, aut quia ipsa rerum dignitas exigebat. Quo modo sacrificavit in Hebron, quia tabernaculum tunc erat in tribu Benjamin, quæ tunc ab adversariis tenebatur. Quo verò tempore sacrificavit in areâ Areuna Jebusæi, vellet quidem in Gabaon sacrificare, ubi altare erat et tabernaculum : non potuit tamen, ut habes lib. 1 Paral. cap. 21, v. 30 : *Et non prævaluit David ire ad altare, ut ibi obsecraret Deum, nimiò enim fuerat timore perterritus.* Quòd si in arcæ traductione ad civitatem David in medio cursu sæpè sacrificatum est, id exigebat tanti diei solemnitatisque celebritas, neque alieno in loco sacrificatum videbatur, cùm adesset arca, quæ sacrum reddebat ac

religiosum locum. De Ezechiâ enim dicitur lib. 4 Reg. cap. 18, v. 3: *Fecitque quod erat bonum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus. Ipse dissipavit excelsa et contrivit statuas, succidit lucos,* etc. Idem de Josiâ habemus lib. 4 Reg. c. 23, v. 8 : *Contaminabit excelsa, ubi sacrificabant sacerdotes de Gabaa usque ad Bersabee.*

Immolare in excelsis, et accendere thymiama, pro quocumque sumitur sacrificiorum genere. Immolare latiùs patet; complectitur enim libamenta et victimas. Thymiama oblatio est illarum rerum quæ gratum ex se odorem exhalant, dùm igne cremantur. Hæc impii diis alienis, id est, gentilium simulacris offerebant in excelsis, ad quorum imitationem pii, id est, veræ religionis amatores, minùs tamen piè vero Deo in excelsis quoque et lucis immolabant. In excelsis autem non solùm montes intelligo, et editum locum, sed etiam altaria, quæ juxta sui notationem nominis aliquid significant altum, sicut vox græca, βοῦνος, collem significat et altare, et ideò fortassè Gabaon excelsum dicitur maximum, quia ibi altare fuit maximum, quod nempe à Moyse ex ære fabricatum est, de quo statim.

Vers. 4. — Abiit itaque in Gabaon, ut immolaret ibi : illud quippe erat excelsum maximum. Sicut alia excelsa obibat Salomon sacrificii ac religionis ergo, minùs tamen religiosè ac piè, quia non aptus erat atque legitimus pietati ac religioni locus; sic etiam obire voluit religiosum locum, et excelsum maximum, quod erat in Gabaon, licet longiùs à Jerosolymâ distaret. Dicitur autem excelsum maximum, quia, ut nuper dicebamus, ibi religiosissimum erat altare quod fabricavit Moyses simul cum tabernaculo, quod quia maximè erat in honore, maximum etiam existimabatur et vocabatur excelsum. Fuisse autem sub id tempus in Gabaon tabernaculum et altare, constat ex lib. 1 Paralip. cap. 21, v. 19 : *Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, et altare holocaustorum eâ tempestate erat in excelso Gabaon.*

Vers. 5.—Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens : Postula quod vis ut dem tibi. Obierat Salomon frequenter excelsa alia, quæ non longè aberant Jerosolymâ, et ibi obtulerat, sicut alii de turbâ, thymiama et victimas. Id enim sonat illud : *In excelsis immolabat, et ascendebat thymiama.* Et quia aliquid erat in illis sacrificiis, quod non admitteret, imò quod improbaret et damnaret religio, ideò nullum à Deo oraculum, nullam à Deo promissionem accepit. Sed postquàm in legitimo loco legitimum obtulit sacrificium, illudque numerosum et lautum, mille videlicet hostiarum in holocaustum; et aliquid in conficiendâ viâ laboris assumpsit (distat enim à Jerosolymâ Gabaon, si Josepho credimus lib. 2 de Bello c. 23, quinquaginta stadiis, id est, sex mille ducentis, quinquaginta passibus, sive juxta Brocardum tribus leucis); apparuit illi Deus in quiete, optionemque dedit, ut quod illi magis esset in votis, aut magis ex usu fore existimaret, exposceret : quo nihil videbatur promitti posse, aut offerri prolixius.

Multa hìc quæri possent de divinatione per somnium, et quo modo species offerat in quiete, per quas futurarum rerum eventus multò ante portendit, à quibus abstinere posse videor, quia opus est longum, et meo instituto non valdè necessarium. Si quid eâ de re videre studes accuratiùs, adi ex nostrâ societate Christophorum Castrum in prolegomenis ad duodecim prophetas minores; Martinum del Rio in disquisitionibus magicis; Pineda in Salomone prævio lib. 3, cap. 8. Quare ab his prudens abstineo, neque ampliùs dicam, quàm quod hic locus exigit ab interprete. Sed priùs adverto hunc locum iterùm explicatiùs tractari lib. 2 Paral. cap. 1, ubi ad superiora additur, convocatos esse à Salomone ad religiosum illud opus, et sacrificium splendidum eos omnes ex universo Israele, quorum in populo illustre nomen et singularis auctoritas. *Præcepitque Salomon universo Israeli, tribunis, et centurionibus, et judicibus omnis Israel, et principibus familiarum : et abiit cum universâ multitudine in excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus in solitudine.* Deinde coram tabernaculo fuisse altare æneum, quod à Moyse fabricatum est, et ibi oblatas hostias à Salomone. Sic enim v. 5 : *Altare quoque æneum, quod fabricatus erat Beseleel filius Uri filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini, quod et requisivit Salomon, et omnis Ecclesia, ascenditque Salomon ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, et obtulit in eo mille hostias.*

Cùm igitur sacrificium illud nobile religioso atque legitimo ritu peractum esset, eâ nocte quæ proximè consecuta est, apparuit Dominus Salomoni per somnium, utique dormienti (1);

(1) Verùm contraria sententia non minùs est probabilis, imò validiores affert rationes, nimirùm somnium hoc non fuisse naturale, sed

quod etiam cum aliis sæpè fecerat, quibus per quietem pollicitus, aut minatus est plurima, aut futura prædixit, aut quod ab illis fieri vellet manifestavit. Sic autem Deus sibi in illo sacrificio luculento placuerat, ut illius voluntati ac voto omnia cumulatè concesserit. Hæc sine dubio in votis contigerunt, quæ tamen plus habuerunt firmitatis ac ponderis, quàm quæ

divinum, ac propriè à Deo (licet naturâ quoque et naturalibus per diem cogitationibus Salomonis Deo subservientibus) immissum, ideòque non tam fuisse somnium, quàm visionem propheticam vel extasin, qualis fuit somnus Adæ, cùm ex ejus costâ Deus formavit Evam, quem Septuag. vocant extasin; in eo enim Adam Deo revelante cognovit Christi incarnationem, et Ecclesiæ ex ejus latere formationem, uti docent S. August., S. Thomas, Rupert. et alii passim. Tale quoque fuit somnium Abrahæ, Genes. 15, 12, in quo Deus Abrahæ revelavit, et promisit magnam posteritatem et Chananææ possessionem. Tale quoque fuit somnium Josephi de futuro suo principatu in Ægypto, Genes. 37, 5, et Jacobi, Genes. 28, 12, ubi Deus in somnis idem ei promisit quod Abrahæ, imò plura. Probatur 1° quia hoc disertè significat Script. cùm ait: *Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte dicens.* Ergo fuit hæc vera Dei apparitio et locutio, quem Salomon excepit, uti prophetæ excipiebant Dei oracula per visiones tam nocturnas, quàm diurnas; ergo non fuit somnium commune et naturale. 2° Quia sequens prolixa narratio recenset historiam veram, non somniatam. Ait enim Deus reverà loquens Salomoni: *Postula quod vis ut dem tibi*, ac Salomon respondet prolixè, postulatque sapientiam, ac hujus postulationis suæ multas et graves causas affert, idque tam sapienter et prudenter, ut vigilans prudentiùs loqui non potuisset. Ex quâ narratione, et ex longo Salomonis sermone ad Deum constat, ipsum habuisse perfectissimum discursum et judicium, cum consideratione divinæ majestatis, et beneficiorum ejus, et propriæ infirmitatis ac necessitatis in illo regio statu, in quo erat constitutus, et ex hoc perfecto discursu ac judicio petitionem illam Deo proposuisse, et ideò illi placuisse. 3° Quia, v. 11, Deus Salomoni præmium hujus suæ postulationis tam sapientis et sanctæ largitur, et votis ejus annuit dicens: *Quia postulàsti verbum hoc*, etc., *ecce feci tibi secundùm sermones tuos*, nec tantùm hoc, sed et longè plura adjicit, scilicet divitias, gloriam, longævitatem et magnificentiam præ omnibus regibus: quæ omnia ut reverà, et non per somnium gesta fusè et accuratè narrat Script., ut vix aliò torqueri possint, ac omne somnium superent et transcendant. Et hoc voluit Script. dicens v. 15: *Evigilavit Salomon, et intellexit quòd esset somnium*, scilicet non humanum, sed divinum. 4° Quia reverà Deus in somno hoc Salomoni indidit sapientiam, ut significat Script.; nec enim aliud tempus, quo eam acceperit Salomon, reperire vel assignare possumus; ergo pariter reverà Salomon in somno oravit, petiitque sapientiam; nam per orationem eam impetravit, ut dicitur vers. 11 et 12: *Ecce*, inquit, *feci secundùm sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens.* Ita sentit Lyran., Dionys., Salmeron. tom. 3, tract. 22; Anton., Fernandus lib. de Visionibus, præludio 7, num. 8 et seq.; Hugo, Glossa, Consalvus Cervantes in Sapient. cap. 7, vers. 7, ac fusè et solidè Suarez tomo 2 de Relig. lib. 2 de Orat., cap. 19, ubi docet primò, Deum in somno posse elevare intellectum et phantasiam ad perfectum usum rationis, et ad plenum judicium de veritate sive speculativâ sive praticâ, idque fecisse in somno Adami Genes. 2. Posse enim Deum ita confortare et clarificare phantasiam et vapores omnes, qui illam in somno impediunt, depellere, ut verè res non tantùm apprehendere, sed et rectè de iis judicare possit, conservatis interim sensibus externis in eâdem dispositione, quam in somno naturali habent. Accedit S. Ambros. in Psal. 118, Octonario 18, in fine, ubi asserit Salomonem *orâsse* tunc et *promeruisse.* Imò Octonario 2, vers. 2, addit: *Ex toto corde exquirens Deum, sapientiam postulavit, et quia non opes sibi regias, sed divinæ munus gratiæ depoposcit, accipere meruit sapientiæ disciplinam.* Tertull. etiam lib. 4 contra Marcion. cap. 15, apertè sentit habuisse tunc Salomonem liberam electionem, dicens: *Quà permissâ sibi optione, maluit ea postulare, quæ sciebat Deo grata, sapientiam, meruit etiam divitias consequi.* Ad eum modum loquitur Eucher. quæst. 2 in 3 librum Reg., dicens Salomonem deprecatum esse Deum, etc. Denique, 2 Paralip. 1, vers. 7, ubi eadem hæc historia narratur, nulla somnii fit mentio: *Ecce*, inquit, *in ipsâ nocte apparuit ei Deus.* Fuit ergo somnium hoc vera Dei apparitio et visio, qualem habuêre cæteri prophetæ.

In hanc quoque sententiam tandem propendent S. Bonavent., Allensis et Richardus, locis jam citatis, dùm addunt Salomonem ex divino privilegio potuisse in somnis uti ratione et mereri, atque S. Thom. qui, 1-2, q. 113, art. 3, ad 2, secundam dat responsionem, dicens: « Vel potest dici quòd ille somnus non « fuit naturalis, sed somnus prophetiæ, secun- « dùm quod dicitur Num. 12: *Si quis fuerit inter « vos propheta Domini, per somnium aut in visione « loquar ad eum.* In quo casu aliquis usum liberi « arbitrii habet. »

Dices: Somnus impedit usum rationis et liberi arbitrii, quia in somno sopiuntur, et quasi ligantur sensus et phantasia, sine quibus ratio non potest liberè operari.—Resp.: Naturaliter et in somno naturali hoc verum est, at non in supernaturali et divino, quale fuit hoc Salomonis. In eo enim Deus prophetis infundere potest species, sine conversione ad phantasmata somnum non impedientes, sicut nec visionem in Christo somnus impediebat, qui de se ait Cant. 5, 2: *Ego dormio, et cor meum vigilat.* Sic et B. Virginem dormientem liberè Deum amâsse, itàque meruisse, censet S. Bernardinus et alii, idque probabile judicat Suarez p. 3, q. 37, art. 4, disp. 18, sect. 2; aut potiùs Deus Adæ, Salomoni et prophetis ita roborabat et clarificabat phantasiam in somnis, ut liberè intelligere, eligere et operari possent, ut paulò ante dixi ex Suarez. Hoc enim magis est homini connaturale.

Mysticè S. Gregor. lib. 2 Moral., cap. 2, notat noctem signum esse mali ominis et infe-

homines vigilantes aut dicunt aut promittunt. An verò quæ sequuntur, nempe Salomonis oratio, aut Dei promissa, aut dicta fuerint, aut audita à Salomone vigilante, obscurum est, de quibus nobis aliquid necessariò dicendum.

Constans est omnium sententia non solùm dormienti Salomoni apparuisse Dominum, sed etiam illum dormientem et somniantem postulâsse sapientiam, neque meruisse quidquam, quia non habuit eo rerum articulo usum liberum arbitrii, sed ligatum à somno. Ita apertè D. Thomas 1-2, q. 113, art. 2, et 2-2, q. 154, art. 5, ad 1 : « Salomon, inquit, non meruit in « dormiendo sapientiam à Deo, sed fuit signum « præcedentis desiderii, propter quod dicitur « talis petitio Deo placuisse. » Ibi citat Augustinum lib. 12 in Genes. ad litteram cap. 14. Sunt qui putent sopitis à somno sensibus, fieri tamen posse ut vigilet mens, quòd non semper phantasmatum indiget ministerio, quod accidisse putant Salomoni hoc loco, quem orando in somnis existimant meruisse sapientiam, quam sibi postea divinitùs infusam agnovit. Ita Salmeron tom. 3, tract. 22. Quod tenent Lyra, Dionysius. An id fieri possit, aut aliquando contigerit, non disputo, quia alienum est ab instituto meo ; disputant alii accuratè et longè. Vide Pereiram de Observatione somniorum q. 4, et lib. 1 in Danielem q. 7, ubi tandem concludit in hoc Salomonis somnio, aut somniantis oratione nullum fuisse meritum, et Pinedam in Salomone prævio lib. 3, cap. 8 ; Conimbricenses in parva moralia Aristotelis, de somniis cap. 6, ubi de hoc Salomonis somnio ; S. Bonaventuram d. 25, q. 6 ad 1 ; Ricard. de Mediâ Villâ, quod, lib. 1, q. 17, ubi ex divino privilegio putant hi duo potuisse mereri Salomonem.

licis exitûs : « Non rediturus, inquit, ad ve- « niam Judas, quòd ad traditionis perfidiam « nocte exiisse perhibetur, dicente Joanne « cap. 13 : *Erat autem nox.* Et iniquo diviti « dicitur Lucæ 12 : *Hâc nocte repetent animam « tuam abs te;* anima quippe quæ ad tenebras « ducitur, non in die repeti, sed in nocte me- « moratur. Hinc est quòd Salomon, qui sapien- « tiam non perseveraturus accepit, in somnis « hanc et nocte accepisse describitur. » Hæc Gregor., ex quo Rupert. Eucherius et alii eadem descripserunt.

Addit Rupert., carpitque Salomonem, quòd sapientiam, non sanctitatem petierit : « Tamen « in eo, inquit, reprehensibilis est, quòd datâ « sibi optione, tam pronâ ad dandum largitate « Domini, bonum illud quod verum et summum « est, non postulavit. » Verùm hoc bonum includitur in sapientiâ, quam postulavit Salomon, uti docet S. Ambros. in Psalm. 118, ad illa : *In toto corde meo exquisivi te.* Unde Sapient. 9, Salomon postulans à Deo sapientiam ait : *Ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore.* (Corn. à Lap.)

In hâc auctorum concertatione, primùm mihi videtur, tam Dei promissionem, quàm Salomonis orationem, et sapientiæ singulare donum, et alia, quæ cum sapientiâ cœlitùs collata sunt, accidisse Salomoni dormienti, oblati tamen somnii, et promissionis memori. Quod ipse Salomon cognovit statim atque confessus est, v. 15 : *Igitur evigilavit Salomon* (postquàm nimirùm promissiones et oratio, largaque impetratio ejus præcesserant), *et intellexit quòd esset somnium.*

Videtur secundò neque in Salomonis somnio fuisse meritum, neque propriè orationem fuisse. Ita S. Thomas supra cum Augustino et aliis, quos citant atque sequuntur Conimbricenses. Neque ratio est difficilis, si statuamus ibi nullam fuisse arbitrii libertatem. Tota difficultas est in explicando quomodò orationi Salomonis dicatur concessa fuisse sapientia, si oratio illa vacua fuit à mente atque consilio deliberante, et merum omninò somnium. At orationi suæ concessam esse sapientiam ipse docet Salomon, Sap. cap. 7, v. 7 : *Optavi et datus est mihi sensus : et invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ : et præposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius.* Sed non invenimus quo alio loco et tempore sapientiam optaverit, illamque rebus aliis prætulerit, cùm rerum omnium illi foret optio permissa. Neque videmus alibi divinitùs illi infusam fuisse sapientiam.

Solutionem hujus difficultatis, quæ non videtur esse levis, adhibent S. Thomas et Augustinus supra. Putant enim orâsse hoc ipsum sæpè Salomonem vigilantem, et optâsse sapientiam, quia aliter non putabat tantum populum posse in officio et religione contineri. Quare cùm hæc foret diu ac sæpè meditatus, diu item ac sæpè judicaverat sapientiam rebus omnibus quas homines amant et admirantur, esse præferendam ; idcircò illam unam postulârat à Domino, aliarum rerum immemor, quas hujus comparatione nullius esse pretii judicabat. Fieri porrò solet, ut quotidiana docet experientia, ut quæ meditabamur vigilantes interdiu, illa dormientibus sic occurrant expressis ad veritatem imaginibus, ut vanas rerum species non possit interdùm homo solutus jam à somno à veris solidisque distinguere. Huju rei exempla sunt plurima, et

sanctorum Patrum, et profanorum hominum præclara testimonia. Explicuit hæc multis Petronius Arbiter, cujus libet verba transcribere, quia nostro instituto maximè sunt accommodata, quæ sumpsisse videtur ex Lucretio lib. 4 :

Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra Deûm, nec ab æthere numina mittunt,
Sed sibi quisque facit. Nam cùm prostrata sopore
Languent membra, quies et mens sine pondere ludit,
Quidquid luce facit; tenebris agit, oppida bello
Qui quatit, et flammis miserandas sævit in urbes,
Tela videt, versatque acies, et funera regum
Atque exundantes profuso sanguine campos.
Qui causas orare solent, regesque forumque,
Et pavido cernunt inclusum corde tribunal;
Condit avarus opes, defossumque invenit aurum;
Venator saltus canibus quatit, eripit undis,
Aut premit eversam periturus navita puppim;
Scribit amatori meretrix; dat adultera munus,
Et canis in somnis leporis vestigia latrat;
In noctis spatio miserorum vulnera durant.

Hæc eadem alii, ut Seneca in Octaviâ :

Quæcumque mentis agitat infestus vigor,
Ea per quietem sacer et arcanus refert,
Veloxque sensus.

Longum esset referre quid profani dixerint, scripseruntque. Nonnus ait somnium imaginem esse eorum quæ interdiu agimus aut cogitamus: « Somnium, inquit, exemplar est operis « peracti. » Quod variis deinde exemplis confirmat.

Neque minùs sancti graviter et frequenter. Gregorius Nissenus, lib. de Opusc. hominis, somnia quædam, quale fuit hoc Salomonium, similia esse dicit citharæ, cujus fides, etiam dùm cessant aut digiti aut plectrum, adhuc tamen moventur et tinniunt. Idem Basilius oratione 2 de precatione : « Noli propter stu- « porem, qui fit in somno, mediam vitæ par- « tem inutilem facere, sed tempus noctis divi- « de, cujus partem tribue somno, partem pre- « cationi, imò etiam et ipse somnus pietatem « meditetur : solent enim ut plurimùm hæ ima- « ginationes quæ in somnis fiunt, veluti extre- « mæ quædam resonantiæ esse curarum diur- « narum. » Hic Basilii locus casum mihi videtur Salomonis proponere, qui sæpè ante hoc tempus, et eâdem nocte proximè ante somnum orationi intentus videtur aliarum rerum, immemor sapientiam à Deo postulâsse. Quod cùm fecisset toto animo in eam curam intento, cui ea cogitatio altiùs insederat, nihil mirum, si quod proximè meditabatur vigilans, idem dormienti statim occurreret.

Ex his videtur effici quod ex S. Thomâ et Augustino supra adducebamus, Deum non respondisse orationi quam habuit aut habuisse sibi visus est Salomon in somnis, sed quam vigilans habuit aliis sæpè temporibus, quæ orationi proximæ quàm simillima fuit. Quod etiam tenet Bonaventura, d. 15, q. 6, dùm dicit non placuisse Salomonem dormiendo, sed ideò illi apparuisse Deum in somnis, quia vigilando et præcogitando placuerat. Ex his etiam intelligitur quomodò Salomon priùs accuratè præstiterit, quod ipse aliis ad sapientiæ studium tantopere commendat, Sap. 6, v. 15 : *Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit.* Acquisivit enim illam vigilando, non somno deditus aut inertiæ, licet illam à divinâ manu consecutus sit.

Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte. Commune est theologorum placitum apparitiones has quæ à Domino factæ fuisse in Scripturâ dicuntur, factas esse per angelos, qui quoniam quâdam pro Deo legatione fungebantur, Dei nomine cum hominibus agebant. Quâ de re pluribus nos in nostris Commentariis super Acta ad illud c. 7, v. 30 : *Apparuit illi in deserto montis Sina angelus.* Ubi qui Exod. 3, vocatur *Dominus*, eo loco dicitur *angelus*, et rursùs idem statim v. 32, dicitur *Deus Abraham*. Neque aliter loquitur, quàm si esset verus Deus, et non tantùm significatus, et quasi adumbratus in angelo : *Ego sum* (ait angelus Dei nuntius), *Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob;* et statim rursùs v. 33 : *Dixit autem illi Dominus*, qui illicò iterùm vocatur angelus v. 35 et 38, ubi illa de angelo dicuntur, quæ in unum Deum convenire poterant, quia nimirùm Dei personam tanquàm legatus referebat. Idem etiam apparet Gen. c. 22, v. 11, ubi angelus dixit Abraham : *Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam; nunc cognovi quòd times Deum, et non pepercisti unigenito filio tuo propter me;* et statim v. 15 : *Vocavit autem angelus Domini Abraham secundò de cœlo, dicens : Per memetipsum juravi*, etc.; sic etiam iste, qui apparuit Salomoni, angelus fuit, utpote Domini legatus nomen sibi Dei assumit, et verba quæ uni tantùm Domino conveniunt.

Vers. 6. — Et ait Salomon : Tu fecisti cum servo tuo David patri meo misericordiam magnam, etc. Quæ nunc dormiens dicere, atque orare visus est Salomon, illa eadem vigilans

sæpè, et nunc proximè dixerat. Hæc porrò oratio ita gratias agit Deo propter misericordiam, quâ parentem suum complexus est, ut nonnullas etiam rationes proponat propter quas, quod orat, à Deo possit, imò et debeat exorare. Ait enim accepisse Davidem à Deo dona, quæ licet à misericordiâ profecta fuerint, unde ipsa quoque misericordia vocantur, tamen Davidis merita fuerunt non exigua, cùm ambulaverit coram Deo in toto corde in veritate et justitiâ. Neque defuncto Davide finitæ fuerunt in ejus genus et familiam misericordiæ. Nam illius loco ad thronum ascendit, non ex aliâ tribu, vel familiâ, sed ex illius semine, ut præsens testatur dies. Qui sanè rex non ab alio, quàm ab ipso Deo constitutus est (id enim valet: *Tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo*), et id constat ex lib. 2 Regum c. 7, v. 12, et 1 Paral. c. 28, v. 15, quæ etiam ratio movere debet Deum, ut illi quem regem suo populo præfecerat, de rebus quæ ad rectam illius administrationem pertinerent abundè provideret; lib. 2 Par. c. 1, hoc ipsum magis explicatur, ubi Salomon divinam fidem appellat. *Nunc ergo, Domine Deus, impleatur sermo tuus, quem pollicitus es David patri meo: tu enim me fecisti regem*, etc.

Vers. 7. — Ego autem sum puer parvulus, et ignorans egressum et introitum meum. Nunc suam proponit indigentiam, et tanto muneri facultatem imparem. Primùm ab ætate, à quâ longè abest prudentia, et illa quæ appellari solet usûs disciplina, id est, experientia: quæ enim experientia in illo, judiciique maturitas, qui parvulus est, neque in rebus quibuscumque aliquid habet definitum et certum, quod sequatur? (id enim valet egressum suum et introitum ignorare.) *Populus autem innumerabilis est, sicut pulvis terræ* (sic habes lib. 2 Par. c. 1), cujus habenas moderari ejus est, in quo vulgaris non sit aut experientia rerum, aut judicii maturitas. Quoto verò anno regnare cœperit Salomon, jam à nobis paulò ante disceptatum est.

Vers. 9. — Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, et discernere inter bonum et malum. Lib. 2 Par. c. 1, v. 10, paulò aliter: *Da mihi sapientiam et intelligentiam, ut ingrediar et egrediar coram populo tuo.* Ingredi et egredi, juxta Hebræorum idioma, idem est, atque administrare, et judicare liberè, sicut principes faciunt supremi in aliquâ republicâ, qui nullius premuntur imperio; qui quoniam clavem habent regni (hæc enim imperii symbolum est), ingrediuntur egrediunturque, quandocumque libuerit. Id quod uno judicandi verbo hoc loco significatum est. Cor autem docile idem fortassè est, quòd *doctum* et *intelligens*, ut respondeat sapientiæ et intelligentiæ, quam lib. 2 Paral. c. 1, postulâsse traditur. Etenim nomina hæc, quæ non tam possessionem, quàm dispositionem indicant, seu, ut dicunt physici, non tam actum significant secundum quàm primum, interdùm possessionem indicant, seu actum secundum, sicut nomen huic simile, *docibile*, pro *docto*, ponitur Joan. 6, ubi Christus: *Scriptum est in Prophetis: Erunt omnes docibiles Dei.* Hoc autem est apud Isai. cap. 54, v. 13: *Universos filios tuos doctos à Domino.*

Sed transtulit hic Vulgatus optimè *docile*, Hebr. *leb someahh*, id est, audiens. Sed reverà principis, in eâ præsertim ætate, in quâ tunc erat Salomon, ea summa videtur esse sapientia atque intelligentia, si se ab illis regi sinat in quibus propter ætatem, et judicii maturitas est, et usu multiplex rerum experientia comparata: qui enim aliorum prudentiæ obsequentem se præbet, ille dominus est illorum judicii atque prudentiæ, quibus omninò utatur pro suis. Atque ideò qui cor postulat docile, quodque facilè regi ab aliis atque formari possit, sapientiam postulat et intelligentiam, qualis ab ætate juvenili optari, et in ætate juvenili maximâ spectari potest. Quare si rem rectè expendas, ab hoc loco ille alius Paralipomenon in solo tantùm dicendi genere dissentit. Sed alio præterea modo locus hic cum lib. 1 Paral. conciliari posset, et fortassè meliùs: libri etenim illi, ut à me alibi sæpiùs observatum est, multa explicant, quæ in libris Regum traduntur obscuriùs, multa addunt, quæ ibi fuerant omissa. Petierat, opinor, Salomon à Domino sapientiam et intelligentiam, ad regium munus utiliter exercendum: quòd si illud non videretur concedendum, saltem cor largiretur docile, ut sapientum consiliis adhæresceret. Hoc posterius ex verbis dierum Salomonis, de quibus infra cap. 11, v. 41, sumpsit, qui libros Regum concinnavit. Illud posterius addidit auctor lib. 2 Paralip., neque tamen illud negavit de corde docili, sed quia jam traditum erat sacris monumentis, omisit; quòd autem sapientiam sibi et intelligentiam petierit, illud, meo judicio, manifestè confirmat, quòd infra v. 12, concessisse dicitur Deus id quod Salomon postulâsset: concessit autem cor sa-

piens et intelligens, ita ut nullus cum eo dicatur esse conferendus sapientiâ. Hoc verò aliquid addit supra cor docile. Vide quæ nos ad illum locum statim.

Hìc porrò in hâc Salomonis petitione multa sunt, quæ laudet, et discat prudens et religiosus animus. Non enim petit, quæ homines plerùmque admirantur et captant, non opes, non delicias, non alia, quorum usus aut malus est, aut non ubique bonus, sed sapientiam et intelligentiam. Cùmque in hâc multa sint, quæ homines magis inflant quàm implent, et quorum usus ad mores componendos minùs est necessarius, illud tantùm postulat, sine quo munus datum sibi à Domino sustinere ac præstare non potest : *Ut populum*, inquit, *tuum judicare possit, et discernere bonum à malo.* Quæ petitio animi est religiosi, et qui neque suo muneri, neque populo suæ fidei concredito deesse vult. Sed quia si donum hoc proprium foret, neque alienis indigeret consiliis, placeret sibi insolens animus tanti sibi, ac proprii boni conscius, si petit tantùm cor docile, id petit ut se aliorum consiliis regi sinat, et quæ ab aliis traduntur sive ad rempublicam administrandam consilia, sive ad suos mores informandos præcepta cognoscat; aut certè ut se divinis legibus et Dei inspirationibus obsequentem præbeat, neque sui sibi judicii nimis sit præfractè et obstinatè tenax. Quod petiit Sap. c. 9, v. 4 : *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam.*

Vers. 10. — Placuit ergo sermo coram Domino, quod Salomon postulasset hujusmodi rem. Placuit Domino tanta Salomonis modestia, quòd nihil petierit vanum, aut inutile, quòd nihil sibi petierit proprium, sed cum populo commune, imò quod ad populi tantùm spectaret utilitatem exigeret. Illud, *hujusmodi rem*, multa secum involvit, quæ si religiosus orator accuratiùs expendat et evolvat, magna inveniet pro formandâ utiliter oratione, documenta. Primùm vim habet maximam ad conciliandam divinam misericordiam propriæ pusillitatis et infirmitatis non simulata aut artificiosa confessio, qualis fuit hæc Salomonis, qui se puerum confitetur, et ita rudem, ut ingressum suum et egressum ignoret. Quod ita verè et ex animo Salomonem fecisse argumento est, quòd idem, ut diximus, sæpiùs optaverat. Neque in somnis illæ solent occurrere rerum species, quæ non priùs altiùs insederunt animis : hæc autem oratio non tam fuit hoc loco à vigilante expressa, quàm oblata dormienti. Deinde quia illa petit, sine quibus implere non potest, quod sibi à Domino datum est negotii. Nam si cor tantùm petit docile, illud non tam sibi petit, quàm populo et illis, quos habiturus esset à consiliis, quando sibi cor petit, quod obsequatur libenter illis, quorum Dominus prudenti rerum cognitione pectus impleverit. Qui hæc petit, prudenter orat, atque ideò accepit. Multi enim petunt, et non accipiunt, eò quòd et malè, et inutilia petunt, quæ Deus hominibus quasi pater filiorum amans concedere non vult.

Vers. 11. — Quia postulasti verbum hoc, et non petiisti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum. Hæc communiter hominum deprecatio est, qui ut terrenis indormiunt et invigilant, sic in illorum oratione, et ore nihil magis assiduum. Vitam amant longam, sed de illius honestate non laborant : neque bonum divitiarum usum desiderant, sed cæco quodam impetu ad divitiarum incrementa rapiuntur, inimicorum sitiunt sanguinem, et id curant maximè, ut cum aliorum sive injuriâ sive dolore, dolori suo atque furori satisfaciant. Hæc orant, aut cum horum studio ad orationem accedunt, ex quo fit, ut cùm diù et vehementer orent, illorum vota Deus et orationem non audiat.

Sed postulasti tibi sapientiam, ad discernendum judicium. Repulsam quoque tulisset, opinor, Salomon, si aliud sapientiæ genus postulâsset, quod ad morum honestam conformationem non pertineret. Disciplinas, puta, physicas et astronomicas, et genealogias stultas, illa denique, quæ ex sententiâ Hieronymi Salomon videtur damnare Eccles. c. 1, v. 12 : *Proposui in animo meo quærere, et investigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in eâ.* Quid enim Salomoni usûs afferrent cætera alia ad benè constituendam, moderandamque rempublicam, cognitiones videlicet herbarum, astrorum, et rerum aliarum, quæ ita capiunt et complent homines, ut illos neque contineant in officio, neque ad rectum vitæ modum illustrent et informent. Illa verò cognitio, quæ æquum ab iniquo, et sacrum à profano distinguit, sic est principibus necessaria, sive ipsi discant, sive à sapienti, familiarique consiliario accipiant, ut si ab illâ ad judicium imparatus accedat, hostis potiùs existimari debeat æquitatis et legum, quàm illarum custos et vindex.

Ecce feci tibi secundum sermones tuos, et

DEDI TIBI COR SAPIENS ET INTELLIGENS. Cor docile sibi petierat Salomon, id est, audiens, et quod se ad sapientum attemperaret consilia, quæ, ut diximus, propria et maxima sapientia, atque intelligentia juvenilis ætatis, ut supra ex lib. 2 Par. c. 1, probabamus. Videtur autem Salomon utrumque à Domino postulâsse, et sapientiam ad gubernandum, et ad aliorum consilia cor non indocile, ut paulò ante nobis visum est probabilius. Dedit igitur Deus juxta Salomonis sermones, id est, juxta illud, quod oraverat Salomon : nempe sapientiam et intelligentiam, quod priori loco postulaverat, neque ingenium negavit docile, quod in adolescente singularis, et penè maxima commendatio est.

IN TANTUM, UT NULLUS ANTE TE SIMILIS TIBI FUERIT, NEC POST TE SURRECTURUS SIT. Hic nobis necessariò quærendum, fueritne Salomon ab omni ævo ad omne usque ævum omnibus sapientior, et qualis fuerit, et quanta Salomonis sapientia? Et primùm puto hic sermonem esse non de omni terrâ, sed tantùm de terrâ promissionis, juxta illam regulam, quam Hieronymus tradidit ad illud Isai. c. 13 : *Et disperdam omnem terram.* « Non, inquit, totum « orbem, sed omnem terram Babylonis et « Chaldæorum. Idioma est enim Scripturæ, « ut omnem terram illius significet provinciæ, « de quâ sermo est. » Exempla sunt obvia; accipe hæc pauca : Actorum 2, v. 5 : *Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi viri religiosi ab omni natione, quæ sub cœlo est;* ab omni nempe natione, in quâ erant Judæi. Esdræ cap. 1 : *Omnia regna terræ dedit mihi Dominus,* scilicet Assyriorum, ubi ipse regnabat. Lucæ cap. 2 : *Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis,* subjectus nempe Romano imperio. Sic etiam in Scripturâ sacrâ, *omnis terra,* sæpè pro terrâ tantùm promissionis usurpatur. Quare si statuas hoc loco comparationem tantùm fieri cum his qui in eâdem cum Salomone regione vixerunt, à quo Scripturæ sacræ usus non abhorret, nihil sentires Scripturæ sacræ contrarium, et si putares fuisse complures alios, qui Salomonem aut præcesserunt ætate, aut consecuti sunt, qui illum sapientiâ non adæquârunt solùm, sed etiam superârunt. Sed puto comparationem fieri cum omni ætate, et in omni etiam terrarum ambitu : id enim sonat littera, quæ cùm nihil contineat absurdi, juxta verborum proprietatem (ut docuit Augustinus) intelligenda est. Nihilominùs, quia universale signum non semper significat universaliter (unde cùm ex aliquo numero pauci sint, qui aliquid non fecerint, omnes fecisse dicuntur; si contra fecisse pauci dicantur, nullus fecisse dicitur). Si pauci sunt, quos non excelluerit sapientiâ Salomon, omnes dici possunt ab illo sapientiâ superati. Qui tamen illi fuerint obscurum est. Sapientiorem fuisse Adamum negat Abulensis q. 7, ubi Salomonem omnibus præponit, uno excepto Christo Domino, et B. Virgine. Alii plures contra sentiunt, qui dicunt majorem Adamo datam esse sapientiam quàm Salomoni, quia illi utpote humani generis parenti ad posterorum instructionem et gubernationem multò plus sapientiæ infusum oportuit. Ita Gregor. de Valentia t. 1, d. 7, q. 2, Pereira lib. 5 in Gen. q. 3. Pineda in Salomone prævio lib. 3, cap. 10; Dionysius hic, quod mihi videtur magis verisimile.

Alii comparari tantùm putant Salomonis sapientiam cum sapientiâ regum Israel; quare multos alios inveniunt, quorum sapientiam Salomonis sapientia non æquavit: qualis fuit Adamus, Moyses, prophetarum aliqui, Apostoli (nam de Christo, et Mariâ matre nemo dubitat); ita Lyra, Cajetanus, Vatablus, Emmanuel Sâ. Quod ideò videtur non incredibile, quòd lib. 3 Regum c. 18, v. 23, cum regibus tantùm videtur comparari, neque fortassè cum omnibus, sed cum his tantùm qui Israelitico populo præfuerunt. *Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ divitiis et sapientiâ.* In terrâ autem, seu in omni terrâ, ut ante diximus, terram sæpè promissionis intelligit Scriptura; licet posterior ista sententia non sit improbabilis, tamen puto quod ad sapientiam attinet (nam de divitiis alia ratio est), comparationem non fieri cum regibus solùm, aut cum his qui in terrâ promissionis sapientiâ claruerunt, sed cum omnibus qui ubicumque terrarum agerent, modò paucos aliquos excipias, qui tamen non impediunt quominùs dici possit Salomon ex Hebræorum idiomate sapientissimus omnium, ut paulò ante dicebamus, et observavit hoc optimè Dionysius. Qualis fuit Adamus, et fortassè Paulus, et aliqui ex Prophetis, quibus se Deus familiariùs et frequentiùs quàm Salomoni communicavit, de quibus affirmari certò nihil potest. Quòd autem cum externis quoque hominibus conferatur, præferaturque Salomonis sapientia, liquet ex cap. 4, v. 30 : *Præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum, et erat sapientior cunctis hominibus,* etc., qui Orientales

nominat populos, et in illis quidquid est in terrarum orbe hominum sapientium. Quomodò si quis dicat Atheniensium philosophorum aliquem sapientiam excellere, ille diceret talem hominem philosophorum omnium esse sapientissimum; quidquid enim est in terris philosophiæ, id Athenis esse putabatur. Cùm verò statim additur, *sapientior Ethan Ezraita, et Heman, et Chalcol, et Darda*, perinde est, ac si quis diceret sapientiorem esse Platone, Socrate, Aristotele : hic enim diceret in sapientiâ cum illo neminem debere conferri, quando isti censentur philosophorum omnium facilè principes : hi enim Salomonis tempore obtinuerant primam sapientiæ laudem. In Orientalibus Chaldæi intelliguntur, et Syrii, qui de astris arcana multa cognovisse narrantur. Quales verò fuerint Ægyptiorum de re astronomicâ atque geometricâ disciplinæ, nemo nescit. Vide Justinum Martyrem, q. 25 ad orthodoxos; Clem. Alex. lib. 1 Stromat., non procul à fine; Philon. de vitâ Moysis lib. 1; Aug. de civitate lib. 8, cap. 40; vide Pereiram in cap. 1 Exod. q. 7.

De hâc Salomonis scientiâ latè Abulensis à q. 8, ubi multiplicem Salomoni tribuit, eamque perfectissimam sapientiam; quod item tractat accuratè Pineda in Salomone prævio lib. 3, c. 10. Quidam putant illam scientiam tantùm infusam Salomoni, quæ ad populi prudentem et rectam administrationem pertinet. Quia id ille tantùm petierat, et id illi tantùm concessum est. Nam supra illa quæ petierat, tantùm adduntur divitiæ et gloria, et quibus nihil est cum sapientiâ commune. Sic legimus : *Postulâsti tibi sapientiam, ad discernendum judicium; ecce feci tibi secundùm sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intelligens*, etc.; *sed et hæc quæ non postulâsti dedi tibi, divitias scilicet et gloriam*, etc. Ecce quemadmodùm supra illam, quam postulaverat, nullam aliam sapientiam addiderit. Idem habes lib. 2 Paralip. c. 1, v. 11; ita putat Cajetanus.

Sanè si nihil haberemus ab Scripturâ aliud, optimè Cajetanus de Salomonis inspiratâ sapientiâ cogitabat, neque ego ab illius sententiâ recederem. Sed sunt alia, quæ huic Cajetani cogitationi adhærere non sinunt. Multa enim cognovit Salomon, quæ assequi nemo, ut maximè valeret ingenio, et diuturnam operam, illamque assiduam, et aciem, et à quâlibet aliâ occupatione liberam adhiberet, assequi non posset. At videmus Salomonem ante initum regnum, cùm à regni molestiis vacuum habuit et liberum otium, non potuisse tot assequi rerum perfectam intelligentiam, cùm parvulus esset et, ut plerique sentiunt, non supra duodenem, quando ætas ludicris et jocularibus studiis magis erat, quàm seriis et severioribus idonea. Interim verò dùm mentem intenderet, daretque regiam operam reipublicæ moderandæ, ac templi fabricæ, ecquod habere potuit tantum otium, quod in tot disciplinarum studia conferretur? Quare dicendum est, illas quoque scientias cum perfectâ gubernandi intelligentiâ, eodem omninò tempore fuisse concessas. Quænam illæ fuerint, vide apud Abulensem atque Pinedam suprà; mihi sat erit quod Salomon de se prædicat Sap. cap. 7; nam cùm dixisset v. 7 : *Propter hoc optavi, et datus est mihi sensus; et invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ, et præposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius.* Hæc sunt quæ hoc capite à v. 11, sacer prodit historicus de Salomone; et statim v. 17 : *Ipse enim* (Deus) *dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum, initium, et consummationem, et medietatem temporum, anni cursus, et stellarum dispositiones. Naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum; differentias virgultorum, et virtutes radicum, et quæcumque sunt absconsa atque improvisa didici: omnium enim artifex docuit me sapientiam.* Neque his minora sunt, quæ dicuntur infrà c. 4, v. 32 : *Locutus est quoque Salomon tria millia parabolarum, et fuerunt carmina ejus quinque et mille : et disputavit super lignis à cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, qui egreditur de pariete, et disseruit de jumentis, et volucribus, et reptilibus, et piscibus.* Similia habes Eccl. c. 47, v. 16. Hæc nemo dicet ad politicum œconomicumque negotium esse necessaria (1).

(1) Saint Paulin, considérant la sagesse de Salomon dans le choix qu'il fit de demander au Seigneur cette sagesse même préférablement à toutes choses, nous donne sur ce sujet une excellente instruction : « Celui, dit-il, « qui est tout-puissant pour donner à ceux « qui se confient en lui beaucoup plus qu'ils ne « demandent, donna alors à ce prince, qui « se contentait de lui demander sa sagesse, « toutes les richesses et toute la gloire qu'il « ne lui demandait pas; et il voulut, ajoute-il, « les lui donner pour cette même raison qu'il « ne les avait point désirées. Il récompensa « ce sage choix, qui lui faisait préférer ce « qu'il y avait de plus grand à ce qu'il y avait de « plus petit, en ajoutant de lui-même ces petits « biens qu'il négligeait, aux plus grands qu'il lui

VERS. 13 — SED ET HÆC QUÆ NON POSTULASTI, DEDI TIBI : DIVITIAS SCILICET, ET GLORIAM, UT NEMO FUERIT SIMILIS TUI IN REGIBUS CUNCTIS RETRO DIEBUS. In lib. 2 Paralip. c. 1, v. 22, paulò aliter, sed sensu non diverso : *Sapientia, et scientia data sunt tibi : divitias autem, et substantiam, et gloriam dabo tibi, ita ut nullus in regibus nec ante, nec post fuerit similis tibi.* Ubi duo videntur inter se perbellè consentire. Alterum quia eodem noctis articulo, quâ data est scientia, datæ quoque dicuntur divitiæ et gloria, qualia reges alii consecuti non sunt; at in Paralipomenis daturum se Dominus dicit, non dedisse divitias, substantiam et gloriam. Sed duo hæc loca se sibi facili negotio conciliant, si statuamus aliquid interdùm in Paralipomenis addi, quod in libris Regum omissum est. Dedit Deus opes plurimas Salomoni, quas pater multo labore ante atque studio quæsierat, de quibus Josephus lib. 7 Antiquit. c. 12: « Tantas divitias reliquit, quantas « nullus alius rex, vel Hebræorum, vel aliarum « gentium. » Sed alias quoque dedit postea, quibus regium fiscum vehementer auxit, de quibus suis locis agendum est. Vide interim lib. 3 Reg. c. 16, v. 27, et Eccl. 47, v. 20. Quare quo tempore hæc dicta sunt, acceperat jam Salomon divitias sibi à parente relictas, et adhuc erant aliæ à Domino paratæ, quas suis temporibus acciperet. De prioribus videtur actum in lib. Regum, de posterioribus in lib. Paralip.; sed quia modus ipse loquendi nihil indicat datum divitiarum ante datam sapientiam, et Davidis opes ante illud nocturnum somnium Salomon acceperat, ideò de aliis divitiis, quas aggregavit Salomon, sermonem esse reor. Neque tamen duo hæc loca, quæ minùs videntur inter se consentire, dissentiunt. Notum est ea, quæ aut brevi fient, aut sine ullo prorsùs errore contingent, explicari solere per præteritum, ut variis in locis à nobis explicatum est. Ex quo fit ut familiare sit Prophetis, præterito tempore uti pro futuro. Quare idem est, dedi divitias, atque, dabo ita fideliter ac certò, ut quæ promissa sunt, pro concessis jam verè existimari possint.

Ex his non dubium est in illâ nocte, ac somnio infusam fuisse Salomoni sapientiam. Quo tamen anno ab inito regno, seu Davidis morte somnus iste contigerit, obscurum est, neque auctores afferunt, imò neque, ut ego arbitror, afferre possunt aliquid certi. Illud certum non fuisse admodùm ætate progressum, quod indicat illud Eccles. 47, v. 15, ubi institutus de Salomone sermo : *Eruditus es in juventute tuâ, et impletus es, quasi flumen, sapientiâ.*

Alterum quia in lib. Regum superandi dicuntur divitiis et gloriâ à Salomone reges, qui Salomonis ætatem præcesserunt. In Paralipomenis autem illi etiam, qui consecuti sunt. Solutio jam à nobis paulò ante indicata est, nimirùm, aliquid additum in Paralipomenis, quod in libris Regum omissum fuit; utrumque promissum est à Deo, utrumque concessum, neque tamen utrumque proditum libro Regum tertio, sed illud prius; utrumque in lib. Paral. adhibitum : ab historico autem non exigimus ne vera dicat omnia, sed ne aliquid audeat quod ab historicâ fide, ac veritate recedat.

Sed nunc illud explorandum, an reges omnes, qui Salomonis ætatem præcesserunt et consecuti sunt, minùs fuerint, quàm Salomon, aut abundantes opibus, aut gloriâ florentes. Ego ita existimo, non tamen de omnibus intelligo quotquot fuerint antea, ut postea sunt futuri in universâ terrâ, sed de illis tantùm, qui regnaverunt in Israele; quod ipsemet explicuit Salomon Eccl. cap. 2, v. 7 : *Possedi servos, et ancillas, multamque familiam, armenta quoque, et magnos ovium greges ultra omnes, qui fuerunt ante me in Jerusalem. Coacervavi mihi argentum et aurum, et substantias regum, ac provinciarum, feci mihi cantores, et cantatri-*

« avait demandés. Ainsi ce roi mérita de se « voir comblé de toutes sortes de biens, pour « avoir su désirer ceux qui étaient les plus « désirables. Et il nous apprend à tous par « son exemple à imiter sa sagesse en imitant « le choix qu'il a fait. Car si nous sommes « assez imprudents pour préférer aux grandes « choses les plus petites, et les biens fragiles « de la terre aux biens éternels du ciel, en « punition de ce choix extravagant qu'inspire « la cupidité, nous serons privés en même « temps, et du bien suprême que nous aurons « méprisé, et du bien si méprisable que nous « aurons recherché; étant condamnés très- « justement, et à ne point recevoir ce que « nous avons regardé comme le moins dési- « rable, et à être dépouillés de ce que nous « avons injustement préféré à ce que nous « aurions dû préférablement choisir. *Minora « enim majoribus, et summis infima bona, id est, « terrena cœlestibus anteponentes, in pœnam « stultæ cupiditatis, omni carebimus, summo si- « mul atque infimo bono ; et illa justè non acce- « pturi quæ non desideravimus, et istis meritò « defraudandi, quorum amore noxio potiora ne- « glexerimus.* » C'est ce que le Fils de Dieu nous a exprimé en peu de paroles, lorsqu'il nous a dit : *Cherchez avant toutes choses le royaume et la justice de Dieu, et les autres biens vous seront donnés comme par surcroît.* (Sacy.)

ces, et delicias filiorum hominum, scyphos, et urceos ad ministeria, et vina fundenda, et supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Jerusalem. Scio esse multos, qui sic accipiant divinam hanc promissionem, ut putent neminem ex præteritis antea, vel ex futuris postea regibus ad Salomonis majestatem et opes, aut pervenisse priùs, aut perventurum aliquando. Sed quando neque littera eò nos adigit, ut fateamur cum omnibus omnium temporum, locorumque regibus esse comparationem, et modò videamus ad reges, qui fuerunt Hierosolymis, coarctari, satis probabiliter putamus dici posse non ultra Israeliticos fines de regiâ majestate atque opibus comparationem extendi. Et quidem, ut hìc observavit Abulens. q. 12, et Dionysius, multi fuerunt superioribus seculis, quorum gloriam et divitias non videtur adæquâsse Salomon, quales fuerunt Nabuchodonosor, Cyrus, Alexander, Octavius Cæsar; et nostrâ ætate plura videtur ex subjectis sibi regionibus orbis antiqui et novi habere tributa Hispaniarum, et ex barbaris Sinarum rex, quàm habuit Salomon, cujus imperium angustis terminis definitum est, et non usque adeò pretiosi metalli, et pretiosorum lapidum ferax. Alii aliter conjectant, et fortassè meliùs; sed mea mihi nunc conjectura non displicet. Quòd autem, quotquot fuerunt reges in Israele, in majestate, atque opibus longè fuerint à Salomone superati, clarius est quàm ut à nobis confirmari debeat.

Vers. 14. — Si autem ambulaveris in viis meis, et custodieris præcepta mea, et mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos (1). Quidam omnia hæc eâ Salomoni conditione promissa existimant, si parentis vestigiis ingressus divina mandata seriò atque intemerata custodiat. Quod, opinor, verum non est; nam multa horum simul cum promissione collata sunt. Potiùs crediderim, aut à Deo promitti Salomoni, si à divinis mandatis non recedat, opum abundantiam, sapientiam et gloriam, qualem ante descripsimus ad longum tempus, ita ut diuturnam agat vitam, cujus pars nulla sit à regio splendore, aut fortunâ vacua, aut certè, quod magis videtur ad litteram, et putat Abulensis quæst. 11, longos impleat annos, quod homines in magnâ ponunt felicitatis parte; ubi benè illis est à fortunâ. Nam quî potest ille censeri fortunatus, quantumvis reliqua contingant ex votis, si vita contingat non diuturna? cujus spes potiùs videatur ostensa quàm adita possessio.

Vers. 15. — Igitur evigilavit Salomon, et intellexit quod esset somnium. Post hæc extrema verba Salomon solutus est somno. Nec difficile fuit in somno sibi superiora fuisse oblata, quando proximè se dormiisse noverat, nec videtur ulla fuisse causa, cur hìc dicatur nôsse illud fuisse somnium, nisi intelligamus hìc aliquid supra illa, quæ vulgo hominum appellantur somnia, in quibus nihil fit nisi vanæ quædam imagines, quæ sopitis hominum sensibus illudunt. Sunt enim quædam somnia prophetica, quæ dormientibus aliquid, aut prædicunt, aut portendunt, quibus homines jam vigilantes aliquid putant esse ponderis; et qui somnia immisit, illam quoque somniantibus mentem indidit, ut solidum aliquid viderent et agnoscerent in rebus quas inanes alibi rerum imagines objiciunt. Qualia fuerunt Pharaonis, Laban et Nabuchodonosoris somnia, et quale viris sanctis sæpè immissum est, ut Adamo Gen. 2, v. 21; et Abraham Gen. 15, v. 12; et Josepho Gen. 38, v. 5; et alteri Josepho sponso Virginis, Matth. cap. 2, v. 13. Intellexit ergo Salomon esse somnium, id est, Dei sermonem, quali Deus homines per quietem illustrat; quod accidisse Patriarchis olim non ignorabat sera posteritas. Seu, quod idem fermè est, quid somnium illud in futurum portenderet, Salomon agnovit; id quod ipsa somnii verba non obscurè propendent. Neque enim dicitur Salomon agnovisse illud esse somnium, sed *quòd esset somnium,* id est, quodnam esset somnium, aut quò spectarent spe-

(1) *Que si vous gardez mes ordonnances, comme votre père les a gardées, je vous donnerai encore une longue vie.* Il paraît étrange que Dieu propose David comme un prince qui avait gardé ses ordonnances, lui que l'on savait avoir violé par un adultère et un homicide sa loi divine. Mais c'est ce qui peut servir d'une grande consolation pour les pécheurs, qui, étant tombés comme David, se sont relevés comme lui par la pénitence. Dieu juge de l'homme non par les fautes où il peut tomber, mais par son humble retour vers lui. Et ainsi, quoique les crimes où était tombé David fussent très-grands, l'humilité de sa pénitence parut encore plus grande à ses yeux, et lui couvrait en quelque façon toutes ses fautes, selon que David le dit lui-même : *Qu'heureux sont ceux de qui Dieu pardonne les iniquités, et dont les péchés sont couverts.* Dieu donc avait oublié les crimes de son serviteur David, pour ne se plus souvenir que de son humble fidélité. Et c'était avec raison qu'il la proposait au roi, son fils, dont les bons commencements, dit saint Augustin, furent suivis d'une fin si malheureuse. *Hic bonis initiis, malos exitus habuit.* (Sacy.)

cies illæ à Deo per quietem oblatæ, aut certè cognovit se divinitùs accepisse sapientiam. Quo verò id modo deprehenderit, incertum.

Abulensis quæst. 11, in fine refert cujusdam Hebræi sententiam, qui putat statim agnovisse Salomonem infusam sibi à Domino sapientiam, quia ubi primùm solutus à somno evigilare cœpit, audivit garritus avium, et quid illæ voces significarent, intellexit : latratus canum et aliorum animalium multiplices sonos, quibus illorum sensus assecutus est. Is est Rab. Salomon, qui nihil non audet, modò ad popularem plausum. Quem velle confutare ejus esset, qui abuti vellet otio, et in re omninò ludicrâ operam perdere. Agnovit quidem Salomon quid acceperit, cujus rei tunc ille dedit illustre testimonium, cùm reversus à Gabaon, ubi flumen illud sapientiæ hauserat, Eucharisticon, seu gratulatorium sacrificium obtulit. Id enim esse puto hoc loco hostias pacificas, quibus aliquot etiam addidit holocausta : et quod in præclaro aliquo, et maximè felici rerum eventu solet fieri, exhibuit familiæ toti, famularique turbæ grande convivium. Accepisse verò se sapientiam divinitùs infusam ideò cognovit, quia Deus, qui fecerat ut momento temporis alia cognosceret, ille idem voluit ne hoc ipsum Salomonem lateret. Neque fieri poterat, quin ipse cognosceret magnam in se factam rerum mutationem : nam sicut ubicumque lux fuerit, ipsa se statim suo splendore prodit, sic sapientia, quæ instar obtinet lucis, non potest quin emicans foràs seipsam quamprimùm manifestet.

Cumque venisset Jerusalem, stetit coram arca fœderis Domini, et obtulit holocausta, etc. Obtulerat Salomon holocausta et victimas in Gabaon, ubi à Domino cor docile, et illam sapientiam postulaverat, quam in suo moderatore ac principe respublica desiderat. Rediit lætus in urbem tam grandi cumulatus dono, et Eucharisticon instituit sacrificium ; quòque aliis etiam foret commune gaudium, epulum præbuit pro regiâ majestate luculenter instructum. Quod in festis quibusque temporibus sive anniversaria sint, sive recenti aliquo successu festiva, fieri solitum, multa docent exempla non ex profanâ solùm, sed ex sacrâ etiam eruditione sumpta. Hinc in nuptiis, et in genethliacis anniversariis geniales epulæ in ovium tonsione, cùm multorum dierum fructus percipitur è gregibus, in læto nuntio, in amicorum adventu solemnes præparantur epulæ, ad quas familiares et amici vocantur. Sic Pharao Gen. 40, v. 10; Herodes Matth. 14, v. 6, fecerunt in natali die. Balthasar Dan. 5, cùm liberum se putavit à Persarum exercitu, ut nonnulli volunt; Samson in nuptiis ; quod fieri etiam solitum in nuptiali progressu, docuimus ad illud Cant. 5 : *Comedite, amici, bibite et inebriamini, charissimi.* Cùm ergo Salomon, ut ipse sæpè canit, sponsam sibi sapientiam habuerit, illamque hoc tempore duxisse videatur, cùm magno fuerit cumulatus ornamento ; cùm nunc alius à seipso factus existimari potuerit, et alium habuisse natalitium diem, cùm natus sit sapiens, qui paulò ante rudis, et usque adeò fuerit ignarus, ut ingressum suum et exitum ignoraret : quæ vita melior existimari debet, quàm illa quæ communem hanc lucem intuetur, et spiritum ducit vitalem ; quid mirum, si diem illum, in quo sponsam duxisse, et spiritum verè vitalem primùm hausisse visus est, natalitio, et geniali convivio celebraverit?

Vers. 16. — Tunc venerunt duæ mulieres meretrices. Statim atque sapientiam Salomon divinitùs accepit, illius dedit documentum illustre in duobus feminis, quæ de infantis vivi maternitate ac possessione certabant. Historia usque adeò apertè et distinctè proponitur, ut nullam ab interprete lucem, operamque desideret. Aliquid tamen in illâ considerandâ, quæ observârunt antiqui Patres, et habent pro re juridicâ præclara documenta. Ex hâc certè est sumptum caput 2, quod est de præsumptione violentâ titul. de Præsumptionibus. De quo judicio sic Hieronymus ad Rufinum epist. 131 : « Interpretatio, inquit, « judicii Salomonis quantùm ad simplicem « historiam pertinet, perspicua est, quòd puer « annorum duodecim contra ætatis suæ men- « suram, de intimo humanæ naturæ judicârit « affectu. Unde et pertimuit eum omnis Israel, « quòd scilicet eum manifesta non fugerent, « qui tam prudenter abscondita deprehendis- « set. »

Meretrix non semper turpem indicat quæstum, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis ad illud Isaiæ cap. 23, v. 15 : *Post septuaginta autem annos erit Tyrus quasi canticum meretricis. Sume citharam, circui civitatem meretrix oblivioni tradita.* Ubi sermo est de Tyro, quæ postquàm excisa est, reditura dicitur ad merces, quas sine dubio quæstum appellat meretricium. Et iterùm cap. 1, v. 21 : *Quomodò facta est meretrix civitas fidelis?* ubi Hebr. vox est *zonah*, quemadmodùm hic etiam

habent istæ duæ meretrices, quibus de infantis vivi possessione disceptatio est. Ut autem posteriori hoc loco pluribus observavimus, unde hùc nonnulla transcribimus, *zonah* ab eo verbo deducitur, quod propriâ, et latiori significatione merere significat, quocumque id modo, sive artificio fiat, sive honestum indicet, atque decorum, sive turpem atque damnatum quæstum. Meretrix ergo illam etiam feminam significat, quæ opificio aliquo, sive industriâ artem instituit, ex eâque captat neque impudicum, neque indecorum quæstum. Qualis est textrix, lotrix atque stabularia, purpuraria, scrutaria ; quale etiam nomen habere poterat mulier illa fortis, de quâ Proverb. ult., si sindonem, quam fecit et vendidit, et cingulum, quod Chananæo tradidit, ipsa venale circumferret, et eo quæstu suam aleret aut ornaret familiam. Hoc sensu Rahab, Josue 2, dicitur meretrix, quæ exploratores admisit in commune scilicet hospitium. Quam artem istæ duæ mulieres instituerint, incertum est; fuisse non turpem, qualis est illarum, quæ venalem habent pudicitiam, multa probant. Primùm, quia illæ feminæ dicuntur esse solæ : *Eramus,* (inquit illarum una) *simul, nullusque nobiscum alius in domo.* Mulierculæ autem illius artis nocturnum illud tempus solæ transigere non solent, certè noctes solent vendere, et interdùm non levi mercede. Deinde, quia ex illarum muliercularum libidine vagâ, atque promiscuo semine filii nasci non solent : atqui duæ illæ, quæ meretrices dicuntur, enixæ sunt filios. Neque, opinor, si scorta fuissent, quod ignorant in magnis etiam civitatibus paucæ, regios subire oculos ausæ non fuissent, cùm illud feminarum genus esset omnibus odiosum et vile. Hæ nobis conjecturæ persuadent, quamvis artem instituisse potiùs hasce mulieres, quàm quæ ab his, quæ magis vulgari sermone dicuntur meretrices, exercentur.

Vers. 19. — Dormiens quippe oppressit eum. Undenam hæc mulier cognoscere potuit extinctum infantem ab opprimente matre, quæ videlicet cùm minùs cautè quàm oporteret, somnum caperet, in misellum infantulum incubuit, oppressitque? Fortassè sanum viderat, cùm dormitum iret, neque putavit tam brevi illum moriturum, nisi vis aliqua advenisset extrinsecùs. Cùmque præter matrem ibi adesset nullus, à matre filiolum extinctum putabat. Hâc mulier adduci conjecturâ potuit; sed hæc ita affirmat, quasi certò nôsset, cùm tamen nullus adesset, qui videre potuerit, et mater præcisè negaret. Fortassè suspicata est sibi ab æmulâ instrui homicidii crimen, ut illius suspicionem declinaret, alterius capitis periculo; et ideò matrem extincti pueruli, patrati sceleris agit ream, ut illam ulciscatur injuriam, sive ut oblato metu æmulam ab injustâ petitione deterreat. Quæ ratio fortassè falsam matrem adduxit, ut à se infanticidii crimen depelleret et alteri objiceret, et veram, ut tantoperè de vivo puero sibi vendicando certaret, quia fortassè supplicium erat sive constitutum à lege, sive inductum à consuetudine illis, quæ infantes suos aut ultrò et cogitatò, aut etiam injuriè per negligentiam et incuriam opprimerent. Sanè posterioribus seculis decretum est supplicium illis, qui minùs cautè agunt cum filiis. Sic sanè cap. finali, de his, qui filios occiderunt, et cap. Consuluisti, 2, q. 4 ; vide Burchardum, lib. 17, cap. 58 et cap. 59. Ut hanc igitur pœnam effugeret, videtur illa mulier alteri supposuisse filium suum mortuum, et accepisse, et quasi sibi adoptâsse vivum. Cur enim alienum filium ipsa nutrire vellet, et sumere molestam illam curam, quam matres in filiorum nutritione sumunt? aut quam sumeret ex alieno partu sibi consolationem, ut levaret dolorem, quem capiebat ex suo in ipso vitæ limine sublato? (1)

(1) Vers. 22. — Contendebant coram rege, quia deerant testes, aliæque probationes et indicia ; hinc vocis et clamoris contentione more suo certabant inter se hæ mulierculæ.

Allegor., duæ hæ mulieres repræsentant Synagogam Judæorum et Ecclesiam Christianorum, quæ inter se contendunt de puero Jesu et Messiâ vivo et vero; sed Salomon, id est, Christus, litem dirimit dicens, Matth. 10: *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Veni enim dividere legem et gratiam, Judæos et Christianos, fideles et infideles, uti pulchrè docet S. Hieron., Epist. 131 ad Ruffinum, ubi et addit Salomonem hoc judicium peregisse anno ætatis suæ duodecimo, hoc enim regnare cœpisse; sed superiùs ostendi id factum anno ætatis vigesimo.

Rursùm repræsentant Ecclesiam catholicam et hæresim Arianam, Nestorianam et cæteras, quæ Christum dividunt in duos, ut alius in eo sit Deus, alius homo, ac veros fideles qui sunt vivi Ecclesiæ filii, sibi arrogare, et ad suam hæresim pertrahere, ideòque perdere et interimere satagunt. Ita S. August. serm. 200 de Temp. : « Impia, ait, et crudelis hæresis « clamat ut dividatur. Quid est, dividatur, nisi « non Filius æqualis sit Patri ? dùm enim Filio « subtrahit æqualitatem, et bonum omnipo- « tentemque denegavit Patrem. Deus enim « Pater, si potuit Filium sibi similem gignere, « et noluit, non est bonus; si voluit, et non « potuit, non est omnipotens. » At vera mater, scilicet Ecclesia catholica, clamat : *Date illi « puerum, et nolite dividere eum.* Filius meus

Vers. 24. — Dixit ergo rex : Afferte mihi gladium, etc. Hinc jam incipit emicare sapientia divinitùs accepta. Res erat occulta, neque quisquam advocari poterat testis, cùm res esset acta in tenebris, conscio nemine, neque præterea illud muliercularum genus dignum videbatur, cui haberetur fides, cùm nullus sit, aut certè levissimi ponderis ac fidei, apud quas neque veritas habet, neque modestia pondus ; quare astu res agenda fuit, cùm omnis in eâ controversiâ abesset conjectura. Jussit ergo rex infantem dividi, ita ut, quælibet illarum feminarum suam sibi infantis medietatem auferret. Quæ res facilè prodidit, quænam esset vera, et quæ simulata mater, cùm illa de severissimo judicio doleret, hæc non solùm non ingemisceret, sed etiam insultaret dolenti. Hanc sententiam, ut refert Josephus lib. 8, cap. 11, damnabat populus, esseque putabat puerile judicium; donec reipsà comperit divinitùs illam esse datam sapientiam ; neque esse contemnendum illum, qui rem usque adeò implexam et obscuram tam sine errore, et facilè expediisset.

« est, sed meliùs apud illam migret natus, « migret totus, tamen apud me maneat mater- « nus affectus. Date illi puerum, non auferan- « tur vota membrorum, illius integritas non « dividatur, ne mihi pietas auferatur. Quod « dicit : *Date illi puerum, et nolite dividere,* « ecce et ego dico : Totum posside, et noli « dividere Deum. » Hæc ad verbum ex S. August. transcripsit Angelom., Eucher., vel potiùs Beda, et S. Prosper. lib. de Prædict.

Tropol. S. Gregor. lib. 21 Moral., cap. 8, per duas has mulieres accipit veros et falsos doctores : veri enim et boni discipulorum salutem, falsi et mali suam gloriam et lucra quærunt, cum discipulorum perditione. « Quia « nimirùm, ait S. Gregor., magistri vigilantes « quidem scientiâ, sed vitâ dormientes, audi- « tores suos, quos per vigilias prædicationis « nutriunt, dùm quod dicunt facere negligunt, « per somnum torporis occidunt, et negligen- « do opprimunt, quos alere verborum lacte « videbantur. Unde plerùmque, dùm ipsi re- « prehensibiliter vivunt, et habere discipulos « vitæ laudabilis nequeunt, alienos sibi attra- « here conantur; quatenùs dùm bonos se ha- « bere sequaces ostendunt, apud judicia homi- « num excusent mala quæ agunt, et quasi per « subditorum vitam mortiferam tegant negli- « gentiam. Unde illic mulier filium, quia ex- « tinxit proprium, quæsivit alienum : sed « tamen veram matrem Salomonis gladius « invenit, quia videlicet cujus fructus vivat, « vel cujus intereat, extremo examine ira di- « stricti judicis demonstrat. » Solerter deinde advertendum monet S. Gregor., « quòd vivens « filius, priùs dividi præcipitur, ut soli post- « modùm matri reddatur, quia in hâc vitâ « quasi partiri conceditur vita discipuli, dùm « ex illâ nonnunquàm alter apud Deum meri- « tum, alter verò apud homines laudem habere « permittitur. Sed falsa mater eum quem non « genuit, occidi non metuit, quia arrogantes « magistri et charitatis ignari, si plenissimum « nomen laudis ex alienis discipulis consequi « nequeunt, eorum vitam crudeliter insequun- « tur. Invidiæ enim face succensi, nolunt aliis « vivere, quos se conspiciunt non posse possi- « dere. » Eadem ex S. Gregor. transcripsit Angelom. et Eucherius.

Symbolicè, S. Ambros. lib. 3 de Virgin. : « Duæ, ait, mulieres, sunt fides et tentatio, « quæ postquàm posteritatem suam carnalis « vitio conversationis et somno mentis amisit, « posteritatis fructus auferre conatur alienæ. « Itaque dùm tentatio litigat, fides fluctuat, « donec machera Christi latentes distinguat « affectus. Quæ est hæc machera Christi illa « de quâ scriptum est : *Gladium veni mittere* « *in terram.* Est enim gladius de quo scriptum « est : *Et tuam ipsius animam pertransibit gla-* « *dius.* Quis autem sit hic gladius, quæ mache- « ra, cognosce : *Verbum,* inquit, *acutum et va-* « *lidum, et penetrabilius omni gladio acutissimo,* « *penetrans usque ad divisionem animæ et spiri-* « *tus, artuumque et medullarum.* » (Corn. à Lap.)

Et timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in illo, ad faciendum judicium. De hâc populi admiratione Ambrosius, lib. 2 de Offic. cap. 8 : « Non immeritò, inquit, æstima- « tus est intellectus Dei esse in eo, in quo « occulta sunt Dei. Quid autem occultius « quàm internorum viscerum testimonia, in « quæ sapientis intellectûs, velut quidam pie- « tatis descendit arbiter, et velut quamdam « genitalis alvi vocem eruit, quâ maternus « patuit affectus, qui elegerat filium suum « apud alienam vivere, quàm in conspectu « matris necari? » Idem penè lib. 3 de Spiritu sancto cap. 8.

Magni sanè judicii est, ubi nulla apparent animi latentis indicia, quæ in eo inclusa sint introspicere ; laudatur maximè Erasistrati medici prudentia, qui morbum et corporis et animi natum ex amore, et cujus amore langueret Antiochus Seleuci regis filius, cùm ille id occultare maximè studeret, astu detexit. Vide Valerium lib. 7, c. 7. Claudius præterea imperator, ut auctor est Suetonius in Claudii Vitâ cap. 15, cùm femina quædam suum sibi filium non agnosceret, essetque utrinque dubia argumentorum fides, hoc illam modo suum esse filium confiteri coegit : jussit enim ut illi nuberet, quod illa recusavit tanquàm iniquum, et ab ipsâ naturâ reprobatum. Causam tandem aperuit, cur animus illas horreret nuptias. Illa etiam Phrynes meretriculæ laudatur astutia, quâ deprehendit quam Praxiteles statuarius nobilis imaginem probaret amaretque magis ; cui cùm optio data esset ab artifice,

ut quam vellet sibi ex omnibus eligeret, neque illa aliam mallet, quàm quæ esset alius artificis judicio prælata, combustam esse finxit officinam et signa cremata. Cùmque ille de Cupidinis Satyrique jacturâ maximè doleret, illorum imaginem cognovit omnium esse præstantissimam, sibique unam ex omnibus Cupidinis elegit. Vide Petr. Crinitum lib. 24, cap. 10. Hæc et similia alia legimus, quibus hominum sunt interni sensus explorati, sed nihil omninò, si cum Salomonis judicio componantur. (1)

(1) Vers. 25. — Dividite, inquit, infantem vivum in duas partes, et date dimidiam partem uni, et dimidiam partem alteri. Dixit hoc Salomon non seriò ut ferens sententiam, sed simulatè, ut exploraret in utrâ resideret maternus affectus, ut illi filium vivum adjudicaret : nec enim alia probatio, aut aliud medium litem hanc decidendi suppetebat. Nam à naturâ insitus est matri arcanus erga prolem suam amor et commiseratio, cujus expers est illa quæ non est mater. Naturam ergo hìc interrogavit Salomon, et illa respondens matrem genuinam suo affectu monstravit. Nam, ut ait S. Ambros. lib. 3 de Spiritu sanct. cap. 7, « consideravit Salomon quòd vera mater « plus consuleret filio quàm solatio, et gratiam « juri, non gratiæ jura præferret. At verò illa « quæ matris simulârat affectum, vincendi « studio, dùm parvi duceret ejus exitium, in « quo nesciret pietatis dispendium. Itaque vir « ille spiritalis qui dijudicaret omnia (*spiritalis « enim dijudicat omnia*), naturam in affectibus « quæsivit, quæ latebat in vocibus, et pietatem « interrogavit, ut proderet veritatem. Vicit « itaque mater charitatis affectu, quæ fructus « est spiritûs. »

Vers. 26. — E contrario, illa dicebat : Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur. Hinc patet hanc non solùm falsam fuisse matrem, sed etiam invidiâ et odio laborâsse in veram matrem, ideòque petiisse ut ejus filius occideretur sicut suus erat mortuus ; alioqui enim petiisset sibi servari infantem, cùm mater vera illum ei dari à rege postularet, ne filius suus occideretur. Voluit ergo ut filius ejus moreretur, sicut ejus filius erat mortuus. Ita Abulens. Audi S. Ambros. lib. 3 de Virg. : « Quo audito, « illa quæ petebat alienum, non solùm acquie- « vit, sed etiam divisionem parvuli depoposcit, « nullo affectu commota materno. Illa quæ « suum sciebat infantem, non vinci metuens, « sed orbari; nec jam solatio suo proprio, sed « pignori suo consulens, orare accepit ut in- « columis magis puer traderetur alienæ, quàm « sectus in partes matri propriæ redderetur. « Unde Salomon, qui non majestate divinâ, sed « argumentis ut homo interiorem interrogabat « affectum, illi potiùs judicavit parvulum esse « reddendum, quam veram matrem dolor pro- « prius prodidisset : illam verò, quam morituri « parvuli misericordia non movebat, exortem « pronuntiavit esse naturæ, quàm exortem « vidit esse pietatis. Veritas ergo non latuit, « sed tamen per simulationem alterius flu- « ctuavit : diùque etiam bona mater eventu « hæsit ambiguo, dùm judicii periclitatur in- « certo. »

Tropol. S. Greg. 21 Moral. c. 8, per duas has mulieres accipiens falsos et veros doctores : « Perversa mulier, inquit, clamat : *Nec meus « sit, nec istius.* Ut enim diximus, quos sibi ob- « sequi non vident ad gloriam temporalem, « eos aliis invident vivere per veritatem. Vera « autem mater satagit, ut ejus filius saltem « apud extraneam sit et vivat, quia concedunt « veraces magistri, ut ex eorum discipulis alii « quidem magisterii laudem habeant, si tamen « integritatem vitæ iidem discipuli non amit- « tant. Per quæ pietatis viscera hæc eadem « vera mater agnoscitur, quia omne magiste- « rium in examine charitatis approbatur, et « sola recipere totum meruit, quæ quasi totum « concessit, quia fideles præpositi pro eo quod « ex bonis discipulis suis non solùm aliis lau- « dem non invident, sed utilitatem eis etiam « profectûs exorant, ipsi et integros et viven- « tes filios recipiunt, quando in supremo exa- « mine ex eorum vitâ perfectæ retributionis « gaudia consequentur. »

Vers. 27. — Hæc est enim mater ejus. Natura enim et naturalis compassio certò indicat hanc esse matrem. Vide hìc solertiam et sapientiam Salomonis. S. Ambrosius, lib. 2 de Offic. cap. 8 : « Sapientiæ fuit latentes dis- « tinguere conscientias, ex occultis eruere « veritatem, et velut quâdam macherâ, ita « spiritûs gladio, penetrare non solùm uteri, « sed etiam animæ et mentis viscera. Justitiæ « quoque, ut quæ suum necaverat, alienum non « tolleret, sed vera mater reciperet suum. « Denique etiam Scriptura hoc pronuntiavit : « *Audivit,* inquit, *omnis Israel hoc judicium « quod judicavit rex : et timuerunt à facie regis, « eò quòd intellectus Dei in eo esset, ut faceret « justitiam.* » (Corn. à Lap.)

Vers. 28. — Videntes sapientiam Dei esse in eo. Sapientia planè insueta et mirifica appellatur *sapientia Dei,* uti *somnus Dei* est somnus gravissimus ; *subversio Dei,* subversio integra, persimilis subversioni Sodomæ et Gomorrhæ ; *terror Dei, animadversio Dei, ventus Dei,* etc. Planiùs etiam dictum accipi potest de sapientiâ ex Deo acceptâ, de scientiâ ordinis supernaturalis, et infusâ. (Calmet.)

CAPUT IV.

1. Erat autem rex Salomon regnans super omnem Israel.

2. Et hi principes quos habebat : Azarias, filius Sadoc sacerdotis,

3. Elihoreph et Ahia filii Sisa, scribæ ; Josaphat filius Ahilud à commentariis ;

4. Banaias, filius Joiadæ, super exer-

CHAPITRE IV.

1. Or, le roi Salomon régnait sur tout Israël.

2. Et voici quels étaient ses principaux officiers : Azarias, fils du prêtre Sadoc,

3. Elihoreph et Ahia, fils de Sisa, étaient secrétaires ; Josaphat, fils d'Ahilud, avait la charge des registres ;

citum ; Sadoc autem et Abiathar sacerdotes ;

5. Azarias filius Nathan super eos qui assistebant regi ; Zabud filius Nathan, sacerdos, amicus regis ;

6. Et Ahisar præpositus domûs ; et Adoniram filius Abda super tributa.

7. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi et domui ejus ; per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant.

8. Et hæc nomina eorum : Ben-Hur in monte Ephraim.

9. Ben-Decar in Macces et in Salebim et in Beth-Sames et in Elon et in Beth-Hanan ;

10. Ben-Hesed in Aruboth (ipsius erat Socho et omnis terra Epher).

11. Ben-Abinadab, cujus omnis Nephath-Dor, Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem.

12. Bana, filius Ahilud regebat Thanac et Mageddo, et universam Beth-San, quæ est juxta Sarthana subter Jezrael, à Beth-San usque Abel-Mehula è regione Jecmaan.

13. Ben-Gaber in Ramoth-Galaad ; habebat Avoth Jair, filii Manasse, in Galaad ; ipse præerat, in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta civitatibus magnis atque muratis, quæ habebant seras æreas.

14. Ahinadab filius Addo præerat in Manaim ;

15. Achimaas in Nephthali (sed et ipse habebat Basemath filiam Salomonis in conjugio).

16. Baana filius Husi in Aser et in Baloth ;

17. Josaphat filius Pharue in Issachar,

18. Semei filius Ela in Benjamin ;

19. Gaber filius Uri in terrâ Galaad, in terrâ Sehon regis Amorrhæi et Og regis Basan, super omnia quæ erant in illâ terrâ.

20. Juda et Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine, comedentes et bibentes, atque lætantes.

21. Salomon autem erat in ditione suâ, habens omnia regna à flumine terræ Phi-

4. Banaïas, fils de Joïada, était général d'armée ; Sadoc et Abiathar étaient prêtres ;

5. Azarias, fils de Nathan, avait l'intendance sur ceux qui étaient toujours auprès du roi ; Zabud, fils de Nathan, prêtre, était favori du roi ;

6. Ahisar était grand-maître de sa maison, et Adoniram, fils d'Abda, surintendant des tributs.

7. Salomon avait établi douze officiers sur tout Israël, lesquels avaient soin d'entretenir la table du roi et de toute sa maison. Chacun fournissait pendant un mois de l'année tout ce qui était nécessaire *pour cette dépense.*

8. Voici les noms de ces officiers : Ben-Hur *avait l'intendance* sur la montagne d'Ephraïm ;

9. Ben-Décar à Maccès, Salébim, Beth-Samès, Elon et Beth-Hanan ;

10. Ben-Hésed à Aruboth (Socho était à lui, ainsi que toute la terre d'Epher).

11. Ben-Abinadab, qui avait l'intendance de tout *le pays de* Néphath-Dor, eut pour femme Tapheth, fille de Salomon,

12. Bana, fils d'Alhiud, était gouverneur de Thanac, de Mageddo, de tout *le pays de* Beth-San qui est proche de Sarthana, au-dessous de Jezraël, depuis Beth-San jusqu'à Abel-Méhula, vis-à-vis de Jecmaan.

13. Ben-Gaber *était intendant* de Ramoth-Galaad ; et il avait les bourgs de Jaïr, fils de Manassé, qui sont en Galaad. Il commandait dans tout le pays d'Argob, qui est en Basan, à soixante villes qui étaient grandes, entourées de murailles, et fermées avec des portes de bronze.

14. Ahinadab, fils d'Addo, était intendant en Manaïm ;

15. Achimaas en Nephthali (et il eut aussi pour femme une fille de Salomon, nommée Basémath).

16. Baana, fils d'Husi, *était intendant* dans *tout le pays d'*Aser et *de* Baloth ;

17. Josaphat, fils de Pharué, en Issachar ;

18. Séméï, fils d'Ela, en Benjamin ;

19. Gaber, fils d'Uri, en la province de Galaad, dans le pays de Séhon, roi des Amorrhéens, et d'Og, roi de Basan, et sur tout ce qui était dans cette terre.

20. Le peuple de Juda et d'Israël était innombrable comme le sable de la mer, mangeant, buvant et se réjouissant.

21. Salomon avait sous sa domination tous les royaumes, depuis le fleuve d'*Euphrate jus-*

listhiim usque ad terminum Ægypti, offerentium sibi munera, et servientium ei cunctis diebus vitæ ejus.

22. Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ, sexaginta cori farinæ,

23. Decem boves pingues et viginti boves pascuales, et centum arietes, exceptâ venatione cervorum, caprearum atque bubalorum et avium altilium.

24. Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen, à Thaphsâ usque ad Gazam, et cunctos reges illarum regionum; et habebat pacem ex omni parte in circuitu.

25. Habitabatque Juda et Israel absque timore ullo, unusquisque sub vite suâ et sub ficu suâ, à Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis.

26. Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium, et duodecim millia equestrium.

27. Nutriebantque eos supra dicti regis præfecti; sed et necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti curâ præbebant in tempore suo.

28. Hordeum quoque et paleas equorum et jumentorum deferebant in locum ubi erat rex, juxta constitutum sibi.

29. Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in littore maris.

30. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum;

31. Et erat sapientior cunctis hominibus, sapientior Ethan Ezrahitâ, et Heman et Chalcol et Dordâ, filiis Mahol; et erat nominatus in universis gentibus per circuitum.

32. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas, et fuerunt carmina ejus quinque et mille;

33. Et disputavit super lignis, à cedro quæ est in Libano usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete, et disseruit de jumentis et volucribus et reptilibus et piscibus.

*qu'*au pays des Philistins et jusqu'à la frontière d'Egypte. Ils lui offraient tous des présents, et lui demeurèrent assujétis tous les jours de sa vie.

22. Les vivres pour la table de Salomon étaient chaque jour trente mesures de fleur de farine et soixante de farine *ordinaire.*

23. Dix bœufs gras, vingt bœufs des pâturages, cent moutons, outre la venaison, les cerfs, les chevreuils, les bœufs sauvages et toutes sortes de volailles *qu'on lui apportait des pays voisins;*

24. Car il dominait sur tous les pays qui étaient en-deçà du fleuve *de l'Euphrate,* depuis Thaphsa jusqu'à Gaza, et tous les rois de ces provinces lui étaient assujétis; et il avait la paix de toutes parts avec tous ses voisins.

25. Et Juda et Israël demeuraient sans aucune crainte chacun sous sa vigne et sous son figuier, depuis Dan jusqu'à Bersabée, pendant tout le règne de Salomon.

26. Et Salomon avait dans ses écuries quarante mille chevaux pour les chariots, et douze mille chevaux de selle.

27. Les *douze* officiers du roi déjà nommés *avaient la charge* de les nourrir; et ils fournissaient dans le temps, avec un grand soin, tout ce qui était nécessaire pour la table du roi Salomon.

28. Ils faisaient aussi porter l'orge et la paille pour les chevaux et les autres bêtes, au lieu où était le roi, selon l'ordre qu'ils avaient reçu.

29. Dieu donna de plus à Salomon une sagesse et une prudence prodigieuse, et un esprit capable de s'appliquer à autant de choses qu'il y a de grains de sable sur le rivage de la mer.

30. Et la sagesse de Salomon surpassait la sagesse de tous les Orientaux et de tous les Egyptiens;

31. Il était plus sage que tous les hommes, plus sage qu'Ethan, Ezrahite, que Héman, Chalcol et Dorda, enfants de Mahol, et sa réputation était répandue chez toutes les nations voisines.

32. Salomon composa aussi trois mille paraboles, et fit cinq mille cantiques.

33. Il traita aussi de tous les arbres depuis le cèdre qui est sur le Liban jusqu'à l'hysope qui sort de la muraille; et il traita de même des animaux de la terre, des oiseaux, des reptiles et des poissons.

34. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, et ab universis regibus terræ, qui audiebant sapientiam ejus.

34. Il venait des gens de tous les pays pour entendre la sagesse de Salomon, et tous les rois de la terre envoyaient vers lui pour être instruits par sa sagesse.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Erat autem rex Salomon regnans super omnem Israel (1). Hactenùs Salomon executus est parentis mandata, et quasi legata sibi testamento, quibus et hominum offensioni, et justæ querelæ satisfecit. Deinde imploratâ, impetratâque cœlitùs sapientiâ, se-

(1) *Le roi Salomon régnait sur tout Israël, et ceux-ci étaient ses principaux officiers.* On pourrait d'abord être surpris de ce que le Saint-Esprit fait écrire dans le détail les noms de tous ces officiers de Salomon, le nombre si prodigieux des chevaux qu'il avait dans ses écuries, et la multitude des viandes qui se servaient sur sa table. Il semblerait aux hommes charnels que Dieu voudrait leur donner par là une haute idée de la grandeur et de la magnificence des rois de la terre, et leur inspirer de l'estime pour tout cet éclat du siècle. Ce n'est pas là néanmoins ce que la foi, qui est la lumière des Chrétiens, nous apprend. Et nous lirions l'Ecriture avec un esprit tout différent de celui du Christianisme, si nous y envisagions autre chose que la grandeur infinie de Dieu, et le néant de la misère de l'homme; si nous y cherchions quelque autre chose que l'humilité et la charité; si nous prétendions y découvrir quelque autre objet qui fût digne de l'amour de notre cœur, que Dieu-même, infiniment relevé au-dessus de tous les hommes; que Jésus-Christ profondément rabaissé dans sa sainte humanité, et que l'Eglise, rachetée de la justice du Père éternel par l'ineffable miséricorde du Fils anéanti dans son Incarnation et dans sa mort, et sanctifiée par les dons du Saint-Esprit. C'est là la doctrine de saint Augustin, répandue dans tous ses écrits. Et nous ne pouvons manquer de nous établir fortement sur ce principe, qui nous servira, comme il a servi à ce grand saint, pour entrer plus facilement dans l'intelligence véritable des Ecritures. Ainsi, pour n'être pas scandalisés de toute cette magnificence de Salomon décrite en un livre que l'Eglise reconnaît avoir été dicté par le Saint-Esprit, il faut d'abord nous souvenir que le temps de l'ancienne loi était le temps de ces somptuosités et de toute cette pompe du siècle. C'était un temps où le peuple étant encore charnel, et servant Dieu par un culte qui était plus dans l'extérieur que selon l'esprit, avait besoin de tout cet éclat pour être au moins arrêté dans son devoir et dans sa religion par ce qui était plus capable de frapper ses sens. C'était un temps où une grandeur et une félicité temporelles étaient proposées à ceux qui ne pouvaient point encore envisager par la foi les biens éternels. En un mot, c'était, comme dit si souvent saint Augustin, un temps de figures, qui marquaient de grandes vérités.

Nous ne pouvons donc douter que ceux qui s'appliquent par une plus particulière méditation à l'étude des saints livres, ne trouvent et dans ces noms différents des officiers de Salomon, et dans toute cette somptuosité de sa maison et de sa table, des vérités très-édifiantes qui regardent le royaume de Jésus-Christ, qui est le véritable Salomon; qu'ils n'y découvrent cette autre gloire toute spirituelle, cette autre abondance de délices ineffables, et ce torrent de plaisirs célestes qu'il réserve à ceux qui se seront rendus dignes d'être admis non seulement dans sa maison, mais à sa table, et de devenir les cohéritiers de son royaume, dont celui du roi Salomon, quelque magnifique et quelque éclatant qu'il fût, n'était qu'un rayon très-faible, puisque Jésus-Christ déclare qu'il n'était pas comparable à l'éclat même d'une fleur. *Considérez*, disait-il à ses disciples, *comment croissent les lis des champs: ils ne travaillent ni ne filent point; et cependant je vous déclare que Salomon même dans toute sa gloire n'a jamais été vêtu comme l'un d'eux.* Il faut avouer que Jésus-Christ ne pouvait guère nous inspirer un plus grand mépris de tout cet éclat de Salomon, qu'en nous assurant qu'il n'approchait point de celui d'une herbe qui fleurit un peu de temps, et qui se sèche aussitôt après. C'est ce que le roi, son père, a exprimé de la même sorte en plusieurs endroits, lorsqu'il compare les puissances du monde, dans l'éclat de leur fortune, à une herbe qui fleurit et qui devient sèche.

Lors donc que Dieu nous propose ici toute cette magnificence et cette grandeur temporelles de Salomon, c'est, premièrement, pour nous exciter à élever les yeux de notre âme vers la gloire et vers les biens véritables, dont ceux-là n'étaient qu'une figure passagère. C'est, en second lieu, pour nous convaincre de la vanité et de l'extrême fragilité de ce que les hommes ambitieux estiment et adorent dans le siècle, puisque, et toute cette puissance, et tous ces trésors, et toute cette multitude de chevaux qu'avait Salomon, n'ont servi, après lui avoir donné un éclat passager de quelque temps, qu'à le pervertir et à le corrompre. C'est la manière sans doute dont Dieu veut que nous envisagions ce qui est marqué dans ce chapitre et dans la suite, touchant la magnificence de Salomon.

Que si nous considérons l'état opposé où le roi David, son père, fut presque toujours tant qu'il vécut, nous reconnaîtrons sans doute la vérité de ce qu'il a dit lui-même, que l'abaissement dans la maison du Seigneur était préférable à toute élévation dans le siècle. En effet, David, dans ces grandes extrémités où il a été réduit, est plus digne de notre admiration que Salomon au milieu de toutes ses richesses. Quand on voit ce prince persécuté par Saül demander tantôt du pain à un grand-prêtre, tantôt quelques vivres à Nabal; s'enfuir tantôt en un lieu, tantôt en un autre, et se voir à tous moments en danger de mort, sans

ipsum ad regni administrationem idoneè comparavit. Hoc capite sacer docet historicus quomodò res tam publicas, quàm privatas, et domesticas constituerit, ex quo quanta etiam in ipsis regni primordiis fuerit Salomonis majestas et gloria, quivis intelliget. Primùm docet totum Israelem habuisse sibi subjectum, quod nulli præter Davidem ante, nec post se regum Israelis accidit. Deinde quinam essent communibus rebus tam sacris, quàm profanis præpositi, edocet. De quibus agendum est nobis hoc loco parcè, cùm hoc tempore res sit minùs necessaria, neque adeò obscura, ut lucem desideret interpretis. Illud hìc notandum non hos omnes, qui dicuntur res Salomonis curare domesticas, aut communes reipublicæ, fuisse à Salomone constitutos : multi enim commemorantur, quos David pater profanis, aut sacris ministeriis præposuit; et alii, quos Salomon ab eo gradu dejecit, in quo vivente patre diù ministraverant, qualis fuit Abiathar, quem ipse excedere jussit à templo, et vitam agere privatam in Anathoth, qui tamen v. 4, cum Sadoc dicitur summum habere sacerdotium. Quare proponitur, ut arbitror, qualis Israelitici regni fuerit status non solùm quo tempore à Salomone administratum est, sed etiam cùm vivo parente, aut etiam ab ejus morte proximè regnum obtinuit : nam videmus hìc nominari aliquos, quos David ad certa quædam ministeria delegit 2 Reg. cap. 8, et 1 Paralip. cap. 18. In hâc porrò enumeratione, ut benè observavit Abulens. quæst. 1, quidam per prolepsim anticipatâ narratione, quidam per anacephalæosim repetitis nominibus ac ministeriis commemorantur. (1)

qu'il perdît néanmoins courage dans un état si pénible, ni qu'il eût la moindre pensée de se défaire de son cruel persécuteur, pour s'assurer tout d'un coup et de la vie et de la couronne que Dieu lui avait donnée, on ne peut point ne pas estimer infiniment davantage la pauvreté et les souffrances si glorieuses de David, que le règne si paisible, les trésors immenses, et la gloire si éclatante de Salomon. L'un a un nombre prodigieux de chevaux dans ses écuries, et l'autre, en fuyant son fils Absalom, sort à pied de Jérusalem, comme un simple particulier. Mais qu'il est plus sûr d'être ainsi humilié et affligé avec David, que d'être élevé en gloire avec Salomon ! *Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas.* (Il m'a été très-utile pour apprendre vos préceptes, de tomber dans l'affliction.) *Ideò dilexi mandata tua super aurum et topazion;* (c'est pourquoi ils me sont plus chers que tous les trésors de la terre.) C'est le langage de ce prince humilié, qui nous apprend par son propre exemple à préférer d'être affligé avec lui, plutôt que d'être élevé et glorifié en ce monde avec Salomon.

(Sacy.)

(1) Vers. 2. — Azarias filius Sadoc sacerdotis, locum tenebat inter viros à secretis cum Elihoreph et Ahiâ; de quibus in sequenti versiculo. Sunt qui vertant : *Azarias, nepos Sadoc,* et filius Achimaas, *erat sacerdos* Salomonis; à sacris domesticis ejus principis, quemadmodum Ira Jairites sacerdos erat à sacris Davidis. Reddunt alii : *Azarias filius Sadoc* (non quidem Sadoc summi sacerdotis, sed alterius) *erat primus*, princeps præfectorum regis. *Cohen,* quod usurpari solet pro *sacerdote*, est etiam vir princeps; quo sensu scriptum est, filios Davidis fuisse sacerdotes. Denique reputari potest, Azariam sacerdotio unà cum patre functum esse, ut vicariam illi operam præstaret.

Vers. 3. — Elihoreph et Ahia filii Sisa. scribæ, cum Azariâ, ut in præcedenti versiculo annotavimus. Non satis constat, utrùm hi tres eodem simul tempore munus hoc exercuerint. Tres etiam sub Davide occurrunt, sed nunquàm simul leguntur; quare alter alteri successisse meritò creduntur. Ita pariter et de tribus hisce suspicari licet. Sub regibus Juda, post Salomonem, nonnisi unicus plerùmque scriba sese offert. *Sisa* pater *Abiæ* idem est facilè ac *Siva,* qui scribam sub Davide gessit. De nomine et munere scribarum fusiùs actum est ad Josue.

Josaphat a commentariis. Seu potiùs, auctore Vatablo, historiographus regius, vel *magister libellorum supplicum,* ex Grotio.

Vers. 4. — Banaias super exercitum. Præerat antea militibus corporis custodibus, vel Cerethi et Phelethi; successit deinde in locum Joabi, supremum exercitûs imperatorem agens.

Sadoc et Abiathar sacerdotes. Sadoc munera sacra exercebat; sed Abiathar in domum suam rusticam relegatus, nunquàm deinceps in templo fuit. Supremæ dignitatis nonnisi nomen inane retinebat, uti apud nos præsules, qui episcopatum suum vel recusârunt, vel resignârunt. Suspicantur quidam Salomonem revocâsse Abiatharum, atque in templi ministerium restituisse, cujus tamen opinionis documentum est nullum. (Calmet.)

Vers. 5. — Azarias super eos qui assistebant regi ; super domesticos regiæ domûs, super eos, qui regi proximè serviebant. Aliter ex Hebræo : *Super præfectos.* Azarias præerat duodecim illis præfectis, qui regiam mensam curabant; vide inferiùs, v. 7. Præerat etiam super viros à consiliis, tanquàm consilii regii princeps.

Zabud filius Nathan, sacerdos, amicus regis. Reddi potest Hebræus : *Zabud filius sacerdotis Nathan;* vel, *Zabud princeps,* vel præfectus consilii, vel princeps præfectus regis, *amicus erat Salomonis.* Indicavimus supra, v. 2, ambiguitatem vocis Hebrææ *Cohen,* quæ modò de sacerdote, modò de principe viro usurpatur,

Vers. 6. — Ahisar præpositus domus. Qui cæteris aulæ præfectis præerat. Singulorum horum præfectorum munera et potestatem accuratiùs definiri non posse censemus.

Adoniram super tributa. Excipiebat vectigalia, tum ea quæ colligebantur è populo, tum

Vers. 7. — Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel. Diviserat Salomon, ut ex consequentibus manifestè liquet, regnum totum in duodecim præfecturas, quas Persæ satrapias appellant, quibus totidem præposuit viros, qui in regiam cellam, ad mensarum instructum, necessaria suo quique tempore conferrent; cùmque duodecim mensibus convertatur annus, pro singulis mensibus singulos quoque constituit annonæ curatores. Quo consilio æquale omnibus imponebatur onus, neque una regio de sitarcharum iniquitate queri posset, cùm quid in mensarum sumptus conferendum esset, singulis mensibus esset constitutum, et quantum illud esset, nemo ignoraret. Quærit Abulensis quæst. 5, quid faciendum cùm annus tredecim constaret mensibus, quod necessariò contingit quarto quoque anno, cùm Hebræorum menses, quos lunæ cursus definit et complet, undecim diebus sit minor anno solari; quare necessarium est sæpè mensem unum intercalari, à quo id habet annus ille, ut tredecim constet mensibus. Et respondet regionem unam non magis ideò gravari, quàm aliam, sed tantùm mensium ordinem mutari. Nam quæ antea mense primo suppeditabat in regiam mensam sumptus, illa sequenti, id est, secundo mense hoc ipsum præstabat; quod de aliis etiam omnibus intelligendum est. Mutato itaque mensium ordine, cætera eodem semper cursu progrediebantur. (1)

Vers. 11. — Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem. Hic Salomon sine dubio rex fuit, de quo nobis sermo. Quid enim socer hìc nominaretur, cùm de aliorum nuptiis nullus sermo, nisi magna illi accresceret de regis affinitate commendatio? Ex quo constat, sicut antea dicebamus, aliqua hìc dici per anticipationem, cùm hoc tempore filiam Salomon habere non potuerit conjugio maturam. Idem statim dicitur v. 15, de Achimas, qui alteram Salomonis filiam duxit uxorem. Sed hæc, ut dixi, anticipatâ narratione retulit historicus, qui multò post hæc tempora ex verbis dierum Salomonis sacram concinnavit historiam.

Vers. 13. — In omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta civitatibus magnis, atque muratis, quæ habent seras ferreas. Basan regio est, juxta sui nominis notationem, ubertatis eximiæ, in tractu Galaaditano, ubi regnârunt duo principes ex Chananæo genere, Sehon, Rex Amorrhæorum et Og Rex Basan. In eâ fuit Argab, ut habes Deut. cap. 3. Ut autem hæc uberrima fuit, sic etiam civitates habuit frequentes, et lautas, quas habitârunt olim viri fortissimi, atque ideò vocata est terra gigantum. Hæ porrò civitates sic dicuntur egregiè munitæ, ut ad cœlum usque illarum mœnia hyperbolicâ formâ dicantur attolli. Sic Deut. 1, v. 28, de quibus sic exploratores: *Maxima multitudo est, et nobis statura procerior: urbes magnæ, et ad cœlum usque munitæ: filios Enacim vidimus ibi.* Ubi vulgatus, *seras ferreas*, Hebraicus textus habet, *beriach Nechoseth*, id est, *vectes ferreos.* Cùm autem hoc nomen, *sera*, latè pateat, et id significat, quod portas firmat, obstruitque, ne quis illas effringat, vel sine magno labore, aut molimine intra ipsas irrumpat, fit ut modò pro portarum claustris, modò pro repagulis, aut vectibus usurpetur. Aliæ fermè translationes à Vulgatâ, *vectes* transtulerant, sive, *repagula.* Erant autem murorum portæ ferreæ, quales nunc plurimæ sunt in arcibus, aut in civitatibus, quarum diligens est, fidelisque custodia. Aut certè ferreis intectæ laminis, aut sic firmatæ vectibus, ut neque effringi possint, neque revelli: sanè ad firmitatem contra catapultas et incendia, ipsæ quoque naves ad bellum constructæ navale laminis integebantur æreis. Æneid. lib. 8:

In medio classes æratas, Actia bella.

De æratis, aut ferratis portis multus apud antiquos sermo. Domus Priami portas habebat, seu postes ferratos, ut ex eo, quod est familiare in lautioribus, aut domibus, aut castris, finxit Maro lib. 2 Æneid.:

Ipse inter primos arroptâ dura bipenni,
Limina perrumpit, postesque à cardine vellit
Æratos.

Belli præterea portas intectas fuisse ferro,

quæ solvebantur à provinciis subditis, et tributo obnoxiis. Sed hæc explicatio, quantùmvis litteralis videatur, difficultatibus tamen non caret. Legitur enim capite sequenti, Adoniram præfuisse iis, qui curabant opera montis Libani; quam ad rem exprimendam eadem occurrit Hebræa vox, quæ hìc redditur *tributa.* Certum proinde teneo, Adoniram præfuisse operis, ut sub ejus manu essent triginta millia opificum, quos rex impenderat eruendis lapidibus è monte Libano, cædendisque in usum templi lignis; præfuisse pariter cæteris operibus, quæ rex suscepit, tum ædificandis regiis ædibus, tum urbe Jerosolymâ ornandâ. (Calmet.)

(1) Sed quorsùm hæc? Nonne planius est, si reputemus, annos lunares sub Salomone nondùm apud Israelitas obtinuisse, ut ea supputandi ratio nonnisi diù post cœperit? (Calmet.)

idem docuit Maro libro septimo Æneid., ubi sic de Junone :

Impulit ipsa manu portas et, cardine verso,
Belli ferratos rupit Saturnia postes.

Certè cùm Chananæorum currus ferrei dicuntur Josue cap. 17, v. 16, et Amos cap. 1, *plaustra ferrea,* non intelliguntur facta è solido ferro, sed laminis intecta atque instructa ferreis. Quomodò 2 Reg. cap. 12, et 1 Paralip. cap. 20, vocantur, *ferrata carpenta,* sic etiam seræ ferreæ, aut vectes ferrei sunt, aut portæ è ferro bracteatæ. Si enim seræ sint portarum claustra, quomodò vulgus frequentiùs usurpat, nihil speciale, ac magnum hic audiremus, cùm seræ in privatis etiam, et vulgaribus domibus non nisi perquàm rarò soleant esse ferreæ. (1)

Vers. 20. — Juda et Israel innumerabiles, sicut arena maris (2) in multitudine : comedentes, et bibentes, atque lætantes. Ostendit hic, opinor, sacer historicus quanta fuerint Salomonis tempore commoda pacis, quâ tunc populus fruebatur, cùm infinita hominum multitudo lautè viveret, et epularetur splendidè, et jam soluta metu vitam ageret securam et lætam, quæ eò videntur spectare, ut quivis intelligat, quamvis tales fuerint sumptus in regiam mensam, quales statim describuntur, et illos suo quæque regio mense suppeditet, nihilominùs non illis conferendis gravari populum, sed satis habere sibi, non solùm ad usus necessarios, sed etiam ad luxum et delicias.

Vers. 21. — Salomon autem erat in ditione sua habens omnia regna a flumine terræ Philistim usque ad terminum Ægypti offerentium sibi munera. Sensûs totius hujus clausulæ difficilis non est explicatio, atque connexio singulorum verborum obscurior. Nihil enim aliud sibi vult, quàm totam Israelitidem regionem subditam fuisse Salomonis imperio. In describendis verò terminis, quibus illa regio definitur, non satis ex verbis, ut à vulgato interprete redduntur, certa potest informari sententia. Neque enim apparet quisnam sit fluvius ille Philistim, qui ab eâ regione promissionis terram circumscribit, neque video alibi illius fluminis fieri mentionem. Ego in aliis non video quid mihi admodùm satisfaciat, neque ipse in meâ mihi cogitatione satisfacio. In eo conveniunt omnes, neque ego hic dissentio, adhiberi hic extremos terminos, qui promissionis terram definiunt, Euphratem videlicet, et fluvium Ægypti, qui Rhinocorura dicitur : hi enim fluvii Gen. 15, vers. 18, memorantur. Sic enim Deus ad Abraham : *Semini tuo dabo terram hanc à fluvio Ægypti, usque ad fluvium magnum Euphratem.* Ego duas hic solutiones invenio ; eligat lector quam maluerit, nisi utramque rejiciendam putet. Altera est, hic assignari tres terminos terræ promissionis, alterum in Euphrate, alterum in Rhinocorura, alterum in regione Philistinorum, quæ regio maritima est, et tota littoralis, quam magnâ ex parte mare abluit Mediterraneum, quod in Scripturâ sacrâ mare sæpiùs appellatur Magnum. Hæc verò mari regio Israelitidem magnâ ex parte ab orientali plagâ concludit, et sæpè audimus mare Magnum, quod etiam vocatur mare novissimum, terminum esse terræ promissionis. Deut. 11, vers. 24 : *Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit, à deserto, et à Libano, à flumine magno Euphrate usque ad mare Occidentale erunt termini vestri.* Josue 1, vers. 3 : *A deserto, et Libano usque ad fluvium magnum Euphratem omnis terra Hebræorum usque ad mare Magnum contra solis occasum erit terminus vester.* Cùm ergo terra ponitur Philistinorum, perinde est, ac si mare poneretur Mediterraneum, quia, ut dixi, regio illa tota littoralis est. His positis, sic ego clausulam istam distinguo, ut illud, *à flumine,* à consequenti separem, et *terræ,* novam orationem, seu propositionem exordiar, in hunc sensum. Habens omnia regna à flumine Euphrate, et *à terrâ Philistiim, id est, à mari Magno usque ad terminum Ægypti.* Et quidem si benè notatæ sunt Hebraicæ voces, quas nunc habemus, necessariò est, illud, *à flumine,* à terrâ separandum, cùm vox *min hanahar,* non sit in statu regiminis. Tunc verò repetenda est ante *terram,* præpositio, *in,* in hunc sensum, *à flumine, et à terrâ.*

Sed huic explicationi minùs favet, quòd non est in editione Vulgatâ, *terra,* sed, *terræ;* fateor hoc isti explicationi adversari maximè : neque enim ullo modo deserenda vulgata translatio : nihilominùs, quia non apparet ullus in Palæstinâ fluvius, qui statui possit à plagâ occidentali terræ promissæ terminus,

(1) Vers. 16. — In Baloth. Hebræus : *In Haloth,* vel in editis locis. Occurrit in 2 Paralipomenon 8, 6, *Balaath* inter urbes à Salomone conditas.

Vers. 19. — In terra Galaad, id est, reliquam regionem post urbes Jair, de quibus supra, v. 13. (Calmet.)

(2) Allegor. regni Salomonis felicitas repræsentavit felicitatem summam regni Christi in Ecclesiâ per gratiam, in cœlo per gloriam. (Corn. à Lap.)

aliæ nobis explicationes tentandæ sunt. Fortassè vox *nahar* non solùm fluvium, sed mare etiam significat, maximè Mediterraneum, quod Oceani magni comparatione nomen obtinet fluvii, et tunc Palæstinæ fluvius idem erit, ac mare Mediterraneum. Scio hæc minùs probatum iri curioso lectori, neque ego omninò probo, aut aliis persuadeo; sed nihil video ab aliis probabilius, expecto quid alii melius afferant, et sanè facient, quod ego lubens, et gratus accipiam.

Usque ad terminum Ægypti. Terminus iste fluvius quidam est, qui ab australi plagâ promissam à Domino regionem definit. Non est autem Nilus, à quo quàm longissimè abest Israelis regio, sed fluvius alius exiguus, qui Rhinocorura, sive Rhinoculura dicitur à Septuaginta, quia juxta civitatem ejus nominis fluit. Vocatur item Sihor Ægypti, 1 Paralipomenon, 13, vers. 5 : *Congregavit ergo David cunctum Israelem à Sihor Ægypti usque dùm ingrediaris Hemath.* Item torrens Ægypti, 2 Paralip. cap. 7, v. 8, et torrens deserti, Amos cap. 6, v. 15 : *Conteret vos ab introitu Hemath usque ad torrentem deserti.* (1)

(1) Confugiendum est ad textum originalem, legendumque : *Salomon erat dominans in omnia regna à flumine* (Euphrate) *in terram Philisthiim, usque ad terminum Ægypti.* Euphrates appellari solebat *fluvius* sine addito, fluebatque ad orientem regni Salomonis. Philisthæi jacebant ad Mediterraneum et occidentem; Ægyptus ad meridiem. Tributa pendebant Salomoni regna Syriæ, Damasci, Moabitarum, et Ammonitarum, inter Euphratem et Mediterraneum sita. Explicationi huic planè favet textus 2 Paralipomenon 9, 26. Sed collatis inter se v. 21 et 24 hujus capitis, alter ex altero exponendi videntur. V. 24 legimus, regnum Salomonis sese porrexisse à *Thaphsâ usque ad Gazan :* hic autem non ad Gazan modò, sed processisse dicitur etiam *à flumine,* vel torrente Philisthæorum, quo nomine designatur vel torrens Gazæ, vel Besor ultra Gazam, usque ad ramum maximè orientalem Nili. (Calmet.)

Il est écrit au troisième livre des Rois que les états de Salomon s'étendaient depuis l'Euphrate jusqu'à la frontière d'Egypte. A cette occasion, Voltaire s'écrie : « Je dirai hardi« ment que jamais Salomon, ni aucun prince « juif, n'eut tous ces royaumes; je ne ménage « point le mensonge, comme ont fait mes pré« décesseurs (ces prédécesseurs ne sont autres « que lui-même); mon indignation ne me per« met pas cette lâche complaisance. Qui avait « jamais entendu dire que les Juifs aient régné « depuis l'Euphrate jusqu'à la Méditerranée? » Il est vrai que personne ne l'avait écrit avant ceux qui ont composé l'histoire contenue dans les livres des Rois et des Paralipomènes, qui, de l'aveu de notre critique, ont dû vivre pendant que le royaume des dix tribus subsistait, c'est-à-dire plus de 720 ans avant notre ère. Depuis ce temps-là les écrivains, tant juifs que chrétiens, l'ont perpétuellement dit, et il ne s'est trouvé aucun auteur, soit juif soit païen, qui ait dit le contraire. Nos censeurs de l'Ecriture connaissent-ils donc chez les Grecs ou chez les Romains des écrits, je ne dis pas plus anciens que les livres des Rois et des Paralipomènes, mais même qui en approchent ? Les auteurs des mémoires qui composent le troisième livre des Rois et les trois quarts du second livre des Paralipomènes ont vécu dans cet intervalle; le fait est prouvé et avéré. Non contents de marquer en général l'Euphrate d'un côté, l'Egypte de l'autre, pour bornes de la domination de Salomon, ils ont spécifié sur l'Euphrate la ville de *Tapsa,* connue depuis sous le nom de *Tapsaque,* et à l'entrée de l'Egypte la ville de *Gaze;* ils s'accordent à marquer la fondation de *Thadmor* ou Palmyre, par Salomon, dans le désert de Syrie, à peu de distance de l'Euphrate.

(1) Voltaire, après avoir dit « qu'un roi juif « était auprès d'un roi de Babylone, ce qu'était « le roi de Corse Théodore auprès du roi d'Es« pagne, ou un roi d'Yvetot vis-à-vis d'un roi « de France, » plaisante sur les *soixante-dix mille muids de farine, et trente bœufs par jour,* qu'il suppose que Salomon consommait chaque jour pour sa table et celle de ses officiers, qu'il nourrissait, selon l'usage de l'Orient. Mais le texte ne dit rien de semblable, le voici : *Les vivres pour Salomon se montaient par jour à trente cores de fine fleur de farine; à soixante cores de farine commune, à dix bœufs gras, à vingt bœufs de pâturages, à cent moutons, sans y comprendre la venaison et la volaille.* Le core contenait près de deux septiers, mesure de Paris; les trente cores de fleur de farine faisaient dix muids onze septiers trois boisseaux, et les soixante cores de farine commune donnaient vingt-et-un muids six septiers et une mine. Voilà les *soixante-dix mille muids de farine* réduits à *trente-deux muids.* Et que les partisans de Voltaire ne mettent pas une erreur si exorbitante sur le compte de l'imprimeur : nous l'avons trouvée en toutes lettres dans deux éditions différentes. (Duclot.)

Vers. 22. — Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ, et sexaginta cori farinæ (1). Hinc conjectare licet quàm prudenter domui suæ fuerit à Salomone consultum, dùm duodecim regionibus regni Israelitici totidem præposuit viros, qui necessarios tam luculentæ familiæ, ac mensæ sumptus curarent, maximè cùm in equos curules et equestres, quorum ingens erat numerus, non possent recusari magna rerum impendia. Erant autem quotidiani sumptus in cellâ et penu planè ingentes : triginta videlicet cori similæ, plures farinæ duplo. Corus, ut docuimus in nostris Commentariis super Ezechielem ad illud cap. 45, vers. 11 : *Ut capiat decimam partem cori batûs, et decimam partem cori Ephi.* Est autem corus mensura quædam, quæ tam liquida, quàm arida metitur. Quod sumitur ex

Ezechiele supra v. 13 : *Sextam partem Ephi de coro frumenti, et sextam partem Ephi de coro hordei : mensura quoque olei, batus olei decima pars cori est.* Corus Hebr. *chomar,* quod acervum significat; quare nullum est vas, quod tantùm capiat, mensuretve, quantùm cori nomen importat. Sicut nulla est pecunia, quæ talenti valorem adæquet, sed est potiùs quædam ingens pecuniarum summa. Neque apud Hispanos ulla mensura est, quæ dicatur *Cahiz,* sed est summa, seu acervus frumenti, qui duodecies implet Hispanicam fanecam. Sic corus summa quædam est omni vase mensorio capacior, quæ cùm metitur arida, ephi, cùm liquida, batum decies complet. Quantùm tamen capiat corus divinent alii, quibuscum nobis etiam est divinandum. Quidam corum tantùm capere, aut numerare putant, quantùm camelus, alii quantùm asinus portare possit, et ideò asinum dictum esse credunt *chamor,* quia illi חמור unus, id est, corus unus, pondus est. Josephus lib. 15 Antiq. cap. 12, decem Atticos medimnos uno coro contineri existimat. In re usque adeò incertâ placet, quod Hieronymo placuit in prædictum Ezechielis locum, et Levit. 27, v. 26; Isai. 5, v. 10, ubi pro coro vertit, *modios triginta.* Quod etiam opinatur Epiphanius lib. de ponderibus, et addit corum onus esse cameli, in quam sententiam magis inclinat Mariana libro de ponderibus et mensuris cap. 10. Quòd si modius duos Hispanicos celemines implet, efficitur corum quinque fanecarum mensuram implere. Alii aliquid dicunt amplius, quâ de re alii pluribus; mihi pro meo instituto in præsentiâ satis. Quare similæ centum et quinquaginta, farinæ trecentæ fanecæ in regiam mensam quotidiè impendebantur. Simila flos est farinæ, ut ab Hispanis dicitur, id est, quod è farinâ magis est delicatum ac purum, farina dicitur, aut quod reliquum est extractâ similâ, aut certè ex quâ nihil est ad aliorum delicias è culmo detractum, et id potius.

Vers. 23. — Decem boves pingues, et viginti boves pascuales. Boves pingues illi dicuntur, qui peculiari aliquo studio ad mensarum delicias, et morosam potentiorum gulam saginantur, qualis erat saginatus ille vitulus, quo pater filium perditum post longos errores lætus excepit, Lucæ cap. 15. Pascuales verò, qui assumuntur è pascuis, quales sunt communiter illi, quibus populariter vescuntur homines, et qui non tam delicias, quàm alimenta captant, qualis erat vitulus, quem occidit mulier Pythonissa, ut Saülem penè exanimatum reficeret; et quo Abraham tribus Angelis convivium instruxit hospitale : illa enim vitulum pascualem occidisse dicitur lib. 1, cap. 28, v. 14; hic verò de armento vitulum è pascuis assumpsisse Gen. 18, cap. 7. Quibus addebat arietes centum, præter alia plurima, quæ venationis nomine significantur, quales sunt cervi, capræ, dorcades, bubali et aves, quæ captæ sunt aucupio. Nam et hæ omnes venationis nomine continentur; et ad hæc aves altiles, id est, quæ præcipuo quodam studio, atque artificio pinguescunt. Ubi Vulgatus *bubalus,* Hebr. est *iachmur,* cujus vocis significatio obscura: Hieronymus tam hîc, quàm Deut. cap. 14, v. 5, bubalum reddit, quod genus bovis est agrestis, quod jam cicuratum est, et sub jugum ad opus rusticum actum. Alii è genere caprarum faciunt, quæ sunt dorcades, et ibices, et quæ rupicolæ vocantur. Aves altiles Hebraicè *barburim,* quæ sunt juxta suum præsepe, ubi semper habent paratam escam, sive in caveâ, sive in alio laxiori quidem loco, inclusæ tamen. Quidam capones esse credunt, quibus execto libidinis ardore, tenerior est multò atque suavior caro.

Vers. 24. — Ipse enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans fluvium a Thapsa usque ad Gazam. Quo loco sit Thapsa, nihil habemus ex Scripturâ certum, neque aliquid de hâc civitate apud interpretes invenio; tantùm habemus 4 Regum 15, Thapsam à Manahem fuisse vehementer afflictam, ubi ostenditur illam non abesse longiùs à Thersâ. Quod si ita esset, non admodùm patebat latè regnum Salomonis, cùm inter Thapsam et Gazam non multum esset interjectum spatii. Quare arbitror aliam esse Thapsam in extremis finibus terræ promissionis; et fortassè intra, suo complexu, provincias continebat alias, quas sibi David fecerat vectigales, quæque Salomoni tributa ex fœdere pendebant. Quòd autem illa Thapsa, de quâ lib. 4 Regum, diversa sit ab hâc, videtur verisimile, quia hæc dicitur esse trans fluvium; illi autem alteri, si fuit vicina atque subjecta Thersæ, convenire non potuit, quia neque fuit trans flumen, sive Euphratem intelligas, sive Jordanem, cùm Thersa esset in finibus Israel, et caput olim decem tribuum; neque procul à Silo, 3 Reg. cap. 14, v. 2, et Josue c. 12, vers. 24, cum illis civitatibus numeratur, quæ erant intra definitos terminos Israel, quæ tunc dicebantur trans Jordanem; quia reverà cùm ex Ægypto et deserto in ter-

ram promissionis castra moverent, trans Jordanem erant, neque in terram illam ingressi sunt, nisi Jordane transmisso. Atque ideò cum illis civitatibus connumeratur, quas esse in terrâ promissionis dubitare potest nemo. Adrichomius Thapsam in eâ parte tribûs Manasse constituit, quæ est intra Jordanem. Abulensis in lib. 4 Reg. cap. 15, q. 22, in parte septentrionali statuit extrema terræ promissionis. Sanè nihil est certum. Esse ultra Jordanem, et pertinere ad illas tribus quæ ultra Jordanem subsistere in regione Galaad, ex eo fit probabile, quia statim alii reges externi, in eâdem regione, trans Jordanem nimirùm, esse dicuntur, hi verò sunt Syri, Ammonitæ, Moabitæ, et Idumæi. Illud mihi verisimile, quocumque loco hanc urbem sitam esse putes, pertinere ad terminos Israel, provinciasque non fœderatas, sed subjectas Salomonis imperio. Hæc enim omnia, quæ in regiæ domûs sumptus conferebantur, ab illis curabantur duodecim præfectis, quos totidem Israelitici imperii provinciis præposuit Salomon; suppeditari autem ab eo imperio facilè posse ad tot impensas necessaria, ex eo probat, quia à Thapsa ad Gazam usque patebat Salomonis dominatus.

Quare non placet Josephus lib. 8 Antiq. cap. 2, qui hos sumptus conferri dicit ex barbaris, fœderatisque populis, quos David sibi, Salomonique filio reddidit vectigales per alios præfectos, quos in eam curam rex ipse constituit, quod cum Scripturâ sacrâ nullo modo concinit, quæ præfectos dicit à rege constitutos pro regio penu, et provincias nominat, unde ad illos sumptus necessaria mittebantur. Sic autem ibi Josephus, postquàm de præfectis egerat, de quibus supra vers. 7 : « Erant præterea regi alii præfecti, qui Syriorum, cæterorumque barbarorum Euphratem inter et Ægyptum incolentium gubernabant regiones, tributa ex eis colligendo. Hi barbari conferebant in quotidianos regiæ mensæ sumptus similæ coros triginta, farinæ sexaginta : saginatos boves decem, et pascuales viginti : et saginatos agnos centum, præter capturas venationum, quæ constabant cervis, ac bubalis, præterque aves, et pisces. » Scio à fœderatis populis conferri plurima, verùm illa, aut in extraordinarias mensarum impensas, aut in templi et sacrificiorum sumptus, aut alias substructiones ædificiorum, aut ornamentorum nitorem, et gloriam impendi potuerunt. Neque enim omnem regum, lautorumque hominum censum solus venter absumit. Quantum regiis opibus ex externorum sive tributis, sive muneribus accesserit, dicemus suis locis. Interim vide 3 Reg. 10, versiculo 15 et 24, et 2 Paralipomenon 9, vers. 1.

Et cunctos reges illarum regionum. Nempe, quæ erant trans flumen, puta Ammonitarum, Moabitarum, Idumæorum, Syriæ, Damasci et alios, quos subjugavit David, fecitque tributarios, de quibus libro secundo Reg. capite octavo. Hæ enim regiones ultra Jordanem sunt, atque vicinæ tribui Gad et Ruben, et dimidiæ tribui Manasse, quæ separatæ ab aliis ultra Jordanem consederunt. Obtinebat autem Salomon reges illos, alio, quàm provincias Israelitidas, jure, non ita ut illos moderaretur, aut in officio bonorum civium, aut in Hebræorum religione contineret, sed ut ab illis stata et certa ex pacto exigeret vectigalia, et ad alia præstanda tunc ex pacto compelleret, quando publica ratio, et legitimus usus postularet.

Vers. 26. — Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum curriliuim, et duodecim millia equestrium (1). Curriles, seu etiam cu-

(1) « Les quarante mille écuries de Salomon, « dit Voltaire, ne sont pas de trop après les « quatre-vingt-dix mille muids de farine. » C'est ce que nous lisons encore en deux éditions, et voilà *quatre-vingt-dix mille muids*, au lieu de *soixante-dix mille*. Nous verrons tout à l'heure que *quarante mille écuries* pourraient *être de trop*, après trente-deux muids que donnent l'hébreu et toutes les versions. Nous devons auparavant rendre compte de ce que le critique a avancé sur ce sujet dans ses autres productions.

« Salomon, dit-il, avait quarante mille écu- « ries et autant de remises pour ses chariots, « douze mille écuries pour sa cavalerie, etc. « Les commentateurs avouent que ces faits ont « besoin d'explication, et ont soupçonné quel- « que erreur de chiffre dans les copistes, qui « seuls ont pu se tromper. »

« Salomon, dit-il encore, selon le troisième « livre des Rois, avait quarante mille écuries « pour les chevaux de ses chariots. Quand cha- « que écurie n'aurait contenu que dix chevaux, « cela n'aurait composé que le nombre de « 400,000, qui, joints à ses douze mille de selle, « eût fait 412,000 chevaux de bataille. C'est « beaucoup pour un melk juif qui ne fit jamais « la guerre. Cette magnificence n'a guère « d'exemple dans un pays qui ne nourrit que « des ânes, et où il n'y a pas aujourd'hui « d'autre monture; mais apparemment que les « temps sont changés, » etc.

Ces plaisanteries pourraient bien aboutir à faire rire les lecteurs réfléchis aux dépens du railleur, quand ils sauront qu'il a traduit le passage qu'il nous objecte sur le latin de la Vulgate, et non sur le texte original, et que ce

rules appellantur equi, qui aliter etiam dicuntur jugales, quia juga subeunt et currus trahunt. Sed certè si tantùm pro curribus, quadrigisve copiosus iste numerus comparetur, nimius apparet, cùm lib. 2 Paralipomenon, capite 1, versiculo 14, habuisse dicatur Salomon minorem curruum numerum, quàm ut illi tot equi curriles necessarii sint. *Et facti sunt ei mille quadringenti currus.* Pro quorum singulis, etiamsi quaternos constituas, quot habent, quæ dicuntur quadrigæ, quarum in Scripturâ nomen sæpiùs occurrit, his quinque millium et sexcentorum equorum numerus sufficiet. Responderi posset tot equos ali à Salomone, non quia tot essent pro quadrigarum numero necessarii, sed quia curruum onus grave est, et facilè equi ab eâ vectatione lassantur; voluit Salomon, ut alii essent, qui integri fessis, laborantibusque succederent. Ita putat Abulensis quæst. 7. Sed dici meo judicio posset longè verisimiliùs, quod putat Pineda in suo prævio Salomone libro quinto, capite 9. Quod priusquàm explico, observo, sicut in asinorum genere duas observamus sive conditiones,

latin même, il ne l'entend pas; qu'il y met *des remises* que personne n'y a jamais vues; qu'il prend des écuries pour des chevaux, etc.

1° Voltaire a traduit sur la Vulgate, ce qui est très-mal; car, quand on critique un auteur, il ne faut pas le juger d'après une version défectueuse. Or telle est, selon lui, la Vulgate. 2° Mais le latin même de la Vulgate, nous disons que Voltaire ne l'entend pas. Nous convenons qu'on y peut trouver avec lui, en se trompant comme lui, que *Salomon avait quarante mille écuries pour les chevaux de ses chariots.* Mais, quelque effort qu'on fasse, il est impossible d'y trouver autant de *remises.* Ces 40,000 remises sont de la fabrique du critique; il n'y en a pas la plus légère trace dans le latin, non plus que dans l'hébreu. L'Ecriture ne donne nulle part à Salomon plus de *quatorze cents chariots;* Josèphe n'en compte pas davantage, et jamais on ne put avoir besoin de 40,000 remises pour loger 1,400 chariots; 3° Voltaire n'est pas plus heureux en traduisant la suite du passage, *et duodecim millia equestrium.* Ces mots signifient, selon lui (Mélanges), *douze mille écuries,* et selon lui, *douze mille chevaux.* N'est-ce pas là prendre les écuries pour les chevaux, ou les chevaux pour les écuries?

Que si l'on suppose avec lui ces douze mille écuries de dix chevaux chaque, on aura le nombre de 120,000 chevaux de selle, qui, joints aux 400,000 des chariots, feront 520,000 chevaux de bataille; calcul qui contredit celui *du Dictionnaire philosophique;* il n'y a qu'une différence de 108,000 chevaux. 4° Ce n'est pas tout: outre les *douze mille écuries* que Voltaire donne à Salomon pour ses douze mille chevaux de selle (il a cru apparemment que chaque cheval de Salomon avait son écurie à part, et ceci ne s'accorde guère avec sa supposition que chaque écurie devait au moins contenir dix chevaux), il lui accorde en outre quarante mille écuries pour les chevaux de ses chariots. Car c'est ainsi qu'il traduit la Vulgate. Mais est-ce bien là ce qu'il faut entendre par le *præsepia* de l'auteur de cette version? tout le monde n'en convient pas. Du moins est-il certain que le terme hébreu signifie plus exactement des *crèches,* des *places* ou des *séparations* qu'on forme dans les grandes écuries avec des potaux et des perches, et dont chacune sert de logement à un cheval.

Enfin le calcul du troisième livre des Rois, dans le latin comme dans l'hébreu, diffère de celui des Paralipomènes. Les Paralipomènes disent que Salomon avait *quatre mille chevaux de chariots* dans ses écuries, et douze mille de cavalerie. Non seulement les deux textes diffèrent; mais plusieurs des anciennes versions ne s'accordent ni avec l'hébreu ni entre elles, comme entr'autres la version des Septante. Ces différences, l'opposition frappante entre les textes, l'invraisemblance de calcul du troisième livre des Rois, tout cela n'annonce-t-il pas visiblement quelque altération due aux copistes? altération très-aisée, quand même ces calculs auraient été écrits en toutes lettres, plus aisé encore, s'ils étaient écrits en lettres numérales. Rien donc de plus vrai que ce que Voltaire a ajouté en raillant, *qu'eux seuls* (les copistes) *ont pu se tromper.* Aussi la plupart des plus savants critiques, soit juifs, soit chrétiens, réduisent à douze mille les chevaux de la cavalerie de Salomon, et à quatre mille les chevaux de ses chariots.

Nous demandons à présent s'il était impossible à ce prince d'entretenir seize mille chevaux, et même plus de cinquante mille. Outre la Palestine, la Syrie, etc., Salomon était maître en partie de l'Arabie-Pétrée et de l'Arabie-Déserte. Qui ignore que dans ce pays les chevaux ne sont pas rares, qu'ils y sont excellents, qu'ils sont un des grands objets du commerce, etc.? Si les chevaux furent moins communs dans la Palestine, c'est que la religion et la politique n'en permettaient pas le fréquent usage. Nous disons *la religion:* le savant Sherlock a prouvé (Traité de l'usage et de la fin des prophéties) qu'un motif de religion entrait dans la défense faite aux Hébreux de multiplier leurs chevaux. Moïse voulait que dans les batailles les Hébreux missent leur confiance au Seigneur, et non dans la multitude de leurs chevaux et de leurs chariots de guerre: *Hi in curribus et in equis, nos autem in nomine Domini. La raison politique* était que dans un pays comme la Palestine, une trop grande quantité de chevaux pouvait nuire à la population. Cette politique est encore aujourd'hui celle de la Chine. Combien de pays où l'on se plaint tous les jours que la multitude des chevaux enlève la subsistance des hommes? Mais tout cela n'empêche pas que la Palestine ne pût nourrir des chevaux en quantité; et si Voltaire s'est imaginé que *ce pays ne nourrit plus que des ânes,* il est dans l'erreur: qu'il lise les voyageurs modernes et il apprendra que les chevaux ne sont pas une monture inconnue. (Duclot.)

sive ministeria, sic etiam in equis. Nam alii sunt asini, quibus cum dignitate viri etiam principes vehuntur. De Jaïr judice Israel dicitur Judic. 10, habuisse *triginta filios, totidem civitatum principes, et ascendentes septuaginta pullos asinorum.* Et Abdon Judic. 12, habuisse traditur *quadraginta filios, et tringinta ex eis nepotes ascendentes super triginta pullos asinarum.* Hi autem asini Judic. 5, versiculo 10, *nitentes* vocantur asini, id est, accuratiùs nutriti ad honestum et elegantem usum; ad principes enim loquebatur, qui eo capite dixit: *Cor meum diligit principes Israel,* etc. *Qui ascenditis super nitentes asinos, et sedetis in judicio,* etc. Alii sunt non ad dignitatem et honorem, sed ad dura sordidaque ministeria, nempe ut cogantur in jugum, et trahant sive plaustrum, sive aratrum, aut dorso ferant onera, qui dossuales dicuntur. Hæc autem ὑποζύγια, sive subjugalia, qui jugo subjiciunt cervicem. Talis erat asina et pullus illius quibus Christus Hierosolymam ingressurus insedit. Nam cùm ille pauper ingrederetur et humilis, humili ac vili asello ingredi voluit, atque ideò non sumpsit ex potentiorum stabulis nitentem asinum, sed humilem et rusticis assuetum ministeriis, ex rusticâ villâ; id enim valet *castellum*, in quo asina fuerat alligata, græcè, κώμη.

Sic ergo duo ego equorum genera considero: alii enim sunt, qui jugales, seu ὑποζύγιοι vocari possunt, qui plaustra trahunt, aut aratra, aut quos clitellarios, seu dossuales vulgus hominum vocat. Hi verò equi magnos usus rationibus regiis afferre poterant, vel ad quadrigas, quarum tunc in bello magna commoditas. Nam paulò ante Palæstini, ut habes lib. 1 Regum capite 13, versiculo 5, in regione Israelitarum triginta millia curruum intulerunt, seu tot currus, in quibus triginta millia hominum vectari poterant. Deinde ad rem rusticam, et ad templi, seu domûs suæ constructionem; ad convehenda saxa et ligna, reliquaque ad tantum opus è regione longinquâ materiam. Tot autem equos non habuit cùm primùm regnare cœpit, quia neque accepit à parente, neque ipse commodè ex aliis regionibus comportare potuit. Sed quando jam seipsum magis in suo regno et statu confirmârat, equorum ad ingentem illam magnitudinem numerus excrevit. Hæc enim per prolepsim, id est, anticipatâ narratione ante suum tempus posita sunt, ut ostendatur quanta fuerit supra reges alios Salomonis potestas et gloria.

Et duodecim millia equestrium. Hic sine dubio de illis equis est sermo, qui sternuntur ephipiis, et equites cum gloriâ et dignitate portant, quorum minor est numerus, licet non sit exiguus, quia hi minùs quàm alii necessarii, cùm neque tunc aut arderent, aut timerentur bella, et tantùm viderentur ad regii splendoris ostentationem comparati. In libro secundo Paralipomenon capite primo, versiculo 14, paulò aliter: *Congregavit Salomon currus et equites, et facti sunt ei mille quadringenti currus, et duodecim millia equitum.* Conciliatio non difficilis; nam sicut equi in omni fermè natione, maximè cùm sermo est de re militari, pro equitibus sumuntur, sicut cujusvis ordinis instrumenta pro illorum hominum ordine sumuntur, unde missi dicuntur equi, quia missi sunt equites, et in acie esse mille equos, quia tot sunt equites, et mille hastæ pro mille hastatis, et tuba pro tibicine, et cornu pro cornicine, sic etiam eques vicissim pro equo interdùm usurpatur. Neque hic dicendi modus apud Latinos insolens, qui equum nonnunquàm equitem appellitant. Sic sanè Servius explicans illud Virgilii lib. 3. Georgic.:

Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedêre
Impositi dorso, atque equitem docuêre sub armis
Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

Idem Ennius citatus à Macrobio lib. 6, cap. 1. Ex quo fortassè sicut alia plurima sumpsit Virgilius:

It eques, et plausu cava concutit ungula terræ.

Plura Aulus Gellius in hanc sententiam lib. 18, cap. 1, ubi alia citat antiquorum poetarum carmina, et tandem addit: « Pleraque veterum « ætas et hominem equo insidentem, et equum « qui insidetur, equitem dixerunt. Propterea « equitare etiam, quod verbum è vocabulo « equitis inclinatum est, et homo equo utens, « et equus sub homine gradiens dicebatur. »

Sed est illa magis accommodata atque obvia solutio, quam nuper adduxi, equitem hoc loco idem omninò valere, quòd equum. Si enim Salomon equites habuit, quibus ad majorem gloriæ suæ, atque divitiarum ostentationem incederet, præsertim cùm provinciam lustraret, aut quos, si quando bellum ingrueret, paratos haberet et promptos, necessarium etiam fuit ut equos aleret pro equitum multitudine. Sanè progredi solitum Salomonem, cùm animi gratiâ foràs egrederetur, paulò longiùs ab urbe cum eleganti comitatu equitatuque copioso, docet Josephus lib. 8, cap. 1: « Habuit, inquit, currus mille, equorum viginti

« millia. Hi cùm pulcherrimi fuêre, tùm ad cur-
« sum excitatissimi, ut collati ad cæteros omnes
« post se relinquerent. His decus addebant
« equites flos juventutis procerâ staturâ promis-
« soque capillitio conspicui, et tunicas à Sar-
« ranâ purpurâ induti. Ad hæc ramentis auri
« capillos quotidiè aspergebant, ut ad solarium
« radiorum contactum fulgore capitibus eorum
« reflecterentur. Hi armati et pharetris suc-
« cincti regium currum stipabant, » etc. Quòd verò etiam pacato populo et hostibus undecùmque silentibus, paratum haberet ad quascumque inimicorum irruptiones exercitum, et copiosum equitatum ex Hebræo milite (neque enim externum conduxit, neque Hebræum ullum in agris aut rebus rusticis occupari voluit), constat ex lib. 2 Paralip. cap. 9, versiculo 22 : *De filiis Israel non constituit Salomon servire quemquam, sed erant viri bellatores, et ministri ejus, et principes, et duces et præfecti curruum, et equorum.* Et iterùm ibidem cap. 8, v. 9 : *De filiis Israel non posuit ut servirent operibus regis; ipsi enim erant viri bellatores, et duces primi, et principes quadrigarum et equitum ejus; omnes autem principes exercitûs Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.*

Antequàm hinc emergam, duo mihi observanda : Alterum visum esse quibusdam tot equorum millia, aut certè magnorum illorum partem esse ex equabus, equisque admissariis ad fœcundam equini generis fœturam, quod in Synopsi tradit Athanasius : « Gregem, in-
« quit, habuit equarum, quas fœturæ gratiâ
« alebat, quadraginta millia; equorum verò,
« currilium duodecim millia. » Cujus sententiam alii minoris notæ secuti sunt, ut Cedranus in Compendio, sed neque ex textu colligitur, neque alii probant. Septuaginta lib. 2 Paralip. cap. 9, quatuor millia numerant equarum; unde tamen sumpserint non video. Alterum est, his quæ habemus hoc loco, et libro secundo Paralipomenon capite primo, non satis concinere quæ dicuntur libro secundo Paralipomenon capite 9, versiculo 25, maximè si quem nunc habemus Hebraicum textum attentè consideremus. Latinus sic habet : *Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis, et curruum, equitumque duodecim millia, constituitque eos in urbibus quadrigarum, et ubi erat rex in Jerusalem.* Hebræus longè aliter : *Fuerunt itaque Salomoni quatuor millia stabulorum, equorum, et curruum, et duodecim millia equitum,* quomodò è recentioribus plerique convertunt. Septuaginta, *fuerunt Salomoni quatuor mille feminæ equæ ad currus, et duodecim millia equitum.* Si lectionem sequaris Hebraicam, sententia est non obscura, nec difficilis : tantùm enim numerantur stabula, sive equilia, ubi nutriebantur equi et equites, qui aut illa curabant, aut equos ascendebant; de equorum verò numero, nullus sermo. Quare hic locus cum aliis nullâ ratione pugnat. Sed quia nobis tenenda omninò est Vulgata translatio, et pro illâ certandum, aliter hic locus exponendus, ita ut cum alio simili in hoc capite quarto libri tertii Regum omninò consentiat, in hunc modum : Habuit Salomon in stabulis curruum, id est, equorum currilium, quadraginta millia, et equorum equestrium, id est, ad cursum potiùs, et dignitatem, quàm ad onus, duodecim millia : quibus totidem respondent equites, qui illis insideant, et Salomoni serviant, sive ad regium fastum, sive ad bellicos usus. Hæc porrò stabula distributa erant in plures civitates, ubi tot equorum millia commodiùs alebantur, quæ ab equorum stabulis, seu præsepiis nomen accepêre, sicut Hippo in Africâ, quæ equile sonat, et Olysippo, seu Ulisippo in Hispaniâ Lusitanicâ, quæ ab equis sive alendis, sive servandis existimatur habuisse nomen. Id enim valet illud : *Constituitque eos in urbibus quadrigarum.* Josephus explicatiùs libro 8, capite secundo : « Distributis, inquit, oppi-
« datim curribus, et in singula certo numero
« ad alendum præfinito, circa se quidem pau-
« cos reservavit; loca verò ubi alebantur, cur-
« ruum oppida appellavit. »

Quærit Abulensis hoc libro tertio, capite decimo, quæst. 11, et libro secundo Paralipomenon, capite primo quæst. 26, an peccaverit Salomon congregando tot equos, cùm Deuteron. capite 17, versiculo 16, videatur esse prohibitum. *Cùm fuerit*, inquit, *constitutus rex, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatûs numero sublevatus.* Et tandem illum vindicat à culpâ saltem gravi, cum quo sentiunt alii nonnulli. Ratio verò illorum est, quia neque Salomon illis equis utebatur ad inanem majestatis ostentationem, aut alias ob causas, in quibus aliqua appareret peccati turpitudo : qualis esset injuria, quâ populum opprimeret, et illum sive suis commodis, sive ornamentis exueret. Quæ tunc non fecit Salomon, licet postea gravissimis se sceleribus infecerit : at principio justitiam coluit, et divinarum legum studiosus et vindex fuit.

Sed plures alii in hâc equorum multitudine non putant à Salomone abfuisse culpam, quia

præceptum grave est, et verbis propositum non obscuris, et ut erat populus ille ingenio levi, et facilè permutabili, et ad omnem religionem volubili, ac prono, si equorum haberet commoditatem et copiam, non solùm religionem, quod faxit sæpè, sed etiam patriam, quam religione potiorem habuit, facilè mutaret, et in Ægyptum, quod tempore Moysis aliquando tentavit, redire conaretur. Hæc gravis ratio fuit, propter quam jussit Dominus Josue cap. 12, versiculo 4, ut quos caperet ab inimicis equos subnervaret, et quadrigas dederet incendio. Quod ipse fecit, et David libro primo Paralipomenon capite 18, versiculo 4, cùm mille cepisset hostium quadrigas, omnes subnervavit equos, et ex tanto numero centum tantùm sibi quadrigas reservavit, ut impleret præceptum, quod regibus equorum multitudinem adimit. Quare plures Salomonem peccati damnant, quia hic numerus magnus est, quantus fortassè nullus fuit in totâ terrâ promissionis, neque ante hoc tempus, neque fortassè postea. Hos enim equos neque comportavit ex terrâ Israeliticâ, quia fortassè non inveniret, quoniam lex minùs illorum favebat propagandæ soboli; sed adduxit ex Ægypto et Coa, 3 Reg. 10, versiculo 28: *Et educebantur equi Salomoni de Ægypto, et de Coa: negotiatores enim regis emebant de Coa, et statuto pretio perducebant.* Sic autem multis post annis erant rari equi, atque equites in terrâ promissionis, ut dixerit Rabsaces Ezechiæ tempore, ut habes Isai. 36: *Dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum.* In quem locum sic Hieronymus: « Quòd Ezechias illorum ascensores præ« bere non possit, non de imbecillitate venit « populi Judæorum, qui equitandi carebat « scientiâ, sed de observatione mandatorum « Dei, qui per Moysem super rege præce« perat Israel: Non multiplicabit sibi equos. » Neque ratio Abulensis, meo judicio, quidquam efficit; neque enim hanc equorum, quadrigarumque multitudinem habuit Salomon in ipso regni primordio, sed cùm jamdudùm in regio consedisset solio. Hæc enim per anticipationem hoc loco narrata sunt, quia de Salomonis agebatur potentiâ. Et quidem 2 Paralipomenon capite 9, versiculo 29, hic idem proditur equorum et quadrigarum numerus; et tamen tunc Salomonis regnum jam declinabat ad occasum. Et fortassè sumptus, qui in alendis tot equis non immodicus, in causâ fuit, ut populum ita gravaret duriter, ut oppressus onere clamare sit coactus ad filium Roboam, cùm primùm pater in vivis esse desiit, 3 Reg. 12, versiculo 4: *Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis; tu itaque nunc imminue paululùm de imperio patris tui durissimo, et de jugo gravissimo, quod imposuit nobis, et servienus tibi.* Hanc quæstionem eruditè, et latè tractârunt Nicolaus Serarius in cap. 11 Josue q. 7, et Pineda in Salomone prævio libro 7, cap. 14; ibi plura invenies, à quibus ego prudens abstineo.

Vers. 27. — Nutriebantque eos supradicti regis præfecti (1). Duodecim illi præfecti, de quibus supra versiculo 7, sicut suis quique mensibus ex variis regionibus regiæ mensæ necessaria ministrabant, sic etiam tot equis eisdem temporibus alimenta præbebant, et quia non equi omnes sive curules, sive equestres in aliis nutriebantur stabulis à Hierosolymâ remotis, sed quosdam ad familiares, et quotidianos usus secum in urbe retinuerat Salomon, ut constat ex lib. 1 Paralipomenon capite 1, ideò præfecti illi duodecim non solùm aliis equis, sed etiam his qui nutriebantur Hierosolymæ de opportuno pabulo providebant; quocumque loco illos Salomon traduceret: id enim valet quod statim dicitur: *In locum ubi erat rex.* (2)

Vers. 29. — Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis quasi arenam (3). Sapientia ad

(1) Equos scilicet, de quibus dictum est, curabant. Quare comparabant illi panes et dapes pro mensâ regis, simulque paleam et hordeum in usum equorum. Hic sensus est Vulgatæ, Septuaginta, et Josephi; sed paulò aliter Hebræus: *Alebant hi præfecti regem Salomon et omnem appropinquantem ad mensam regis. Non sinebant deficere rem; et hordea et paleam equis et dromedariis deferebant ad locum ubi esset rex.* Igitur negotium illi habebant, ut curarent ea quæ pertinerent ad regem, aulam et equos, quorum erat usus in regis comitatu, non verò cæteros, per varia stabula in toto regno distributos. Hebræus fert aulicos Salomonis innutrisse principem cæterosque omnes, qui mensæ ejus discumbebant. (Calmet.)

(2) Vers. 28. — Hordeum et paleas equorum et jumentorum. Apud Turcas, Persas, totumque fermè Orientem, avena deest; et equi nonnisi hordeo et paleâ aluntur. Hebræum *Rakesch*, quod hic redditur *jumentum*, sonat quodlibet animal, quod currui jungitur, et vulgari equo velocius. Sunt qui dictum accipiant de equis cursoribus; alii de dromedariis, alii de mulis. Bochartus, quem ducem in hoc argumento, diù multùmque à se versato, libenter sequimur, exponit de equo miræ pernicitatis; Junius et Piscator de equis veredariis. (Calmet.)

(3) Enfin il paraît que le Saint-Esprit a voulu nous représenter Salomon comme un prince en qui toute la science, toute la sagesse et toute l'intelligence que possédaient ou qu'a-

rerum cognitionem spectat, de quâ statim à versiculo 33, multa, ubi de rebus multis, earumque proprietatibus disputâsse dicitur. Prudentia ad rerum tam communium, quàm privatarum spectat administrationem, quæ juxta diversos rerum articulos, et circumstantias, aliter atque aliter deliberat, consiliaque sua non eâdem semper ratione dispensat. Hæc maxima sunt animorum ornamenta, et ad rectam administrationem necessaria subsidia. Sed est aliquid præterea necessarium, quod si absit à principe, magnis respublica laborabit incommodis. Novimus enim multos, quibus sapientia

vaient jamais possédée tous les hommes de la terre, se trouvait comme rassemblée. Et nous pouvons bien nous le figurer en ce point comme cet ange qui brillait entre tous les anges, ce Lucifer, le plus éclairé de tous les esprits. Mais si le Seigneur a voulu nous en tracer cette image dans ses Ecritures, c'a été sans doute pour nous mieux convaincre par ces deux exemples, du plus éclairé de tous les anges, et du plus sage de tous les hommes, que ni les plus hautes connaissances de Lucifer, ni la sagesse la plus profonde de Salomon ne devaient point être recherchées par ceux à qui la chute si redoutable de l'un et de l'autre doit plutôt apprendre à souhaiter avec saint Paul de se tenir dans les bornes d'une science et d'une sagesse modérée.

En effet, lors même que cet Apôtre exhortait les premiers fidèles à désirer les dons les plus excellents, il leur découvrait aussitôt une voie beaucoup élevée au-dessus de tous ces dons, de peur que ces dons quoiqu'excellents en eux-mêmes ne leur devinssent un sujet de chute comme à Lucifer et à Salomon. *Quand je parlerais*, leur disait-il, *le langage de tous les hommes et des anges mêmes, si je n'avais point la charité, je ne serais que comme un airain sonnant, et une cymbale retentissante. Et quand j'aurais le don de prophétie, que je pénétrerais tous les mystères, et que j'aurais une parfaite connaissance de toutes choses; et quand j'aurais même toute la foi possible, et capable de transporter les montagnes; si je n'avais point la charité, je ne serais rien.* Voilà quelle était la vraie science et la véritable sagesse de saint Paul, qu'il a inspirée à tous les Chrétiens, et qu'il a lui-même préférée aux plus sublimes connaissances qu'il avait reçues étant ravi en esprit jusqu'au troisième ciel. C'est par cette règle que nous devons tous envisager ce que marque ici l'Ecriture, de cette vaste et prodigieuse étendue de l'esprit de Salomon, qu'il nous est permis d'admirer comme un effet surnaturel de la toute-puissance de Dieu, qui voulait tracer en sa personne une faible image de la sagesse infinie de son Fils; mais que nous ne devons point envier comme un grand bonheur, puisqu'elle devint à ce grand prince, par le mauvais usage qu'il en fit, une occasion de chute, et que l'âme la plus simple et la plus humble deviendra en un instant dans l'autre monde sans comparaison plus éclairée que n'a été Salomon, et le premier même de tous les anges. (Sacy.)

inerat, et prudentia rara; quibus tamen angustus erat animus, et timidus, qui quod rectum esse noverant, et ex usu communi ac proprio, illud tamen ad opus conferre non audebant, quia illos aut metus retardabat, aut rustica potiùs, quàm liberalis observantia, ne quod facto opus esse judicabant, id reipsà suo tempore præstarent. Quod in re bellicâ experimur quotidiè cum magno rerum publicarum incommodo; multi enim mirificam habent rerum militarium intelligentiam, quorum sunt in rebus dubiis præclara consilia, at angusti sunt spiritus et minimè audaces, ex quo fit ut inanis sit illorum sapientia, et consilia, licet opportuna, à successu tamen omninò vacua. Sanè de Alexandro illa eadem produnt historici, quæ nunc de Salomone legimus, licet non eodem omninò gradu: nam in dubiis apparebat sapientissimus, et quod in deliberando consilium probavisset, strenuè statim atque constanter executioni mandabat. Est præterea latitudo cordis illius tanta, tamque fœcunda capacitas, ut eodem tempore, quo illam consecutus est, possit multa disceptare diversa, et cùm varia sint, de illis sine impedimento reddere responsa. Item cùm multa occurrant diversa, quæ mentem distrahunt, quæ non facilè multis cum aliquo studii, operæque pretio vacare potest, quæque dùm multa sequitur, nihil assequitur, Salomonis tamen animus sic erat capax, sic latus, ut illum nulla rerum turbaret, nulla confunderet magnitudo. Arena maris, aut pulvis terræ, et similia, in rerum magnarum, cujuscumque generis illæ sint, comparationem adduci solent. Fortassè ideò Salomonis animus hyperbolicè cum arenâ comparatur, quasi tot rerum cognitiones habuerit, quot in maris littore arenæ numerantur.

Vers. 30. — Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum (1). Fortassè hìc ostenditur scientia ma-

(1) In Scripturâ æquè et apud profanos sapientia Orientalium celebratur. Meminit Daniel sapientium et divinorum Chaldææ, et Idumææ sapientes Abdias v. 8 memorat: *Perdam sapientes de Idumæâ*. Job ejusque amici inter sapientes Orientis sibi locum vindicabant, quemadmodùm inter illos recensebatur Balaam propheta, qui à Petor ad Euphratem venerat. Fatentur Græci philosophiam tenere se ex Orientalibus, è quibus prima semina divinæ hujus scientiæ primi illi magistri Græciæ acceperint. Obtrudunt nobis *Magos* Persarum, *Chaldæos* Babyloniorum, vel Assyriorum, *Gymnosophistas* Indorum.

Reliquos verò Orientales sapientiæ et scientiæ laude superabant Ægyptii. Cùm enim

thematica, aut astronomica, quæ astrorum cursus, proprietatesque considerat, et ex illorum variâ sive naturâ, sive congressione, futuros rerum eventus conjectat et præsentit. In hâc enim philosophiæ parte excelluerunt Ægyptii atque Chaldæi, qui hoc loco dicuntur Orientales, de quibus supra capite 3, versiculo 12. Hæc clariùs Sap. capite 7, versiculo 17 : *Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram ut sciam veram dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum, initium et consummationem, et medietatem temporum, vicissitudinumque permutationes, et commutationem temporum, anni cursus, et stellarum dispositiones, naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias virgultorum, et virtutes radicum, et quæcumque sunt abscondita et improvisa didici.* Ex quibus constat nihil latuisse Salomonem, quod humano solet studio, atque doctrinæ comparari solertiâ, et, quod perquàm rarò contingit (si tamen aliquando contingit, nisi quibus id constat datum esse divinitùs) scientiarum omnium absolvisse encyclopediam.

Vers. 31. — Sapientior Ethan. Quinam isti fuerint quos Salomon sapientiâ superavit, incertum est. Illud autem verisimile Ethan fuisse aut poetam, aut musicum, qui Psalmis aut concinnandis, aut pangendis eximiam daret, et suavissimam operam : unde etiam conjectare possumus alios quoque, qui cum illo hoc loco annumerantur, ejusdem esse ministerii, atque artis. Sanè Ethan inter cantores numeratur libro primo Paralipomenon capite 15, versiculo 19, et iterùm nomen ejus auditur in titulo Psalm. 88, cujus hic est titulus : *Intellectus Ethan Ezraitæ.* Quare aut illum composuit, aut modulatus est; cùm autem comparatio fieri soleat inter eos qui eodem continentur genere, vero est plusquàm simile Salomonem musicæ quoque fuisse scientissimum : nam mirificum fuisse poetam argumento nobis sunt Cantica Canticorum ab illo composita, quibus nihil in eo genere potuit excogitari sublimius, nihil elegantius. Scio ab Hebræis, ut auctor est in Tradition. Hieronymus, existimari his nominibus significatos esse, licet obscuriùs, Abraham, Moysem, Joseph, et duodecim tribus Israel. Scio in *Seder olam* cap. 20, hos existimari Ægyptiorum sapientes. Sed planè nomen Ethan Hebræos esse docet : et ita putat Josephus lib. 8, cap. 2, quod communiter sequuntur interpretes.

Vers. 32. — Locutus quoque est Salomon tria millia parabolarum, et fuerunt carmina ejus quinque et mille. Non dubium est, quin plura carmina, parabolasque locutus fuerit, scripseritve Salomon, quàm quæ nunc habemus. Ut enim alii exciderunt libri ex Scripturâ sacrâ, qui non semel in eâdem Scripturâ citantur, sic etiam verisimile est excidisse multa carmina, parabolasque multas præter illa, quæ nunc legimus in Salomone prodita. An verò parabolæ canticaque, quæ nunc habemus, in tribus parabolarum millibus, et quinque ac mille carminibus contineantur, incertum est. Mihi magis verisimile est hæc ad illorum pertinere numerum, et ex eis injuriâ temporum excidisse quamplurima. Illud obscurius, an hæc, quæ nunc habemus, et reliqua, quæ perierunt nobis, et quæ agnoverunt antiquissima secula, monumentis tradiderit Salomon, an ab illius ore acceperint alii, ut gravia apophthegmata, dignaque memoriâ in scripta retulerint; incertum est. Quidam hæc jactata putant familiaribus hominum sermonibus, et non tam ex scriptis, quàm ex memoriâ ad familiarem usum, et doctrinam exprompta, ac tandem postquàm illorum periêre non pauca collecta ab Ezechiâ, et in illum ordinem redacta, quem nunc habemus. Id verò indicat locus ille Proverb. 25, versiculo 1 : *Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Juda.* Quod si ita est, ut planè videtur verisimile, maximè cùm Salomon non dicatur scripsisse, sed locutus fuisse parabolas, non

regionem incolerent Græciæ maximè propinquam, atque iter maximè esset commodum, Græci eas regiones sæpiùs frequentârunt, atque consuetudinem cum gentibus illis detinuerunt frequentissimam ac suavissimam. Ægyptii verò celeberrimi rerum suarum laudatores, veram cæteroqui antiquitatem et scientiam suam plus nimiò exaggerârunt; quibus obsequium et fidem conciliabant mysteria, quibus illorum dogmata obvolvebantur. Aiebant illi, sapientiam, vel philosophiam translatam fuisse in Chaldæam, coloniâ ex Ægypto ductâ. Sermo est equidem apud Diodorum Siculum lib. 1, de coloniâ Æ6yptiorum, quæ sub Belo in Chaldæam venit. Vicissim autem Chaldæi prima scientiarum semina à suis in Ægypto sata esse defendunt. Sunt qui credant, per Abrahamum derivatam eò fuisse astronomiam cum reliquis scientiis. Utcumque res habeat sese, Salomon acceperat à Deo mentem excultam rebus quibusque utilissimis et gravissimis omnium quæ apud Orientales et Ægyptios docerentur. Nôrat astronomiam, astrologiam, scientiam temporum, arithmeticam, dispositionem universi, virtutes elementorum, naturam animalium, qualitates plantarum, œconomiam, architecturam, magiam naturalem; denique physices abdita omnia pervasit. (Calmet.)

eodem modo videntur ab Ezechiæ servis et eodem ordine fuisse digesta, quo à Salomone prolatæ. De scriptis Salomonis vide plura apud Sixtum Senensem lib. 2 Bibliothecæ, v. *Salomon*, ubi plus eâ de re satis

Vers. 33. — Et disputavit super lignis, a cedro quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete (1). Quæ supersunt ad finem usque capitis obscura non sunt: tantùm enim adhibitâ multarum, occultissimarumque rerum cognitione docet scriptor sacer Salomonem magnum fuisse philosophum, cùm nihil usque adeò occultârit natura, quod ipse non fuerit assecutus; multa nostros effugiunt sensus, quia valdè sublimia, quia sunt cœlestia, quæ ab humanis oculis longè recesserunt; alia, quia latent in terræ visceribus, neque ad nostros oculos, nisi adhibitâ solertiâ, et magno labore foràs evocentur; alia, quia exigua sunt corpuscula, neque ullo hominum sensu deprehendi possunt, nisi attentè quis ac sedulò in illorum cognitionem incumbat. Nihil tamen horum Salomonis latuit intelligentiam. Quod de seipso ait Sap. 7: *Quæcumque sunt absconsa et improvisa, didici.* Absconsa sunt cœlestia, quia à nostris sensibus altè sublata; at cognovisse se dicit, *anni cursus et stellarum dispositiones*, quod facit astrologus. Absconsæ sunt in terræ visceribus, et altè defossæ plantarum radices; illarum tamen virtutes ad multiplices effectus assecutus est: quid argenti atque auri, quid pretiosorum lapidum in reconditis terræ venis obdurescceret, exactè cognovit. Ventorum vim et proprietates, volucrum naturam, lapsus et cantus, quæ vagantur in aere, non ignoravit; non multiplices naturas belluarum, quæ gradiuntur, aut serpunt super terram; non piscium, etiamsi se in profundissimis aquarum latebris abscondant, cùm tamen infinita propè sint genera aquatilis naturæ. Alia enim sunt altè demersa, alia innatant, alia fluitant, alia ad saxa nativis testis adhærescunt. Hæc aperta sunt, et facilè patent ex textu tum hoc loco, tum Sap. 7; illud obscurius, quod ad extremum additur, disputâsse nimirùm Salomonem de lignis, id est, de plantis, ubi ars illius medica declaratur à cedro ad hyssopum usque, quæ in parietibus nascitur, atque ideò non potest esse non exigua.

Quid sit hyssopus obscurum est; illud videtur certum, herbam esse exiguam, quia cedro opponitur Libani, quâ Hebræis nulla planta visa fuerat, aut existimata procerior, quia in suâ se regione continuerant, neque alia nôrant arborum genera, quæ cedro sunt multò magis sublimia. Ubi Vulgatus, *hyssopus*, Hebraicè est *ezob*, de cujus significatione mirè variant interpretes. Hebræi origanum esse putant; sic sanè Rab. David in suo Miclol vocem adhibuit Hispanicam *oregano*. Sed neque hæc herba usque adeò humilis est, neque in pariete communiter nascitur. Abulensis quæst. 8, spartum esse putat, ex quo funes fiunt. Sed unde id conjectet non video, cùm sparto sint aliæ viliores herbæ, et ipsum non proveniat in pariete parietinisve, sed in campis latissimis, sicut passim in Hispaniâ videmus. Adde quòd hic aliquid propositum videtur Hebræis familiare, certè non ignotum; at fortassè Hebræorum nullus, qui eâ Salomonis ætate vixit, spartum viderat, cùm herba illa in unâ tantùm nascatur Hispaniâ, ut auctor est Plinius libro 19, capite 2. Nam, si quod in Africâ, vile est, et inutile. Quare utcumque sit in Palæstinâ non apparet. Levinus Lemnius adiantum putat libro de herbis biblicis cap. 16, cui Pineda subscribit in suo Salomone prævio lib. 3, cap. 22, quia hæc herba ad rem medicam magnos usus habet, et in parietibus nascitur humilibus, et in puteis, et speluncis, ubi juges sunt aquæ, quibus assiduè aspergitur, aut rigatur herba; et ideò ab Hispanis dicitur *culantrillo de pozo*. Cui cogitationi illud nonnihil favet, quòd hic illa nota esse dicuntur Salomoni, quæ et ipsa maximè sunt manifesta, et quæ ma-

(1) Il n'y avait rien dont il n'eût l'intelligence, et dont il ne pût parler à fond. Ce qui nous reste de ses sentences dans les livres de l'Ecriture, nous inspire de la vénération pour tout ce que nous n'avons plus, et la curiosité de l'esprit humain se porterait principalement à désirer de connaître tous ces secrets de la nature qu'il avait développés avec une si profonde lumière, et qu'on regarde comme pouvant être si utiles à la conservation de la vie et de la santé des hommes. Mais comme il n'arrive rien, principalement dans des choses si importantes, sans un ordre exprès de Dieu, lorsque nous voyons, d'un côté, qu'il souffre que tant d'excellents ouvrages de Salomon soient perdus, et que de l'autre, il a conservé avec tant de soin les Psaumes de David, son père, nous devons sans doute reconnaître combien il a témoigné par là préférer les ouvrages de piété à tous les ouvrages de science, et combien il veut que ses Ecritures servent plus à nous échauffer le cœur, comme font les psaumes, qu'à éclairer l'esprit, comme pourraient faire tant d'écrits de Salomon que nous n'avons plus. Ce qui apprend à tous ceux qui sont engagés à écrire ou à parler des choses de Dieu, à chercher aussi plutôt ce qui peut nourrir la piété, que ce qui peut satisfaire la curiosité de ceux qu'ils instruisent.

(Sacy.)

ximè occulta; tum etiam quæ magna sunt, et exiguo suo quæque modo vehementer. Cedrus procera est, et eâ de causâ manifesta maximè; adiantum, ut constat, admodùm exiguum, et quia in puteis nascitur, locisque obscuris, et humentibus, et intra ipsum penè terræ sinum, atque complexum, quod nunquàm sol attingit, aut certè rarò, ac modicè, obscurum est: ut ergo Salomon dicatur novisse exigua et magna, et tam occulta, quàm manifesta, nihil videbatur posse afferri magis idoneum, quàm cedrus et adiantum.

Ego nunc dubito *ezob*, optimè à nostro interprete, tum hìc, tum etiam aliis multis Scripturæ sacræ locis *hyssopum* esse redditum. Quod, ut cogitem, rationes me non leves, ni fallor, adducunt. Duo hyssopi genera Dioscorides agnoscit lib 3, cap. 26, montanum et hortense. Prioris generis magna vis est in caracinis vulgo Hispanorum, *Alcarria*, ubi ego extremis hisce temporibus ætatis meæ commoratus sum, et hæc, quæ nunc molior, magnâ ex parte confeci. Ibi familiaris hyssopus illa, quæ montana dicitur, nasciturque plerùmque in locis asperis, saxosis, imò inter saxa, ex quibus tractus ille ad vinearum, hortorumque custodiam, maceriam ædificat; quæ reverà vocari potest paries, sicut etiam paries dicitur murus è lapide constructus. Cùm autem parietes, qui in regione Israelitide, quæ tota saxosa est, excitentur è saxis, ut ipsa regionis natura postulat, herba quæcumque inter illa saxa nascitur, in pariete dicitur nasci. Sanè ipsum nomen *maceriæ*, in Scripturâ frequens est: est autem maceria paries è lapidibus, aut lapides in parietis modum aptè dispositi. Hinc audimus cavernam maceriæ, ubi Cant. 2, commorari dicitur columba, et colubrum sæpè in maceriâ, aut septo latere legimus, quod non contingeret, nisi essent è lapide compacta, in quibus pro columbarum nidis, et serpentium latibulis, opportuni relinquuntur sinus, atque foramina. Sic Eccles. capite 10, versiculo 8: *Qui dissipat sæpem, mordebit eum coluber*. Amos 5, vers. 19: *Innitatur manu suâ super parietem, et mordeat eum coluber*. Et clariùs Proverb. 24, vers. 31: *Per agrum hominis pigri transivi, et per vineam viri stulti*, etc., *et maceria lapidum destructa erat*. In his ergo maceriis nasci hyssopum verisimile est, sicut in aliis locis, et nos sæpè vidimus, et alii se vidisse testantur. Sanè Pena nasci hyssopum tradit in locis asperis, et saxorum angustiis.

Quòd hìc scriptor sacer hyssopi meminerit, cùm de humili herbellâ ageret, cùm aliæ plures essent magis ignobiles, atque humiles, ea ratio est, quia cedrus et hyssopus variis locis inveniuntur in Scripturâ sacrâ conjuncta. Unde hæc duo proverbiali, ut reor, specie ab Hebræis tunc usurpantur, cùm nihil significant in aliquo genere esse reliquum, aut cùm omnia significare volunt. Quo modo dicimus: « A vertice ad calcem; à regis usque ad ancillæ « filium; à pauperum tabernis, usque regum « turres, » et similia. Notum, opinor, hoc proverbium, quia in lustratione expiationeque ligno cedrino adjungebatur hyssopus, ex quibus fiebat aspergillum. Num. capite 19, versiculo 6, et Levit. cap. 14, versiculo 4, 6, 49, 51, 52. Cùm ergo ista duo tam inter se dissimilia jungerentur, quid mirum si in proverbiali dicendi modo conjungantur, de cedri, hyssopique virtute medicâ illorum disputare est, qui res tractant medicas; certum tamen est utriusque magnos esse ad medicinam usus, atque ideò non inutilem fuisse Salomoni aut cognovisse sibi, aut tradidisse aliis, quid de utriusque virtute consecutus sit.

Hæc et similia alia, quæ vim explorant naturæ, componuntque mores et divina intuentur, nemo dubitat honesta esse, et à Salomone indagari, atque tractari potuisse. At fuerunt alia, quæ aut Salomon didicit suâ industriâ, neque satis pio laudabilique conatu; aut certè ab aliis illi tribuuntur immeritò, à quibus abesse posse non videtur superstitio. Qualis est magia, non illa naturalis, quæ ex causarum multiplici congressu futura conjectat; sed quæ diabolicis seducta præstigiis non tam instituit hominum mentes, quàm transvertit et cæcat. Hanc verò magiam neque novit, neque exercuit Salomon, nisi cùm à divinâ religione et cultu, dùm suo genio, atque gentilium feminarum voluntati intemperanter indulget, ad gentilium mores et sacra defluxit. Tunc enim sicut alia plurima flagitiosissima meditatus atque complexus est, sic etiam hìc artem ab ipsis etiam gentibus non omninò probatam didicisse, atque exercuisse videri potuit. De quâ tantùm dicam, quæ de illius efficacitate atque usu tradit Josephus lib. 8 Antiq. cap. 5; illorum liberum judicium aliis relinquo, qui eâ de re consulere poterunt S. Thomam, quæst. 6 de Potentiâ, art. 10, ad 3, et Victoriam, relectione de Magiâ. Sic autem Josephus: « Eâ de re divi- « nitùs consecutus est ad utilitatem, et mede- « lam hominum, quæ adversùs dæmones est « efficax. Incantationes enim composuit, qui-

« bus morbi pelluntur, et conjurationum mo-
« dos scriptum reliquit, quibus cedentes dæ-
« mones ita fugantur, ut in posterum nunquàm
« revertantur. Atque hoc sanationis genus nunc
« usque plurimùm apud nostros pollet. Vidi
« enim ex popularibus meis quemdam Eleaza-
« rum in præsentiâ Vespasiani, et filiorum, et
« tribunorum reliquorumque militum, multos
« arreptitios percurantem. Modus verò cura-
« tionis erat hic : Admoto naribus dæmoniaci
« annulo (hic aliter dicitur Salomonis clavi-
« cula), sub cujus sigillo inclusa erat radicis spe-
« cies à Salomone indicatæ, ad cujus olfactum
« extrahebat per nasum dæmonium, et collapso
« mox homine adjurabat id, ne ampliùs redi-
« ret, Salomonis interim mentionem faciens,
« et incantationes ab illo inventas recitans. Vo-
« lens autem Eleazarus his qui aderant osten-
« dere suæ artis efficaciam, non longè inde po-
« nebat poculum, aut pollubrum aquâ plenum,
« imperabat dæmonio hominem exeunti, ut his
« subversis signum daret spectantibus, quòd
« reliquisset hominem. » Hæc Josephus ; quid de Salomonis exorcismis, claviculâ, aut annulo, aut vi magicâ alii senserint, et quid eâ de re scriptis prodidisse existimatur, tradit Pineda libro tertio, capite 29, in Salomone prævio, ubi putat illorum plurima esse nugatoria, et falsò ab aliis Salomoni supposita, quod mihi etiam semper visum est. Quo modo hos Salomonis libros de re physicâ ac medicâ Ezechias combusserit, vide infra lib. 4, c. 18, vers. 8.

Vers. 34. — Et veniebant de cunctis populis ad audiendum sapientiam Salomonis. Magnum erat artis et humanæ potestatis, liberalitatisque miraculum Salomonis templum, quod ad suum conspectum curiosos hominum oculos undecumque terrarum advocare poterat, sed planè majus in Salomone naturæ, à divinâ tamen liberalitate cumulatæ miraculum, in quo tanta splenduit doctrina, tanta sapientia, ut Eccl. cap. 47, versiculo 16, cum flumine comparetur, quod et alveum complet, et interdùm exundans circumjectos rigat et fœcundat agros. Sic autem ibi de Salomone : *Impletus es quasi flumen sapientiâ, et terram retexit anima tua* (id est, aperuit quæ in terrâ ad illud usque tempus fuerunt occulta, sive, ut alia habet lectio, texit et inunflavit terram, sicut dumen, quod dùm excedit ripas, terram operit fluctibus), *et replêsti in comparationibus ænigmata; ad insulas longè divulgatum est nomen tuum, et dilectus es in pace tuâ, in cantilenis, et proverbiis, et comparationibus, et interpretationibus miratæ sunt terræ.* Id planè videtur hoc loco significari. Nam cùm Salomonis sapientia totum complêsset orbem, et, ut usu plerùmque evenit, aliquid rumor adderet veritati, fiebat ut multi audiendi, videndique Salomonis studio longissimam susciperent peregrinationem, et ab extremis terræ finibus venirent Hierosolymam ; quod de reginâ Saba legimus infrà, cap. 10, et clariùs Matth. 12, v. 42, *quæ venit de finibus terræ audire sapientiam Salomonis.* Hæc verò tanta multitudo à Salomone edocta latè disseminavit traditas à Salomone parabolas, cantica et ænigmata, quorum argutias et pondera admirabatur terra. Neque illustris illa Salomonis templi atque admiranda moles tam adducebat peregrinorum hominum curiosos oculos Hierosolymam, quàm illorum curiosas aures, ut tantam Salomonis sapientiam audirent. Quod de Tito Livio ad Paulinum scripsit Hieronymus, hoc de Salomone poterat scripsisse veriùs. « Ad Titum Livium, inquit, « lacteo eloquentiæ fonte manantem de ultimis « Hispaniæ, Galliarumque finibus quosdam ve- « nisse nobiles legimus : et quos ad contempla- « tionem sui Roma non traxerat, unius homi- « nis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum « omnibus seculis celebrandumque miraculum, « ut urbem tantam ingressi, aliud extra urbem « quærerent. »

Hùc facit quòd ex omni natione viri principes difficiles quæstiones, sive de moribus et officiis, sive de occultis naturæ sacramentis ac viribus ad Salomonem per litteras tanquàm ad unicum orbis oraculum referebant. Ita sanè Josephus lib. 8, cap. 2, de Hiram Tyriorum rege: « *Quæstiones*, inquit, *ænigmaticas Tyrio-* « *rum rex ad Salomonem transmisit, rogans ut* « *eas explicaret, et dubitationem sibi omnem exi-* « *meret. At ille callens hujusmodi rerum, ac naturâ* « *prudentissimus nihil inexplicatum relinquebat,* « *sed omnia ratione pervincens, et perscrutatus* « *eorum intellectum, apertissimè declarabat.* » Alia adducit ibi Josephus ex alienâ sententiâ de quæstionibus sive à Salomone solutis, sive à Salomone propositis, quæ neque ipse probat, neque videntur esse probabilia.

CAPUT V.

1. Misit quoque Hiram rex Tyri servos suos ad Salomonem (audivit enim quòd ipsum unxissent regem pro patre ejus),

CHAPITRE V.

1. Hiram, roi de Tyr, envoya aussi ses serviteurs vers Salomon, ayant appris qu'il avait été sacré roi en la place de son père

quia amicus fuerat Hiram David omni tempore.

2. Misit autem Salomon ad Hiram dicens :

3. Tu scis voluntatem David patris mei, et quia non potuerit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus.

4. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum; et non est satan, neque occursus malus.

5. Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, sicut locutus est Dominus David patri meo dicens: Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum ipse ædificabit domum nomini meo.

6. Præcipe igitur ut præcidant mihi servi tui cedros de Libano, et servi mei sint cum servis tuis; mercedem autem servorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris; scis enim quomodò non est in populo meo vir qui noverit ligna cædere sicut Sidonii.

7. Cùm ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valdè, et ait : Benedictus Dominus Deus hodiè, qui dedit David filium sapientissimum super populum hunc plurimum.

8. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens : Audivi quæcumque mandàsti mihi, ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis et abiegnis :

9. Servi mei deponent ea de Libano ad mare, et ego componam ea in ratibus in mari, usque ad locum quem significaveris mihi; et applicabo ea ibi, et tu tolles ea : præbebisque necessaria mihi ut detur cibus domui meæ

10. Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina et ligna abiegna juxta omnem voluntatem ejus.

11. Salomon autem præbebat Hiram coros tritici viginti millia, in cibum domui ejus, et viginti coros purissimi olei; hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos.

12. Dedit quoque Dominus sapientiam

car Hiram avait toujours été ami de David.

2. Salomon, de son côté, envoya vers Hiram, et lui fit dire :

3. Vous savez quel a été le désir de David mon père, et qu'il n'a pu bâtir une maison au nom du Seigneur, son Dieu, à cause des guerres qu'il avait à soutenir de toutes parts, jusqu'à ce que le Seigneur eût mis *tous* ses ennemis sous ses pieds.

4. Mais maintenant le Seigneur, mon Dieu, m'a donné la paix de tous côtés, et je n'ai plus d'ennemis, ni rien qui s'oppose à moi.

5. C'est pourquoi j'ai dessein de bâtir un temple au nom du Seignenr, mon Dieu, selon que le Seigneur l'a ordonné à David, mon père, en lui disant : Votre fils que je ferai asseoir en votre place sur votre trône sera celui qui bâtira une maison à mon nom.

6. Donnez donc ordre à vos serviteurs qu'ils coupent pour moi des cèdres du Liban; et mes serviteurs seront avec les vôtres, et je donnerai à vos serviteurs telle récompense que vous me demanderez; car vous savez qu'il n'y a personne parmi mon peuple qui sache couper le bois comme les Sidoniens.

7. Hiram, ayant entendu ces paroles de Salomon, en eut une grande joie, et dit : Béni soit aujourd'hui le Seigneur, qui a donné à David un fils très-sage pour gouverner un si grand peuple.

8. Et il envoya dire à Salomon : J'ai entendu tout ce que vous m'avez fait dire ; j'exécuterai tout ce que vous désirez pour les bois de cèdre et de sapin.

9. Mes serviteurs les porteront du Liban sur le bord de la mer ; je les ferai mettre sur mer en radeaux, *et je les ferai conduire* jusqu'au lieu que vous m'aurez marqué, où je les ferai aborder; et vous aurez soin de les *faire* prendre. *Pour cela* vous me ferez donner *tout* ce qui me sera nécessaire pour nourrir ma maison.

10. Hiram donna donc à Salomon des bois de cèdre et de sapin autant qu'il en désirait;

11. Et Salomon donnait à Hiram, pour l'entretien de sa maison, vingt mille mesures de froment, et vingt mille mesures d'huile très-pure. Ce sont là les provisions que Salomon envoyait chaque année à Hiram.

12. Le Seigneur donna aussi la sagesse à Salomon, selon qu'il le lui avait promis. Il y avait

Salomoni, sicut locutus est ei. Et erat pax inter Hiram et Salomonem, et percusserunt ambo fœdus.

13. Elegitque rex Salomon operarios de omni Israel, et erat indictio triginta millia virorum.

14. Mittebatque eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita ut duobus mensibus essent in domibus suis; et Adoniram erat super hujusce modi indictione.

15. Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, et octoginta millia latomorum in monte,

16. Absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium et trecentorum, præcipientium populo et his qui faciebant opus.

17. Præcepitque rex ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos, in fundamentum templi, et quadrarent eos;

18. Quos dolaverunt cæmentarii Salomonis et cæmentarii Hiram. Porrò Giblii præparaverunt ligna et lapides ad ædificandam domum.

paix entre Hiram et Salomon, et ils firent alliance l'un avec l'autre.

Le roi Salomon choisit aussi des ouvriers dans tout Israël, et commanda pour cet ouvrage trente mille hommes.

14. Ils les envoyait au Liban, tour à tour, dix mille chaque mois, de sorte qu'ils demeuraient deux mois dans leurs maisons; et Adoniram avait l'intendance sur tous ces gens-là.

15. Salomon avait soixante-dix mille manœuvres qui portaient les fardeaux, et quatre-vingt mille qui taillaient les pierres sur la montagne,

16. Sans compter ceux qui avaient l'intendance sur chaque ouvrage, lesquels étaient au nombre de trois mille trois cents, et donnaient les ordres au peuple et à ceux qui travaillaient.

17. Le roi leur commanda *aussi* de prendre de grandes pierres, des pierres d'un grand prix, pour les *murs et même pour les* fondements du temple et de les préparer *pour cet effet*.

18. Et les maçons de Salomon et ceux d'Hiram eurent soin de les tailler; et ceux de Giblos apprêtèrent le bois et les pierres pour bâtir la maison du Seigneur.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Misit quoque Hiram rex Tyri ad Salomonem servos suos (1). Cujus rei gratiâ illi legati Tyrii ad Salomonem missi sint, Scriptura apertè non refert : est tamen verisimile eo consilio missos ab Hiram, ut de regno, quod de omnibus Davidis filiis unus obtinuerat, quodque cum tantâ populi approbatione moderari cœperat, gratularentur, et societatem et fœdus jam olim initum cum parente, novâ illâ, atque officiosâ legatione confirmaret. Quod indicat illud, quod statim sequitur : *Audivit enim quòd ipsum unxissent regem pro patre ejus.* Putat autem Abulensis q. 1, legationis hujus officium obiisse Tyrios, antequàm infusa esset Salomoni sapientia, quod etiam mihi placet, quia nôsse brevi ac facilè potuit Hiram quo tempore Salomon unctus esset in regem, cùm non procul Tyrus ab Hierosolymis abesset. At si ad hoc tempus, id est, ad quartum annum, esset dilata, nimis esset sera et importuna gratulatio.

Vers. 2. — Misit autem Salomon ad Hiram, dicens (1). Salomonis ad Tyrium mandata le-

(1) Litteras, quibus Hiram et Salomon mutuam consuetudinem detinebant, ætate suâ adhuc superesse in tabulariis Tyriorum, affirmat Josephus; laudatque Dium historiæ Phœnicum scriptorem, ac Menandrum, qui de utroque principe egerunt. Narrant hi scriptores, Hiramum et Salomonem sese provocâsse invicem ænigmatibus; accidisse autem, ut Salomon ænigma quoddam Hiramo proposuerit, quod cùm ille solvere non posset, coactus fuit mulctam pecuniæ ingentis dare; de inverò Abdemonem quemdam Tyrium non explicavisse modò obscurissimum ænigma, sed alia etiam Salomoni proposuisse, in quibus idem princeps victus grandem vicissim mulctam rependere coactus sit. Hiramus hic filius erat illius qui amicitiam cum Davide coluerat, si vera prodit Josephus, templum scilicet conditum fuisse anno ejusdem principis undecimo, et Salomonis quarto. (Calmet.)

(1) Un savant théologien (Estius) remarque très-judicieusement, que cette union des Tyriens qui étaient gentils, avec les Hébreux pour la construction du temple de Jérusalem, nous figurait d'une manière admirable deux grands mystères; l'un, que le peuple gentil servirait principalement à bâtir l'Église de Jésus-Christ, dont ce temple de Salomon était la figure, puisque la plupart des docteurs et des pasteurs de l'Église qui sont venus depuis les Apôtres, ont été pris des gentils, et que c'est aussi du paganisme que sont sortis presque tous les autres fidèles, qui ont travaillé par leurs bonnes œuvres et par leur patience dans les persécutions, à se rendre dignes eux-mêmes, et à rendre par leur exemple plusieurs autres dignes de devenir aussi bien qu'eux des pierres vivantes propres à entrer dans l'édifice

gatio obscura non est : tantùm enim continet, quàm fuerit Davidi in votis stabile domicilium Domino construere ; neque tamen potuerit suo sibi desiderio satisfacere, quia necdùm erat pacatum imperium quo turbato dari non poterat tam illustri moli, quam designârat animo, sedula, ut optabat, et utilis opera. Quam requiem cùm Dei beneficio tam esset ipse abun-

de ce temple tout spirituel de Jésus-Christ. L'autre mystère est qu'on ne doit pas mépriser, mais faire servir à un usage de piété ce qui se trouve d'utile et de louable dans les actions et dans les ouvrages des païens mêmes, selon que plusieurs grands saints l'ont pratiqué pour l'avantage et la gloire de l'Eglise ; et entre les autres saint Cyprien, saint Jérôme et saint Augustin, qui ont ainsi dépouillé les Egyptiens pour en faire l'ornement du tabernacle de Dieu.

Il n'est rien de plus commun dans saint Augustin et dans les autres saints Pères, que d'appliquer, comme fait ce théologien, tout ce qui regarde ce temple de Salomon, au temple de Jésus-Christ, et à son Eglise, dont le Sauveur est comme la pierre angulaire et la pierre principale et fondamentale, dont les Apôtres sont les fondements, et dont les autres fidèles sont tous ensemble comme les pierres vivantes qui en composent l'édifice tout spirituel. C'est ce temple tout divin que le Saint-Esprit nous représente dans l'Apocalypse sous la figure *de la ville sainte et de la nouvelle Jérusalem fondée sur les douze Apôtres de l'Agneau, comme sur des pierres très-précieuses.* Et c'est encore ce même temple que saint Paul nous décrit sous la figure *d'un corps mystique dont Jésus-Christ est la tête, et dont toutes les parties,* qui sont les fidèles, *étant jointes et unies ensemble avec une très-juste proportion, reçoivent par tous les vaisseaux qui portent l'esprit et la vie, l'accroissement qu'il leur communique par l'efficace de son influence.*

Ce ne sera donc ni les bois de cèdre, ni l'or et l'argent, ni les marbres et les porphyres que nous admirerons dans le temple de Salomon, mais ce que ces choses nous figurent. Le temple de Dieu est une chose trop sainte, pour tirer son prix de l'or et des pierres. Et Dieu même ayant permis, peu de siècles après, qu'il fût livré en la puissance des Assyriens avec toutes ses richesses, il nous a fait assez voir que ce n'était pas cet édifice matériel qu'il considérait, mais seulement ce qu'il représente. Ainsi, avant que de rapporter ce qui regarde la construction de cet ancien temple, et pour n'être pas du nombre des Juifs, qui ne le considéraient que des yeux du corps, il sera bon de donner ici l'idée que saint Augustin en a eue, et a témoigné souhaiter que l'on en eût, afin qu'elle serve à envisager la vérité à mesure que l'on verra la description de ce qui n'en était que la figure. Ce saint dit que Salomon, qui était roi et prophète, reçut un ordre de bâtir un temple à la gloire du vrai Dieu, et qu'il le bâtit avec du bois et avec des pierres, parce que Dieu voulait se faire bâtir par son serviteur une maison sur la terre, où il pût être prié par les hommes, et qu'il habitât par des effets plus sensibles de sa présence, mais que saint Etienne ayant dit aux Juifs, *que ce prince était celui qui avait bâti un temple en l'honneur de Dieu,* ajoute aussitôt : *Que le Très-Haut n'habite point dans les temples faits par la main des hommes;* que l'Apôtre nous a découvert quel était ce temple qui n'est point fait par le ministère des hommes, lorsqu'il a dit aux Chrétiens : *Le temple de Dieu est saint, et c'est vous mêmes qui êtes ce temple;* que les anges sont aussi eux-mêmes ce temple de Dieu, et qu'ainsi l'Eglise d'en-haut, composée des anges et de tous les esprits bienheureux, et l'Eglise d'ici-bas, composée de tous les fidèles, forment ce temple si saint, qui est digne de la majesté de Dieu ; que les hommes entrent dans la structure de ce temple auguste ; que les fidèles serviteurs de Jésus-Christ en sont les pierres vivantes ; que toute sa force consiste dans son unité ; qu'il ne s'entr'ouvre ni ne se divise point ; et que c'est la charité qui unit si étroitement toutes ces pierres spirituelles l'une avec l'autre, qu'encore qu'elles soient en si grand nombre, il ne s'en forme qu'une seule de toutes ensemble ; que ce temple du Seigneur est établi par toute la terre, et qu'il en a affermi les fondements sur les saints prophètes et sur les Apôtres. « Templum « regis ipsa Ecclesia. Unde construitur tem- « plum ? De hominibus qui intrant in templum. « Lapides vivi, qui sunt, nisi fideles Dei ? « Templum regis in unitate est, non ruino- « sum, non discissum, non divisum. Junctura « lapidum viventium charitas est ; tantùm « autem valet junctura charitatis, ut quamvis « multi lapides vivi in structuram templi Dei « conveniant, unus lapis ex omnibus fiat. Tem- « plum hoc Deus ubique collocavit. Funda- « menta prophetarum et Apostolorum ubique « firmavit. » Le même saint dit encore, que *ce saint temple,* selon la parole du Roi-Prophète, *est admirable à cause de sa justice.* « Telles sont, « ajoute-t-il, les richesses de la maison du « Seigneur. Car remarquez qu'il ne dit pas : « Votre saint temple est admirable à cause de « ses riches colonnes, à cause de tous ses mar- « bres, à cause de tous ses lambris d'or (tel « qu'était celui de Salomon) ; mais il dit qu'il « est admirable *à cause de sa justice.* Vous avez « des yeux au dehors pour voir tous ces mar- « bres et tout cet or, dont l'éclat frappe vos « sens ; mais vous avez d'autres yeux qui sont « ceux de l'âme, pour voir cette beauté tout « intérieure de la justice. Car la justice a une « beauté qui n'est visible qu'aux yeux du cœur, « et qui lui paraît infiniment aimable. C'est « elle que les hommes ont tant aimée dans les « martyrs, lors même que tous leurs membres « étaient déchirés par les dents des bêtes. Car « lorsqu'ils étaient ainsi couverts de sang, lors- « que leurs entrailles étaient entr'ouvertes, « ceux qui les voyaient des yeux du corps en « cet état si horrible, n'avaient-ils pas d'autres « yeux pour voir en eux quelque chose d'a- « gréable ? Que voyaient-ils donc alors qu'ils « pussent aimer, et qu'y avait-il dans cette « horreur apparente d'un corps tout couvert « de sang, et tout déchiré, qui pût leur plaire, « sinon la beauté intérieure de la justice qui « était entière au fond de leur cœur ? *Quid ibi « erat quod amaretur, nisi quia erat in illâ fœdi-*

danter consecutus, eò incumbebat toto spiritu ac studio, ut quod parenti non licuit id ipse quamprimùm et quàm maximè posset, luculenter absolveret. (1)

« *tate dilaniatorum membrorum integra pulchri-* « *tudo justitiæ?* Tels sont (continue ce saint) « les trésors tout spirituels de la maison et du « temple du Seigneur. Et lorsque vous enten- « drez parler de ce temple, ne croyez pas « qu'il soit autre que vous-mêmes. Aimez la « justice, et vous devenez le temple de Dieu. « Ce temple est considéré, tantôt comme un « seul homme, et tantôt comme plusieurs, « parce que le corps de Jésus-Christ, qui est « un, est composé de plusieurs : *Et plures* « *sunt, et unus est; quia ipse unus ex pluribus* « *constat.* Or ce temple, dit encore le même « saint, qui appartient non à l'ancien, mais au « nouveau Testament, surpasse en gloire sans « comparaison ce premier qui fut seulement « bâti avec du bois, des pierres, de l'or et de « l'argent, et les plus riches matériaux, et il « le surpasse autant que les pierres vivantes et « animées par la foi et la charité dont il est « bâti, sont plus excellentes que ces autres « inanimées et matérielles. Mais sa gloire sera « encore plus éclatante, lorsqu'on en fera la « dédicace, c'est-à-dire, lorsque l'on verra « venir *celui qui est désiré de toutes les nations.* « Car à son premier avénement il n'était pas « désiré de cette sorte par tous les peuples, « puisque n'ayant pas encore cru en lui, ils ne « le connaissaient pas pour celui qu'ils devaient « tous désirer. Ce sera alors que ce divin ar- « chitecte, qui a dit *qu'il y a beaucoup d'ap-* « *pelés, mais peu d'élus,* fera voir que son saint « temple, qui doit subsister éternellement, est « tout bâti de pierres *choisies.* Car maintenant, « tant que les églises sont remplies de ceux qui « doivent être séparés comme la paille d'avec « le bon grain, la gloire de cette sainte maison « ne paraît pas aussi grande qu'elle paraîtra « dans ce dernier temps, où tout ce qui la com- « posera, y demeurera pour toujours. *Ipse* « *architectus, qui dixit :* Multi sunt vocati, « pauci verò electi, *de electis demonstraturus* « *est ædificatam domum, quæ nullam deinceps* « *formidabit ruinam, quando quisquis ibi erit,* « *semper erit.* »

C'est l'idée que nous avons cru devoir donner d'abord du temple de Jésus-Christ, avant que de parler de celui de Salomon, qui ne fut bâti, comme dit encore saint Augustin, que comme une image et une figure de cet autre tout divin. *Templum illud fabricatum fuerat in imaginem futuri corporis Domini.* Car si l'on n'était auparavant convaincu de cette grande vérité, on pourrait peut-être trouver étrange que le Saint-Esprit eût voulu nous représenter avec tant de soin jusqu'aux moindres circonstances qui regardaient la structure de ce temple de Salomon; comme si ces choses méritaient l'attention et même l'admiration des fidèles. Mais lorsqu'on regarde avec les yeux de la foi dans l'image et dans l'ombre qui est passée, la vérité même qu'elle figurait, on ne s'arrête plus, dit saint Augustin, qu'à la lumière. *Tenemus lucem, umbra transivit.* Aussi saint Ambroise dit de Salomon qu'il aurait été heureux, si en consacrant un temple au Seigneur, où il devait être adoré par les peuples, il eût eu soin de lui en bâtir un autre au-dedans de soi, qu'il n'eût point profané ensuite. *Salomon templum Deo condidit; sed utinam corporis sui templum ipse servâsset!* (Sacy.)

(1) Vers. 3. — Propter bella imminentia per circuitum. Dissimulat hic Salomon veram causam, quæ patrem ab ædificando templo Domini avertit. Neque enim removerunt illum ab eo consilio bella gerenda, sed quæ eò usque gesserat. E doctis tamen interpretibus quidam unicam non conditi à Davide templi causam agnoscere videntur, assiduas ejus bellicas occupationes. (Calmet.)

Vous savez que mon père n'a pu bâtir une maison au Seigneur notre Dieu, à cause des guerres et des ennemis qui le menaçaient de toutes parts. Cela n'a besoin d'aucune explication quant à la lettre, puisqu'il est visible que Dieu a voulu seulement témoigner par là l'horreur qu'il avait de l'effusion du sang humain, comme l'Église l'a aussi fait voir depuis, en interdisant ses fonctions à ceux mêmes qui ne participent à la mort d'un criminel que comme juges. Mais si nous envisageons sur cela un autre sens plus élevé, nous pouvons dire qu'il y a deux différentes manières de travailler à bâtir le temple tout spirituel, dont celui de Salomon était la figure. L'une est celle qui regarde les pasteurs, dont le ministère les oblige de travailler de tout leur pouvoir à construire la maison de Dieu et le temple du Saint-Esprit dans les âmes. Et il semble que ce sont eux proprement que Dieu a eus en vue en cet endroit. Lors donc qu'ils désirent comme David de travailler à bâtir ce temple, qu'ils prennent garde s'ils n'ont point encore, comme ce prince, beaucoup d'ennemis à combattre, c'est-à-dire, s'ils sont encore engagés dans beaucoup de passions. Car lorsqu'ils se sentent comme pressés par une multitude d'ennemis intérieurs qui les attaquent eux-mêmes, ils ne sont guère en état de penser à travailler à l'édifice de Dieu dans les autres, étant assez occupés de ce qui regarde leur propre salut. Et quoiqu'il soit impossible, tant que l'on est en ce monde, d'avoir *cette paix et ce repos* dont il est parlé ici, puisque les plus grands saints, tel qu'était saint Paul, ne sont pas eux-mêmes exempts de tentations et d'ennemis à combattre, il faut néanmoins que le péché ne règne pas dans leurs cœurs, et que la grâce de Jésus-Christ les ait rendus maîtres de leurs ennemis, pour n'en être pas vaincus.

L'autre manière de travailler à l'édifice de Dieu, est celle qui convient généralement à tous les fidèles, dont toute l'occupation doit être d'imiter ces anciens Israélites, qui tenaient l'épée d'une main, et la truelle de l'autre, c'est-à-dire que chacun d'eux est indispensablement obligé de travailler à la construction du temple du Saint-Esprit dans son âme par la charité, par l'humilité, et par toutes les autres vertus, en combattant tous ses ennemis qui s'y opposent. Les guerres qu'ils ont tous les jours à soutenir contre le démon, le monde et la chair, non seulement ne les doivent point empêcher de s'occuper à ce grand ouvrage de leur salut, mais elles leur sont même en quelque façon nécessaires pour les

Vers. 4. — Non est Satan, neque occursus malus. Satan hoc loco non diabolus, sed qui nostris consiliis adversatur, quales sunt hostes, qui dùm bella movent, pacem nostram atque otium turbant, et dùm nostras cogitationes, et vires ad se vocant, aliis nos curis vacare non sinunt. Tales fuerunt hucusque Palæstini, Moabitæ, Idumæi, et alii vicini populi, quibuscum Hebræis fuit durum et penè familiare bellum. Talis Absalom, talis Seba, qui publicam pacem, et pacatos animos importunè turbârunt; talem denique se præbebat Abisai 2 Reg. c. 19, qui, dùm ignoscendo atque parcendo demereri sibi vellet populares animos David, illum tamen ad vindictæ studium inflammabat, dùm veniâ Semei vocabat indignum, cui dixit David, v. 22 : *Quid mihi et vobis, filiis Sarviæ? cur efficimini mihi hodiè in Satan?* Ait igitur Salomon, neque sibi essé nunc adversarium, qui suas cogitationes aliò avocet, neque impedimentum ullum, quominùs totum studium ac vires in designatam animo templi molem impendat.

Vers. 6. — Præcipe igitur, ut præcidant mihi servi tui cedros de Libano (1). Libanus à septentrione terram promissionis definit, qui ad Tyrios pertinet et Sidonios, de quo multa, ac sæpè Scriptura prædicat. Sed cùm aliarum arborum, earumque pulcherrimarum feracissimus sit, laudantur omnium maximè cedri, quæ proceritatis sunt eximiæ et odoratæ materiæ; ex quibus ligna sumuntur ad speciem dignitatemque domorum, quas sibi viri principes ad splendorem atque delicias construunt. Unde sæpè audimus è cedrinis compacta lignis, quæ pulchra significare volumus et pretiosa. Cur autem tam firmæ sint atque proceræ arbores istæ, quas in loco sublimi concutit quidem, sed non evellit ventus, eam Hieronymus rationem adducit ad illud Oseæ cap. 14 : *Ero quasi ros Israel, germinabit quasi lilium, et erumpet radix ejus, ut Libani*, etc. *Cùm creverimus in Domino, mittemus radices nostras, sicut arbores Libani, quæ quantùm in auras consurgunt vertice, tantùm in imâ radice demergunt, ut nullâ tempestate quatiantur, sed stabili mole consistant.* Sumpsit ex Virgilio, qui hæc eadem prodidit de quercu lib. 4 Æneid. :

Ipsa hæret scopulis, et quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice ad tartara tendit.

Hic Hieronymus exemplar agnoscit illorum, qui in virtute velint magnos quotidiè facere processus. Neque enim unquàm in sublime consurgent, nisi se priùs per humilitatem in profunda demergant, neque templum stabile quisquam ædificabit, nisi ex materiâ cedrinâ, ex eâ, inquam, materiâ, quæ non magis se sursùm attollit, quàm deorsùm deprimit. Optimum sanè symbolum mystici templi, in quo Deus libenter habitat, atque constanter, neque minùs quàm in cœlo gloriosè. Sic sanè putabat Isaias, qui c. 57, v. 15, humilem spiritum, in quo Deum habitare dicit, cum templo, imò cum ipso cœlo componit. *Hæc*, inquit, *dicit excelsus, et sublimis, habitans æternitatem, et sanctum nomen ejus in excelso, et in sancto habitans, et cum contrito et humili spiritu.*

Cùm autem cædendi atque poliendi ejusmodi ligna, non ita magnum usum aut artem haberent Hebræi, aut certè illorum non ita multi, maximam verò Tyrii atque Sidonii, qui bonam illius montis partem inhabitant; petit Salomon ab amico sibi Tyriorum rege, ut hominibus quos illius artis habuerit maximè peritos, id negotii mandet, ut materiam è Libano comparent cæduam, ad templi fabricam, quarum ipse laborem et quamcumque aliam operam justâ mercede compensabit, quibus ex Hebræis ipse socios adjunget. Quid autem pro operarum sumptibus collaturus sit, explicat lib. 2 Paralip. c. 2, v. 10.

Vers. 7. — Benedictus Dominus Deus hodie (1). Excepit Tyrius Salomonis mandata

rendre plus parfaits, comme le Seigneur le déclara à saint Paul même, en lui disant, *que sa vertu se perfectionnerait dans sa faiblesse.* Et le plus grand de tous les périls qu'ils auraient à craindre, ce serait d'être dans cette paix si profonde, et dans cette exemption de tous ennemis où se trouva Salomon, qui fut ensuite la principale cause de sa perte. (Sacy.)

(1) Decernit hic Salomon de iis cedris, tanquàm de rebus suis, neque postulat ab Hiramo nisi opifices, qui illas cædant ac dolent. Post victoriam Davidis de *Adarezero* hi montes cessisse videntur jure proprio regibus Juda; cæterùm etiam continentur in ditione Israelitarum. Libanus pertinebat ad ditionem Israelis à latere septentrionis. Crescebant cedri potissimùm quâ parte spectatur mare Phœnicium, supra Biblum. Salomonis imperio ejusmodi montes semper paruerunt, ubi et arces nonnullas ille condidit.

Sicut Sidonii. Reges Tyri in ditione suâ habuisse videntur Sidonios, nisi fortè Phœnices omnes, tum Tyrii, tum Sidones, *Sidoniorum* nomine censeantur. (Calmet.)

(1) Eucherius et Angelomus Allegor. per Hiram intelligunt reges gentium, ut Constantinum, Theodosium, Gratianum, Carolum, qui Christum et Apostolos, in ædificandâ et propagandâ Ecclesiâ adjuverunt. Unde et Hiram vel Chiram Hebr. idem est quòd *vitâ excelsus*, aut *vitæ celsitudo*; vel *principatus*, aut *nobili-*

non illibenter, et gratias egit Deo, quòd pro parente Davide jam mortuo suffectus esset in regno filius, de cujus sapientiâ nihil posset aut timeri absurdum, aut sperari vulgare. Quare omnia ad Salomonis vota prolixè pollicetur. Quærit hìc Abulensis, q. 6, cui Deo benedixerit rex iste Tyri, à quo datum esse prædicat Davidi filium, in quo tantùm sapientiæ foret expertus. Nam ille nihil minùs quàm de Hebræorum Deo cogitabat, et deos ipso etiam Salomonis tempore coleret alienos. Neque enim ipse aliam complectebatur religionem quàm quæ Tyriis atque Sidoniis, quibus ille tunc præerat, venerationi fuit. At cùm eversus est Salomonis animus, et ad muliercularum vota, seu libidinem gentilicis se sacris et sordibus implicuit, infra c. 11, v. 5, coluisse dicitur Astartem deam Sidoniorum, et apud Josephum lib. 8 Ant. c. 2, Herculi et Astartæ instaurâsse dicitur templa, et primus omnium statuam Herculi excitâsse. Illos ergo deos laudâsse videtur, quos colebat; utquid enim laudaret alienum, à quo abhorrebat ethnicus animus? At stat contra, quia illum laudat Deum, à quo Salomon sapientiam accepisset; sed quis credat cogitâsse Tyrium ab illo Deo, quem ipse venerabatur tantum illud donum Salomoni datum quem in illo meliori statu execrabatur Salomon?

Mihi videtur omninò certum à Tyrio rege verum Deum, quem colebant Hebræi, licet ille ab eo alienum haberet animum, esse laudatum. Quod ideò mihi persuadeo, quia licet Hebræi præter Deum, quem ipsi unum, et verum agnoscebant, cæteros, quos admirabatur vesana gentilitas, deos non putarent, sed impura quædam et execranda monstra; at gentium pleræque non ita suos venerebantur deos, ut aliena numina, aut vana putarent, aut contemnenda. Testes sunt Romani, qui pro diis omnibus commune erexerunt templum, quod θεῶνα vocârunt; testes Athenienses, qui ne à suâ religione quemquam excluderent deorum, ignotis etiam diis, quorum ipsi nec nomina quidem unquàm audissent, aras excitabant. Sed habemus in Scripturâ sacrâ exempla non obscura illorum qui suis ita inhæsêre sacris ut aliena probarent, et verum Deum laudandum atque colendum esse dixerint. Colebant Palæstini Dagonem et ejusdem farinæ alia deorum monstra; nihilominùs Hebræorum Deum timuerunt, atque ideò ad aspectum arcæ, quam in castrorum medio Hebræi tanquàm tutelarem et ducem collocârunt, gravi metu et tristi cogitatione perculsi dixerunt lib. 1 Reg. cap. 4, v. 8: *Væ nobis! quis nos salvabit de manu deorum sublimium istorum? Hi sunt dii qui percusserunt Ægyptum omni plagâ.* Et captam arcam in loco quem ipsi maximè sacrum existimabant, posuerunt. Deinde lib. 3 Reg. cap. 20, v. 28, Syri Hebræorum Deum potentissimum esse fatebantur in montibus. Darius Persarum rex, cùm deos coleret alienos, Judæorum Deo tantùm tribuebat, ut ab illo salutem et libertatem sperari posse diceret. Sic enim ad Danielem, quem invitus in lacum leonum immitti jussit, Dan. 6, v. 16: *Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te.* Imò et reges cùm aliquid divinum putarent à Judæis coli, à quo sperari posset salus, et propositus suis votis eventus, dona sæpè miserunt ad Salomonis templum, et largiter in sacrificiorum sumptus. De quibus lib. 2 Machab. cap. 3, v. 2 et 3: *Fiebat, ut et ipsi reges et principes locum summo honore ducerent, et templum maximis muneribus illustrarent; ita ut Seleucus Asiæ rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes.* Et ex his constat quomodò rex Tyri, licet gentilis esset, et deorum vanis superstitionibus addictus, benedixerit tamen Hebræorum Deum, qui tantam Salomoni sapientiam indulsisset, quia in eo aliquid existimabat eximium, quod eâ laudatione dignum arbitrabatur. Hoc verò apertè constat lib. 2 Par. c. 2, v. 12, ubi cùm de hâc re sermo esset, dixit Hiram verbis expressis: *Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cœlum et terram, qui dedit David regi filium sapientem,* etc.

Quærit hìc Abul., q. 5, cur nunc Salomon de lignis cædendis comportandisque tantoperè laboret, cùm jam ante satis superque de illis provisum à parente fuerit; imò et de latomis fabrisque lignariis, quos ex Tyriis Sidoniisque accersiri studet. Sic autem David ad filium, cui templi molitionem commendat lib. 1 Par. c. 22, v. 14: *Ecce ego in paupertate meâ præparavi impensas domûs Domini,* etc.; *ligna et lapides præparavi ad universa impendia. Habes quoque plurimos artifices latomos et cæmentarios, artificesque lignorum, aut omnium artium;* dictum etiam fuerat supra, v. 4: *Ligna quoque cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonii et Tyrii deportaverunt ad David.* Respondet Abulensis aliquid amplius cogitâsse Salomonem quàm quod fuerat à parente præscriptum

tas, aut *candor eorum*, ait Pagnin. in Nominib. Hebr. (Corn. à Lap.)

(quod sanè fierit potuit, servatâ formâ quam David acceperat à Deo, cùm multa essent in templo quæ spectarent non tam ad templi propositum exemplar, quàm ad ejus majestatem et amplitudinem), atque ideò plus lignorum comportandum fuit, quàm quod fuerat à parente provisum. Aut certè, quia aliam quoque fabricam animo designârat Salomon, ad quam necessaria videbatur vis major cedrinæ materiæ, ideò de lignorum majori copiâ laborat. Constituerat autem regiam sibi fabricari domum, et aliam pro Pharaonis filiâ, quam uxorem duxit, aliam item domum, quam appellavit *Saltus Libani*. Pro tantâ verò molitione non videbatur satis id quod à patre comparatum est. Quòd autem novos etiam à Tyrio artifices requirat, ea ratio est quia Sidonii et Tyrii, quibus magis erat Libanus notus, magis erant in cædendis lignis exercitati, quæ deferebant ad mare, quibus tam domesticas quàm alienas onerabant naves. Unde magnos sibi sumptus faciebat Tyrus, et ideò illorum sibi operam mercede propositâ locari jubet. Neque aliud exigit, nisi ut ligna cædant, et adducant ad littus, nempe Joppe, ut habes 2 Paral. c. 2, v. 16, ratibusque componant : nam ad illa polienda, glyphicèque fingenda, alios fortassè habuit Salomon ex suâ regione meliores artifices, quales, ut nuper vidimus, congregârat pater, qui videntur fuisse non Hebræi genere, sed religione, proselyti videlicet, qui ex alienâ professione ac genere ad Hebræorum se sacra et religionem adjunxerant. Sic enim lib. 2 Par. c. 22, v. 2, de David : *Et præcepit ut congregarentur omnes proselyti de terrâ Israel, et constituit ex eis latomos ad cædendos lapides, et poliendos, ut ædificaretur domus Dei.*

Vers. 8. — Ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis et abiegnis. Libanus ut vario abundat aromate, sic variis etiam abundat arboribus, quarum pretiosa est et odorata materies, qualis est cupressus, buxus, abies et cedrus, omnium maximè procera et nobilis. Ex his ad templi, regiæque basilicæ constructionem, eam Tyrius materiam promittit, quæ ad illam nobilissimam fabricam maximè videbatur idonea; quæ nimirùm ex abiete sumitur et cedro; libro 2 Par. c, 2. v. 8, plura petit Salomon : *Sed et lignea*, inquit, *cedrina mitte, et arceuthina, et pinea de Libano.* Quæ omnia misit Hiram. In hoc verò loco omissa sunt posteriora hæc ligna, quia minùs ad templi fabricam necessaria, et ideò minor illorum usus.

Vers. 9. — Præbebisque necessaria mihi, ut detur cibus domui meæ (1). Erat Tyrus in mari, et licet non procul à continenti, cincta tamen undecumque fluctibus, et imposita rupi, quæ licet admittere posset ligonem et vomerem, sic tamen erat angustata finibus, ut nonnisi admodùm exigua sperari messis possit. Libanus præterea ille vicinus civitati atque insulæ, utpote saxosus et asper, magis erat plantis, illisque sylvestribus, quàm segeti opportunus. Quare nisi aliunde illùc inveheretur frumentum, fame sine dubio civitati usque adeò frequenti ac lautæ, pereundum erat. Hoc ergo studium cædendi, comportandique ligna de Libano, hâc unâ mercede Tyrius compensari postulat sibi, ut liceat ex Israelitide terrâ ad sterilem illam civitatem, et rebus omnibus indigentem, ad naturæ subsidium, frumenta comportari permittat, neque gratuitum sibi concedi postulat, sed venale frumentum. Ita indicat Josephus lib. 8, c. 2. Neque ad hanc sententiam difficilis est sacer textus. Sic autem Josephus : « Tu verò, ait Hiram, hanc nobis « gratiam repones, ut exportandi ad nos fru- « mentum potestatem facias, quo utpote insu- « lares maximè indigemus. » Hæc fortassè petiit rex Tyri pro civitate totâ, pro suâ verò domo atque familiâ alia, quæ essent tot ligno-

(1) Componam eam in ratibus in mari. Per devexa montis demissæ trabes sectæ cadebant ad ripas amnis Adonis, vel in campestria Bibli. Unde vehebantur ad portum, vel componebantur in rates, ut commissæ mari agerentur usque ad portum Joppes, qui omnium maximè vicinus est Jerosolymæ.

Et applicabo ea ibi. Hebræus : *Et solvam ea ibi*, dissipabo, frangam rates, et reddam tibi ligna ad locum indicatum. Menander Ephesius illud in vitâ Hirami tanquàm rem gravem expendit *cæcidisse illum ligna cedrina è monte Libano, in usum tecti templorum.* (Calmet.)

Vous me ferez donner tout ce qui me sera nécessaire pour l'entretien de ma table et de ma maison. Il semble que ce que demandait le roi Hiram au roi Salomon, doit s'entendre seulement de ce qui regardait la nourriture des ouvriers qui travailleraient à couper les bois, et non la dépense de la table de ce prince. Car c'est ainsi que ce qui est dit en cet endroit moins clairement, est expliqué nettement dans les Paralipomènes. Et Jésus-Christ, figuré par Salomon, promet de même à tous ceux qui s'emploieront à bâtir son temple, qui est son Eglise composée de tous les fidèles, non du froment, ni de l'huile, ni du vin, qui sont des choses périssables, mais une manne cachée et une nourriture céleste. *Travaillez*, leur dit-il lui-même, *pour avoir, non la nourriture qui périt, mais la nourriture qui demeure pour la vie éternelle, et que le Fils de l'homme vous donnera. Celui qui travaille*, leur dit-il encore, *mérite sa récompense.* (Sacy.)

rum gravisque vecturæ mercedis loco, de quibus statim. Sed ut erat Salomon ingenio liberali, præter hæc omnia oppida viginti tradidit in terrâ Galilææ, de quibus infra, c. 9, v. 11. (1)

Vers. 11. — Salomon autem præbebat Hiram coros tritici viginti millia in cibum domui ejus, et viginti coros purissimi olei. Capite præcedenti, cùm de quotidianis Salomonis sumptibus ageremus, explicuimus quid esset corus, quantùm caperet, et quomodò esset aridorum liquorumque mensura; quare de illo non est cur iterùm agamus. Præbebat autem Salomon regi Tyri quotannis ad suæ familiæ sumptus frumenti coros viginti millia; olei verò puri atque præcipui coros viginti, quos, opinor, exsolvit annis viginti; tamdiù enim duravit templi regiæque basilicæ superba molitio. Nam templum septem annis ædificatum est, c. 6, v. 37. Domus verò regia tredecim, c. 7, v. 1; tamdiù autem videtur Hiram ligna cedrina atque abiegna ex pacto contulisse. Addit autem Josephus lib. 8, cap. 2, non solùm à Salomone frumentum et oleum, sed etiam vinum fuisse concessum. « Sed et ipse « (nempe Salomon) maximis donis Hiramum « est remuneratus, singulis annis frumentum « ei mittens, et vinum, atque oleum, quibus « maximè opus habebat, ut diximus, eò quòd « insulam incoleret. » Quid porrò ad operariorum sumptus victumque contulerit, habes lib. 2 Paralip. cap. 2, vers. 10.

Vers. 13.— Elegitque Salomon operarios de omni Israel, et erat indictio triginta millia virorum (1). Viri Israelitæ sub hæc tempora ad opus rusticum, aut onus aliquod grave non

(1) Vers. 10. — Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina et ligna abiegna, scilicet cedros et abietes. Addit liber 2 Paral. 2, 8: *Ligna arceuthina*, id est, juniperina, ut vertunt Septuag., scilicet juniperos, quæ ibi in magnam altitudinem et crassitiem excrescunt, ut inde fiant trabes pro fabricis. Licet enim David ligna reliquamque materiam ad fabricam templi præparârit, ut dicitur 1 Paralip. 22, 14, tamen hæc non suffecerunt Salomoni, majora, et plures fabricas palatiorum suorum meditanti. Ita Abul.

Allegor. Eucher. et Angel : « Conversa gen« tilitas, inquiunt, misit ad Christum viros « quosdam, et secundùm seculum claros, sed « securi Dominicæ increpationis, de monte « suæ superbiæ jam dejectos et humiliatos, « qui ad normam evangelicæ veritatis instituti, « in ædificatione Ecclesiæ pro suo quisque « merito vel tempore collocarentur. Misit « etiam artifices, quia conversos ad veram sa« pientiam philosophos, qui gratiâ eruditionis « populis quoque regendis jure præponerentur, « Domino gentilitas obtulit, qualis fuit ipsis « Apostolorum temporibus Dionysius Areopa« gita, qualis deinceps doctor suavissimus et « fortissimus martyr Cyprianus, aliique quàm« plurimi. Misit et aurum, quod in eâdem « penè significatione accipitur, quia nimirùm « viros sapientiâ et ingenio præclaros ostendit, « pro quibus cunctis oblationibus gentilitas à « Deo dona expectat gratiæ cælestis. »

(Corn. à Lap.)

(1) On ne peut douter, selon la règle que nous a donnée saint Paul, et selon même que saint Augustin l'a particulièrement appliquée à ce qui regarde ce temple de Salomon, que toutes ces circonstances et du nombre et de la qualité des ouvriers qui y étaient employés, n'aient été autant de figures qui signifiaient des vérités touchant l'établissement de l'Eglise. Ainsi cette prodigieuse multitude d'ouvriers marquait l'affluence extraordinaire des peuples qui devaient contribuer tous ensemble, soit par leurs travaux, soit par leurs souffrances, soit par tous les autres exercices auxquels la divine Providence les a destinés, pour bâtir ce temple, cette Eglise unique où le Seigneur tout puissant est adoré. Il y en a parmi eux qui sont occupés à porter comme les fardeaux, d'autres à tailler des pierres, d'autres à couper des bois, et d'autres à divers ouvrages, selon la mesure du don que chacun d'eux a reçu. Et il y en a qui sont établis comme intendants au-dessus des autres.

On laisse à la piété des fidèles d'en faire l'application, ce sujet étant trop vaste pour le traiter en détail. On peut seulement ajouter ici que ce grand nombre de prosélytes qui travaillèrent au temple étant comparé au petit nombre d'Israélites qui y furent employés, marquait dès-lors la multitude des gentils qui devaient entrer dans l'Eglise, au prix de ce peu de Juifs qui ont été convertis. Ce fut par le choix de Salomon, comme il est marqué dans l'Ecriture, que ces prosélytes furent employés à bâtir le temple, et même il en prit trois mille six cents pour avoir la vue et l'intendance sur tous les autres. C'a été aussi, comme le dit tant de fois saint Paul, par la volonté et par le choix de la divine miséricorde du vrai Salomon, que les gentils ont été préférés à Israël dans la formation de l'Eglise, et c'est du milieu de ces gentils qu'il a suscité ce grand nombre de pasteurs, qui après les saints Apôtres ont eu l'intendance sur le troupeau de Jésus-Christ. C'est maintenant à chacun de tous ces différents ouvriers à s'acquitter avec zèle de ce qui regarde son ministère, soit qu'il ne travaille, comme tous les simples fidèles, qu'à édifier le temple de Dieu dans son âme, soit qu'il veille encore comme intendant sur le travail de tous les autres.

Il est aussi remarquable que pour travailler avec succès au temple du vrai Salomon, il est nécessaire d'entrer de temps en temps dans le saint repos de la solitude, et de cette paix du cœur figurée par ce repos que l'on donnait aux ouvriers après qu'ils avaient travaillé durant un mois. Car c'est dans cette paix toute sainte, et dans ce silence de l'âme tout occupée de Dieu seul, qu'on prend de nouvelles forces pour travailler plus avantageusement à cet ouvrage important de la maison du Seigneur.

(Sacy.)

vocabantur, quia hæc exercebant, atque subibant externi, aut qui bello subacti, aut certè mercede conducti. Ita Josephus lib. 8, c. 2: « Salomon autem rex reliquias Chananæorum, « quæ Libanum usque ad urbem Amathen co- « lebant, et imperium ejus detrectabant, sub « imperium ejus redactas tributum pendere « coegit, et per singulos annos certum nume- « rum servorum et colonorum, qui per agros « distribuerentur, exegit; Hebræorum enim « nemo ad serviles operas adigebatur, neque « erat æquum, ut cùm tam multas gentes Deus « sub eorum imperium redegisset, ex his potiùs « quàm de victis ejusmodi conditiones homines « censerentur. Sed omnes arma, et currus, « atque equos, et rem militarem tractare ma- « lebant. Chananæis verò, quos ad servitutem « abduxit, sexcentos præposuit, qui procura- « tores essent regii, et sua cuique opera atque « negotia præscriberent. » Quod etiam è sacro textu non obscurè colligimus. Nam David, ut habes lib. 1 Par. c. 22, v. 2, quotquot essent in Israele proselyti, ad illud opus congregari jussit. Et Salomon, cùm jam adesset templi ædificandi maturitas lib. 2 Par. cap. 2, v. 17 : *Numeravit omnes viros proselytos, qui erant in terrâ Israel, post dinumerationem, quam dinumeravit David pater ejus; et inventi sunt centum quinquaginta millia, et tria millia sexcenti, fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, et octoginta millia, qui lapides in montibus cæderent, tria autem millia, et sexcentos præpositos operum populi;* et apertiùs infra, c. 9, v. 22, ubi cùm sermo esset de templi fabricâ, dicitur : *De filiis autem Israel non constituit Salomon servire quemquam, sed erant viri bellatores, et ministri ejus, et principes, et duces, et præfecti militum et equorum.*

Eratque indictio triginta millia virorum. Ex tot hominum millibus ex genere Israelitico triginta fuerunt millia, ut præessent, opinor, operariis, curarentque ne cessaret aut frigeret opus. Neque omnes simul illi vacabant studio, sed tertia illorum pars, ita ut singulis mensibus una illorum millium decas vacaret operi sibi commendato, et deinde duobus mensibus cessaret ab illo sive opere, sive præfecturâ, et maneret domi, donec post duos menses sua cuique vicissitudo rediret. Ex quo apparet quàm suæ gentis amans fuerit Salomon, qui sic voluit suos in publicis operibus occupare, ut non opprimeret, sic exerceret humaniter, ut non lassaret. An verò in annum unum illa triginta millium virorum esset indictio, id est, indiceretur eis edicto regio, ut uno anno eâ vicissitudine operi vacarent, aut quamdiù duraret illa operis molitio, incertum est; in utramque sententiam pronus est textus. (1)

Vers. 17. — Præcepit rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi et quadrarent eos (2). Incipit

(1) Vers. 15. — Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, et octoginta millia latomorum in monte, hoc est, lapicidarum, qui lapides ex monte sive rupe exciderent. Hi enim non erant Israelitæ, sed proselyti, ut patet 2 Paralip. 2, v. 17 et 18. Proselyti igitur hi erant Gabaonitæ, cæterique Chananæi Hebræis subjecti, et ad judaismum conversi. Proselytorum ergo onera portantium et latomorum in fabricâ templi erant universim 150 millia, Hebræorum verò triginta millia, ut dictum est v. 13, quæ adde 150 millibus, fient 180 millia. His adjice Tyrios et Sidonios, quos Salomon ab Hiram postulârat, ipseque ei submiserat, ut patet v. 6 et 9, ac Ægyptios, quos Pharao socer Salomonis ei destinârat, evadent ducenta millia et ampliùs eorum qui laborârunt in fabricâ templi; imò, si credimus Eupolemo apud Eusebium, lib. 9 de Præpar., evadent trecenta et quadraginta millia; Eupolemus enim asserit Hiram misisse Salomoni octoginta millia Tyriorum, ac Pharaonem totidem millia Ægyptiorum, qui juncti faciunt 160 millia, quæ si addas 180 millibus à Salomone destinatis, fient 340 millia. Verùm hic numerus videtur nimius et quasi incredibilis. Unde nonnulli opinantur errorem esse in numeris Eupolemi vel Eusebii, ut octoginta millia irrepserint pro octo vel octodecim millibus. Sub latomis, id est, lapicidis, intellige lignorum cæsores, sed hic latomi soli numerantur, quia erant plures lapicidæ quàm lignicidæ. Sic sub onera portantibus intellige aurigas, nautas, muliones, agasones, etc. (Corn. à Lap.)

Vers. 16. — Numero trium millium et trecentorum, præcipientium populo. In laudato Paralipomenon loco recensentur ad ter mille sexcentos; sed eo in numero censebantur etiam trecenti illi majores præfecti, qui curabant ter millenos illos ac trecentos operariorum principes inferioribus aliis sociis suis præfectos. (Calmet.)

(2) *Le roi commanda qu'on prît de grandes pierres, des pierres de grand prix, pour bâtir le fondement,* etc. L'Ecriture n'entend pas par ces pierres de grand prix que l'on destinait aux fondements, ces pierres fines que l'on enchâsse dans des anneaux ou dans les couronnes des rois, mais seulement les plus beaux marbres et porphyres, dont la grandeur prodigieuse en augmentait beaucoup le prix. Et l'on en peut bien juger par celles dont il est parlé dans la suite, qui étaient grandes de huit et de dix coudées. La vérité de cette figure nous est marquée d'une manière encore figurée et spirituelle dans l'Apocalypse, lorsque l'ange montrant en esprit à saint Jean *l'Épouse de l'Agneau* divin, *la sainte Jérusalem qui descend du ciel* venant *de Dieu*, lui fit voir, *qu'elle avait douze fondements, où étaient les noms des*

jam Salomon ad magni fundamentum operis aptare materiam. Jubet primùm ut magni et ex materiâ firmâ, speciosâ et nobili excidantur lapides, qui in fundamento positi illius augustæ domûs pondera sustineant. Lapides autem pretiosi dicuntur, non quales nos communiter appellamus, quos in annulis aut coronis includimus, sed qui ab artificibus, quique domos habere student splendidas et lautas, magno habentur in pretio, quales sunt Parii lapides, exquisita marmora, et quæ ex nobilibus eruuntur lapidicinis. Sanè idem Salomon domum sibi et Pharaonis filiæ è lapidibus pretiosis construxisse dicitur infra, c. 7, v. 9, id est, è marmore candoris eximii, ut docet Josephus lib. 15 Ant. c. 14, qui dicit structuram totam ex lapidibus candidis fuisse compactam. Eo autem loco regiam domum ab ipsis etiam fundamentis constare lapidibus pretiosis, docet historicus sacer. *Omnia*, inquit, *de lapidibus pretiosis*, etc., *à fundamento usque ad summitatem parietum et extrinsecùs usque ad atrium majus. Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis.* Ideò verò de fundamentalibus saxis, eorumque dignitate ac pretio hìc speciatim videtur inductus sermo, ut ostendatur neque labori, neque sumptui in hâc templi fabricâ à Salomone parcitum; quæ enim saxa toti substernuntur moli, neque oculis hominum sunt proposita, quia altiùs infossa; rudia esse plerùmque solent et vasta, in quibus non tam spectatur pulchritudo ac pretium, quàm magnitudo et firmitas. At Salomon ad lapidum firmitatem et molem, pretium quoque et venustatem adhibuit. Quanta fuerit lapidum illorum magnitudo non constat, sed conjectura sumitur gravis ex illis lapidibus, quos in structuris aliis Salomon pro fundamento substravit. De quibus 3 Reg. 7, v. 10: *Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem, sive octo cubitorum.*

douze apôtres de l'Agneau, et que tous ces fondements étaient ornés de toutes sortes de pierres précieuses. C'étaient véritablement des pierres très-précieuses aux yeux de Dieu, que ceux qui servirent de fondement à l'Eglise de Jésus-Christ, qui est la même que *l'Épouse de l'Agneau.* Elles étaient grandes par l'étendue prodigieuse de leur charité, et les vertus différentes dont elles étaient ornées, et qui étaient représentées par ces *saphirs*, ces *émeraudes* et ces *topases* dont il est parlé au même lieu dans l'Apocalypse, en relevaient tout-à-fait le prix devant Dieu.

Il est aussi rapporté que les ouvriers de Salomon et ceux d'Hiram, roi de Tyr, taillaient ces pierres, comme pour marquer que les Israélites et les gentils contribueraient également à perfectionner et à tailler ces pierres vivantes et apostoliques par leurs persécutions, et non seulement les principales, qui sont les Apôtres, mais encore tous les martyrs qui ont servi avec les Apôtres comme de fondement à l'Eglise par le sang qu'ils ont répandu pour Jésus-Christ, et qui est devenu, dit un ancien, comme une semence de nouveaux Chrétiens : *Sanguis martyrum, semen Christianorum.* Mais l'Eglise nous apprend encore que les vrais fidèles sont tous du nombre de ces pierres taillées par la main de Dieu, à qui les différentes afflictions qu'ils souffrent avec une humble patience, sont comme autant de coups de marteau qu'il leur donne pour les polir, et les rendre dignes d'avoir place dans le corps de ce grand et admirable édifice qui doit subsister éternellement. *Tunsionibus, pressuris expoliti lapides per manus artificis disponuntur, permansuri sacris ædificiis.* Car c'est lui seul, dit saint Ambroise, qui le bâtit, quoiqu'il se serve du ministère de plusieurs. Et nous devons souhaiter qu'il taille en nous ce qu'il y a de superflu et de rude, afin que nous devenions des pierres polies et dignes de son saint temple. *Ad Ecclesiam ædificandam mittuntur plures; sed Christus eam solus ædificat. Cædantur igitur superflua lapidum nostrorum; aspera lævigentur.* (Sacy.)

Vers. 18. — Quos dolaverunt cæmentarii Salomonis et cæmentarii Hiram. Ut lapides illi pretiosi erant, sic etiam quadrati erant, et egregiè dolati; neque enim in eo opere, quod divino serviret cultui, construendo quidquam esse voluit impositum et vastum, etiamsi humanos lateret oculos, quia latere non poterat divinos. Dolati fuerunt à servis Hiram, ab illis quos Salomon ad opus illud mercede conduxit; qui sanè non fuerunt Hebræi, sed ab aliis nationibus asciti. Nam, ut diximus supra, et constat ex c. 9, v. 22, ex filiis noluit Salomon quemquam servilem operam navare, sed aut curare sua, aut illa obire ministeria quæ ingenuos animos decent.

Porro Giblii (1) præparaverunt ligna et lapides ad ædificandam domum. De his Gibliis egimus in nostris commentariis super Ezechielem c. 27, ad illud v. 9: *Senes Giblii, et prudentes ejus habuerunt nautas.* Hi verò sunt de quibus psalm. 82, v. 8: *Gebal, Ammon, et Amalec cum habitantibus Tyrum.* Ex quibus verbis non difficilè intelligitur, Giblios, qui orti videntur à Gibal, à Tyriis esse diversos,

(1) Creditur Giblos, vel Gebal, urbs Phœniciæ, ipsa esse Biblos, ad radices Libani, ad septentrionem Sidonis, et ad Mediterraneum. Sub hoc Bibli nomine innotuit paganis, et vini gloriâ et aliis pluribus nominibus celebratur. Apud Ptolomæum et Stephanum sermo est de urbe Gebalâ, ad orientem Tyri, in Phœniciâ, quæ urbs est à Biblo longè diversa. Meminit Glycas lapidum, qui è vertice Libani in ædificiorum usum eruebantur. (Calmet.)

sicut alii populi qui eodem cum illis ordine numerantur: hi autem videntur serrandi, atque quadrandi lapides et dolandi ligna peritiam habuisse, et operam suam aliis locare soliti. Neque alios esse puto cæmentarios, quos proximè diximus cum cæmentariis, Hiram ad construendam domum præparâsse materiam; qui Salomonis dicuntur cæmentarii, quia illos Salomon propositâ mercede ex alienâ regione ad templi fabricam evocavit.

CAPUT VI.

1. Factum est ergo quadringentesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terrâ Ægypti, in anno quarto, mense zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domino.

2. Domus autem quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine et viginti cubitos in latitudine et triginta cubitos in altitudine.

3. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, juxta mensuram latitudinis templi; et habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.

4. Fecitque in templo fenestras obliquas.

5. Et ædificavit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domûs per circuitum templi et oracuii, et fecit latera in circuitu.

6. Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, et medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, et tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecùs, ut non hærerent muris templi.

7. Domus autem cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est; et malleus, et securis, et omne ferra-

CHAPITRE VI.

1. On commença donc à bâtir une maison au Seigneur, quatre cent quatre-vingts ans après la sortie des enfants d'Israël hors de l'Egypte, la quatrième année du règne de Salomon sur Israël, au mois de zio, qui est le second mois.

2. La maison que le roi Salomon bâtissait à *la gloire du* Seigneur avait soixante coudées de long, *de l'orient à l'occident*, vingt coudées de large *du midi au septentrion*, et trente coudées de haut. (*La coudée avait environ vingt pouces.*)

3. Il y avait un vestibule devant le temple, de vingt coudées de long, *du septentrion au midi*, autant que le temple avait de largeur; et il avait dix coudées de large, *de l'orient à l'occident; et ce vestibule était* devant la face du temple, *et avait la même hauteur.*

4. Et il fit au temple des fenêtres obliques, *plus larges en dedans qu'en dehors, et fermées avec des treillis.*

5. *Les fenêtres étaient de quinze coudées au-dessus du rez-de-chaussée, afin qu'elles donnassent du jour au temple par-dessus les bâtiments qui étaient autour;* car il bâtit *des chambres à trois* étages *appuyées* sur les murailles du temple, autour de l'enceinte du temple et de l'oracle. Et il fit *de ces chambres comme* des *bas*-côtés, *qui régnaient* tout autour *de la maison du Seigneur.*

6. L'étage d'en bas *de ces chambres* avait cinq coudées de large; celui du milieu, *gagnant une coudée par la retraite prise en dehors sur l'épaisseur de la muraille du temple,* avait six coudées de large; et le troisième, *gagnant encore une coudée par une semblable retraite*, en avait sept. Il mit, *pour porter les planchers de ces chambres,* des poutres *dont le bout était posé sur ces retraites qui régnaient* autour de la maison *du Seigneur* par le dehors, afin que ces poutres ne fussent point attachées aux murailles du temple, *et qu'on ne fût point obligé d'en entailler les pierres pour y faire entrer ces poutres;*

7. Car lorsque la maison *du Seigneur* se bâtissait, elle le fut de pierres qui étaient *déjà* toutes taillées et achevées (*polies*), en sorte qu'on n'entendit dans la maison ni marteau ni

mentum non sunt audita in domo cùm ædificaretur.

8. Ostium lateris medii in parte erat domûs dextræ; et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, et à medio in tertium.

9. Et ædificavit domum, et consummavit eam; texit quoque domum laquearibus cedrinis.

10. Et ædificavit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, et operuit domum lignis cedrinis.

11. Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens :

12. Domus hæc quam ædificas, si ambulaveris in præceptis meis, et judicia mea feceris, et custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea, firmabo sermonem meum tibi quem locutus sum ad David patrem tuum.

13. Et habitabo in medio filiorum Israel, et non derelinquam populum meum Israel.

14. Igitur ædificavit Salomon domum, et consummavit eam;

15. Et ædificavit parietes domûs intrinsecùs tabulatis cedrinis; à pavimento domûs usque ad summitatem parietum et usque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinsecùs; et texit pavimentum domûs tabulis abiegnis.

16. Ædificavitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, à pavimento usque ad superiora; et fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum.

17. Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi.

18. Et cedro omnis domus intrinsecùs vestiebatur, habens tornaturas et juncturas suas fabrefactas, et cælaturas eminentes; omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omninò lapis apparere poterat in pariete.

19. Oraculum autem in medio domûs in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini :

cognée, ni *le bruit d'*aucun instrument, pendant qu'elle se construisit.

8. *Il y avait une porte à chacun des bas-côtés;* la porte du *bas-côté droit* était au côté droit de la maison *du Seigneur, et celle du bas-côté gauche était à gauche; chacune* au milieu *du bas-côté;* et l'on montait par un escalier, qui allait en tournant, *du rez-de-chaussée* dans la chambre *de l'étage* du milieu, et de celle *de l'étage* du milieu dans la *chambre du* troisième *étage.*

9. Il bâtit *ainsi,* et acheva la maison *du Seigneur,* et la revêtit de lambris de cèdre.

10. Et il fit un plancher au-dessus de tout l'édifice, *en forme de voûte,* de cinq coudées de haut, *depuis le commencement de cette voûte jusqu'au milieu;* et il couvrit cette maison de bois de cèdre, *laissant encore cinq coudées de vide entre ce plafond cintré et la couverture.*

11. Alors le Seigneur parla à Salomon, et lui dit :

12. Pour cette maison que vous bâtissez, si vous marchez dans mes préceptes, si vous exécutez mes ordonnances et que vous gardiez tous mes commandements, sans vous en détourner d'un pas, je vérifierai en votre personne la parole que j'ai dite à David, votre père :

13. J'habiterai au milieu des enfants d'Israël, et je n'abandonnerai point mon peuple d'Israël.

14. Salomon bâtit donc la maison *du Seigneur,* et l'acheva.

15. Il lambrissa d'ais de cèdre le dedans des murailles du temple, depuis le pavé du temple jusqu'au haut des murailles et jusqu'au plancher d'en haut; il le couvrit en dedans de lambris de cèdre ; et il planchéia *tout* le temple de bois de sapin.

16. Il fit aussi une séparation d'ais de cèdre, *qui renfermait un espace* de vingt coudées, *depuis cette séparation jusqu'*au fond du temple ; *il éleva cette cloison* depuis le plancher jusqu'au haut ; et il fit *en cet espace* le lieu intérieur de l'oracle, qui est le Saint des saints.

17. Le temple, depuis *le vestibule jusqu'à* l'entrée de l'oracle, avait quarante coudées, *et l'oracle en avait vingt.*

18. Et tout le temple était en dedans lambrissé de cèdre; et les jointures du bois étaient faites avec un grand art, et ornées de sculptures et de moulures. Tout était revêtu de lambris de cèdre, et il ne paraissait point de pierres dans la muraille.

19. Il fit l'oracle au milieu du temple dans

20. Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, et viginti cubitos latitudinis, et viginti cubitos altitudinis. Et operuit illud atque vestivit auro purissimo; sed et altare vestivit cedro.

21. Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo; et affixit laminas clavis aureis;

22. Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur; sed et totum altare oraculi texit auro.

23. Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis.

24. Quinque cubitorum ala cherub una, et quinque cubitorum ala cherub altera, id est, decem cubitos habentes à summitate alæ unius usque ad alæ alterius summitatem;

25. Decem quoque cubitorum erat cherub secundus. In mensurâ pari, et opus unum erat in duobus cherubim,

26. Id est, altitudinem habebat unus cherub decem cubitorum, et similiter cherub secundus.

27. Posuitque cherubim in medio templi interioris. Extendebant autem alas suas cherubim, et tangebat ala una parietem, et ala cherub secundi tangebat parietem alterum; alæ autem alteræ in mediâ parte templi se invicem contingebant.

28. Texit quoque cherubim auro.

29. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis et torno; et fecit in eis cherubim, et palmas, et picturas varias quasi prominentes de pariete et egredientes.

30. Sed et pavimentum domûs texit auro intrinsecùs et extrinsecùs.

31. Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis olivarum, postesque angulorum quinque.

32. Et duo ostia de lignis olivarum; et sculpsit in eis picturam cherubim, et palmarum species, et anaglypha valdè prominentia, et texit ea auro; et operuit tam cherubim quàm palmas et cætera auro.

33. Fecitque in introitu templi postes de lignis olivarum quadrangulatos;

34. Et duo ostia de lignis abiegnis altrin-

la partie la plus intérieure, pour y mettre l'arche de l'alliance du Seigneur.

20. L'oracle avait vingt coudées de long, vingt coudées de large, et vingt coudées de haut, *depuis le rez-de-chaussée jusqu'au commencement de la voûte;* et il le couvrit et revêtit d'or très-pur. Il couvrit aussi *d'un or très-pur* l'autel de bois de cèdre *sur lequel l'arche devait être posée.*

21. Il couvrit encore d'un or très-pur la partie du temple qui était devant l'oracle; et il attacha les lames d'or avec des clous d'or.

22. Et il n'y avait rien dans le temple qui ne fût couvert d'or. Il couvrit aussi d'or tout l'autel *des parfums, qui était* devant l'oracle.

23. Il fit dans l'oracle deux chérubins de bois d'olivier, qui avaient dix coudées de haut.

24. L'une des ailes du chérubin avait cinq coudées, et l'autre avait aussi cinq coudées; ainsi il y avait dix coudées depuis l'extrémité d'une des ailes jusqu'à l'extrémité de l'autre.

25. Le second chérubin avait aussi dix coudées, avec les mêmes dimensions; et l'ouvrage de tous les deux était le même,

26. C'est-à-dire que le premier chérubin avait dix coudées de haut, et le second autant.

27. Il mit les chérubins au milieu du temple intérieur, *un de chaque côté, à cinq coudées du mur;* et ils avaient leurs ailes étendues; l'une des ailes *du premier chérubin* touchait l'une des murailles, et l'aile du second chérubin, l'autre muraille; et leurs secondes ailes venaient se joindre au milieu du temple.

28. Il couvrit aussi d'or les chérubins.

29. Il orna toutes les murailles du temple, tout à l'entour, de moulures et de sculptures, où il fit des chérubins et des palmes en bas-relief, et diverses peintures qui semblaient se détacher de leur fond et sortir de la muraille.

30. Il couvrit aussi d'or le pavé du temple au dedans et au dehors.

31. Il fit à l'entrée de l'oracle de petites portes de bois d'olivier, et des poteaux qui étaient à cinq pans.

32. Il fit *ces* deux portes de bois d'olivier; et il y fit tailler des figures de chérubins, et de palmes, et des basses-tailles avec beaucoup de relief, et il couvrit d'or tant les chérubins que les palmes et *tout* le reste.

33. Il mit à l'entrée du temple des poteaux de bois d'olivier taillés à quatre faces;

34. Et *il y mit* deux portes de bois de sapin, l'une d'un côté et l'autre de l'autre. Chaque

secùs : et utrumque ostium duplex erat, et se invicem tenens aperiebatur.

35. Et sculpsit cherubim, et palmas, et cælaturas valdè eminentes; operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.

36. Et ædificavit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum et uno ordine lignorum cedri.

37. Anno quarto fundata est domus Domini in mense zio;

38. Et in anno undecimo, mense bul. (Ipse est mensis octavus) perfecta est domus in omni opere suo et in universis utensilibus suis; ædificavitque eam annis septem.

porte était brisée, et s'ouvrait, ayant ses deux parties unies ensemble.

35. Il fit tailler des chérubins, des palmes et *d'autres* ornements, avec beaucoup de saillie; et il couvrit de lames d'or le tout bien dressé à la règle et à l'équerre.

36. Il bâtit aussi le parvis intérieur de trois assises de pierres polies, avec une assise de bois de cèdre.

37. Les fondements de la maison du Seigneur furent posés la quatrième année *du règne de Salomon,* au mois de zio;

38. Et la onzième année, au mois de bul, qui est le huitième mois, elle fut entièrement achevée, et dans toutes ses parties et dans tout ce qui devait servir *au culte de Dieu.* Et *ainsi* Salomon fut sept ans à la bâtir.

COMMENTARIUM.

Cùm ad illam partem Ezechielis commentationem producerem, in quâ de eodem argumento, quod nunc aggredimur, est sermo, de fabricâ nimirùm illius templi, cujus forma ab Ezechiele proponitur, in quam intenti, qui à Babylonico jugo in patriam essent reversuri, novum templum ad veteris similitudinem excitarent, præfatus sum aliqua, quibus et rei difficultatem ostendi, et quàm illius tractationem horrerem, ingenuè et verè significavi. Idem quoque facerem hoc loco, quia idem mihi rursùs proponitur labor, idem metus, nisi hoc idem ante fecissem. Sed eo mihi labore supersedendum est, ne actum agam, et molestus illis sim quibus placere studeo. Promptum est præfationem illam videre, quæ est ad caput 40 Ezechielis, ex quo constabit, quàm pauca sint sive à Scripturâ, sive à Josepho, sive ab aliis scriptoribus infirmaque subsidia, et quid illi à quibus omnia summa sperari posse videbantur, de re totâ judicent. Quare in re usque adeò implexâ ita me geram, ut neque alienam à theologo tractationem assumam, nempe architectonicam (quia hæc artem desiderat, quæ procul abesse solet à theologo), neque tamen omninò abstineam, ne nihil agam; sed modicè pro meâ facultate et captu id quod à textu, salvo pudore, declinare non possum, stringam potiùs quàm ad exactam regulam et amussim explorem. Illud interim admoneo, licet in Ezechielis templo, in quo nos explicando nonnihil operæ aliquando posuimus, hujus Salomonii expressum quoddam exemplar appareat, nonnulla tamen, eaque non pauca fuisse diversa, quæ mutari pro variis temporum facultatumque rationibus oportuit; ea nos produximus variis in locis in nostris Commentariis in Ezechielem. Quare si quid à nobis allatum fuerit in Salomonii templi explicandâ fabricâ aliter atque in Ezechielis templo describendo nobis visum est, neque nobis ipsis videbimur, neque Scripturæ contrarii, cùm non sit eadem omninò Salomonii templi et Ezechielis forma.

VERS. 1. — FACTUM EST ERGO QUADRINGENTESIMO, ET OCTOGESIMO ANNO EGRESSIONIS FILIORUM ISRAEL DE TERRA ÆGYPTI IN ANNO QUARTO, MENSE ZIO (IPSE EST MENSIS SECUNDUS) REGNI SALOMONIS SUPER ISRAEL, ÆDIFICARI CŒPIT DOMUS DOMINO (1). Hic locus maximè est ab auctoribus

(1) Allegor. templum repræsentabat Ecclesiam militantem; anagogicè triumphantem in cœlis; tropologicè animam sanctam, quæ per fidem in hâc vitâ, et per speciem in alterâ Deum facie ad faciem contemplatur, et hâc contemplatione beatur. (Corn. à Lap.)

« Les prétendus Septante disent le temple « bâti quatre cent quarante ans après la fuite « d'Egypte; Josèphe, cinq cent quatre-vingt-« douze ans; et parmi les modernes on trouve « vingt opinions différentes: cette question « n'est d'aucune importance, mais dans un li-« vre sacré l'exactitude ne nuirait point. » Ainsi parle Voltaire. Quant aux Septante, le critique les a déclarés (en parlant des Odes de Salomon), *mauvaise version.* Il est vrai que les manuscrits de cette version, du Vatican et de Cambridge, qu'on a suivis dans la Polyglotte d'Angleterre, portent *quatre cent quarante ans;* mais ceux du cardinal de Ximénès, et les autres, à qui on a donné la préférence dans les Polyglottes d'Anvers et de Paris, portent *quatre cent quatre-vingts ans,* comme l'hébreu et la Vulgate, les Paraphrases chaldaïques, les versions syriaques et arabes, et cette leçon est la leçon primitive. (Duclot.)

notatus, qui plurimùm lucis affert rei chronologicæ, quæ et ipsa per se obscura est, et his maximè seculis quæ inter Ægyptiam libertatem et templi fabricam intercesserunt impedita. Cùm igitur ab exitu filiorum Israel ex Ægyptiâ servitute annus ageretur quadringentesimus octogesimus, hujus extremi anni secundo mense aggressus est Salomon illud totius orbis grande miraculum, templum nempe quo nulla hominum ætas quidquam vidit aut opere magis eximium, aut majestate magis augustum. Tot autem annos ab Ægyptio seculo ad hæc usque secula deducere per singulas ætates difficile est, quia de tempore, quo aliqui cum potestate vixerunt, à quibus annorum ducitur summa, nihil habemus ex Scripturâ certum, et nonnulla interregna, id est, tempora ab Israelitico rectore vacua, rem nobis reddunt vehementer implexam, neque singulorum ætates et illorum definita spatia possumus, nisi divinando, colligere. Hoc tamen certum, illos annos interjectos esse, qui nunc à sacro proponuntur historico, quorum prorsùs ignoraretur summa, nisi locus iste rei maximè incertæ certam lucem afferret.

Mensis secundus dicitur, qui proximè succedit æquinoctio verno, id est, qui desinentem excipit mensem nisan, qui primus numeratur in mensibus anni. Hic verò observandum pro diversis Hebræorum temporibus, varia illorum menses habuisse nomina, ut diximus jam olim in nostris Commentariis ad caput 1 Zachariæ. Antequàm populus Dei in Ægyptum descenderet, aliud videtur habuisse annorum exordium, alia mensium nomina. Quæ tamen omnia cùm inter Ægyptios agerent (quod non videbatur recusari potuisse), ad Ægyptiorum temporariam rationem, atque mensuram retulerunt; illorum porrò mensium nomina, quæ tot fuisse verisimile est, quot fuerunt in anno lunæ vicissitudines ac conversiones, pauca ad posterorum ætatem pervenêre. Cùm autem Deus sub Hebræorum exitum edixerit, ut mensis qui postea vocatus est nisan, primus esset in mensibus anni, menses alii sua deinceps deposuêre nomina, et à numero quo ab hoc primo mense recesserunt, vocati sunt secundus, tertius, quartus, etc. Cùm verò ante Moysem, qui primum hoc accepit præceptum, nullus scriptor extiterit, qui Hebræorum gesta monumentis tradiderit, factum est, ut reliqua mensium nomina, utpote nunquàm audita aut mandata litteris, exciderint. Non tamen adeò perièrc funditùs, ut non aliqua eorum sera posteritas acceperit. Quare audimus hic *zio*, qui secundus est mensis, et infra, v. 38, *bul*, qui mensis est octavus, et deinde, c. 8, *ethanim*, qui mensis est septimus, et ipsius Moysis tempore mensis primus dicebatur *abib*, quem Vulgatus vocat mensem novarum frugum, Exod. 13, v. 4. Postquàm autem filii Israel iterùm ex patriis finibus excesserunt, ad Babylonios relegati, ut alia didicêre Chaldæorum vocabula, suorum immemores, sic etiam cùm redirent, Chaldaica mensium nomina secum in patriam invexerunt. Unde qui olim dicebatur *abib*, et postea mensis primus, vocatus est *nisan*; qui priùs *zio*, deinde mensis secundus, dictus est *jiar*; qui *ethanim*, id est, octavus, *marchesuan*. Mensis porrò *zio*, qui primus est, pro vario lunæ principio atque incremento, modò in nostrum martium, modò in aprilem, et in utrumque mensem sæpiùs incurrit.

Vers. 2. — Domus autem, quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in latitudine (1), etc. Cubitus illa humani

(1) Allegor. Angelomus: « Longitudo domûs « Dei, inquit, longanimitatem designat Eccle- « siæ, quia in exilio peregrinationis ejus patien- « ter adversa quæque tolerat, donec ad pa- « triam quam expectat perveniat. Latitudo in- « sinuat charitatem, quæ dilatato sinu mentis « non solùm amicos in Deo, sed et inimicos di- « ligere gaudet propter Deum; donec veniat « tempus, quando sive ad pacem suam conver- « sis, sive funditùs omnibus extinctis inimicis, « cum solis gaudeat amicis in Deo. Altitudo « spem denuntiat futuræ retributionis, cujus « intuitu libenter infima quæque, sive quæ « demulcent, sive quæ adversantur, contem- « nit; usque dùm utrisque transcensis sola me- « reatur videre bona Domini in terrâ viven- « tium. » (Corn. à Lap.)

Le temple que Salomon bâtissait, avait soixante coudées de long, vingt coudées de large, et trente coudées de haut, etc. Toutes ces dimensions de hauteur, de longueur et de largeur, que le Saint-Esprit a spécifiées dans la description de ce temple matériel de Salomon, sont sans doute mystérieuses. Et les saints Pères ont cru que les trois vertus principales qui composent la structure du temple spirituel de l'Eglise, y sont figurées. Ils rapportent la longueur à la foi, qui nous soutient dans ce long exil; la hauteur à l'espérance, qui nous élève toujours vers les biens du ciel, et la largeur à la charité, qui renferme toutes sortes de personnes. *Per longitudinem fides, per latitudinem charitas, per altitudinem spes figuratur.* Ces trois étages peuvent bien marquer aussi les différentes demeures dont parle Jésus-Christ même, qui sont dans le temple et dans la maison du Père éternel. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* C'est ce qui doit consoler les faibles, et empêcher, comme le dit Jésus-Christ, *que leur cœur ne se trouble.* Nous ne nous arrêtons point à considérer ici toutes les particularités *du*

corporis pars est, quæ à flexu, seu à curvaturâ brachii ad extremos usque protenditur digitos, qui pro variâ hominum magnitudine, varia etiam potest esse mensura. Quare, ut certa esset illa mensura, quam Hebræi magis habuêre familiarem, certum statuêre modum, non ab hominum cubitali longitudine, quæ non est semper eadem, sed à lege certâ, ita ut legalis esset, non omninò naturalis illa mensura. Est autem duplex cubitus : quidam communis dicitur, qui quinque palmis constat, id est, viginti digitis. Alius legalis, cujus usus est in templo, qui ad communem cubitum unum addit palmum, constatque digitis 24, quo cubito in demetiendo templo usus est Ezechiel, sicut hoc loco Salomon, ut liquet ex cap. 43, v. 13 : *Ista*, inquit, *mensura altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum* (nempe communem) *et palmum*. De cubito disputant alii pluribus, et nos nonnihil in c. 40 Ezechielis numero 20; mihi de hâc re accuratiùs disputandi, neque otium est, neque animus.

Ædificavit Salomon primùm, quod in totâ illâ amplissimâ atque augustissimâ mole futurum erat sacratius et augustius, nempe partem illam quæ propriè dicitur templum, seu domus Dei, quam sexaginta cubitos in longitudinem porrexit, in latitudinem viginti, triginta verò in altitudinem eduxit. De quâ nos pluribus in nostris Commentariis super Ezechielem, ubi eadem traditur secundi templi, id est, domûs Domini mensura. Quomodò verò hæc domus, seu templum in duas partes dividatur, in oraculum videlicet, seu Sancta sanctorum, et in Sancta, dicemus suo loco atque ordine.

Illud nunc difficile, quod postea suo loco expendemus attentiùs; nam altitudo, quæ nunc triginta cubitorum esse dicitur, statim v. 20, in eâ parte quæ Sancta sanctorum, seu Oraculum operit, viginti cubitorum esse traditur; sed, ut diximus, de hâc re postea, ne videatur immatura disputatio.

VERS. 3. — ET PORTICUS ERAT ANTE TEMPLUM VIGINTI CUBITORUM LONGITUDINIS, JUXTA MENSURAM LATITUDINIS TEMPLI, ET HABEBAT DECEM CUBITOS LATITUDINIS ANTE FACIEM TEMPLI (1). De hâc porticu egimus pluribus in nostris Commentariis super Ezechielem; est autem porticus, seu vestibulum non tam domûs pars quàm illius appendix, id videlicet quod à domo projectum extrorsùs illustrium domorum portæ prætenditur. Sic sanè Aulus Gellius lib. 16, cap. 5, ex Cæcilii Galli sententiâ : « Vestibulum est « non in ipsis ædibus, neque pars ædium, sed « locus ante januam domûs vacuus, per quem « à viâ aditus accessusque est ad ædes, cùm « dextrâ, sinistràque iter januam tectaque « quæ sunt viæ juncta, spatium relinquitur, « atque ipsa janua procul à viâ est areâ vacanti « intersitâ. » Hæc Hispanorum vulgo *lonia* vocatur. Hæc itaque porticus, seu vestibulum templi, seu domus Domini januæ prætendebatur, frontemque totam domûs occupabat. Cùmque domûs latitudo viginti esset cubitorum, fiebat necessariò ut longitudo porticûs, quæ latitudini respondebat domûs, totidem esset cubitis extensa; latitudo verò porticûs, id est, quod extrorsùs à januâ projicitur, decem cubitorum est; dicitur autem latitudo, licet domus longitudini respondeat, quia longior est murus ille vestibuli, qui domûs latitudinem adæquat, quàm qui extra domum à januâ protenditur.

De hujus porticûs altitudine nihil hìc habemus; esse verò supra altitudinem domûs ipsius, constat ex lib. 2 Paralip. cap. 3, v. 4 : *Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum juxta mensuram latitudinis domûs cubitorum viginti; porrò altitudo centum viginti cubitorum erat*. Ex quo constat porticum multò esse altiorem domo Domini, id est, templo, quod dicitur *Sancta*, in quo est candelabrum, mensa propositionis et altare thymiamatis, et Oraculo, quod Sancta sanctorum appellatur, in quo erat fœderis arca reposita. Si verum esset quod Josephus docet lib. 8 Antiq. c. 2, templum

vestibule, des fenêtres, des bas-côtés, et cette diversité de mesures. Nous révérons toutes ces choses comme pouvant être remplies d'instructions, mais peut-être moins proportionnées au commun des fidèles. Et nous croyons devoir en laisser l'intelligence à ceux qui par une plus profonde méditation des Ecritures, jointe à une grande pureté du cœur, se rendent dignes de découvrir les mystères du royaume de Jésus-Christ dans les moinndres circonstances de sa parole. (Sacy.)

(1) Templum, inquit Angelomus et Eucher., « erat conversum ad Orientem, sicut et ta- « bernaculum, habebatque ostium porticûs ab « Oriente contra ostium templi, juxta quod « historicus Judæorum Josephus apertissimè « docet, ita ut sol æquinoctialis oriens directis « radiorum suorum lineis per ostia tria, porti- « cûs videlicet, et templi et oraculi arcam tes- « tamenti perfundere posset. » Unde Allegor. per porticum hanc significantur sancti, qui Christum præcesserunt, puta patriarchæ et prophetæ, qui orientem huic mundo Solem justitiæ primi susceperunt, et nascenti in carne Domino testimonium, sive vivendo, sive prædicando, sive nascendo, sive etiam moriendo, præbuerunt, ait Angelom. et Eucher. (Corn. à Lap.)

imposito alio ædificio in centum et viginti cubitorum altitudinem esse sublatum, non esset difficilis ratio, cur domo Dei illius porticus tam esset excitata sublimior; sed, ut alibi sæpè, infantilem hoc loco errorem admittit Josephus. Ego sic existimo, sicut in magnorum principum aulis, sacrisque basilicis excitari solent altissimæ turres, quæ non solùm illis ornamento sunt, sed etiam munimento, sic etiam in domo illâ augustissimâ, et omnium, sine controversiâ, maximâ, aliquid eminentissimum esse oportuit quod loci illius magnitudinem ostenderet. Neque ulla pars videbatur ad illum finem esse commodior quàm quæ adjuncta erat domui Dei, maximoque sacrario, et illud à reliquis templi ædificiis secerneret. Hæc mea cogitatio est, alii alias rationes, aut inveniunt, aut fingunt, meliùs fortassè; sed hæc mihi non admodùm videtur absre. Neque videtur in hoc opere tantæ molis, atque artis, illud fuisse omittendum ornamentum, quod aliis locis alii, neque adeò artis architectonicæ periti, neque ideò lauti, atque potentes addidêre.

Vers. 4. — Fecitque in templo fenestras obliquas (1). Licet ædificium totum, quod Sancta et Sancta sanctorum amplectitur, templum appelletur, aut domus Dei, tamen pars prior, quæ Sancta dicitur, et in quam ingrediuntur quotidiè sacerdotes ad varia ministeria, templum dicitur aut domus; alia verò interior, ubi servatur arca, et in quam sacerdoti summo patet ingressus, idque semel in anno, Adyta vocatur et Oraculum, quia inaccessus est locus, et inde Deus ad interrogata respondet. Ad hanc igitur exteriorem partem templi, dicuntur additæ fenestræ, obliquæ tamen, ne quis ex adjuncto ædificio inspectare posset quod intùs fieret, et locus ille, alioqui futurus tenebricosus, solari luce non careret. Illæ autem fenestræ in eo erant domûs spatio, quod secundo aut tertio tabulato responderet, et hoc posterius mihi verius. Agemus autem de his eo tempore commodiùs, cùm ventum fuerit ad tria tabulata, de quibus mox. Fuerunt itaque fenestræ, quæ tantùm spectarent ad exteriorem domûs partem, ubi candelabrum erat et mensa; nam interiorem aliam, quam oraculum appellari diximus, spectare non licebat, adeò saltem familiariter. Ubi Vulgatus *obliqua*, Hebr. est, *atumoth*, quod clausum aliquid sonat. Id verò multis modis potest contingere, nimirùm cùm eo fiunt artificio, ne totæ pateant fenestræ, aut lucem rectâ ad interiora non transmittant. Posterioris modi sunt obliquæ, quæ transversum recipiunt, et effundunt lumen; Hispani, opinor, *saeteras*, vocant; prioris, quæ extrinsecùs sunt angustæ, magis verò à parte interiore latæ, aut contra, aut quæ interrasili saxo, aut ligno fiunt, aut reticulis, sive cancellis implicantur; illas *claraboias*, has *gelosias* vocat Hispanus. Septuaginta sic reddunt διδικτυώμενας, id est, *cancellatas*, seu *reticulatas*, et *occultas*. Symmachus τοξικάς convertit, quas nos *sagittarias* diceremus, quomodò Hispani ad horum similitudinem *saeteras* vocant. De his fenestris obliquis egimus super Ezechielem ad c. 40: *Et fenestras obliquas in thalamis.*

Vers. 5. — Et ædificavit super parietem templi tabulati per gyrum in parietibus domus per circuitum templi et Oraculi, et fecit latera in circuitu. Opus hoc non tam pertinet ad templum et oraculum, quàm ad illorum ornamentum atque custodiam, quia illud sic ad omne latus ambit et munit, ut tamen non attingat; atque ideò Ezechielis cap. 40, sæpiùs appellatur *ædificium separatum*, et v. 6, cùm sermo esset de hoc sive separato, sive laterali ædificio, dicitur: *In lateribus per circuitum, ut continerent, et non attingerent parietem templi.* De hoc triplici tabulato, seu ædificio separato egi latiùs in cap. 41 Ezechielis, atque adeò hic de illo pluribus non agam, quàm quod locus ipse à nobis exegerit; exiget autem, ut opinor, non admodùm multa. Vellem quidem exegisset nihil, ut me ab hâc implexâ atque molestâ disputatione citiùs expedirem.

Et primùm observo illud, *super*, non significare, quod apud Latinos *frequenter*, sed esse idem aliquando, quod *juxta*, quod Hebræis perquàm familiare est. Ex multis pauca hæc exempla accipe. Exod. 16: *Quando sedebamus super ollas carnium.* Num. cap. 20: *Locutus est super Jordanem et Jericho.* Psal. 23: *Fundavit terram super aquas.* Psal. 136: *Super flumina Babylonis, ibi sedimus.* His locis non dubito, quin *super* non valeat, quod propriè communiter-

(1) Allegor, hæ fenestræ obliquæ repræsentant sanctos doctores, per quos Deus fideles docet et illuminat, « qui, *ut ait Angelomus*, « dùm ea quæ in occulto vident publicè fideli- « bus pandunt: quasi suscepto lumine solis « fenestræ, juncta templi penetralia replent. « Unde benè eædem fenestræ obliquæ, id est, « intùs latiores, fuisse perhibentur, quia nimi- « rùm necesse est, ut, quisquis jubar supernæ « contemplationis vel ad momentum percepe- « rit, mox sinum cordis amplìùs castigando « dilatet, atque ad majora capessenda solerti « exercitatione se præparet. » (Corn. à Lap.)

que significat, sed idem, quod *propè* ac *juxta;* neque terra super aquas est, sed juxta, quas littoribus claudit; neque super flumina sedebant Israelitæ captivi, sed ad fluminum ripas, propè aquas.

Tabulata per gyrum. Ædificium illud separatum apud Ezechielem appellatur latus. Hebr. *selagh,* quæ vox latus significat et costam, quæ molem hominis compingit et sustinet. Quod nomen apertè significat illius triplicis tabulati situm et officium : est enim ad latus templi, sicut costæ sunt ad latus animalis, quæ illius nobilissimam partem, id est, cor, circumdant et muniunt. Per gyrum autem circumvallant domum totam, nisi quia ab orientali plagâ munitur à porticu. Cur apud Ezechielem hoc ædificium centos cubitos habere dicatur in longitudinem, diximus in nostris Commentariis ad illum Ezechielis locum.

Vers. 6. — Tabulatum, quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, et medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, et tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis (1). Cur hæ contignationes, seu tabulationes eamdem latitudinem habuerint, diximus ad locum Ezechielis citatum, ubi etiam hæc latera, seu costæ domûs Domini in sede minùs sunt latæ, et quò magis attolluntur, magis etiam suam latitudinem laxant. Hæc porrò videtur esse ratio, quam antequàm explico, observo illud ædificium habere tres cubiculorum ordines eâ ratione dispositos, ut ab imo per cochleam ascendatur ad medium, et ab eo per cochleam ad tertium et summum. Observo secundò, sicut in templi latitudine, seu longitudine, tantùm consideramus spatium illud vacuum, quod parietes definiunt et cohibent, neque de murorum crassitie quidquam assumitur ad latitudinis mensuram et modum, sic etiam in hoc ædificio separato, et in tabulatis quæ triplici cubitorum ordine in singulis sive costis, sive pilis, quæ in eo muri ambitu ad turrium similitudinem instruuntur, ut diximus supra, ad Ezechielis citatum locum, tantùm latitudinis mensura sumitur ex spatio vacuo, quod in cubiculis singulis relictum est. Ex illis autem cubiculis non exiguam partem sibi vindicat cochlea, per quam ab inferioribus ad superiora paratur ascensus. Quare infimum cubiculum, seu tabulatum, duobus est cubitis angustius supremo, cùm hoc septem, illud autem quinque cubitorum latitudinem contineat, quia supremum nullam habet cochleam, quia ex eo nullus est ad alterum tabulatum accessus. Medium verò sex habet cubitos, quia cochleam habet, quâ caret tertium, neque ita latam quàm habet primum, eâ, opinor, de causâ, quia ex infimo ad duo cubicula, ex medio tantùm ad unum ascenditur cubiculum, atque ideò tam lata non debuit esse cochlea, quia paucioribus servit. Quomodò ex infimo cubiculo ad alia per cochleam ascendatur, habes statim v. 8. Alii alias rationes inveniunt, et, ut opinor, meliores, sed fortassè, quemadmodùm ego, ipsi quoque divinant.

Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, ut non hæreret muris templi. Quas hìc appellat trabes sacer historicus, Ezechielis c. 41, v. 6, *eminentiæ* dicuntur, quia ex templi muro prominent instar dentium, quæ Dei domum cum ædificio separato conjungunt. Cùm enim paulò altiùs attollerentur illa sive latera, sive costæ aut pilæ, eminentiæ aut trabes, quæ insertæ aut instratæ erant templi parieti, sic illa extrinseca tabulata amplectebantur, ut tangi ab illis parietem non sinerent, et tamen ab iisdem illo continerentur, firmarenturque complexu.

In his lateribus, sive costis, quæ instar obtinent turrium, cubicula fuerunt, quæ Ezechielis sæpè citato loco gazophilacia dicuntur. In his servabantur pro variis templi ministeriis instrumenta varia, ut vestes et vasa, et si quid aliud exigit sacrificalis opera. In quibus etiam videbantur excubâsse sacerdotes qui custodirent templum, et eâ fortassè de causâ sunt obliquæ, seu cancellatæ fenestræ, ut è superiori loco viderent non reserato templo, an esset ad religiosum aliquod opus, aut aliquem inopinatum eventum sacerdotum necessaria opera. Sanè olim ante templi fabricam in tabernaculo dormiisse, qui custodirent illud, docet Samuel, qui sub Heli lib. 1 Regum in templo dormiisse dicitur, qui si nactus esset hoc separatum domicilium, in aliquo illius gazophylacio tam ipse dormiret quàm Heli sacerdos, quorum alter somnum captavit in tabernaculo, alter, si extra, certè in loco tabernaculo vicino atque conjuncto, quando toties Samuel, cùm tamen è tabernaculo non efferret pedem, ad senem advolavit,

Vers. 7. — Domus autem, cum ædificaretur, de lapidibus dolatis, atque perfectis ædifi-

(1) Tropol. tres cellarum ordines sive tria earum tabulata, notant tres status et gradus fidelium in Ecclesiâ, scilicet imum conjugatorum; medium sive secundum continentium, tertium et summum virginum. Ita Beda, Rupert. et alii. (Corn. à Lap.)

CATA EST : ET MALLEUS, ET SECURIS, ET OMNE FERRAMENTUM NON SUNT AUDITA (1). Multa hìc dicuntur à multis quæ non tam facilè sibi persuadent viri qui hæc paulò explorant accuratiùs, quàm affirmantur ab aliis. Theodoretus, quæst. 21, dicit sic huic fabricæ à Deo maturè fuisse provisum, ut ultrò occurrerent dolati lapides, aut sic apti ad concinnam fabricam

(1) Tabellas hìc suas struunt Rabbini. Salomon, si illos audias, nullo sive malleo sive ferro ad aptandos in ædificium templi lapides usus est; sed pro cunctis hisce valuit vermiculus vel lapis *Schamir*, quo et cæsi sunt lapides, et secti et dolati, arte facili, et sine strepitu ac tumultu. De origine hujus sive vermiculi, sive lapidis, inter sese dissident. Allatum ad Salomonem ab Asmodæo dæmone inferorum principe censent quidam; narrant alii, Salomonem in vitro clausisse pullos upupæ, sed carcerem hunc, lapide *Schamir* quæsito, avem matrem confregisse, pullosque liberâsse. Alii denique missam à Salomone in Paradisum terrestrem aquilam comminiscuntur, ut quæsitum ibi vermiculum deferret. Delatum rex curavit sollicitè, positusque intra plumbum diutissimè servatus est, donec diripto à Chaldæis templo, vermis periit. De celebri hoc vermiculo R. Maimonides integro volumine disseruit, meminitque ejus pariter Vincentius Bellovacensis. Apocrypham aliam producit narrationem Theodoretus, docens, lapides paratos dolatosque ad propositum obtulisse lapicidinas, ut expoliendi tantùm atque detergendi essent. (Calmet.)

Anagog. templum hìc repræsentat cœlum, ubi nulla erit passio vel afflictio, quia, ut ait Eucher. et Angelom., « hìc tundimur adversi- « tatibus, et disciplinâ veritatis exercemur, ut « illìc locis juxta meritum congruis disponamur, et castigatione cessante solo amoris « glutino quo ad invicem copulemur, uno impleti spiritu perfundamur. Hìc enim foris « tundimur, ut illìc sine reprehensione invenniamur. Hìc malleus, hìc securis, hìc omnia « tunsionum resonant ferramenta; in domo autem Dei nulli ictus audiuntur, quia in æternâ « patriâ omnes jam percussionum strepitus « conticescunt. » Hoc est quod cavit Ecclesia in Dedicatione Ecclesiæ : *Tunsionibus, pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis, per manus artificis disponuntur, permansuri sacris ædificiis.* (Corn. à Lap.)

Addit Josephus, in fine lib. 15, *toto tempore* quo templum struebatur, nunquàm interdiù pluisse, noctu tantùm imbribus descendentibus, ne interrumperetur ædificatio, licet Josephus ibi propriè loquatur de templo Herodis.

Hebræi decem mira et quasi miracula templi recensent, penès quos sit fides. « Primùm, « nunquàm abortivit mulier propter carnis nidorem in sanctuario. Secundum, nunquàm « fœtuit caro sanctuarii. Tertium, neque conspecta fuit musca in domo mactationis. Quartum, non accidit casus nocturnus sacerdoti « magno in die expiationis. Quintum, non extinxerunt pluviæ ignem qui erat in strue lignorum. Sextum, non vicit ventus columnam « fumi. Septimum, non repertum ullum vitium « in Gomer, nec in duobus panibus, nec in panibus facierum. Octavum, stabant coarctati et « adorabant dilatati. Nonum, nunquàm læsit « aliquem serpens et scorpio in Jerusalem. Decimum, nec dixit homo socio suo : Angustior « mihi est locus quàm ut possim pernoctare « Hierosolymis. » (Corn. à Lap.)

La maison fut bâtie de pierres qui étaient déjà toutes taillées et achevées de polir. On a peine à concevoir la raison pour laquelle Salomon ne voulut point que l'on entendît le bruit du marteau ni d'aucun autre instrument, lorsqu'on bâtissait le temple. Un savant homme (Estius) témoigne que l'Ecriture a voulu marquer par là la sagesse de ce prince et l'habileté de ses ouvriers, qui avaient soin de préparer tous les matériaux avec tant d'adresse, qu'il était facile de les poser chacun en sa place sans presque aucun bruit. On pourrait dire toutefois que le respect qu'il avait pour la majesté de Dieu, qui devait remplir ce temple, le porta peut-être dès lors à empêcher qu'on y entendît ce grand bruit qu'y aurait fait nécessairement une grande multitude d'ouvriers, si Salomon, par sa sagesse, n'y eût prévu, en faisant tailler toutes les pierres et tous les bois avec une si parfaite justesse, que tout se joignait ensemble sans aucune peine. Et cette circonstance si remarquable nous représentait admirablement, selon la pensée du même théologien, ce qui se passe dans la construction toute spirituelle du temple de Jésus-Christ, qui est l'Eglise. Car le temps, dit-il, de la vie présente est celui du bruit, lorsque les élus et ceux qui, comme des pierres vivantes, doivent composer cet édifice, sont comme taillés à coups de marteau et perfectionnés par tous les maux et par toutes les adversités qu'ils ont à souffrir. Mais après, ajoute-t-il, qu'ils ont été préparés de cette sorte par la main de l'ouvrier tout-puissant, ils passent du tumulte de cette vie misérable au repos de l'autre vie, où, étant exempts de toutes souffrances, ils entreront dans la structure du temple céleste, où régnera éternellement une souveraine paix. C'est ce qu'il a pris de saint Grégoire-le Grand, qui dit que les âmes des élus ne sont transportées dans l'édifice du ciel, qu'après qu'elles ont été taillées ici-bas à coups de marteau, et qu'ainsi ce monde est le lieu du bruit et des coups, mais que la maison de Dieu qui est en l'autre, est un lieu de paix et d'un repos éternel. *Ad domûs cœlestis ædificationem electorum animæ quasi quidam expoliti lapides deferuntur. Hìc enim foris tundimur; hìc omnia tunsionum resonant ferramenta. In domo autem Dei in æternâ patriâ omnis jam percussionum strepitus conticescit.*

Saint Paulin a néanmoins entendu aussi cette paix de la vie présente, et il dit qu'afin que nous puissions devenir des pierres propres pour l'édifice céleste de l'Eglise, nous devons prier le Très-Haut qu'il daigne nous accorder une paix intérieure; en sorte que, comme on n'entendait aucun coup de marteau dans le temple de Salomon, on n'en puisse aussi entendre aucun dans celui que nous élevons au-dedans de nous. *Ut lapides in fabricam templi cœlestis aptemur, oremus Altissimum eam pacem ædificationis nostræ, ut malleus et securis non audiatur in eâ.* « Car c'est ainsi, ajoute ce Père,

prodirent è suâ naturali sede, ut nullam cæmentariam, seu fabrilem operam, aut instrumenta requirerent. Quare sicut effodiebantur à terrâ illaborata, atque adeò intacta, in suis quæque sedibus locabantur. Theodoretum, sicut sæpè, sic etiam hoc loco sequitur Procopius, cujus opinionem satis confutat novum hoc esse, et sine ullâ necessitate aut Scripturæ fundamento miraculum. Alii nescio quid somniârunt de cujusdam vermiculi, tam acri atque efficaci sanguine, ut saxa dividat, et variè applicatus à latomo varias inducat, sine ullo malleorum strepitu aut saxorum crepitu, figuras. Sic putant quidam ex Hebræis, quibus facilius est fingere, maximè quod vident admirabile, quàm probare quod fingunt. Neque est, cur in hâc cogitatione confutandâ operam perdam, cùm ipsa suâ se improbabilitate et futilitate jugulet. Alii serratos esse dicunt lapides, non securi ac celte, aut scalpro politos, atque ideò ab hâc constructione alia instrumenta omnia, unâ exceptâ serrâ, fuisse sublata; alii dolatos putant, et aliis instrumentis sectos atque quadratos lapides pro separato ædificio, quod propriè, ut diximus, templum non est, sed templi extraria quædam appendix; at pro lapidibus templi secandis atque poliendis nullum fuisse adhibitum fabrile ferramentum. Sed istæ meræ nugæ sunt, quæ suam sibi futilitatem ostendunt, et multa contorquent quæ non obscurè ipse sacer textus ostendit.

Quare dicendum est quod censuerunt frequenter alii, ideò cùm ædificaretur domus, nullum auditum esse ferramentorum sonitum, aut saxorum crepitum, quia non in templo, aut areâ, ubi sacra illa moles excitata est, secti fuerunt, aut quadrati lapides, aut aliâ quâvis exculpti cælaturâ, sed in monte in eâ ipsâ lapidum secturâ. Quod fieri non difficilè potuit, imò et factum sæpè fuisse audio in magnorum operum substructionibus. Quid enim obstat quominùs saxa procul ab ædificio accipere possint formam et modum, quem sedes ipsis in opere toto destinatæ desiderant? Accedit deinde alia non exigua commoditas; nam quantùm de lapide sculpendo detrahitur, tantùm de pondere difficultateque vecturæ decedit.

Vers. 8.—Ostium lateris medii in parte erat domus dextræ (1). Multa diximus esse latera in opere separato, quæ costas etiam appellari diximus, quæ quasi pilæ quædam, seu turres erant ad templi firmitatem. In eo latere, quod medium erat inter omnia, quodque mediam etiam domûs partem spectabat, à latere dextro erat ostium, ut opinor, familiare tantùm sacerdotibus, per quod subducerent, introducerentque quæ tanti loci legitimus cultus postularet. Multa enim videbantur per orientalem portam et porticum, de quâ supra pluribus, exportari, quales sunt cineres ex altari thymiamatis, aut lampades, cùm essent concinnandæ aut mundandæ, ad quam rem magnos potuit usus præstare cæcum illud ostium, quod neque procul erat ab altari et mensâ, neque notum erat laicæ atque profanæ turbæ. Ex eo autem ostio oriebatur cochlea, per quam ex medio cubiculo ascendebatur ad tertium, in illo videlicet latere, seu costâ, quæ propior erat ostio (nam aliæ etiam costæ, seu latera propriam habuêre cochleam, per quam pervius erat usus in illis cubiculis, seu gazophylaciis, quæ in singulis esse costis superiùs dicebamus), ex quo constat extrinsecùs cæcum esse medium illud ostium, quia media illa cochlea (id est, occulta scala, quæ templi ostium, et templum ipsum cum costâ conjungebat), ab ipso templi ostio nascebatur.

Ille porrò dicendi modus, *domus dextra*, pro dextrâ parte domûs, usitatissimus est apud Latinos, qui sic, v. g., loquuntur: *Mons summus, sylvestris, medius compascuus, infimus irriguus*, id est, *summa pars montis*, etc.

(1). Et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, etc. Tropol. cochlea ascendens in gyrum significat nonnisi per tortuosam laborum et dolorum viam ad perfectionem virtutis, et ad gloriam beatorum in cœlum conscendi. Ita Eucher. et Angelom., cujus rei appositum extat visum in Vitâ S. Perpetuæ, quæ per scalam cultris obsitam, vidit Satyrum in carcere socium suum in cœlum ascendere, ac per hanc visionem accepit omen martyrii. Ita habet Vita ejus apud Surium die 7 martii. (Corn. à Lap.)

« que nous serons perfectionnés et rendus « dignes de devenir une maison de prière et « une maison de paix, si nulle pensée charnelle « et nul tumulte du côté du siècle ne vient « troubler le repos de notre cœur. L'inquiétude « touchant le vivre et le vêtement est à notre « âme comme des coups de marteau. La cupi- « dité et le désir de toutes les choses tempo- « relles sont dans nous comme *le bruit de la « cognée et des autres instruments* de fer. Mais « parce que le Seigneur est *tout-puissant pour « briser Satan sous nos pieds*, nous avons lieu « d'espérer de voir accomplir en nous, par la « vertu de sa grâce, cette ancienne prophétie, « *que le marteau de toute la terre a été brisé. « Malleus nobis cura victûs et vestitûs; securis et « ferrum nobis cupiditas temporalium. Sed po- « tens est Dominus conterere Satanam sub pedi- « bus nostris, ut impleatur et illa pro nobis pro- « phetia*: Contritus est malleus universæ terræ. (Sacy.)

Vers. 9. — Et ædificavit domum, et consummavit eam; texit quoque domum laquearibus cedrinis. Postquàm domum consummavit constructam è pretioso quadratoque lapide, noluit ut quidquam è toto opere lapideum appareret, ut dicit statim v. 18 : *Omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omninò lapis apparere poterat in pariete.* Quod fecit in templi parietibus, id quoque in tecto omitti non oportuit, quod domûs pars est quæ venustatis plurimùm et dignitatis habere solet. Imposuit ergo parietibus tectum, ex quâ materiâ non habemus ex textu, fortassè fuit opere fornicato, concameratum è lapide; sed ex quâcumque materiâ constructum fuerit, constat illud contectum fuisse cedro multis illustri laquearibus, id est, lineis, quæ præclaro artificio variis se modis et nexibus implicabant; id propriè laquearia sonant; sed patet latiùs usus vocabuli; quâcumque sculpturâ cæletur tectum, laqueare appellatur, et ex eo ornatu laqueatum dicitur textum. Sic cœlum, in quo non sunt ejusmodi laquei, laqueatum appellavit Manilius lib. 1 :

Hæc igitur texunt æquali sidera tractu
Ignibus in varias cœlum laquearia formas.

Quare laqueare vocabulum nullum in templi tecto indicat picturæ genus, nec sicut cœlum laqueatum dicitur, quia magnus ille fornix distinctus est, et variatus astris; sic templi tectum, quod instar obtinet cœli, quâcumque cælaturâ splendeat et radiet, laqueatum, sive laquearibus illustratum appellari potuit.

Vers. 10. — Et ædificavit tabulatum super omnem domum. Egerat hactenùs de tabulatis, quæ circumdabant atque firmabant domum; nunc de alio agit majori tabulato, quod totam operit domum, et facit ne proximum ac proprium templi tectum calcari à quovis atque contemni possit. Notum est plana esse Palæstinæ tecta, in quibus multa fieri non incommodè possunt quæ in fastigiatis atque acuminatis, qualia sunt nostra, fieri neque incommodissimè possunt, qualia sunt deambulare, lectos ibi et tabernacula sternere, habere conventus atque conciones; quæ omnia, ut amoveret Salomon à templi tecto, tabulatum addidit fastigiatum, quod supra extremos templi parietes suspendit. In quo usque adeò homines deambulare non possent, ut neque pedibus in eo sine periculo consisterent. Sanè hoc tanti sacrarii religio expostulabat, ne quid indecorum ab hominum vestigio, sive ab aliquo opere profano pateretur. Non erat in ædificando, seu instaurando templo magis pius Herodes, quàm fuit Salomon, neque et magis habuit facultatis, aut otii, ut quæ designaret animo, reipsà compleret; at, ut auctor est Josephus lib. 6 de Bello, cap. 6, tam voluit templum esse non profanum, tam purum etiam ab eo quod ab avium naturali purgatione solet accidere, ut rationem invenerit perfeceritque, ne supra templum considerent aviculæ. In *summo,* inquit, *templum aureis verticibus horrebat acutissimis, ne ab insidentibus avibus polluetur.* Hoc porrò tabulatum altum erat cubitis quinque, ab eâ videlicet parte quæ media est et summa, à quâ ad parietem usque structura descendit; ubi jam altitudo nulla est. Hoc porrò tabulatum ab Hispanis *camaranchon* dicitur, sive *desuan.*

Et operuit domum lignis cedrinis. Sicut tectum proximè aut compegit è cedro, aut cedro vestivit, sic etiam nunc fecit in parietibus, in quibus nihil nisi cedrinum apparere voluit. (1)

Vers. 12. — Domus hæc, quam ædificas, si ambulaveris in præceptis meis, etc. Cùm primùm Salomon domum absolvit, et summo tabulato perfecto, summum illi fastigium imposuit; quasi Deus in illâ sibi fabricâ placeret,

(1) Vers. 11. — Factus est sermo Domini ad Salomonem. Gesta hæc credimus post dedicationem templi, eamdemque hanc Domini à Salomone visi historiam referri fusiùs infra, 9, 2, etc.

Alors le Seigneur dit à Salomon : J'ai vu cette maison que vous bâtissez; si vous gardez tous mes commandements, sans vous en détourner d'un pas, je vérifierai en votre personne la parole que j'ai dite à David, votre père, etc. Ce fut par la bouche d'un prophète nommé Ahias Silonite, que Dieu parla de nouveau à Salomon. Mais ce qu'il lui dit ne saurait jamais être assez pesé. Car qui n'aurait cru en voyant ce jeune prince s'occuper si saintement et prodiguer tous ses trésors pour élever en l'honneur de Dieu le premier temple qui lui ait été consacré sur la terre, que Dieu devait infailliblement l'agréer, et verser toutes ses bénédictions sur celui qui le lui offrait ? Cependant il déclare à Salomon qu'il ne devait agréer ce temple qu'autant qu'il travaillerait à se rendre lui-même agréable à celui en l'honneur duquel il le bâtissait. Les offrandes donc, quoique bonnes en elles-mêmes, ne peuvent plaire à Dieu, si on ne les fait saintement. Et l'on ne doit pas s'y confier de telle sorte, qu'on n'ait soin de les accompagner des circonstances que Dieu marque ici, qui sont, *de marcher dans ses préceptes, et de garder très-exactement ses commandements,* de peur que l'on ne se trompe en se laissant éblouir par l'éclat d'une bonne œuvre extérieure; qu'en offrant de l'or à Dieu, on ne lui donne pas son cœur, et qu'en bâtissant un temple à sa gloire, on ne devienne soi-même par ses crimes la demeure du temple du démon. *Dant sua Christo, seipsos diabolo.* (Sacy.)

confirmat Salomoni quæ de illo priùs parenti promiserat, ita tamen si nunquàm à divinorum mandatorum observantiâ recedat. Hæc obscura non sunt; ordo tamen litteræ non parùm obscurus et implexus est. Neque enim apparet quid illud, *domus mea,* in hâc clausurâ sibi velit, aut quæ sit horum verborum accommodata syntaxis, cùm partem illam suspensam videamus, neque vocem subesse ullam, à quâ regatur. Ego illum nominativum absolutè hìc positum intelligo, quod esse apud Hebræos in usu aliis sæpè in locis à me dictum est. Isai. cap. 11, ad illud : *In die illâ radix Jesse;* et Zachar. cap. 7 : *Numquid jejunium jejunâstis mihi?* Exempla sunt plurima, tu pauca hæc accipe : Isai. 11 : *In die illâ radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur,* Psal. 10, v. 4 : *Dominus in cœlo sedes ejus.* Isai. 33, v. 24 : *Populus qui habitat in eâ, auferetur ab eo iniquitas.* Cùm autem occurrit hujusmodi Hebræorum forma, nominativus ponitur in casu pronominis, si fortè succedere contingat, pronomine sublato. Quare hæc exempla sic ordino : *In illâ die radicem Jesse gentes deprecabuntur. Domini sedes in cœlo. A populo auferetur iniquitas.* Ad hunc modum ego sic expono subjectum locum. Sed primùm statuo illud : *In medio filiorum Israel,* positum esse pro templo, aut domo Domini, quia Deus habitare dicitur in medio Israel, quoniam speciali et præcipuo quodam modo in templo inhabitat, quod est in Israel. In hanc eamdem sententiam dixit Deus Levit. 26, v. 11 : *Ponam tabernaculum meum in medio vestrî, et non abjiciet vos anima mea.* Illud ergo : *Domus mea,* ad illud refero : *In medio filiorum Israel,* et pro illo substituo in hunc sensum : *In domo hâc, quam ædificas, habitabo, et non derelinquam populum meum Israel, dummodò mandata mea religiosè servaveris.* Itaque promittit Salomoni se in illius domo habitaturum semper, ex quo populi sequitur salus et libertas, dummodò ab ipsius præceptis non recedat.

Et ædificavit parietes domus extrinsecus tabulatis cedrinis, a pavimento domus usque ad summitatem parietum, et usque ad laquearia. Cùm domum absolvisset, lapideis parietibus à pavimento usque ad operis laqueatam testitudinem, materiam induxit cedrinam; pavimentum porrò ipsum abiegnâ tabulâ constravit. (1)

(1) Vers. 15. — Ædificavit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis. An sanctuarium eâdem arte indutum esset ac reliqua, ambigitur; legitur enim in Paralipomenis instratum fuisse marmore, vel ex Hebræo, *lapide pretii.*

Vers. 16. — Ædificavit viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata. Tota domus triginta patebat cubitis in longitudinem, ex quo quòd templum dicitur, sive do-

Hoc tamen non prohibet, quin hi lapides indui potuerint asseribus nitidis, cùm et parietes, lapidibus non minoris pretii constructi, asseribus pariter vestirentur. Lapides fundamenti appellantur ipsi pariter lapides pretii, vel, *lapides pretiosi;* hæc autem omnia accuratè expendit Scriptura, ut magis magisque commendet magnificentiam Salomonis, qui elegantissimos lapides posuit in locis ab aspectu remotis, uti in fundamentis, et sub tabulis parietes vestientibus. Occurret inferiùs pavimentum, vel tabulatum aureis laminis obductum. (Calmet.)

Salomon couvrit le dedans du temple de lambris de cèdre, et il n'y avait rien dans le temple qui ne fût couvert d'or. C'est-à-dire que toutes les murailles du temple étaient revêtues d'un lambris de bois de cèdre, et que par dessus ce même lambris on attacha des lames d'or qui le couvraient entièrement. C'était une double magnificence, et comme une espèce de profusion des richesses de ce prince, puisqu'il semblait inutile de revêtir les murailles d'un aussi riche lambris qu'était celui d'un bois de cèdre, lorsqu'on voulait le couvrir de lames d'or. Mais on regardait dans ce bois sa qualité, qui était d'être incorruptible. Et d'ailleurs il semble qu'on peut assurer que le Saint-Esprit, envisageant dans la structure de ce temple matériel celui de l'Eglise, nous marquait une grande vérité sous cette figure. Car ce bois de cèdre, selon les saints Pères, figurait la croix du vrai Salomon, qui a cette éminente qualité, non seulement d'être incorruptible, mais même de communiquer l'incorruption et une immortalité bienheureuse à ceux qu'elle a rachetés de la mort funeste du péché. Mais il faut, comme ils le remarquent encore, que ce soit le dedans du temple, c'est-à-dire, notre cœur même, qui soit revêtu de cette croix incorruptible du Sauveur. Ce n'est point assez d'avoir au dehors l'apparence de la mortification de la croix, et ce serait une difformité monstrueuse, dans un édifice qui doit être tout couvert de la croix de Jésus-Christ, si le dedans, qui est sans comparaison le plus noble, ne portait cette marque toute divine de l'instrument du salut des hommes.

Cet or aussi, dont on couvrit le lambris au dedans du temple, nous marque, selon les saints Pères, la charité qui doit régner dans notre âme, et comme couvrir tout notre cœur aux yeux de Dieu. Cet or est posé sur le bois de cèdre, parce que la charité peut difficilement subsister sur un autre fondement que sur celui de la croix, qui ayant été l'effet de la plus grande charité d'un Dieu à l'égard des hommes, est devenue en même temps le principe d'une charité véritable dans ces hommes mêmes, puisqu'ils n'auraient jamais eu cette charité qui les rend dignes d'aimer Dieu, si Dieu ne les eût aimés le premier, et ne leur eût témoigné son amour en mourant pour eux sur la croix. Mais qu'il y en a, au contraire, qui aiment plus véritablement l'or que ce que l'or leur représente dans les saintes Ecritures !

mus exterior, quadraginta sibi cubitos vindicabat. Ex quo fiebat, ut domus interior, quæ Sancta sanctorum dicitur, sive oraculum, viginti tantùm cubitis in longitudinem pateret. Hanc igitur interiorem partem, sicut in exteriori fecerat, à pavimento ad summam testitudinem è cedrinâ materiâ tabulis obduxit.

Vers. 17. — Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi. Templum pro foribus oraculi, id est, quod *sancta,* aut *domus exterior,* quæ est ante fores interioris domûs, quæ est in eo pariete, qui domum unam ab alterâ distinguit. Hæc autem necessariò cubitos habet quadraginta, quia ex sexaginta quibus tota domus constat, interior domus viginti detraxit.

Vers. 18. — Et cedro omnis domus extrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, et juncturas suas fabrefactas, et cælaturas eminentes. Agit hìc, opinor, de utrâque domo, id est, de sanctis, et Sanctis sanctorum, quarum parietes dicit esse tectos è cedro, cui inerant cælaturæ variæ, atque emblemata, et in ipsius juncturis tantùm erat artis atque decoris, ut non à necessitate compactæ, sed ab arte quæsitæ viderentur. Cælaturæ porrò dicuntur eminentes, quia non erant incisæ tabulis, et in illis excavatæ, sed extantes è tabulâ modicè, quæ, ut opinor, ab Hispanis dicuntur *de medio relieve.* Quarum verò rerum figuræ hoc cælaturæ genere expressæ fuerint è tabulâ, dicemus postea suo loco commodiùs. Nunc sat fuerit, quid translationes aliæ nobis ostendant, paucis indicare, post fortassè pluribus. Hebraicus textus : *Cedrus ad domum intrinsecùs, sculpturâ instar fundæ et colocyntharum.* Chaldaicus : *Et fecit cælaturas ad similitudinem ovorum, et funiculorum, et liliorum.* Tigurina : *Porrò asseres ipsi cedrini, qui erant intùs in ædes, extrudebant nodos prominulos, floresque apertos.* Pagninus : *Sculptæ erant sculpturis instar pomorum, et cælaturis instar florum.* Hispanica translatio : *E de cedro era la casa de dentro arfollada de laços redondos, è averturas de flores.* Cajetanus, ut accepit à suo Hebræo : *Incisiones artificiosæ, et incisiones ad instar gemmantium, seu florentium ramusculorum.* Longum esset rationem reddere, unde ortæ fuerint tot, tamque diversæ translationes; satis nunc fuerit ostendisse nostrum interpretem generatim explicuisse tabularum variam cælaturam; alios verò explicuisse distinctiùs. Quare alii aliis, ut opinor, contrarii non sunt, quia eadem significant omnes; alii tamen aliis magis explicitè. Fortassè istæ cælaturæ sunt cherubim, et palmæ, et alii flores de quibus postea.

Hæc dixi quàm brevissimè et commodissimè potui. Sed est hic nodus plurimùm, ut apparet, implexus, quem exsolvamus oportet: nam cùm hoc loco domus ex asseribus cedrinis dicatur obducta, tamen Paralip. 2, cap. 2, v. 5, abiegnis traditur tabulis vestita. *Domum quoque majorem texit tabulis ligneis abiegnis.* Sed meminisse oportet id, quod aliis locis à nobis observatum est, quodque et fuit antea, et futurum erit sæpè nobis magno usui, nempe in Paralipomenis, ut ipsa indicat vocabuli notatio, non omnia adhiberi, quæ gesta sunt, quæque monumentis mandari sunt digna; sed quæ in libris Regum fuerunt prætermissa. Tecta reverà fuit utraque domus tabulis cedrinis, idque majori, ut apparet ex parte : et ideò in libris Regum de hâc materiâ cedrinâ multus sermo; de abiegnâ ideò nullus, quia de abiete parùm, aut multò minùs. Hoc tamen scriptor Paralipomenon omissum esse noluit, sed dixit ad tegendum lapides aliquid etiam insertum ex abiete. Quare in plurimis aliis Paralipomenon locis addenda est particula *etiam,* quæ non negat contigisse aliquid, sed aliud quiddam præterea addendum, quod reverà contigit, sed omissum est. Quare sic explico, ac lego locum proximè citatum : *Domum quoque majorem texit, tabulis ligneis etiam abiegnis.* Et fortassè id spectat conjunctio *quoque,* quæ non tam domum domui, quàm tabulis cedrinis tabulas abiegnas associat. De pavimento abiete constrato nihil hìc dicit Paralipomenon scriptor, quia in libris Regum satis fuerat significatum expressè.

Vers. 19. — Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini. Hoc loco *domus* totum spatium significat, quod domum utramque complexum est. *In medio,* ut alibi millies, tantùm indicat aliquid esse in aliquo loco, licet ab illo non æqualiter distent extrema. Quomodò Tyrus dicitur esse in medio maris, quia

Qu'il y en a qui au lieu de couvrir d'or le temple spirituel de leur cœur, le gâtent, dit saint Ambroise, et le couvrent de boue ! Car, si la justice que produit la charité, nous est figurée par l'or, l'injustice et l'iniquité ne méritent que le nom de boue : *Aurum justicia, iniquitas lutum est.* « Un or excellent, dit encore ce saint Père, « c'est le sang de Jésus-Christ, qui est d'un « prix infini pour nous racheter, et qui a une « vertu toute divine pour laver tous nos pé« chés. *Bonum aurum sanguis est Christi, dives « ad pretium, profluus ad lavandum omne pecca« tum.* » (Sacy.)

undique marinis cingitur fluctibus, licet exiguo tractu distet à littore. In parte igitur magis internâ, id est, ad orientalem regionem illius spatii, quod in longitudinem numerat cubitos sexaginta, construxit oraculum, id est, Sancta sanctorum, ut in eo constitueret arcam, quâ nihil erat inter sacra vasa magis augustum, nihil sacratum magis.

Vers. 20. — Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, et viginti cubitos latitudinis. Hic multi hærent non sine causâ, cùm domus tota habuisse dicatur triginta cubitos altitudinis : nunc autem in Sanctis sanctorum, quæ domûs illius quædam pars est, decem ex illo numero discesserint. Quare variè aut solvunt, aut fortassè magis implicant hunc nodum. Quidam hìc non de toto oraculo agi putant, sed de pariete medio, qui oraculum à templo, id est, ab exteriori parte discludit. Existimant enim parietem illum intergerinum ad viginti cubitos tantùm excitari; relinqui autem supernè vacuum et apertum decem cubitorum spatium, ut per illud fumus ex altari thymiamatis ingrederetur ad oraculum, ne illo quotidiano et religioso careret obsequio. Hujus sententiæ pauci non sunt: ita Lyra, Ricardus, auctor Historiæ scholasticæ, Beda lib. de Templo Salomonis c. 10. Sed sanè paries ille medius non magis ad interiorem, quàm ad exteriorem partem domum pertinet; quare non magis interior, quàm exterior diceretur habuisse viginti cubitos altitudinis. Deinde, quia non benè existimari posset oraculum habuisse viginti altitudinis cubitos propter illum parietem, quia paries oraculum non est, et suam propriam oraculum haberet altitudinem, et sicut de totâ illius longitudine et latitudine, sic etiam de altitudine totâ videtur institutus sermo. Vatablus secutus Hebræorum vanissima commenta, ideò arbitratur ad viginti cubitos, quia spatium illud auro tegebatur; reliquum autem, quod à viginti superest, pretiosis lapidibus erat instructum. Sed neque id ex ullâ Scripturâ sacrâ sumitur, neque ad illum cubitorum numerum ratio hæc satis esset idonea. Alii oraculi parietes excitari dicunt ad cubitos viginti, quidquid præterea deficit ad triginta, illud suppleri à trabibus, quibus totius domûs, quæ triginta numerabat altitudinis ad cubitos, contignationi jungebatur, quod videntur intellexisse Septuaginta, dùm ita vertunt: *Et ædificavit viginti cubitos à summo muri latus unum a pavimento usque trabes.*

Ego simpliciùs hæc accipio, et tantùm arbitror viginti cubitos tum oraculum fuisse, sicut triginta templum, ita ut à pavimento ad tectum oraculi laqueatum, quæ est illius altitudo simpliciter, non plus numerantur, quàm viginti cubiti. Neque video quid hìc appareat absurdi aut extra rationem atque symetriam architectonicam, si oraculi minor sit altitudo, quàm templi, cùm etiam longitudo eâdem proportione minor sit. Neque videbatur decere, ut interior illa domus, quæ decem cubitis erat exteriore minor, eamdem cum illâ haberet altitudinem. Quid si augustum est, et religiosum magis demissum esse illud conclave, quàm elevatum et excelsum? Sanè sicut tertia pars totius domûs, nempe vestibulum, duabus aliis partibus multò sublimior, in quâ multò minùs inerat sanctitatis, sic secunda pars, quæ minùs, quàm tertia erat augusta, potuit esse sublimior. Hic videtur simplicissimus atque obvius sensus, quem primùm affert littera; neque alius mihi potior est : cujus cùm ego rationem quærerem, duplex occurrebat : altera, quia domus illa minùs patens majorem aliis reverentiam et religiosum timorem exhibebat, cùm nihil in eo penitiori conclavi esset, quod non videretur divina majestas explevisse. Nam cùm altare esset in illo, et supra altare arca, et in eâ duo cherubim, verisimile est illorum capita, aut tetigisse summum oraculi laqueare, aut ab illo non abfuisse multùm. Quòd autem altare esset in æde interiori, super quam collocaretur arca, non difficilè discimus ex hoc ipso capite, ubi altare fuisse dicitur in oraculo, cùm statim de exteriori domo, quasi de re loquatur omninò diversâ, cùm egisset de tabernaculi mensuris, addidissetque, *operuit illud, atque vestivit auro purissimo,* statim subjecit : *Sed et altare vestivit cedro;* altare, inquam, oraculi : neque enim de exteriori domo agere aggressus est, nisi ab hoc loco. Ait enim : *Domum quoque ante oraculum operuit auro,* quod statim v. 22, ubi apertè illud oraculi vocat altare, *totum altare oraculi texit auro.* Super hoc altari erat arca : neque enim unquàm placuit, quod existimârunt quidam, arcam fuisse super nudum pavimentum. Cùm ergo Cherubini denos habeant altitudinis cubitos, si altari atque arcæ totidem tribuamus, nihil erat vacuum à pavimento ad summum usque laqueare. At, ut ex hoc eodem capite constat, Cherubinorum alæ totum occupant latitudinis spatium, cùm illorum alæ, quæ effinguntur expansæ, utramque oraculi partem contingant.

Hæc mihi conjectura levis non est. Quòd si

minùs placet, (neque enim mihi omninò probatur) accipe rationem alteram, quæ plus habet verisimilitudinis. Et primùm observo in eodem loco ædificatum esse templum ab Ezechiele descriptum, in quo priùs à Salomone ædificatum fuerat. In illo autem videmus acclivem fuisse aream, et ex uno atrio in aliud et ab hoc iterùm in aliud, et ex illo ad priorem partem domûs per gradus ascendi. Quare si parietes forinsecùs essent æquales, necesse est, cùm inæquale foret pavimentum, singularum etiam partium altitudinem esse prorsùs inæqualem. De templo autem Ezechielis non obscurè constat. Nam cap. 40, v. 6, ab externo muro ad primum atrium per gradus ascenditur, et deinde ex aliis ad alia loca similiter; ex quibus sæpè per septem, aut octo gradus paratur ascensus. Lege c. 40, v. 6, 22, 23, 34, 37. Ex atrio autem sacerdotum ad templi vestibulum per octo ascendebatur gradus, v. 49. Cùm autem templi area quò magis accederet ad occasum, magis esset acclivis, verisimile est ab exteriori æde, ad interiorem per plures gradus futurum ascensum, quia pavimentum multò altius. Quare ex eo pavimento ad tectum, quod utrique domui æquale fuit, longè videtur in interiori quàm in exteriori domo fuisse altitudo minor. Dixi quod mihi minùs videtur abs re, neque id cuiquam persuadeo; opto ab aliis aliquid afferri, quod magis curioso lectori satisfaciat, aut quod displiceat minùs.

Et operuit illud, atque vestivit auro purissimo. Jam diximus utramque domum sic fuisse tectam abiegnis tabulis et cedrinis, ut nullus appareret lapis, ex quo totum illud opus extructum fuerat. In tabulis porrò eminebant cælaturæ variæ, de quibus supra, cherubini videlicet et palmæ, et alia quamplurima, quæ mirâ quâdam varietate augustum illud sacrarium exornabant. Sed dicet aliquis frustra in sculpendis tabulis operam esse consumptam, cùm tota illa varietas inductis aureis laminis esset occulta. Respondeo inductas quidem fuisse laminas aureas; non tamen ita crassas, ut non potuerint sic inflecti tractarique molliter, et accipere illas rerum formas, quas suppositæ tabulæ ad sigillorum similitudinem inducerent, qualia nos plurima quotidiè videmus.

Sed et altare vestivit cedro. Multi hoc altare fuisse putant thymiamatis, quod erat in exteriori domo, sed placet quod proximè dixi, neque habeo, quid præterea addam. Hoc porrò altare, quod sine dubio constructum erat è lapide, alioqui cur tegeretur cedro? laminis quoque aureis obductum est. Sic enim statim v. 22 : *Sed et totum altare oraculi texit auro.* Adde quòd non videtur, cur vestiri cedro potuerit altare thymiamatis, cùm tantùm, quæ è lapide essent constructa, tabulis essent cedrinis vestita : at altare thymiamatis non erat è lapide, sed è lignis settim, Exod. 30, v. 1 : *Facies quoque altare ad adolendum thymiama de lignis settim.* Cur autem materia lignea aliâ etiam ligneâ esset includenda, maximè cùm statim v. 3, aureis laminis dicatur esse vestiendam? Neque parùm hanc cogitationem firmat Paulus ad Hebr. c. 9, v. 3, ubi cùm in prior domo, quam ibi primum appellat tabernaculum, candelabrum et mensam, et propositionis panes posuisset, in Sanctis sanctorum post velamentum, quod unam domum secernebat ab alterâ, arcam inclusit et thuribulum : est autem thuribulum, ut multis docet Abulensis hìc q. 16, altare in quo accenditur thymiama. Qui tamen in eo mihi non placet, quòd illud in priori basilicâ constituit, neque aliud esse putat ab eo, quod altare dicitur thymiamatis, cùm à Paulo significari apertiùs non potuerit esse intra velum, id est, in interiori domo. Audi Paulum : *Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, et mensa, et propositio panum, quæ dicitur Sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum et arcam testamenti.* Si thuribulum altare est, satis apertè locutus est Paulus. Sed fortassè altare non est, sed aliud aliquod vas ex sacrâ supellectili. Porrò in secundo Par. c. 3, v. 8, in domo interiori tegendâ aureis laminis quasi sexcenta talenta dicuntur esse consumpta.

Vers. 21. — Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, et affixit laminas clavis aureis. Sicut oraculum totum texit auro, sic etiam domum exteriorem; neque in illis quidquam apparere voluit, quod non esset ex auro, usque adeò ut clavi, quibus figebantur ac firmabantur laminæ, essent etiam aurei in utrâque domo. Horum verò singuli pondus dicuntur habuisse quinquaginta siclorum, id est, unciarum viginti quinque; sic citata sæpiùs cap. Paralip. v. 9 : *Sed et clavos fecit aureos, ita ut singuli clavi siclos quinquagenos appenderent.*

Vers. 23. — Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis olivarum decem cubitorum altitudinis (1). De cherubinorum formâ et no-

(1) Anagog. Sanctum sanctorum repræsen-

mine multa nos in nostris Commentariis ad cap. 1 et 10 Ezechielis. Quales autem fuerint hi cherubini, quos à Salomone audimus in oraculo constitutos, non est conjectare difficile, cùm illorum altitudo describitur decemcubitalis, et alarum longitudo, quarum quævis habet cubitos quinque, quæ non videntur, nisi in humanam naturam et speciem cadere potuisse, et quidem non aliæ figuræ in hoc templo ac loco aut finguntur ab artificibus, aut intelliguntur à Patribus. Humanam certè formam indicat c. 3 Par. v. 13 : *Ipsi autem stabant erectis pedibus, et facies eorum erant versæ ad exteriorem domum.* Josephus lib. 3 Ant. c. 6, et lib. 8, c. 2, ait cherubinorum formam nulli unquàm visam fuisse mortalium, neque ullum quænam illorum esset species nôsse potuisse. Nihil hìc dico de cherubinis aliis, quos vidit Ezechiel, quorum alia est, neque parùm dissimilis, figura ac ratio. (1)

VERS. 27. — EXTENDEBANT AUTEM ALAS SUAS CHERUBINI, ET TANGEBANT ALA UNA PARIETEM, ET ALA CHERUB SECUNDI TANGEBAT PARIETEM ALTERUM; ALÆ AUTEM ALTERÆ IN MEDIA PARTE TEMPLI SE INVICEM CONTINGEBANT. Ex his non difficile est statuere, quæ esset positio, atque habitus ho-

tabat cœlum empyreum; arca Ecclesiam beatam, sive homines beatos; propitiatorium aureum humanitatem Christi gloriosam; Cherubini duo angelos sanctos summè concordes in Dei obsequio et laude. His Deitas nobis invisibilis eminet et insidet, ac beatis tam angelis, quàm hominibus summâ inter se charitate flagrantibus, quod binario numero et faciebus Cherubinorum ad se invicem conversis significatur, videndum fruendumque se exhibet, hâcque gloriosâ visione eos in æternum beat. Ita Beda, Angelom. et ex iis Ribera lib. 2 de Templo, cap. 7. (Corn. à Lap.)

Il fit dans l'oracle deux chérubins qui avaient dix coudées de haut, etc. Salomon plaça dans le sanctuaire ou dans l'oracle, ainsi appelé à cause que Dieu y faisait connaître ses volontés, deux chérubins d'une prodigieuse grandeur, composés de bois d'olivier tout revêtu d'or. Ces deux chérubins couvraient l'arche de leurs ailes, et enfermaient également avec l'arche les deux autres chérubins d'or que Moïse avait placés au-dessus.

Il semble d'abord que ces deux figures si prodigieuses que fit Salomon pour le sanctuaire, et toutes les autres plus petites dont il est parlé ici, qu'il fit faire en divers endroits du temple, fussent contre le décalogue, qui défendait expressément aux Israélites *de se faire aucune figure taillée, ni aucune ressemblance de toutes les choses qui étaient, soit dans le ciel, soit sur la terre.* Mais outre que Moïse avait lui-même, par l'ordre de Dieu, placé au-dessus de l'arche les deux premiers chérubins d'or, qui furent couverts par ces deux autres, sans comparaison plus grands, que fit Salomon, il faut remarquer que cette défense, que Dieu fit dans le décalogue, ne regardait proprement que les figures que l'on faisait pour les adorer.

Ces deux chérubins, placés dans le Saint des saints, dont les ailes étendues couvraient l'arche entièrement, étaient la figure de cette grande et prodigieuse charité de Jésus-Christ, qui couvre de sa protection toute puissante, et comme sous les ailes de sa divine miséricorde, toute l'Eglise figurée par l'arche. Le bois même d'olivier dont ils étaient composés, marquait la paix et la réconciliation du monde, et l'or dont il était revêtu, cette ineffable charité d'un Dieu dont elle a été l'effet. Que si tous les autres chérubins répandus en divers endroits du temple avertissaient en quelque sorte le peuple qu'ils devaient tous prendre part à la charité qu'ils leur figuraient, et participer en quelque chose à ce feu divin de l'amour de Dieu dont ils brûlaient; ces deux d'une si extraordinaire grandeur, qui remplissaient le lieu le plus saint du temple, apprenaient à ceux qui approchaient de plus près le sanctuaire, que leur charité devait surpasser sans comparaison celle du commun du peuple; et ils étaient même très-capables d'inspirer une profonde vénération pour la majesté de Dieu qui remplissait le sanctuaire, à ces ministres sacrés que la vue de ces figures si augustes frappait tout aussitôt qu'ils y entraient. « Entrons donc, dit saint Ambroise, dans le Saint « des saints avec un cœur parfaitement purifié « de toutes pensées vaines et charnelles, et « tout embrasé du feu de la vérité, ainsi que « ces chérubins : *Ingrediamur in Sanctuarium « Dei, ubi est Cherubim, id est, cognitionis profundum, et non labor qui est in incertis et vanis « opinionibus. Ingrediamur aditum cognitionum « sacrarum, atque interiora penetralia veritatis. « Ingrediamur Sanctuarium Dei, ubi sunt Cherubim, in quibus est recordatio sacræ cognitionis, « et veri illius atque æterni luminis.* » (Sacy.)

« Ces figures de veau dans le sanctuaire, dit « Voltaire, et ces douze veaux qui soutenaient « la cuve où les prêtres se lavaient, étaient « une transgression formelle de la loi. »

Ce qui est fait par ordre du législateur ne peut jamais être regardé comme une transgression de la loi qu'il a portée. Or, ce fut par l'ordre de Dieu même que Salomon mit des chérubins dans le sanctuaire, comme Moïse en avait placé sur l'arche; qu'il fit fabriquer des bœufs d'airain pour servir de support à la cuve du même métal qu'il plaça dans le parvis. Il n'était pas à craindre que les Hébreux adorassent des figures disposées ainsi, au lieu qu'ils auraient pu se porter à l'idolâtrie à l'égard de celles qu'ils se seraient fabriquées à leur gré. (Duclot.)

(1) VERS. 24. — DECEM CUBITOS HABENTES A SUMMITATE ALÆ UNIUS USQUE AD ALÆ ALTERIUS SUMMITATEM. *Summitatem* vocat extremitatem, q. d. : Extremitas unius alæ Cherubini distabat ab extremitate alterius alæ decem cubitis; singulæ enim alæ erant quinque cubitorum, eratque utraque in rectum exporrecta; quare sub alis corpus sive dorsum Cherubini inter alas interjacens intellige; alioqui enim plusquàm decem cubitorum fuisset distantia, ut patet. Ita Abulens. (Corn. à Lap.)

rum cherubinorum: assistebant enim arcæ, et explicabant quincubitales alas, eâ ratione ut exteriores utrumque attingerent oraculi parietem, interiores se mutuò contingerent, ita ut mediam arcam suâ veluti adumbratione tangerent. Illorum autem faciem conversam esse ad exteriorem domum, id est, ad orientalem plagam, c. 3 Par. v. 13 docet : *Facies eorum erant versæ ad exteriorem domum.* Hi porrò cherubini statuario opere perfecti sunt ex oleaginâ materiâ, qui hæc, ut auctor est Vitruvius, neque cariem sentit, neque vetustate corrumpitur, cui inductæ sunt aureæ laminæ, ut in totâ domo nihil appareret, nisi aureum.

Antequàm ex his cherubinis emergat commentatio, statuamus oportet discrimen, quod inter illos interest, quos in tabernaculo Moyses, et eos quos Salomon in templo fabricari jussit. Primùm illi Mosaici fuerunt ex auro solido ac ductili, et accommodati ad tabernaculi angustias minoris multò molis; deinde habitu corporis longè diverso, stabant adversis vultibus mutuò se spectantes in extremis adversisque partibus propitiatorii atque arcæ, alis quidem extensis, non tamen ita ut altera parietem, altera alterius alam attingeret, sed utraque tangebat utramque, et medium amplectebatur et obumbrabat propitiatorium. At cherubini Salomonis denis erant cubitis alti, et oleaginâ materiâ, aureis tamen laminis inclusâ, neque se adversis intuebantur vultibus, sed obversi ad exteriorem basilicam, orientalem intuebantur plagam, et alis aliter extensis, altera tangebat consortis alam, altera parietem templi. Salomonis cherubini satis hìc apertè describuntur. De Mosaicis habet Exod. cap. 25, vers. 18 : *Duos quoque Cherubim aureos et productiles facies ex utrâque parte oraculi, Cherub unus sit in latere uno, et alter in altero; utrumque latus propitiatorii tegant expandentes alas, et operientes oraculum, respiciantque se mutuò versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca.* Quod autem hìc fieri præcipitur, id factum ostenditur postea cap. 38, v. 7.

Vers. 29. — Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis, et torno, et fecit in eis cherubin, et palmas, et picturas varias quasi prominentes de pariete et egredientes. De utrâque domo isthæc accipio, quæ variis à Salomone modis cælata est. In picturis variis, varia item ornamenta contineri puto, qualia in principum aulis spectamns et in templis, in quibus varia spectantur emblemata et ingeniosorum operum argumenta, in quibus flores numero et plantas, tum etiam animalia, quæ aliis in locis ad templi, seu sacræ supellectilis ornatum exprimuntur. De quibus postea pluribus cap. sequenti. Numerantur autem præcipuè cherubini et palmæ; in illis, opinor, cœlestes spiritus intelliguntur, qui toti sunt in divinis laudibus, in his Israelitæ, quorum studia eò spectare debent, ut cherubinis in eo laudandi conatu sint quàm simillimi. Porrò palmam symbolum esse Judææ probat et ipsa loci natura, quæ palmis abundat, et palmæ ipsius nobilitas, quæ symbolum esse debuit regionis omnium nobilissimæ, de quâ Ezechiæ cap. 20, v. 6 : *Quæ est egregia inter omnes terras.* Vide quæ nos ad illum locum de terræ promissionis bonitate, atque fœcunditate. Sanè Vespasianus imperator suam de Judæorum populo victoriam, in palmâ quasi jam domitâ expressit, ad cujus radices sedebat femina habitu captivæ et vulgu lugubri. Hoc symbolum passim in Vespasiani numismate videmus. Hæ porrò cælaturæ sic sunt efformatæ in abiegnâ cedrinâque materiâ, quas etiam exprimunt ex auro super inductæ laminæ, ut extare videantur è tabulis, et ex pariete prodire, quod Hispani dicunt *de talla, o relieve.*

Illud hìc difficile, quomodò possit torno in sculpendâ materiâ ullus esse locus, cùm tornari non possit materia, id est, in gyrum volubili circumactu converti; ubi Vulgatus *torno,* Hebr. est *micleah,* quæ etiam vox supra reperitur v. 18. Ubi noster interpres reddidit *tornaturas,* alii aliter atque aliter, ut eo loco diximus, vocem hanc convertunt. Quidam *fundam,* alii ova, alii poma, alii colocynthidas. Noster ibi optimè *tornaturas,* et hìc *torno* reddidit, quia poma, ova, colocynthidæ, et similia torno plerùmque efformari solent, quia hæc rotunda sunt, et ut illam globosam speciem assumant, in orbem assiduâ circumductione versantur. Qui *fundam* verterunt, id in eâ voce spectârunt, quòd funda, cùm ejaculatur lapidem, in gyrum priùs circumducitur, et quasi rotatur circa caput, et ideò ab eâdem radice, à quâ מקלעה dicitur קלע. Ego hoc loco illa puto significari hìc in *torno,* quæ superiori loco in tornaturis. Sed in utroque loco difficile est statuere, quomodò illæ vocari possint *tornaturæ*, aut hæc *elaborata, aut tornata, perfecta torno,* cùm fieri posse non videatur, ut à torno tabulæ aliquam cælaturam accipiant.

Ego à viris ejus artis peritis, quos eâ de re consului, didici orbiculatas figuras toreuticè, id est, tornariâ operâ in tabulis tornari ac rotundari

posse. Et quidem verbum Græcum τορεύω, quod propriè tornare valet, nonnunquàm propter vicinitatem *sculpo* etiam significat, ut nôrunt, qui vel mediocriter græcè sciunt : unde τόρευμα dicitur opus quoddam à Phidiâ egregio sculptore perfectum, non torno, sed cælo. Mart. lib. 4, Epig. 39 :

Solus Phidiaci toreuma cœli.

Idem lib. 3, epig. 31, in Phidiæ toreumate pisces describit. Adde quòd tornus etiam idem nonnunquàm valet, quod *cœlum,* aut *scalprum,* aut aliud quodcumque instrumentum fabrile. Sanè torno elaboratam esse vitem in poculo, canit Virgil. eclogâ 3 :

Fagina, cœlatum divini opus Alcimedontis,
Lenta quibus torno facili superaddita vitis
Diffusos hederâ vestit pallente corymbos.

Vers. 30. — Sed et pavimentum domus texit auro intrinsecus et extrinsecus. Pavimentum supra v. 15, tectum fuisse dicitur abiegnis tabulis : nunc autem addit inductas esse hisce tabulis aureas laminas, idque non solùm intrinsecùs, id est, in interiori domo, seu oraculo, sed etiam extrinsecùs, id est, in templo aut exteriore basilicâ. Ex quo apparet nihil esse in utrâque domo, quod non splenderet auro, quia præter aurum nihil apparebat exteriùs.

Vers. 31. — Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis olivarum, postesque angulorum quinque. In sequenti versu duo oraculi describuntur ostia de lignis angulorum quinque miris modis ornata, cherubinis videlicet et palmis, et aliarum rerum imaginibus è tabulâ extantibus, quæ vocat anaglypha. In his porrò totidem addidit ostiola, item pentagona, id est, quæ quinque quemadmodùm postes habuerunt angulos, sicut in antiquis operibus aliqua nunc etiam videmus. Sunt autem *anaglypha* cælaturæ asperæ, et eminentes è plano, quales sunt flores, et plantarum, et animalium expressæ figuræ, quibus, ut diximus, utraque domus erat ornata. (1)

Vers. 33. — Fecitque in introitu templi postes de lignis olivarum quadrangulatos. De ostiis templi jam agit, id est, exterioris basilicæ, quæ dicitur *Sancta,* ubi quatuor constituit angulos, cùm quinque posuerit in ostiis atque ostiolis oraculi. Quod sine dubio arcano aliquo sacramento non vacat : quinarius enim angulorum numerus qui ad Sancta sanctorum, id est, ad Dei arcana sacramenta, et in adyta atque inaccessa sacraria deducit, per quinque vulnera aperit ingressum. Quis enim cœli porta nisi Christus? Sanè ipse Joan. cap. 10, ostium se esse dicit; quare ille ut mystici illius sacrarii figuram impleret, quinque angulorum stigmata notari debuit.

Vers. 34. — Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus, et utrumque ostium duplex erat, ut se invicem tenens aperiebatur. Duo hæc ostia, quæ esse diximus in ingressu exterioris domûs, se invicem spectabant altrinsecùs, et seipsa complexa obstruebant aditum his, quos arcere oportebat, divisa illum aperiebant templum ingressuris. In quolibet autem illorum alterum erat ostiolum, ita alteri insertum et inclusum, ut in unum aliquid cum altero coaluisse videretur ; adeò ut se mutuò tenerent, neque cùm aperirentur simul esse desinerent : nam ostiolum, quod in alterius volvitur complexu ac sinu, ab eo non divellitur, neque ostium majus, cùm sese laxat et aperit, alterum dimittit. Hanc meam cogitationem firmat Ezechiel cap. 41, v. 23 : *Et duo ostia erant in templo, et in sanctuario, et in duobus ostiis ex utrâque parte bina erant ostia, quæ in se invicem plicabantur.* Plicari autem inter se ostia cum ostiolis idem esse puto, quod in uno ostio duo esse ostia ; quemadmodùm in animali fœto duo sunt animalia, et ideò hìc ostium dicitur duplex, et duo ostia à seipsis vicissim teneri, quia inter se plicantur. Abulens., q. 19 Historiæ scholasticæ, Ribera de Templo cap. 10, alium excogitârunt modum, aptiorem fortassè ; sed nescio quomodò placere mihi nunquàm potuit, sicut aliis fortassè majori suo merito hæc mea cogitatio non placebit.

Vers. 35. — Et sculpsit cherubim, et palmas, et cælaturas, etc. Sicut utramque domum tabulis obduxit abiegnis et cedrinis, ex quibus varias eduxit rerum species, quas laminis ex auro solido vestivit ; sic etiam portas eodem cælavit modo atque ordine, nisi quòd anaglypha illa, seu cælaturæ, multò magis eminebant è tabulâ, et cùm alibi de laminarum formâ dictum esset nihil, nunc ad regulam dicuntur esse quadratæ, studio videlicet magis accurato.

(1) Vers. 32. — Et duo ostia de lignis olivarum, et sculpsit in eis picturam Cherubim, et palmarum species, et anaglypha valde prominentia ; q. d. : Salomon in ingressu oraculi, id est, Sancti sanctorum, fecit duo *ostiola,* id est, parva ostia ex eisdem lignis, eaque pentagona, id est, quinque angulos et totidem postes habentia ; atque in eis exsculpsit effigies Cherubinorum, palmarum et *anaglypha.* Anaglypha vox est Græca, significans imagines et picturas è superficie parietis tabulæ vel ostii extantes et prominentes. (Corn. à Lap.)

Cujus rei ea potuit esse gravis, et sola fortassè ratio, quia neque omnibus licuit in exteriorem tabernaculi partem ingredi, et in interiorem uni tantùm sacerdoti maximo, idque semel in anno. Quare his, qui ab ulteriori arcebantur ingressu, ex ipsâ templi, oraculique fronte ostendendum fuit, qualis existimari posset cultus, et species interior.

Antequàm exeamus à templo ad sacerdotale atrium, de quo statim, addamus oportet quæ omissa fuerunt ab scriptore sacro et addita ab eo qui Paralipomenon libros concinnavit. Primum omissum fuit velum, quod extensum fuit ante murum illum medium, qui interiorem domum ab exteriori discludit. De quo Exod. cap. 26, vers. 31; hoc autem velum pulcherrimum erat materiâ versicolore artificiosè contextum. De quo iisdem propè verbis Exod. 26, et lib. 2 Paralip. cap. 3: *Fecit quoque velum ex hyacintho, purpurâ, cocco, et intexuit ei cherubim.* Habuisse præterea figuras alias, quas in templi lateribus ac foribus dicebamus, ex eo liquet, quia in eo opere plumario, id est, Phrygio mira in velo dicitur, aut sutili, aut textili opere addita varietas: *Facies,* inquit, *et velum de hyacintho, purpurâ, coccoque bis tincto, et bysso retortâ opere plumario, et pulchrâ varietate contextum.* Hoc autem velum in tabernaculo Moysis ex quatuor columnis suspendebatur de lignis settim. In templo fortassè Salomonis alia ratio fuit, quia stabilis erat, et firmus murus, qui velum illud multò quàm columnæ meliùs suspendere ac sustinere posset; sed de hâc re mox.

De his autem coloribus, qui velum istud variant atque distinguunt, alii pluribus agunt: nos hìc paucis. Hyacinthus color violaceo est atque cœlesti similis, qui etiam dicitur ianthinus, quo succo imbuta lana maximo olim in pretio habebatur. Purpura non unius est, aut simplicis coloris, quæ aliquid interdùm obscurius, et aliquid violaceo simile objicit, quæ quia piscium quorumdam imbuitur sanguine, quorum ad illud infectorium opus non eadem est vis ac natura, fit ut neque semper idem sit color, et aliter atque aliter pro diversâ sanguinis proprietate rubeat. Fuit autem purpura, quâ in tingendâ lanâ utebantur Hebræi, omnium nobilissima, quia à Tyro adducebatur, civitate proximâ, quæ maximo propter suum nitentem atque hilarem splendorem, apud omnes gentes habebatur in pretio. Quare qui Tyriam dixit purpuram, nihil potuit in eo genere dicere nobilius. Hæc autem etiam *Sarrana* dicitur, vox quæ ab Hebræâ radice originem habuit. Tyrus enim Hebr. צור *sor* appellatur.

Coccus aliud est purpuræ genus, quod tamen non imbuit conchyliorum sanguis, sed granum quoddam arbusculæ, quæ auctore Plinio lib. 16, cap. 18, *cusculium* appellatur, cujus in Hispaniâ maxima vis. Coccus autem græcè κόκκος, granum significat. Hic autem coccus bis dicitur esse tinctus, priùs in vellere antequàm lana duceretur in fila; deinde iterùm ipsa filamenta, aut textus ipse è prioribus filis. Id porrò usitatum esse etiam apud alios, probat nomen δίβαφα, seu δίβαφος, quæ vox bis tinctum valet, quàm non vulgò homines, sed qui sunt in magistratu induunt. Byssus genus est lini tenuissimi, cui eximius inest candor. De quo nos in nostris commentariis super Ezechielem ad illud cap. 16: *Et cinxi te bysso.* Ubi ostendimus, contra quàm aliqui opinati sunt, candidam esse byssum, et nullo modo rubeam.

Vers. 36. — Et ædificavit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, et uno ordine lignorum cedri (1). Hoc atrium sacerdotale est, quod erat adjunctum templo; imò quod suo complexu templum continebat: constructa autem fuisse alia præterea atria, de quibus pluribus egimus in Ezechielem à cap. 40, probat illud, *interius,* quod planè indicat alia fuisse atria exteriora. De hoc autem atrio breviter agit hìc sacer historicus, cùm tamen in eo sint non pauca, quæ et difficultatis habent plurimùm, neque indigna sunt spectatu atque cognitu. Multa hìc de tribus hisce ordinibus dicuntur à multis, quæ hìc referre longum esset. Tantùm dicam singulos ordines non esse spectandos in singulis lapidibus, ita ut non sit atrii illius altitudo major, quàm quæ à tribus lapidibus ordinatè positis, et ab uno cedrorum ordine, qui tantumdem occupet spatii, quantùm lapis unus implere possit; nimis enim esset demissus murus ille, qui interius illud atrium circumfundit et munit. Neque aut imposita aut interjecta cedrus satis muro firmitatis adderet. Puto ergo hæc tria significari tabulata, seu contignationes, quibus totidem sunt additæ deambulationes suffultæ columnis, quorum duo primi ordines è lapide sunt pretioso,

(1) Allegor. Atrium repræsentat vitam incipientium Deo servire, Sanctum vitam proficientium, Sanctum sanctorum verò perfectorum; unde in atrio erat altare holocaustorum, quod significat mortificationem cupiditatum, et mare æneum sive lavacrum, quod symbolum est pœnitentiæ. (Corn. à Lap.)

et egregiè polito ; tertius verò è cedro, sicut aliæ quoque columnæ, quæ, sicut ex capite sequente constabit vers. 2, è materiâ cedrinâ dolatæ sunt. Seu certè, quod magis probo, ex tribus contignationibus erat ex cedro suprema, cùm inferiores duæ essent ex lapide, ne si etiam foret è lapide, tantum pondus inferiores contignationes sustinere non possent; sicut statim cap. 7, v. 3, tabulatis, id est, contignationibus cedrinis, vestita dicitur esse camera Salomoniæ domûs : *Et tabulatis cedrinis vestivit cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur* Hebr. : *Et tecta in cedro desuper super costas.* Tigurina : *Contabulatumque fecit cedrinum supernè.* Id mihi colligere posse videor ex Ezechiele cap. 42, v. 3, ubi idem atrium sacerdotale describitur, ubi tres dicuntur esse porticus tribus cubiculorum ordinibus instructæ, ubi certiùs cubiculorum, seu gazophylaciorum ordo dicitur esse humilior, v. 5 : *Ubi erant gazophylacia in superioribus humiliora.* Hæc ego timidè non tam affirmo, quàm conjecto, quia res est obscura, neque ab architectonicâ, cujus sum ignarus, aliquid habere possum subsidii. Hâc de re vide nostrum Villalpandum tom. 2, lib. 5, cap. 9, ubi de hoc loco accuratè et fusè. Mihi satis fuerit ex hisce vepretis utcumque erepsisse. Qualiscumque sit hic ordo, idem servavit iterùm Salomon dùm suam domum ædificaret, ut constat capite sequenti, versiculo 12.

VERS. 38. — ANNO QUARTO FUNDATA EST (1) DOMUS DOMINI IN MENSE ZIO, ET IN ANNO UNDECIMO MENSE BUL (IPSE EST MENSIS OCTAVUS) PERFECTA EST IN OMNI OPERE SUO. Cùm anno Salomonis quarto mense secundo ædificari cœperit domus Domini, et anno ejus undecimo, mense octavo consummata fuerit, consequens est, ut in eâ fabricâ septem fuerint anni consumpti. Tantùm enim temporis inter annum quartum et undecimum interjectum est; insuper sex menses, quot sunt à mense secundo, in quo cœptum est opus ad mensem octavum, in quo finitum est. Sed illi sex menses hìc omissi sunt, quia ab anni mensurâ, id est, à perfecto numero deficiunt. Est enim usitatum in Scripturâ sacrâ, ut imperfecti numeri, sive perfectum excedant, sive ab eo deficiant, omittantur; simile omninò habuimus exemplum in Davide, qui cùm lib. 3 Reg. cap. 2, v. 11, dicatur septem annos regnâsse in Hebron, lib. tamen 2 Reg. cap. 5, v. 15, regnâsse traditur annos septem et menses sex. Hoc itaque spatio tam ampla atque luculenta templi moles, quàm omnia instrumenta ad sacrum ministerium perfecta sunt. Mensis octavus, qui nostro respondet octobri, quique aliter appellatur *Marchesuam*, ideò ab Hebræis dicitur *Bul*, ut nonnulli putant, quia tunc solent pluviæ frequenter contingere, à voce *Mabul*, quæ diluvium significat, à quâ etiam notatione à Chaldæis vocatur *Marchesuan.*

(1) Allegor. Radulphus in Præfat. lib. 17 in Levit. : « Templum Salomonis, inquit, se« ptem annis, et septem mensibus, construc« tum est, quia à Christi adventu usque ad « ejus reditum ad judicium per septiformem « Spiritûs gratiam Ecclesia construitur, donec « in fine consummetur, idque fiet toto hoc se« culo quod septem dierum cursu peragitur, » ait Eucher.; sic et Angelom. (Corn. à Lap.)

CAPUT VII.

1. Domum autem suam ædificavit Salomon tredecim annis, et ad perfectum usque perduxit.

2. Ædificavit quoque Domum Saltûs Libani centum cubitorum longitudinis, et quinquaginta cubitorum latitudinis, et triginta cubitorum altitudinis, et quatuor deambulacra inter columnas cedrinas; ligna quippe cedrina exciderat in columnas.

3. Et tabulatis cedrinis vestivit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur. Unus autem ordo habebat columnas quindecim,

4. Contra se invicem positas,

5. Et è regione se respicientes, æquali spatio inter columnas, et super columnas

CHAPITRE VII.

1. Salomon bâtit et acheva entièrement son palais en treize ans.

2. Il bâtit encore *le palais appelé* la Maison-du-Bois-de-Liban, qui avait cent coudées de long, cinquante coudées de large et trente coudées de haut. Il y avait quatre galeries entre des colonnes de bois de cèdre; car il avait fait tailler des colonnes de bois de cèdre.

3. Et il revêtit de lambris de bois de cèdre tout le plafond, qui était soutenu par quarante-cinq colonnes *en trois rangs.* Chaque rang avait quinze colonnes,

4. Qui étaient posées l'une vis-à-vis de l'autre,

5. Et se regardaient l'une l'autre, étant placées à égale distance. Et il y avait sur les

quadrangulata ligna in cunctis æqualia.

6. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis et triginta cubitorum latitudinis, et alteram porticum in facie majoris porticûs ; et columnas, et epistylia super columnas.

7. Porticum quoque solii, in quâ tribunal est, fecit, et texit lignis cedrinis à pavimento usque ad summitatem.

8. Et domuncula, in quâ sedebatur ad judicandum, erat in mediâ porticu, simili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quam uxorem duxerat Salomon), tali opere quali et hanc porticum.

9. Omnia lapidibus pretiosis, quia ad normam quamdam atque mensuram tam intrinsecùs quàm extrinsecùs serrati erant, à fundamento usque ad summitatem parietum, et extrinsecùs usque ad atrium majus.

10. Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem sive octo cubitorum.

11. Et desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant, similiterque de cedro.

12. Et atrium majus rotundum, trium ordinum de lapidibus sectis et unius ordinis de dolatâ cedro; necnon et in atrio domûs Domini interiori, et in porticu domûs.

13. Misit quoque rex Salomon, et tulit Hiram de Tyro,

14. Filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, et plenum sapientiâ et intelligentiâ et doctrinâ ad faciendum omne opus ex ære. Qui cùm venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus ejus.

15. Et finxit duas columnas æreas, decem et octo cubitorum altitudinis columnam unam; et linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque.

16. Duo quoque capitella fecit quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære; quinque cubitorum altitudinis capitellum unum, et quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum,

17. Et quasi in modum retis et catenarum sibi invicem miro opere contextarum.

colonnes des poutres carrées, toutes d'une même grosseur.

6. Il fit une *autre* galerie de colonnes, qui avait cinquante coudées de long et trente coudées de large ; et encore une autre galerie vis-à-vis de la plus grande, avec des colonnes et des architraves sur les colonnes.

7. Il fit aussi la galerie du Trône, où était le tribunal ; et il la lambrissa de bois de cèdre, depuis le plancher jusqu'au haut. *Ainsi le parvis était environné de galeries de tous côtés.*

8. Il y avait au milieu de la galerie *du Trône* un parquet où était son lit de justice, qui était du même ouvrage. Salomon fit aussi, pour la fille de Pharaon qu'il avait épousée, un palais qui était bâti d'une même architecture que cette galerie.

9. Tous ces bâtiments, depuis les fondements jusqu'au haut des murs, et par dehors jusqu'au grand parvis, étaient construits de pierres parfaitement belles, dont les deux parements, tant à l'intérieur qu'à l'extérieur, avaient été sciés tout d'une même forme et d'une même mesure.

10. Les fondements étaient aussi de pierres parfaitement belles et très-grandes ; *les unes* ayant dix coudées, *les autres* huit.

11. Il y avait au-dessus de très-belles pierres taillées d'une même grandeur, couvertes aussi de lambris de cèdre.

12. Le grand parvis était rond, et de trois rangs de pierres taillées et d'un rang de cèdre poli ; et il en était ainsi dans le parvis intérieur de la maison du Seigneur et dans le vestibule du temple.

13. Le roi Salomon envoya aussi chercher de Tyr Hiram,

14. Qui était fils d'une femme veuve de la tribu de Nephthali, et dont le père était de Tyr ; il travaillait en bronze, et il était rempli de sagesse, d'intelligence et de science pour faire toutes sortes d'ouvrages de bronze. Hiram étant donc venu vers le roi Salomon, fit tous les ouvrages qu'il lui ordonna.

15. Il fit deux colonnes de bronze *pour la porte du vestibule du temple*, dont chacune avait dix-huit coudées de haut; et un réseau de douze coudées entourait chaque colonne, *qui avait elle-même douze coudées de circonférence.*

16. Il fit aussi deux chapiteaux de bronze, qu'il jeta en fonte, pour mettre sur le haut de chaque colonne ; l'un des chapiteaux avait cinq coudées de haut, et l'autre avait aussi la même hauteur de cinq coudées ;

Utrumque capitellum columnarum fusile erat; septena versuum retiacula in capitello uno, et septena retiacula in capitello altero.

18. Et perfecit columnas, et duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum, ut tegerent capitella quæ erant super summitatem malogranatorum; eodem modo fecit et capitello secundo.

19. Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticu quatuor cubitorum.

20. Et rursùm alia capitella in summitate columnarum desuper, juxta mensuram columnæ contra retiacula; malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi.

21. Et statuit duas columnas in porticu templi; cùmque statuisset columnam dexteram, vocavit eam nomine Jachin; similiter erexit columnam secundam, et vocavit nomen ejus Booz.

22. Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit; perfectumque est opus columnarum.

23. Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio usque ad labium, rotundum in circuitu; quinque cubitorum altitudo ejus, et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum.

24. Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare; duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles.

25. Et stabat super duodecim boves, è quibus tres respiciebant ad aquilonem, et tres ad occidentem, et tres ad meridiem, et tres ad orientem; et mare super eos desuper erat; quorum posteriora universa intrinsecùs latitabant.

26. Grossitudo autem luteris trium unciarum erat; labiumque ejus quasi labium calicis et folium repandi lilii. Duo millia batos capiebat.

27. Et fecit decem bases æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, et quatuor cubitorum latitudinis et trium cubitorum altitudinis.

17. *Et on y voyait* une espèce de rets et de chaînes entrelacées l'une dans l'autre avec un art admirable. Chaque chapiteau de ces colonnes était jeté en fonte; il y avait sept rangs de mailles dans le réseau de l'un des chapiteaux, et autant dans l'autre.

18. Il fit ces colonnes de manière qu'il y avait deux rangs de mailles qui couvraient et entouraient les chapiteaux, ces mailles étant posées au-dessus des grenades *qui ornaient les chapiteaux.* Il fit le second chapiteau comme le premier.

19. Les chapiteaux qui étaient au haut des colonnes dans le parvis étaient faits en façon de lis, et avaient quatre coudées *de hauteur.*

20. Et il y avait encore au haut des *mêmes* colonnes, au-dessus des rets, d'autres chapiteaux *d'une coudée de haut, mais* proportionnés *pour la largeur* à *la grosseur de* la colonne; et autour de ce second chapiteau il y avait deux cents grenades disposées en *deux* rangs.

21. Il mit *ces* deux colonnes au vestibule du temple; et ayant posé la colonne droite, il l'appela Jachin. Il posa de même la seconde colonne, qu'il appela Booz.

22. Il mit au-dessus des colonnes cet ouvrage fait en forme de lis, *qui en faisait comme le principal chapiteau;* et l'ouvrage des colonnes fut *ainsi* entièrement achevé.

23. Il fit aussi une mer de fonte, *c'est-à-dire une grande cuve,* de dix coudées d'un bord jusqu'à l'autre, qui était toute ronde. Elle avait cinq coudées de haut, et était environnée tout à l'entour d'un cordon de trente coudées.

24. Au-dessous de son bord il y avait des moulures *et des figures en relief,* qui l'entouraient, savoir dix dans l'espace de chaque coudée; et il y avait deux rangs de ces figures en relief, qui avaient aussi été jetées en fonte.

25. *Cette mer* était posée sur douze bœufs, trois desquels regardaient le septentrion, trois l'occident, trois le midi et trois l'orient; et la mer était portée par ces bœufs, dont tout le derrière était caché sous la mer.

26. Le bassin avait trois pouces d'épaisseur, et son bord était *renversé* comme le bord d'une coupe et comme la feuille d'un lis qui est épanoui; et il contenait deux mille bats.

27. Il fit aussi dix socles d'airain, dont chacun avait quatre coudées de long, quatre coudées de large et trois coudées de haut.

28. Et ipsum opus basium interrasile erat; et sculpturæ inter juncturas.

29. Et inter coronulas et plectas, leones et boves et cherubim, et in juncturis similiter desuper; et subter leones et boves, quasi lora ex ære dependentia.

30. Et quatuor rotæ per bases singulas, et axes ærei; et per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, contra se invicem respectantes.

31. Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate; et quod forinsecus apparebat, unius cubiti erat totum rotundum; pariterque habebat unum cubitum et dimidium : in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant; et media intercolumnia quadrata, non rotunda.

32. Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basim; una rota habebat altitudinis cubitum et semis.

33. Tales autem rotæ erant quales solent in curru fieri; et axes earum, et radii, et canthi, et modioli, omnia fusilia.

84. Nam et humeruli illi quatuor per singulos angulos basis unius, ex ipsâ basi fusiles et conjuncti erant.

35. In summitate autem basis erat quædam rotunditas dimidii cubiti, ita fabrefacta ut luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variasque sculpturas ex semetipsâ.

36. Sculpsit quoque in tabulatis illis, quæ erant ex ære, et in angulis, cherubim et leones et palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, ut non cælata, sed apposita per circuitum viderentur.

37. In hunc modum fecit decem bases, fusurâ unâ, et mensurâ sculpturâque consimili.

38. Fecit quoque decem luteres æneos; quadraginta batos capiebat luter unus, eratque quatuor cubitorum : singulos quoque luteres per singulas, (id est, decem) bases posuit.

39. Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, et quinque ad sinistram; mare autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem.

28. Ces socles étaient de plusieurs pièces, les unes limées et polies, les autres gravées; et il y avait des ouvrages de sculpture *aux quatre faces,* entre les jointures, *qui étaient dans les angles.*

29. Là, entre des couronnes et des entrelas, il y avait des lions, des bœufs et des chérubins; et au droit des jointures il y avait aussi, tant dessus que dessous, des lions, des bœufs, et comme des courroies d'airain qui pendaient.

30. Chaque socle avait quatre roues d'airain et des essieux d'airain. Aux quatre angles il y avait comme de grandes consoles jetées en fonte, qui soutenaient la cuve et se regardaient l'une l'autre.

31. Au haut du socle il y avait une cavité, dans laquelle entrait la cuve; ce qui en paraissait au-dehors était tout rond et d'une coudée, le tout faisant une coudée et demie; et il y avait diverses gravures dans les angles des colonnes : et ce qui était entre les colonnes n'était pas rond, mais carré.

32. Les quatres roues qui étaient au droit des quatre angles étaient jointes ensemble *par les essieux qui passaient* sous le socle; et chaque roue avait une coudée et demie de hauteur.

33. Ces roues étaient semblables à celles d'un chariot; leurs essieux, leurs rais, leurs jantes et leurs moyeux étaient tous jetés en fonte.

34. Et les quatre consoles, qui étaient aux quatre angles de chaque socle, faisaient une même pièce avec le socle, et étaient de même fonte.

35. Au haut du socle il y avait un rebord d'une demi-coudée de haut, qui était rond, et travaillé d'une telle manière que *le fond de* la cuve pût s'y enchâsser; et il était orné de gravures et de sculptures différentes, qui étaient d'une même pièce avec le socle.

36. *Hiram* fit encore dans les entre-deux *des jointures,* qui étaient aussi d'airain, et aux angles, des chérubins, des lions et des palmes; *ces chérubins* représentant un homme qui est debout, en sorte que *ces figures* paraissaient non point gravées, mais *des ouvrages* ajoutés tout à l'entour.

37. Il fit ainsi dix socles fondus d'une même manière, de même grandeur et de sculpture pareille.

38. Il fit aussi dix cuves d'airain, chacune desquelles contenait quarante mesures et était de quatre coudées *de haut;* et il posa chaque cuve sur chacun des dix socles.

39. Il plaça ces dix socles, savoir cinq au

40. Fecit ergo Hiram lebetes et scutras et hamulas. Et perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini;

41. Columnas duas, et funiculos capitellorum super capitella columnarum duos; et retiacula duo, ut operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum;

42. Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis, duos versus malogranatorum in retiaculis singulis ad operiendos funiculos capitellorum qui erant super capita columnarum;

43. Et bases decem, et luteres decem super bases;

44. Et mare unum, et boves duodecim subter mare;

45. Et lebetes, et scutras, et hamulas. Omnia vasa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant.

46. In campestri regione Jordanis fudit ea rex in argillosâ terrâ, inter Sochoth et Sarthan.

47. Et posuit Salomon omnia vasa; propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris.

48. Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini: altare aureum, et mensam super quam ponerentur panes propositionis auream;

49. Et candelabra aurea, quinque ad dexteram, et quinque ad sinistram, contra Oraculum, ex auro puro; et quasi lilii flores, et lucernas desuper aureas; et forcipes aureos;

50. Et hydrias, et fuscinulas, et phialas, et mortariola, et thuribula, de auro purissimo. Et cardines ostiorum domûs interioris Sancti sanctorum, et ostiorum domûs templi, ex auro erant.

51. Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini, et intulit quæ sanctificaverat David pater suus, argentum et aurum et vasa, reposuitque in thesauris domûs Domini.

côté droit du temple, et cinq au côté gauche; et il mit la mer *d'airain* au côté droit du temple, entre l'orient et le midi.

40. Hiram fit aussi des marmites, des chaudrons et des bassins. Il acheva tout l'ouvrage que le roi Salomon voulait faire dans le temple du Seigneur.

41. *Il fit* deux colonnes et deux cordons sur les chapiteaux, avec deux réseaux, pour couvrir les deux cordons qui étaient aux chapiteaux des colonnes.

42. Et quatre cents grenades dans les deux réseaux, savoir deux rangs de grenades dans chaque réseau dont étaient couverts les *deux* cordons des chapiteaux qui étaient au haut des colonnes;

43. Dix socles et dix cuves sur les socles;

44. Une mer et douze bœufs sous cette mer;

45. Des marmites, des chaudrons et des bassins. Tous les vases qu'Hiram fit par ordre du roi Salomon pour la maison du Seigneur étaient de l'airain le plus pur.

46. Le roi les fit fondre dans une plaine proche le Jourdain, en un champ où il y avait beaucoup d'argile, entre Sochoth et Sarthan.

47. Salomon mit *dans le temple* tous les vases, et il y en avait une si grande quantité que le poids de l'airain en était énorme.

48. Salomon fit aussi tout ce qui devait servir dans la maison du Seigneur; l'autel d'*or pour les parfums*, et la table d'or sur laquelle on devait mettre les pains de proposition;

49. Et les chandeliers d'or, cinq à droite, cinq à gauche, devant l'Oracle, de l'or le plus pur, et au-dessus desquels il y avait des fleurs de lis et des lampes d'or. *Il fit* aussi des pincettes d'or,

50. Des vases à mettre de l'eau, des fourchettes, des coupes, des mortiers et des encensoirs d'un or très-pur. Les gonds des portes de la maison intérieure du Saint des saints, et des portes de la maison du temple, étaient aussi d'or.

51. Ainsi Salomon acheva tout ce qu'il avait entrepris pour la maison du Seigneur; et il porta *dans le temple* l'argent, l'or et les vases que David son père avait consacrés à Dieu, et les consigna dans les trésors de la maison du Seigneur.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DOMUM AUTEM SUAM ÆDIFICAVIT SALOMON TREDECIM ANNIS (1). Septem annorum Salomon, et sex mensium in construendo templo operam posuerat, quo jam omninò

(1) *Salomon fut treize ans à bâtir sa maison... Il bâtit aussi la maison du bois du Liban*, etc.

L'Ecriture, selon la réflexion d'un savant théologien (Estius), nous fait ici remarquer

perfecto animum adjecit, ut sibi regiam domum egregio planè opere, et regiâ magnificentiâ moliretur, quod tredecim tandem annis consecutus est. Quare viginti annos in utrâque domo perficiendâ consumpsit. An verò hoc temporis spatio aliæ quoque domus extructæ fuerint, altera pro Pharaonis filiâ; altera, quæ à saltu Libani nomen accepit, controversia est. Abulens., quæst. 3, in hoc tempus aliarum quoque domorum constructionem confert, cui subscribit Pineda lib. 5 Salomonis prævii cap. 6, qui etiam suspicatur domum reginæ, et domum saltûs Libani non esse ab amplissimâ regis basilicâ diversas, sed varias ejusdem domûs partes, sicut in principum domibus, et videmus modò, et maximè usitatum

deux choses: l'une, que Salomon bâtit le temple qui devait être consacré à Dieu, avant que de se bâtir une maison à lui-même, et l'autre, qu'il fut beaucoup moins de temps à bâtir ce temple que son palais, puisqu'il acheva le temple en sept années, et que le bâtiment du palais en dura treize. Ce n'est pas, comme dit encore le même auteur, qu'il ait bâti avec plus de magnificence sa propre maison que celle de Dieu, puisque le contraire peut se remarquer dans la description particulière de l'une et de l'autre, mais c'est que ce prince et tout son peuple firent paraître une ardeur extraordinaire pour achever cet édifice superbe que l'on élevait à la gloire du Seigneur. Et d'ailleurs, le roi, son père, lui avait laissé, comme on l'a vu, une fort grande quantité de matériaux destinés pour cet ouvrage. Cet exemple de la conduite de Salomon, qui préféra ce qui regardait le culte de Dieu à ce qui devait procurer sa propre commodité, et qui travailla avec plus de zèle à la construction du temple qu'à celle de son palais, est avantageux, dit le même auteur, pour réveiller quelques Chrétiens assoupis, qui paraissent aussi froids et aussi lents pour contribuer à toutes les œuvres de piété, qu'ils sont prodigues et magnifiques pour ce qui regarde leurs propres maisons, traitant Dieu d'une manière toute différente dont en usa Salomon, et lui donnant aussi peu la préférence dans toutes les choses extérieures que dans leur cœur.

Toutes ces magnificences et ces dépenses des palais que Salomon fit bâtir, pourraient paraître excessives; mais il faut se souvenir que ce temps de l'ancienne loi, et surtout du règne de Salomon, était un temps destiné pour tout cet éclat extérieur qui frappait les sens des peuples, et qui devait leur servir, ou au moins à ceux dont ils étaient la figure, pour élever leur esprit jusqu'au vrai Salomon, qui prépare dans la céleste Jérusalem à tous ses vrais serviteurs, qui y règneront éternellement avec lui, des demeures non pas périssables, comme ces palais du prince dont nous parlons, qui furent détruits dans la suite de quelques siècles, mais éternelles et tout éclatantes de la gloire de Dieu même qui les éclaire, *et de celle de l'Agneau qui en est la lampe*, comme parle l'Ecriture. (Sacy.)

fuisse olim audimus, sanè pro feminarum habitatione in principum domibus membrum esse diversum, et à virorum commoratione separatum. Unde sicut pars illa domûs, ubi viri degunt, ἀνδρεών appellatur, sic ubi feminæ separatim habitant γυναικεῖον. Quare qui uxorem ducunt, pro uxore, comitatuque muliebri certum aliquem secessum in domo interiori designant. Plautus in Mostellariâ: « Dare vult « uxorem filio quantùm potest: ad eam rem « facere vult novum gynæceon. » Esse autem pro feminis ædium aliquam partem separatam, ut omittam profana, Scripturæ sacræ multa docent exempla. Esther cap. 1, seorsùm à viris feminæ discumbunt; et Herodias non eodem, quo Herodes loco convivium init in Herodis natalitio die. Jacob diversum tabernaculum habuit à Rachel, et Lia, Genes. 31, et Sara Gen. 24, diversum tabernaculum dicitur habuisse. Eamdem porrò domum habuisse cum Salomone, Pharaonis filiam, licet non eamdem domûs partem, illud indicat, quod lib. 3 Reg. cap. 3, v. 1, dicitur de Salomone: *Accepit filiam ejus* (Pharaonis), *et adduxit in civitatem David, donec compleret domum suam*, id est, domum Salomonis, ut probat pronomen masculini generis. Hæc sententia valdè mihi probatur. De domo Libani alia fortassè ratio est: nam in domo regiâ hortus esse potuit (eò Christus ad levandum animos venit), qui à monte Libano, qui speciosus est et auræ salubris, nomen accepit. Sicut usu sæpè evenit, ut locus aliquâ proprietate, aut proventu nobilis suum locis aliis nomen accommodet. Sic Academia, qui locus erat Athenis litteris et litteratis illustris, nomen attribuit Ciceronis villæ, ubi de rebus philosophicis disputatio frequens, et locis ad quæ, tanquàm ad bonarum disciplinarum emporia fiunt doctorum hominum conventus. Sic Eurippi dicuntur aquarum omnes sinuosi decursus. Sic Tempe, seu Hesperidum horti, dicuntur loca, quæ salubris perflat aura, et mirifica florum aromatumque suavitas. Ad hunc modum licet Salomonis, aut suburbana villa (de quo nihil certum affirmare possum) procul abesset à Libano, tamen nomen sumpsit à Libano, cujus erat nota, et, ut arbitror, proverbialis amœnitas.

Quia verò de templi structurâ proximè egerat, ne à propositâ materiâ recederet, aliarum domorum structuram pertexit, quod eò fit opportunè magis, quia inter harum domorum, et templi fabricam nonnulla intercedebat similitudo, quare ex unâ ad aliam difficilis non

fuit migratio. Hæc porrò fabrica, illiusque minuta descriptio ad versum usque 13 producitur. Inde alia traduntur plurima, quæ tametsi ad templi fabricam, et corpus non pertineant, pertinent tamen ad varia sacrorum, templique ministeria. In his posterioribus explicandis aliquam nos operam ponemus. Priora verò, quæ nihil aliud continent quàm constructionem et formam profanæ domûs, prorsùs omittemus, quia nihil occurrit firmum, in quo acquiescat animus, neque illi, qui ad studii contentionem, atque ingenii perspicacem aciem aliquid etiam artis attulerunt, sibi omninò in suâ cogitatione satisfaciunt. Neque nobis plus placebunt nostra, ubi multùm, diùque sudaverimus, quàm placent aliena : non quia non accurata, et acuta, et fortassè vera, sed quia pro nostri ingenii imbecillitate non assequemur. Informare sanè aliquam imaginem facile est, illam autem cum textu commetiri difficile. (1)

(1) Vers. 2. — Domum Saltus Libani. Nomen id ædificio datum est, sive quòd sylvâ columnarum è cedro montis Libani ornaretur, sive quòd lucos haberet adjunctos et umbras arborum, perinde ac Libanus. Ædificium autem est non distinctum ab eo, de quo in v. 1, quodque intra urbem Jerosolymam continebatur, et ad occidentem templi jacebat. Censuit Chaldæus, domum hanc fuisse in usum animi relaxandi constructam, ut eò veniens rex auram in æstivis ardoribus captaret. Salomon ibi domicilium suum constituerat, ibique pariter trecentos aureos clypeos posuit, quos conflari jusserat. Vasa ejus domûs omnia aurea erant.

Centum cubitorum longitudinis, quinquaginta latitudinis, et altitudinis triginta. Ingens erat ædificium ad centum septuaginta pedes ac decem pollices in longum, octoginta quinque pedes et quinque pollices in latum, ac quinquaginta et unum pedes cum tribus pollicibus in altum porrectum; fulciebatur quatuor ordinum columnis, seu potiùs triplici columnarum ductu, uno verò pilarum, ex quibus tres formabantur porticus tectæ, ante conclavia excurrentes. Singuli ordines numerabant columnas quindecim, tresque simul ordines quinque et quadraginta columnas, ut in hoc versiculo et duobus sequentibus animadvertitur. Accedebant ædificio duæ latiùs sese explicantes alæ ad utrumque latus, quibus nihil deerat ornamentorum, quæ reliquum ædificium commendabant.

Quatuor deambulacra inter columnas cedrinas : ligna quippe cedrina exciderat in columnas. Hebræus : Domus erat *super quatuor ordines columnarum cedrinarum, et trabes cedrinæ excisæ super columnas.* Quanquàm columnarum ordines erant quatuor, porticus nonnisi tres componebantur, cùm unus esset ordo pilarum, qui parieti ædium adhærebant. Trabes ex unâ columnâ ad alteram ductæ, et ipsæ pariter columnæ, è cedro erant excisæ et dolatæ. Si quis admiserit quatuor ordines columnarum à parietibus sejunctarum, textus hic, et versiculi tertius et quartus sibi invicem non constarent, cùm quinque tantummodò et quadraginta columnas, seu tres ordines columnarum, è quindecim columnis singulos, numerent. (Calmet.)

Vers. 3. — Et tabulatis cedrinis vestivit totam cameram. *Cameram* vocat fornicem ; hæc enim fit opere concamerato, estque ipsa domus concameratio. (Corn. à Lap.)

Vers. 4 et 5. — Contra se invicem positas, et e regione se respicientes. Omissum est aliquid ab auctore Vulgatæ. Versiculi 4 et 5 ita sonant in Hebræo : *Fenestellarum tres ordines, et fenestra ad fenestram tribus vicibus, et omnia ostia, et postes quadrati, fenestella; et è regione fenestra ad fenestram tribus vicibus.* Tres in his ædibus erant conclavium ductus vel ordines. Sed porticus regnantes ante hujusmodi conclavia totam occupabant altitudinem ædificii, faciemque præferebant unitam neque interruptam ; tria autem solaria nonnisi exteriùs dignoscebantur, ex triplici ordine fenestrarum ejusdem architecturæ, aliis è regione et super alias positis; per interiores autem scalas ex unâ contignatione ad alteram ascensus dabatur. *Portæ omnes erant quadratæ,* ait scriptor sacer, pro veteri more struendi portas quadratas, eo sensu quo supra à nobis explicatum est, exceptis tamen majoribus portis urbium, arcuum triumphalium, aliorumque locorum, quà publicus erat transitus.

Vers. 6. — Et porticum columnarum fecit.., et alteram porticum in facie majoris porticus. Agitur etiam in v. 7 de porticu, ubi tribunal vel solium positum erat : *Porticus solii.* Id si admittatur, tres statuendæ erunt porticus, vel tria atria ambitu porticuum septa. Sed Hebræus geminas tantùm exhibet; ita enim sonat ad litteram : *Porticum columnarum fecit... et porticus super facies earum, et columnæ et trabes super facies earum, et porticum solii.*

Ante molem hanc ædificii, de quâ hucusque, et junctam porticui atque columnis illam fulcientibus, constituit Salomon atrium quinquaginta cubitorum longitudinis et triginta latitudinis, cui sua erat corona porticuum, columnarum, atque cellarum, ut ejusmodi columnæ, porticus, trabes, et ornamenta atrii ex adverso majoris porticûs ornamenta respicerent, illisque conjungerentur. Atrio solii idem erat architecturæ ordo, eædemque dimensiones.

Vers. 7. — Porticum solii, in qua tribunal est. Veteres orientales reges jus per se dicebant, neque alibi plerùmque, quàm in regalium ædium foribus. Eò populus conveniebat ad principum edicta atque mandata excipienda; hinc hodiè pariter ædes summi Turcarum imperatoris *Porta* appellantur.

Vers. 8. — Domuncula, in qua sedebatur ad judicandum, erat in media porticu simili opere. Regium solium surgebat in formam sublimis ædiculæ, retrò et ad duo latera clausæ, ut rex tutos humeros et latera haberet. Similis operis tribunal parabatur pro vetustis Latinis

Vers. 13. — Misit quoque rex Salomon, et tulit Hiram de Tyro filium mulieris viduæ de tribu Nephthali patre Tyrio. Sicut tempore Moysis fuit insignis quidam artifex nomine Beseleel,

Exod. 31, qui omnia instrumenta, et vasa, pro multiplici templi ministerio conflavit, perfecitque; sic hoc tempore insignis fuit artifex nomine Hiram ex Tyrio patre, et Israelitide genitrice natus, cujus in ære conflando, cudendo atque informando, mira erat dexteritas. Hunc Salomon evocavit è Tyro, ubi paternos habuit natales, et ubi artem illam nobilem didicerat, cujus operâ illa perfecit, quæ nunc pluribus auctor numerando, et describendo persequitur. Circa hunc Hiram, qui commune nomen habuit cum rege Tyri est aliquid, quod hìc observato opus est, quia hoc loco natus esse dicitur patre Tyrio et matre Israelitide, de tribu Nephthalim. Sed lib. 2 Paral. cap. 2, Hiram rex Tyri, Tyrium fatetur esse parentem; matrem verò ex tribu Dan prognatam esse dicit: *Misi,* inquit, *tibi virum,* etc., *filium mulieris de filiabus Dan, cujus pater fuit Tyrius.* Variè à variis hæc duo loca conciliantur. Ego nullum alium modum invenio meliorem, quàm errâsse Tyri regem in assignando Israelitico

regibus, uti Servius animadvertit. Salomonis tribunal lapideum erat, cedro tamen indutum; cedrus autem inserto scitè per intervalla auro et ebore distinguebatur. Vide quæ narrantur inferiùs, 10, 18, 19, de solio eburneo Salomonis. Itinerarium quoddam describit solium vetustissimum, quod facilè numini alicui destinatum fuerat; constat autem illud quatuor amplis lapidibus, quorum duo formant latera, tertius est in tergo, quartus in umbellæ morem supra caput pendens imminet. Hebræus legit: *Domus, in quâ sedebat, erat* velut *atrium aliud, intra vestibulum. Alterum hoc opus erat ut cætera.* Id est, locus ubi positum erat solium, perinde erat ac atrium quoddam distinctum, et à majori atrio domûs segregatum. Intra majus atrium locum quemdam elegerat atque distinxerat, qui meritò ceu alterum parvum atrium haberi poterat. Seu potiùs alter textui sensus tribui potest: *Fecit alterum atrium intra domum quam habitabat, simile operi mox descripto.* Erat fortassè atrium interius, et retrò post ædes regis jacens. Sed præstat Vulgatæ interpretationem retinere. Ita regias Salomonis ædes describit Scriptura, ut plurimùm congruant cum ædibus regum orientalium, quas veteres historici et recentiora itineraria depingunt. Ingentis molis ædificium sunt, cui accedunt duo vel tria atria, ambitu columnarum et porticuum septa. Atrium exterius occupant corporis custodes sub porticibus distributi. Ex interioribus atriis aditus patet in domum, maximè in eam partem ædium, quæ mulieribus destinatur, quæque abditissima est totius domûs et cæteris inaccessa.

Domum quoque fecit filiæ Pharaonis. Ubique per Orientem feminæ suas habent ædium partes à viris dictinctas atque remotas. Sara, Rebecca, Rachel, Lia sua habebant tentoria ab Abrahami, Isaaci, et Jacobi tentoriis sejuncta; suæ pariter erant ædes Estheri, eademque seorsùm cum matronis aulæ Assueri vescebatur. Herodias et rex Herodes commune triclinium non habebant. Neque ab his moribus hodiè pariter abitum est.

Vers. 9. — Extrinsecus usque ad atrium majus. Hebræus: *Ab extra, ad atrium magnum. Atrium magnum* atrium est primum, porticibus undique septum, quas porticus narrant versiculi 2, 3, 5, 6. Omnium ejusmodi substructionum parietes, tum qui intra domicilia, tum qui exteriùs in atriis apparebant, sive atrium interius ac exterius pari nitore constructa fuêre. Nihil ad elegantiam ac soliditatem operis desideratum est.

Vers. 10. — Decem sive octo cubitorum longitudinis, id est, quatuordecim, vel decem et octo pedum longitudinis et crassitudinis, pro æquâ ad magnitudinem proportione. Plurimi tunc in ædificiis æstimabantur ingentes lapides, dolati probè et affabrè juncti. Rudera veterum ædificiorum Ægyptiorum, Græcorum, ac Romanorum, quæ temporis voracitati et barbarorum furori superfuerunt, architecturæ hujus veteris speciem exhibent. Immanes sunt moles lapidum, miro labore et industriâ operi admotæ, est autem illud sani illorum judicii rectique ingenii argumentum. Ædificia enim parantur ut commodum domicilium præbeant; sedulò cavendum est, ne sumptus impendamus in opera parùm solida, adeòque frequenter sarcienda. Sibi et posteris laborandum est. (Calmet.)

Vers. 11. — Similiterque de cedro, q. d.; Cedri adhibitæ ad fabricam domorum Salomonis æquali mensurâ sectæ et aptatæ sunt, sicut secti erant lapides pretiosi earumdem. (Corn. à Lap.)

Vers. 12. — Et atrium majus rotundum, trium ordinum de lapidibus sectis, et unius ordinis de dolata cedro. Ad v. 9 diximus, quid sit illud *atrium majus,* et ad v. 36 præcedentis capitis animadvertimus, quid sint illa: *Trium ordinum de lapidibus sectis, et unius ordinis de dolatâ cedro.* Superest modò demonstremus, quomodò atrium illud esset rotundum. Juvat autem animadvertere, olim plateas publicas figuram cyclicam exhibuisse; quare Homerus *circulum sacrum,* ἱερὸν κύκλον, appellat. Gemina apud alios auctores recurrunt. Sanè fieri optimè potuit ut quatuor ædificii alæ porticibus circumdatæ circulum perfectum, seu ovalem, vel hemicyclum formaverint, in medio longitudinis paulisper inflexæ. Id autem contulisset plurimùm ad atrii magnificentiam atque amplitudinem. Quærendum tamen nobis est, quid verissimum sit, non quid pulcherrimum; atque ex textu originali illud colligi videtur, ejusmodi atrium undique columnarum septo fuisse redimitum. Neque aliud facilè innuere voluit auctor Vulgatæ iis verbis: *Atrium majus rotundum.* Ita ergo textus ad litteram: *Et atrio majori circum tres ordines de petrâ dolatâ, et ordo trabium cedrinarum.* Id est, atrium illud ambiebatur undique ad quatuor latera ædificiis, et porticibus, quarum parietes ita structi erant, ut tria priora strata sectis lapidibus, quartum tignis cedrinis constarent, et sic deinceps usque ad supremum verticem. Idem servatus est structuræ ordo, qui in atrio sacerdotum templi, et in ipso templi vestibulo, ut parietes mixtam lapidibus cedrum exhiberent. (Calmet.)

genere. Neque novum est, ut alieni, quibus fides non debetur canonica, in historiâ sacrâ frequenter errent, quorum verba Scriptura refert, non probat. Ut pluribus docuimus lib. 1, cap. 4 Num. 11, ad illud v. 8 : *Hi sunt dii, qui percusserunt Ægyptum omni plagâ in deserto.* (1)

Vers. 15. — Et finxit duas columnas æreas, decem et octo cubitorum altitudinis columnam unam. Multus est historicus sacer in describendis duabus columnis æreis, quæ in templi vestibulo Salomon statui jussit, quarum alteram appellavit Jachim, quæ idem valet, quod firmitas, alteram Booz, quæ robur sonat. Hæ decem et octo cubitos habebant altitudinis, quibus cubitorum quinque impositum est capitellum. Idem docet Jeremias capite 52, versiculo 21, ubi has columnas ablatas esse dicit Chaldæo, ubi eamdem mensuram esse tradit, additque intrinsecùs esse concavas, et illarum grossitudinem digitorum esse quatuor. Illarum circumferentiam, seu ambitum Josephus lib. 8 Antiq. cap. 2, duodecim cubitorum esse dicit, et sanè id indicat non obscurè locus hic, in quo nunc versamur versiculo 15 : *Et linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque.* Quòd verò hic non sint intelligendæ duæ columnæ simul, sed quævis seorsùm, facilè intelligitur ex Jeremiâ alibi, qui locum hunc iisdem penè verbis expressit : *Decem et octo altitudinis cubiti erant in columnâ unâ, et funiculus duodecim cubitorum circuibat eam.* Ita Abulens. quæst. 8, Vatablus, Cajetanus, Ribera libro secundo de Templo, capite 14. Est autem linea seu funiculus, non aliquod columnarum ornamentum, qualis, v. g., fascia, spira, sed mensura, quæ ut totam columnam peripheriam amplectatur, necesse est haberet duodecim cubitos longitudinis. Unde facilè constat quanta sit columnæ crassities, cùm diameter columnæ quatuor sit cubitorum, quia hic duodecim horum cubitorum tertia pars. Neque hic laboro an juxta architectonicen hæc sit apta, atque legitima columnarum symetria. Neque enim hæ aliquod præstant columnarum officium, cùm nullum sustineant pondus, neque illarum capitella ejus sint figuræ, quæ magnam aliquam molem sustentare possint : dicuntur autem columnæ, quia moles sunt, quæ sursùm attolluntur, longæ magis, quàm latæ. Quomodò complura alia, quæ magis à columnarum lege, atque mensurâ recedunt, columnæ nihilominùs appellantur. Sic millies legis columnam ignis et columnam nubis, in Exodo et in Numeris ; columna fumi, Judic. 20, versiculo 38. Neque video, licet in duabus hisce molibus columnarum ad leges architectonicas non fuerit servata symetria, quo alio nomine potuerint significari commodiùs.

Sed est huic sententiæ aliquid difficile à lib. 2 Paralipomenon capite 3, versiculo 15, ubi hæ columnæ triginta quinque cubitos altitudinis habere dicuntur. Quidam fatentur quidem columnas esse cubitorum 18, si tantùm scapum, qui propriè dicitur columna, consideres; at si his annumeres capitella, epistylia, basis, lilia, et si quid aliud ad columnarum ornatum adhiberi solet, facilè 35 cubitorum mensuram impleri. Ita Abulen. quæst. 8, Cajetanus, Villalp. tom 2, lib. 3, cap. 48. Sed sanè Paralipomenon cap. illo 3, post triginta quinque cubitos, alii quinque pro capitellis cubiti numerantur.

Mihi placet magis quod visum est Vatablo et Riberæ supra, et Marianæ in lib. 2, capite 3 Paralipomenon, qui putant eo loco non unius columnæ separatim, sed utriusque simul notari longitudinem ; nam si decem et octo cubitos duplices, triginta sex efficies. Sed est adhuc dubium, quia in lib. 2 Paralipomenon non triginta sex, sed triginta quinque numerantur cubiti. Vatablus sic nodum hunc dissolvit, fuisse quidem in utrâque columnâ cubitos tringinta sex ; ideò autem dici triginta quinque, quia cubitus dimidius in illarum quâlibet videri non poterat. Ego aliter puto nodum istum expediri posse faciliùs. Atque ideò repetendum puto id, quod aliis pluribus in locis observavi. Primùm imperfectos numeros in Scripturâ sacrâ interdùm omitti, interdùm adhiberi pro perfectis. Cujus rei duo in hoc capite habemus exempla. Alterum in principio, ubi consumpti dicuntur in ædificando templo septem anni, cùm tamen alii sex menses illis annumerandi sint ; sunt tamen omissi, quia ille imperfectus numerus annum non implebat. Alterum versiculo 42, ubi malogranata

(1) Vers. 14. — Hiram filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio. Hic appellatur in Paralipomenis *pater*, id est, præfectus regis, vel præfectus manui artificum regiorum ; additurque *filium* fuisse *mulieris de filiabus Dan*, Tyrio patre. Quâ in re arduum hoc est, qui fieri potuerit, ut una eademque mulier ad tribum Dan simul et Nephthali pertineret : respondet Menochius mulierem hanc ex tribu Nephthali oriundam, ortum habuisse in urbe Dan, quæ erat in tribu Nephthalim, ad fontes Jordanis. (Calmet.)

quadringenta in duobus retiaculis esse dicuntur, centena, utique in singulis granatorum versibus, qui singula retiacula cingebant: et tamen Jerem. capite 52, versiculo 23, quilibet ordo malogranata nonaginta sex dicitur habuisse. Sic ergo cùm quælibet illarum columnarum tantùm haberet cubitos septemdecim et dimidium, libri 3 Regum scriptor dimidium illum integrum reddidit, et 18 cubitos habuisse tradidit, sicut etiam nunc in quolibet ordine centum dixit esse malogranata, cùm tamen ex illo numero quatuor defuissent.

Observandum item in Paralipomenis quædam addi, quæ in libris Regum omissa sunt, quædam explicari magis, quæ tradita videbantur obscuriùs. Verè dictum est ex Scripturæ sacræ, et omnium penè gentium consuetudine (quæ in numerando non putat exigui numeri habendam esse rationem) in quâlibet columnâ duodeviginti fuisse cubitos; sed quia si rem exactiùs ad amussim explores, dimidius ab eo numero cubitus deficit, illud explicuit magis scriptor Paralipomenon, cùm in duabus columnis non 35, sed 36 cubitos numerari tradidit.

Vers. 16.—Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære. Describit exactè capitella, in quibus plurimùm erat artis et ingenii. Hìc duo habes in extremo columnarum fastigio, capitella videlicet, et capita. Capita sunt quæ aliter vocari possent epistylia, quæ ideò sic appellantur, quia summam scapi partem proximè contingunt. Capitellum hìc moles est rotunda in sphæræ modum, quæ totum opus consummat; et complet, et epistyliis insidet, utrumque conjungitur Paral. c. 4, v. 12: *Fecit columnas duas, et epistylia, et capita, et quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia.* Erant autem capitella ex ære fusili, id est, opere conflatorio perfecta. Hispanica translatio *Vaziadisos*.

Vers. 17. — Quasi in modum retis, et catenarum sibi invicem miro ordine contextarum. Duorum capitellorum altitudo quinque erat cubitorum; illorum autem ars et elegantia mirabilis. Tegebantur enim quibusdam resticulis reticulato et concatenato opere, quæ miro inter se ordine complicabantur. Lib. 2 Paral. cap. 3, v. 16, simili arte ac modo consertæ dicuntur, et ornatæ resticulæ, quo in oraculo, id est in parte domûs interiori. *Necnon et quasi catenulas in oraculo*, id est, quæ sunt in oraculo. (Nam ibi relativum subauditur, quod est Hebræis familiare.) Ex quo loco discimus qualis esset interioris domûs textus et ornatus.

Septena versuum retiacula in capitello uno. Hìc miri sunt interpretes, qui variè informant hunc capitellorum ordinem et ornatum. Quidam hæc retiacula separata esse putant à capitellis, et non tam educta, atque expressa ex capitellorum ære, quasi illius propria, et continens pars, quàm extrinsecùs allata, et eo modo capitellis apposita, quo humano capiti contextum è serico, aut aureo filo reticulum imponitur, quâ similitudine utitur Theodoretus q. 22: *Posuit comam quamdam retiformem appensam habentia mala punica.* Alii è solido capitellorum ære eductas esse putant illas, sive resticulas, sive lineas, et in illarum areolis inclusas esse putant, aut suspensas illarum rerum imagines, qui capitella distinguunt, et exornant, lilia puta, malogranata, et si qua alia sunt illius egregii operis argumenta. Ad utrumque patet littera, tu de re, ut voles, statue, me non invito, quia nihil in utrâque sententiâ distortum esse video, neque in re ipsâ, quocumque sumatur modo, video esse multùm discriminis. Eò tamen magis inclinat assensio, ut retiacula separata esse à capitello credam, et tanquàm aliquid alienum, apposita magis, quàm ex illo educta, seu nata. Quod ideò mihi persuadeo, quia sæpè retiacula super capitellum imposita esse lego, imò ab illis capitella tegi, hoc c. v. 18 et v. 42, et l. 4, c. 28, ubi capitellum trium cubitorum esse dicitur, cùm alibi sæpè quinque habuisse cubitos dicatur, quia nimirùm imposita retiacula, quæ aliquid erant à capitello diversum, duos habuêre cubitos, cùm versus retiaculorum hoc loco circulus quidam, seu potiùs spira videri possit, qui capitellum ambit; non tamen ita, ut circuli finis cum ipsius principio conjungatur, sed deflectatur modicè, quomodò sol suos in cœlo circulos describit: tamen potiùs credo perfectum esse circulum, qui duplicatâ lineâ, seu funiculo, eoque in reticuli modo implicato capitella circumdat. Erant autem septem illi duplicati, catenatique versus, ex quibus quadraginta pendebant malogranata, de quibus postea. Hæc autem pendere dicuntur apud Jerem. c. 52, v. 23, ubi duas hasce columnas et malogranatorum modum, et numerum latè describit: *Et fuerunt*, inquit, *malogranata nonaginta sex dependentia*, modò à retiaculis circumdata, ut eodem loco: *Et omnia malogranata centum retiaculis circumdabantur*, mod

interposita, 2 Paral. c. 3, v. 16 : *Malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit.* Quæ sit horum nominum ratio, suis postea locis commodiùs explicabimus.

Vers. 18. — Et perfecit columnas, et duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum, ut tegerent capitella, quæ erant super summitatem malogranatorum. Duo dicuntur ordines retiaculorum, quia duæ resticulæ, variè in seipsis contortæ et implicatæ, septenis versibus interiora capitella cingebant tegebantque, qui duo reticulati ordines erant super illa malogranata, quæ ex ipsis pendebant, quia id rerum natura fert, ut quod ab alio pendet, inferius sit, quemadmodùm fructus ramis plerumque subest, à quibus nascitur et pendet.

Vers. 19. — Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticum quatuor cubitorum. Hæc capitella, quæ capitibus insidebant columnarum, illa sunt, quæ à retiaculis in medio ipsorum complexu claudebantur : illa verò fabricata dicuntur opere lilii, quia in illis variæ liliorum et aliorum florum, quæ liliorum nomine continentur, erant expressæ formæ, inter quas eminebant, quasi in eo opere præcipua, malogranata.

In porticum quatuor cubitorum. Hic mirè inter se dissident interpretes, quorum tamen nemo in suâ sibi cogitatione satisfacit. Ego, qui hinc avolare studeo, cùm alios, qui hâc in re multa intelligunt magis, hærere videam, non laboro quid alii sentiant, quia neque probare possum omnia, neque aliorum cogitata refellere jucundum est. Illud mihi non omninò displicet, si, quod alii sentiunt, capitella, de quibus hic sermo est, quinis constarent cubitis, malogranatis unum ex illis occupari cubitum, atque ideò quatuor cubitos esse reliquos, qui liliis atque floribus ornarentur ; tunc autem hic esset sensus : Quatuor cubiti capitellorum quæ in porticum, id est, in porticûs ornatum erant sculpta, liliis ornabantur et floribus. Sed, ut diximus supra, ex c. 45, lib. 4 Regum, capitellum illud interius tres tantùm cubitos numerabat.

Sed erit hæc cogitatio minùs difficilis, si in interiori sphærulâ, seu capitello quinque cubitos numeres, ita tamen ut illos ad exterius capitellum, id est, ad retiaculorum longitudinem referas ; ita ut partes illæ minores, quæ majoribus superioris capitelli directè respondent, tot dicantur esse cubitorum, quot partes superiores habuêre, quemadmodùm, licet terra cœlorum ambitu multò sit inferior ; tot tamen dicitur habere gradus, quot cœlum. Et huic ego cogitationi magis adhæreo, tum quia hæc species capitello plurimùm affert venustatis, tum quia alia multa reddit non obscura, aut difficilia, quæ alioqui plurimùm videbantur difficultatis habitura. Neque enim intelligi potest quomodò duo retiacula, id est, duo retiaculorum ordines, seu versus, totidem in capitello tegerent, ex quibus illa dependerent malogranata, nisi illa in medio capitelli, aut retiaculi superioris collocentur, ita ut utrinque duo maneant cubiti, quos occupant ex septenis versibus, seu ordinibus tres utrinque versus. Porrò duos esse funiculos, seu resticula in medio interioris capitelli, habemus hoc ipso loco, et infra clariùs, v. 41.

Alii supra columnæ scapum tria constituunt capitella, unum, quod vocari epistylium potest, quod extremam occupat scapi sedem, quod aliorum duorum sedes, et fundamentum est. Huic proximè insidet capitellum aliud interius, quod trium videtur habere cubitorum longitudinem, tertium reticulatum, quod aliud in suo cohibet complexu, neque illius abscondit pulchritudinem, cùm per frequentes fenestellas, seu catenatos annulos, quidquid intùs operis et ornamentorum est, facilè pateat. Horum trium capitellorum meminit hic locus : nam v. 19, dicuntur esse *capitella super capita columnarum,* et v. 20, *rursùs alia capitella in summitate columnarum desuper, juxta mensuram columnæ.* Deinde aliud addit capitellum, dùm ait, *contra retiacula,* id est, è regione retiaculorum, sive retiaculis correspondens, et meo judicio clariùs lib. 2 Paral. cap. 4, v. 12 : *Complevit columnas duas, et epistylia, et capita, quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia,* id est, quæ erant super epistylia. Epistylium illud, quod columnam definit, et capitellum excipit, quatuor esse existimatur cubitorum, quod liliorum opere fabricatum est; et cùm alia mihi cogitatio non displiceat, hæc tamen placet multò magis, et ad hanc, quod reliquum est capitis, non invitus attempero.

Vers. 20. — Et rursus alia capitella in summitate columnarum desuper, juxta mensuram columnæ. Super illa, quæ proximè appellavimus epistylia, quæ erant in summâ scapi parte sculpta liliorum, aliorumque florum cælatâ formâ, erant alia capitella juxta mensuram columnæ, id est, eâ crassitudine, quam habuit

columna, quatuor nimirùm cubitorum, ut diximus supra, tantùm enim habuit profunditatis columna, quam duodecim cubitorum cingebat linea.

Contra retiacula. Ex adverso retiaculorum, quia mutuò se respiciebant vel situ, vel sculpturæ ordine, quia sic erant in inferiori illo capitello ornamenta disposita, utper reticulati capitelli fenestras spectari possent, seu ad illum modum, quo partes ejus, quod in loco est, loci partibus singulæ correspondere solent. Sunt autem retiacula septem illi ordines, seu versus, qui annulato, seu laqueato opere conserti sunt, qui interius capitellum circumdant et cohibent, quique quinos habent longitudinis cubitos.

Malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. Capitellum secundum idem est quod reticulatum : in duobus autem ordinibus, seu versibus, qui unum in suo capitello cubitum implebant, erant ducentæ areolæ, vel annuli, in quibus totidem pendebant malogranata ; cùmque duo essent retiaculorum versus in singulis, erant malogranata centum, atque ideò in quolibet capitello duarum columnarum ducenta, et in duobus simul quadringinta, de quibus infra v. 42: *Duos versus malogranatorum in retiaculis singulis,* et Jerem. c. 5, v. 23 : *Omnia malogranata centum retiaculis circumdabantur*, id est, centena quæque malogranata, quot videlicet erant in quolibet ordine, seu versu ; *retiaculis,* id est, retiaculorum annulis, seu fenestellis, claudebantur. Quo modo etiam, l. 2 Paral. c. 3, v. 16, centena malogranata catenulis, id est, catenularum annulis dicuntur interposita, quia medios illarum annulos implebant. *Malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit.*

Vers. 21. — Et statuit duas columnas in porticu templi (1). Locum designat, pro quo exornando duæ illæ egregiæ, et mirâ varietate constructæ moles destinatæ sunt. Templi enim porticus, sive vestibulum, quæ à laicis etiam hominibus videri poterat, suâ pulchritudine ostendebat illis, quibus domûs Dei interiora videre non erat à lege et consuetudine concessum, qualisnam interioribus inesset pulchritudo, qualis ars et pretium. Tanta porrò erat columnarum majestas, ut non uno in loco à Scripturâ sacrâ, sed multis sint accuratè descriptæ. Nomina autem illarum satis explicant, quanta earum fuerit fortitudo, et firmitas. Dextera enim vocata fuit Jachim, quasi fundata, seu firmata ad stabilitatem ; altera Booz quasi in ipsâ sit fortitudo.

Vers. 22. — Et super capita columnarum opus in modum lilii (1). Hic nihil aliud intel-

(1) S. Hieronymus, Beda, Eucherius et Angelom. : Columnæ, inquiunt, sunt Apostoli et doctores, quia contemplatione ad superna sunt erecti, ac fortes fide et opere. Sunt duæ, quia Judæos et gentiles fulciunt. Sunt ante fores templi, ut utrosque in templum, id est, in cœlum inducant. Rursùm sunt duæ ita dispositæ, ut nobis in prosperis et adversis ingressum patriæ cœlestis ante oculos mentis jugiter habendum esse doceant, ut nec adversis dejiciamur, nec prosperis extollamur, sed inter utraque constantes in fide et virtute ad cœlum tendamus. Ita auctores citati. Linea 12 cubitorum, ait Beda, norma est apostolicæ institutionis. Columnæ capitellum imponitur, quia *qui perseveraverit usque ad finem, et legitimè certaverit, coronabitur,* sicut ait Apostolus; nam qui certat in agone, non coronatur nisi legitimè certaverit. Altitudo capitelli quinque cubitorum est, quia corona pro quinque sensuum voluptatibus animosè contemptis atque superatis redditur. Fascia cingens capitellum beatitudo est, quam theologi accidentalem vocant; septies illud cingit, quia plurimis ex rebus hæc beatitudo oritur, et multæ sunt causæ gaudendi, *septem* enim pro multis ponitur.

Insuper quilibet sancti in fide eminentes virtute columnæ sunt; æneæ, propter firmitatem in bonis operibus; erectæ, per intentionem ; altæ, per contemplationem ; striatæ, seu excavatæ, per mortificationem, quâ pravas appetitiones coercent, et sese per carnis macerationem extenuant, quæ excavatio potest etiam ad humilitatem referri. Secundò, duo capitella duo sunt testamenta, quorum meditationi et observationi doctores sancti et animo subduntur et corpore. Tertiò, species catenarum et similitudo retis in capitellis, varietas est virtutum spiritualium in sanctis. Quartò, malogranata ducenta magnam et multiplicem eorum charitatem, unionem, concordiam, zelum significant. Quintò, capitella in florem lilii desinebant : quid enim per lilium nisi æterna felicitas et immortalitatis floribus redolens amœnitas designatur, in quam sancti omnes tandem desinunt, eamdemque cum aliis prædicant, quasi in summo ostentant et promerendam proponunt? Ita Angelom. et Beda. (Corn. à Lap.)

(1) Quasi diceret : Toti operi columnarum et capitellorum quasi coronidem imposuit lilium, sive formam lilii ex eodem ære fabrefacti, tum ut decorem templi ostenderet, tum ut ejus florem à Deo postularet, ut scilicet in eo floreret pietas et Dei cultus purus et castus. Lilium enim puritatis et virginitatis est symbolum, æquè ac gloriosæ resurrectionis Christi et sanctorum, juxta illud quod martyribus accinit Ecclesia in officio ecclesiastico : *Sanctorum velut aquilæ juventus renovabitur, et florebunt sicut lilium in civitate Domini ;* et tempore Paschali : *Sancti tui, Domine, florebunt sicut lilium, et sicut odor balsami erunt ante te, alleluia.* Et illud sponsi : *Ego flos campi et lilium convallium,*

ligo, quàm toti columnarum fabricæ additam esse coronidem. Hæc autem fuit lilii figura, sive in vasculo aliquo, ut nunc in lautiorum domorum fastigiis fieri videmus; sive certè flos ipse nudus, quasi ex ipso pullulet columnæ fastigio, et hoc fortassè potiùs. Utrumque sacer ipse textus admittit, utrumque probabile: neque multùm interest hocne, an illo modo capias.

VERS. 23. — FECIT QUOQUE MARE FUSILE (2) DECEM CUBITORUM A LABIO USQUE AD LABIUM. Por-

Cantic. 2, v. 1. Vide ibi dicta; et Eccles. 39, 19; et Osee 14, 6, ubi multa de symbolis liliorum dixi. Salomon ergo lilium imponens templo, præsentavit Christi, B. Virginis, et sanctorum puritatem, splendorem, felicitatem et gloriam æternam; templum enim fuit figura cœli, ac cœlestis conversationis resurrectionis et gloriæ.

Tropolog., quilibet fidelis et sanctus indiget columnâ duplici, ut fiat templum Dei, scilicet Jachin, id est, prudenti rectâque directione ad decernendum id quod agendum est; et Booz, id est, fortitudine ad illud exequendum. Prudentia enim præit quasi lux, viam virtutis et sanctitatis ostendens, unde dexteram occupat; fortitudo verò sequitur quasi sinistra, ut id quod prudentia faciendum ostendit, fortiter in opus conferat. Utraque est opus Salomonis, id est, Christi; quare ab eo supplicibus et assiduis precibus cuilibet est flagitanda. Neutra enim sola sufficit, sed si utraque jungatur, omnia perficit, omnia superat, hominemque ad culmen sanctitatis et in cœlum evehit: Spiritus sanctus enim nos dirigere debet in viam salutis, ac deinde roborare, ut eam per tot hostes, tentationes, difficultates constanter prosequamur. Unde Salomon Prov. 3, 6: *In omnibus viis tuis*, inquit, *cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.* Et parens ejus David crebrò in Psalmis idipsum postulat, ut Psalm. 118, v. 5: *Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas!* Et v. 133: *Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum* Psalm. 26, v. 11: *Dirige me in semitam rectam.* Psalm. 89, 17: *Opus manuum nostrarum dirige.* Ad Josue verò ait Deus cap. 1, v. 6, 7 et 9: *Confortare, et esto robustus* (ad debellandos Chananæos); *noli metuere, et noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcumque perrexeris.* Et ad David: *Brachium meum confortabit eum.* Psalm. 88, 22. (Corn. à Lap.)

(2) Mare hoc erat in atrio sacerdotum, juxta altare holocaustorum, ac respondebat labro æneo, quod Moyses fecit ex speculis mulierum in tabernaculo, Exodi 30, 18, ubi ostendi labrum hoc æquè ac mare non tam repræsentâsse baptismum, ut volunt Eucherius et Angelomus (erat enim labrum hoc æquè ac mare non ante atrium, sed in ipso atrio), quàm pœnitentiam, quæ fidelibus præmittenda est sacrificio et sacramento Eucharistiæ, uti docet S. Gregor. homil. 17 in Evangel., ac Beda l. 3 de Tabernac. c. ult. Vide Riberam singula applicantem, lib. 2 de Templo, cap. 17. Concha hæc vasta et plena aquis, ideòque vocata *mare*, significat amaram et magnam debere esse contritionem et pœnitentiam peccatoris, quæ flumina lacrymarum, si non ex oculis, certè ex corde profundat, juxta illud: *Magna est velut mare contritio tua.* Thren. 2, 13. (Corn. à Lap.)

ticus, seu vestibulum templi proximum erat sacerdotali atrio, atque ideò statim, atque de domo Dei, ac porticu actum est, ad atrium sacerdotale progreditur historia. In quo pro sacrificiorum ministerio varia conflata sunt instrumenta, et vasa. Primùm describitur vas quoddam ingens, quod quia ex ære totum in magnam amplitudinem conflatum est, dictum est mare æneum. Quod sic est ab historico sacro descriptum luculenter et clarè, ut non magnoperè interpretis operam desideret. Quare de figurâ illius parcè agemus; de materiâ habemus 2 Reg. cap. 8: *De Bete et de Beroth, civitatibus Adarezer, tulit rex David æs multum nimis, de quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo, et mare æneum, et columnas, et altare.* Quod æris genus majori, quàm aurum habitum fuisse in pretio, docet Josephus l. 7 Antiq. c. 8, quâ id fide tradat, ipse viderit. Sanè ipse videre non potuit æneum illud mare, quod Chaldæi multò ante sustulerant, confregerantque.

Fuerat autem in Moysis tabernaculo pro mari hoc æneo labrum ex ære, Exod. 48, v. 8: *Fecit et labrum æneum cum basi suâ de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.* De hoc labro, deque his speculis varia est interpretum cogitatio; quidam putant ex ipsis speculis, æreis nimirùm, conflatum esse labrum. Nam ex ære specula fieri, et docet Plinius l. 33, c. 9, et l. 34, c. 17, et nos etiam videmus. Cùm igitur feminæ omnem ambitiosi cultûs curam abjecissent, quia magis de colendo Deo, quàm de colendâ facie laborabant, specula sua dicârunt Deo, quia illum et illius legem pro speculo habere voluerunt, ut ex illis conflaretur illud labrum, quod sacerdotes purificaret, et sacra. Sicut olim fecêre Israelitides feminæ, quæ libenter aureis se spoliavêre deliciis, ut ex illis aureus formaretur vitulus, cui divinos postea honores impenderent, Exod. 32. Sic etiam nunc feminæ meliore mente specula Deo ad pium illud ministerium conflant, id nempe, quod antea forsan magis illis erat in pretio. Sed alio fortassè modo labrum illud ex feminarum speculis conflatum est æneum. Est hoc valdè verisimile, bonas illas feminas vendidisse specula, et ad labri illius piam fabricam pretium illorum contulisse; sicut alii sub id tempus ad sacram

tabernaculi supellectilem pro suâ quique facultate contulerunt. De quibus Exod. 5, v. 21 : *Quidquid ad cultum, et ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas, et inaures, annulos et dexteralia, omne vas aureum in donaria Domini separatum est.*

Usus illius labri, et postea maris ænei, fuit qui Exod. c. 30, v. 19, proponitur : *Et missâ aquâ, lavabant in eo Aaron et filii ejus manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii, et quando accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino, ne fortè moriantur.* Ubi Latinus *in eo*, Hebr. est *mimenu*, id est, ex eo, ut frequentes aliæ translationes habent. Neque enim decebat, ut in vas illud, quod mundum maximè esse oportebat, immitterentur pedes. Educebatur igitur à labro aqua per fistulam, quæ in sacerdotum manus ac pedes defluebat. Ex quo optimè infertur nudos sacerdotes habuisse pedes, cùm ingrederentur tabernaculum. Quid enim pedes abluerent, si inducenda postea forent calceamenta?

De magnitudine atque figurâ illud tantùm dicam, diametrum, id est, lineam, quæ quod est spatii inter utrumque labium dimetitur, decem esse cubitorum, ex quo sequitur ambitum, qui diametrum triplicat, cubitos habuisse triginta, neque planum esse, aut acutum labium, sed incurvatum modicè atque repandum, ad lilii similitudinem, cujus se folia molliter inflectunt. Altitudo illius sive profunditas quinque patebat cubitis. Porrò inter labia et funiculum, sive resticulam, quæ tam erat longa, ut totum illud mare circumdaret (erat enim cubitorum triginta, quantus erat in eo mari circuitus), erant duo ordines anaglyphorum, qui in eo genere sculpturæ exornabant mare, quo domûs Dei parietes ornatos esse diximus. Qui tamen non totum ambiebant mare, sed decem cubitos, tertiam nimirùm illius partem, quod hic significatur apertè, et explicatur magis l. 2 Paral. c. 4, v. 3 : *Funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum ejus. Similitudo quoque boum erat subter illud, et decem cubitis quædam extrinsecùs cælaturæ, quasi duobus versibus alvum maris circuibant.* Ex quibus verbis constat ad alvum usque duos illos anaglyphorum ordines esse protensos, et resticulam, sive funiculum, de quo supra, per medium ipsum ænei maris alvum, seu ventrem esse circumductum. In duobus autem anaglyphorum ordinibus, inter alia plurima sculpturæ signa atque emblemata, boum quoque erant expressa signa, ab illis omninò bobus diversa, quæ subtùs totam maris molem sustinere finguntur. Illi porrò boves, quorum humeris vastum illud pondus insidere fingitur, numero erant duodecim, quorum terni quique facies ad quatuor mundi regiones habuêre conversas. Crassitudo vasis trium erat unciarum, seu, ut habes l. 2 Paral., unius palmi. Labium erat ad modum lilii repandi, quomodò nuper exposuimus. Hæc mihi maris ænei descriptio non est visa difficilis, alii pluribus et fortassè multò meliùs. Tu illos, si plus habes curiosi otii, consule. Mihi, qui hinc quoquomodò emigrare studeo, plus fortassè operæ sumpsisse video. Illi porrò ordines duo, qui variis excolebantur cælaturis, ideò, ut arbitror, tertiam tantùm maris occupabant partem, id est, decem cubitos, quia illi solùm è totâ mole videri poterant, quia spectabant aream sacerdotalis atrii; alia verò, quia spectabant introrsùs, neque erant objecta aliorum oculis, non indigebant variâ illâ atque eleganti cælaturâ. (1)

(1) Vers. 24. — Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare. Quomodò id concilietur cum latitudine diametri triginta cubitorum hujusce vasis? Varii varia in eam rem comminiscuntur. Sunt qui reddant textum : *Fecit mari huic quod habebat decem cubitos diametri, cælaturas.* Censent alii, ornamenta hæc totum vas perpetuo ductu, à supremo vertice usque ad infimum, non ambiisse, sed tantùm ab imo usque ad locum, ubi contrahebatur ad latitudinem decem cubitorum. Alii denique ita Hebræum vertunt : *Posuit poma*, vel colocynthidas, *subter labium, quæ ambiebant illud circùm.* Erant *decem poma* intra spatium unius cubiti. Posterior hæc interpretatio litteræ magis hærere videtur. Erat igitur ornamentum perpetuum, constans ex trecentis pomis vel colocynthidis; non enim satis convenit de significatione vocis *phekahim.* Redditur, *poma* colocynthidæ, vel cucurbitæ sylvestris, sphæru'æ, genus quoddam ovorum, vel poma; figuræ denique sphæricæ rotundæ. In Paralipomenis non obscurè proditur, ornamenta hæc figuram boum exhibuisse, quod in sequenti articulo expendetur.

Duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles. Ornamenta hæc, de quibus hucusque, quæque fortassè pomorum imaginem anaglyphico opere referebant, et capita boum, distributa alterno ordine subter labium, ejusdem erant metalli et operis ac reliquum vas, unà scilicet cum illo conflata. Cæterùm dissimulandum non est, si bovis caput alternatim et pomum sub labio vasis constituantur, ægrè admodùm decem è singulis collocari intra breve spatium decem cubitorum posse. Præstat itaque Hebræum *phekahim* exponere de ornamentis utcumque, quæ id generis operibus addi solebant; in Paralipomenis verò designari accuratiùs quæ potissimùm ornamenta illa

Vers. 27. — Et fecit decem vases æneos. Aliud jam opus aggreditur præcedenti proximè non admodùm dissimile : cùm enim Deus tam in sacrificiis, quàm in sacerdotibus munditiam desideret, non solùm æneum esse voluit mare, quod sacerdotes, sed etiam luteres, qui victimas abluebant. Quare decem voluit esse luteres, qui 2 Paralip. cap. 4, vocantur conchæ, Qui, ut ipsum nomen non obscurè docet, latam habuêre formam, magis quàm profundam; quales in phialis videmus, quarum bases fuerunt longè pulcherrimæ, in quibus describendis multus est historicus sacer, quorum latitudo et longitudo omninò æquales erant : quatuor enim habuerunt cubitos : altitudo verò uno minor cubito. Hæc quod ad magnitudinem attinet.

Vers. 28. — Et ipsum opus basium interrasile erat, et sculpturæ inter juncturas. Ornatum jam aggreditur, et anaglyphen; opus illud dicitur interrasile, quod ita sculptum est, ut aliquid in eo planum sit et rasum, et inter ea quæ ejusmodi sunt, aliquæ emineant cælatæ rerum formæ; veluti si in tabulâ, seu abaco emblemata, aut liliatum exprimatur opus, in quibus vides aliquid planum de tabulâ, et aliquid asperum artificis cælo elaboratum. Plinius hoc opus suo tempore in marmore vidit, et reprehendit lib. 35, c. 1 : *Interraso marmore vermiculatis ad effigies rerum, et animalium crustis ;* et l. 12, c. 19, coronas dicit auro rasili inclusas : coronæ autem sunt ornamenta illa, maximè ex florum imaginibus, quæ extant è plano. Ait ergo in aureis tabulis coronas fuisse è cinnamomo inclusas. Erant igitur in basium frontibus quidam abaci, seu tabulæ. Hispani *tableros*, aut *entrepannos* appellant, inter juncturas, seu clausuras, quas non commodè limbos appelles; Hispanè *guarniciones*. In quibus opere interrasili sic exprimuntur variæ rerum imagines, ut tabulæ ipsæ certis quibusdam intervallis appareant. Erant autem expressæ leonum, boum et cherubinorum effigies, quas juncturæ, id est, limbi quidam sic claudebant, continebantque, quasi aliquid unum cum ipsis esse viderentur.

Vers. 29. — Et inter coronulas, et plectas, leones, et boves, et cherubin. Coronæ dicuntur illæ quasi fasciæ, et limbi, quæ abacos concludunt, et continent, quæ plectæ etiam vocari possunt, cùm variis aut intexuntur floribus, aut lineis, et loris laqueantur, quales videntur fuisse illæ, quibus Machabæi faciem

fuerint, indicatis bobus vel capitibus boum, nisi fortè nomen *phekahim* corruptam esse vocem malueris, quæ irrepserit in textum pro *bekarim*, quod boves sonat. (Calmet.)

Vers. 25. — Super duodecim boves. Sustentabatur mare basi suâ, quam nos cavam constituimus. Boves, de quibus hìc, additi erant tantùm ad ornamentum, utque tergo suo vastissimum hoc aquarum receptaculum sustinerent. Ex interpretibus quidam docent, insertos fuisse ori boum syphunculos, unde in varios sacerdotum usus aqua educeretur; id verò incertissimum est. Crediderim potiùs, aquam delatam esse in labia è pede vasis, ea verò labia aquam obtulisse sacerdotibus, quâ manus pedesque abluerent. Josephus et Hebræi accusant Salomonem criminis in legem, quòd tauros hosce mari æneo subdiderit, atque hinc initium ejus à religione defectionis ducunt, permittente Numine, ut deinceps etiam leonibus solium ornaret, ac denique templa numinibus profanis palam Jerosolymis dedicârit. Sed figuras hasce boum Salomoni nunquàm exprobrat Sriptura; atque ita Deus excepit oblationes precesque Salomonis in dedicatione templi, ut satis demonstrârit, muneri illum suo nihil defuisse, neque à Numinis amicitiâ vel minimùm excidisse. (Calmet.)

Allegor. duodecim boves sunt duodecim Apostoli, qui jussu Christi fidem et pœnitentiam per omnes mundi plagas prædicârunt. (Corn. à Lap.)

Vers. 26. — Grossitudo luteris trium unciarum erat. *Tres unciæ* æquant quartam pedis Romani partem; cùm autem pes Romanus mensura sit digitorum sexdecim, tres unciæ reddent quatuor digitos, vel palmum, quæ genuina est significatio vocis Hebrææ טפח *tephach*. Id autem ad nostras mensuras redactum conficeret tres pollices, et 37/49.

Quasi labium calicis, et folium repandi lilii. Hæc erat figura labii maris ænei; expandebatur, atque exteriùs leniter sese fundebat. Censuit Chaldæus, labium habuisse liliis ornatum. Hebræus legit : *Labium ejus secundùm opus labii calicis floris lilii.* (Calmet.)

Mysticè, Eucherius et Angelomus : « Per « labium calicis, inquiunt, gustus Dominicæ « passionis, per folium repandi lilii patefacta « claritas resurrectionis ipsius exprimitur. » Utrâque enim in lavacro baptismi et pœnitentiæ abluimur. Nam, ut ait Eucherius, « Christus, qui ante passionem quidem suam quasi « clausum adhuc lilium fuit, cum signis miraculorum quæ fecit clarus homo refulsit, post « resurrectionem verò et ascensionem suam « repandum se lilium supernæ patriæ civibus « exhibuit, quòd in assumptâ humanitate potentiam divinæ claritatis, quam habuit apud « Patrem priusquàm mundus esset, ostendit. « Unde in amoris Cantico lilii se vocabulo « designare voluit dicens : *Ego flos campi et « lilium convallium.* Labium ergo maris in quo « sacerdotes lavabantur, quasi labium fuit calicis, et folium repandi lilii, quia lavacrum « salutare quo membra summi sacerdotis efficimur, in fide nos sacrosanctæ passionis ejus « à peccatorum omnium labe purificat, ac purificatos ad visionem gloriæ ipsius perennis « intromittit. » (Corn. à Lap.)

ornaverunt templi, quam hostes antea deformârant. Machab. 1, c. 4, v. 57 : *Ornaverunt faciem templi coronis aureis, et scutulis.* Sunt autem plectæ restes quædam, seu fasciæ è palmâ, seu junco, aut sparto contextæ, aut ex aliâ quâvis vili materiâ, ex quibus canistra, aut sportæ aut similia vasa conficiuntur, à verbo πλέκω, quod *necto* significat, et *plico*. Unde Græci πλεκτὴν σεῖραν interpretantur, id est, catenam. Hispani *pleitas* dicunt. Erunt igitur hoc loco *plectæ* coronæ ex variis consertæ floribus, atque herbis, qui in illustribus domûs, atque operis alicujus partibus exprimuntur, quas Latini plexas dicunt, seu nexas coronas, aut sutiles, seu nexiles flores. Plectarum meminit Cassianus collat. 18, cap. 15, quas ab Ægyptiis *siras* vocari tradit.

Et in juncturis similiter desuper. Sicut in tabulis mediis leones erant, et boves, et cherubin, sic etiam in juncturis, id est, in fasciis illis, aut limbis, quæ medias tabulas, seu abacos claudebant, sua quoque spectabantur ornamenta, leones nimirùm, boves et cherubin. Ex eo verò loco, ubi illa visebantur emblemata, nimirùm ex mediâ tabulâ, fasciæ quædam demittebantur ac teniæ, in lori similitudinem, sicut alia omnia ex ære conflata. Sic enim explico illud : *Et subter leones et boves, quasi lora ex ære dependentia.* Leones autem, et boves, cùm sint tam in tabulâ mediâ quàm in superiori fasciâ, utrisque, non repugnante textu, subesse videri possunt dependentia lora. Superioribus quidem, quia pars illa extrema sic ornatur dependentibus loris, sicut fasciæ nunc in pretiosis stragulis, aureis liciis, aut aliis speciosis floccis fimbriantur ; et hoc mihi potiùs. Si autem mediis bobus et leonibus subsint, *lora* pro juncturis sunt, quia lori hoc proprium est, ut liget et vinciat. Dicuntur autem dependere, aut descendere, quia id proprium est eorum, quæ inferiorem obtinent locum. Neque hæc mihi explicatio displicet; minùs tamen superior.

Vers. 30.— Et quatuor rotæ per bases singulas, et axes ærei. Sicut æneo mari suppositi boves ingentem illam molem sustinere videbantur, sic nunc his basibus, atque luteribus rotæ subjiciuntur ex ære cum suis axibus ex eâdem materiâ, quasi luteres illi impositi sint plaustro, cui similes videri possunt illæ quæ dicuntur bases, quibus proximè insident luteres, seu conchæ, de quibus statim.

Et per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, contra se invicem respectantes. Ex quatuor angulis prominentiæ quædam attollebantur, quasi columellæ, in quas impositæ supra conchæ, seu luteres incumberent, quas nunc scriptor sacer humerulos vocat. Quia sicut humeri ferendis oneribus, sic illæ eminentiæ erant sustinendis luteribus idoneæ. Hæ autem erant ex ære fusili, quæ se vicissim respectabant, id est, quæ aliis aliæ directò opponebantur altrinsecùs. Josephus lib. 8, cap. 2 : « Angulos autem supernè continebant « fusiles humeri manuum extensarum. His im- « posita erat spira, cui labrum inserebatur, ita « ut manibus sustineri videretur. Quâ parte « effigies leonum et aquilarum sic erant « adaptatæ, ut connatas putares, interveniens- « tibus inter eas palmarum arbusculis. »

Vers. 31. — Os quoquê luteris intrinsecus erat in capitis summitate. Erat in summâ basi sinus quidam, et cavitas, quam luter impositus impleret, quem non malè videtur descripsisse proximè Josephus, in spirâ, seu circulo, qui non aliter excipit et includit luterem, quàm pala gemmam. Hanc iterùm v. 35 ita describit : « In summitate basis erat quædam « rotunditas dimidii cubiti ita fabrefacta, ut « luter desuper possit imponi. » Cùm autem luter altitudinis haberet cubitum et dimidium, dimidius cubitus in eâ cavitate includebatur et latebat, et cubitus unus eminebat à sinu, et extabat extrorsùs.

In angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant, et media intercolumnia quadrata, non rotunda. Proximè est luterem rotundam habuisse speciem, neque dubium, quin sinus, qui illum excipiebat, rotundam quoque figuram habuerit ; nihilominùs spatium illud, quod erat inter columnas, seu humerulos, in quos luter videbatur incumbere, non erat rotundum, sed quadratum, et tam columnas ipsas, quàm intercolumnia, id est, spatia columnis intercepta, variis erant cælaturis illustria. Ego hæc accipio de spatiis, quæ humeruli, seu columnæ media complectuntur, quæ nos appellare possemus tabulas, aut abacos, sicut illa, quæ nuper cælata diximus, boum, et cherubinorum effigies. Hic autem aliquid additur, quod sanè in aliis tabulis non videbatur omittendum; neque illud adhibetur quod in superioribus tabulis erat expressum, quod si hic quoque foret expressum, scriptor sacer non tacuisset. Ait enim infra, v. 36, tam in angulis quàm in tabulâ mediâ, præter cherubin et leones, et palmas novo quodam artificio ac modo fuisse efformatas. Nam cherubin

(de his enim hæc tantùm accipio, licet in alia omnia non incommodè caderent) in similitudinem stantis hominis sic effinguntur, ut non conjuncti tabulæ, sed ab illâ prorsùs separati videantur.

Vers. 32. — Quatuor quoque rotæ. Rotæ illæ, de quibus supra, ad quatuor angulos basis infimæ suberant, quibus erat semicubitalis altitudo. Hæ porrò dicuntur sibi cohærere, non quia seipsas mutuò contingerent, quia id omninò foret et indecorum, et contra rotarum naturam, quas ars debuit exprimere, cùm conjunctæ rotæ convolvi non possent circulari motu, sed quia, juxta Hebraici sermonis proprietatem, illud *sibi* paragogicum est, neque aliquid addit ad significationem. Quo modo dicimus: *Veni tibi, surge tibi*, et similia, quæ nihil valent aliud, quàm, *veni*, et *surge*. Vide quæ diximus in nostris commentariis super Cantica ad illud c. 1 : *Si ignoras te*. Cohærebant itaque super basim rotæ, id est, erant basi ipsi conjunctæ, ita ut cum basi corpus unum efficerent, et cùm expressam haberent ad vivum rotarum formam, ita ut non facilè discerneres à veris, cum suis modiolis, et canthis, et alio quovis ad volubilem motum apparatu ; moveri tamen non poterant, quia alligatæ et quasi connatæ basibus, et cum illis simul ex eodem ære, atque opere conflatæ. Cætera ad v. 37 jam à nobis explicata sunt. (1)

(1) Vers. 33. — Tales autem erant rotæ, q. d. : Tales erant rotæ basium, ut viderentur posse rotari et moveri, cùm reipsà essent fixæ, nec rotari possent; et idcircò habebant omnia, quæ habent rotæ veræ et rotabiles, scilicet suos axes, radios, canthos et modiolos. Modiolus in rotâ vocatur ipse nodus, sive centrum rotæ, ex quo oriuntur radii, qui inde perducuntur ad canthum, id est, ad peripheriam, sive circumferentiam exteriorem rotæ. (Corn. à Lap.)

Vers. 35. — In summitate basis erat quædam rotunditas dimidii cubiti..... ut luter desuper posset imponi. Repetitio sunt hæc versiculi 31, ubi profunditas hujus cavi continentis pelvim, unius cubiti et semis assignata est, minimè tamen excluso repando hoc labio superiore, dimidium cubitum dimetienti, quanquàm hoc non exprimitur v. 31.

Vers. 36. — Sculpsit quoque in tabulatis illis, quæ erant ex ære, et in angulis, Cherubim, et leones, et palmas. Eadem hic repetuntur, quæ supra, in versiculis 28, 29. Adduntur *palmæ*, vel figuræ palmarum, superiùs omissæ, ac vicissim omittuntur imagines boum, superiùs expressæ. Laminæ et juncturæ basium distinguebantur ornamentis fusilibus, et opere sculptili, vel saltem anaglyphico, exhibentibus leones, Cherubim, palmas et boves.

Quasi in similitudinem hominis stantis. Tanquàm homo stans, tanquàm statua prominens et expedita, et non tanquàm imago quædam picta vel cælatum aliquid. Reddi potest Hebræus: *Secundùm nuditatem hominis*, vel, *unumquodque in nuditate suâ;* nativâ imagine singula, leo, bos, Cherubim, ut statum corporis, et naturalem figuram unumquodque referret. Hoc autem eò recidit, ut exprimat : Singula sculpturâ integra expressa. (Calmet.)

Vers. 37.— In hunc modum fecit decem bases. Ad hanc formam, et eodem artificio conflavit decem bases, quarum tanta erat in singulis, minutisque rebus similitudo, ut qui unam viderit, omnes omninò noverit.

Vers. 38. — Fecit quoque decem luteres æneos. Quot erant bases, totetiam fuère luteres, quorum illæ gratiâ conflatæ fuerant, de quorum altitudine nihil dicit, quia v. 31 dixerat fuisse sesquicubitalem, nunc quatuor cubitorum esse dicit, nempe quoad longitudinem, quæ in circulari corpore eadem est, quæ latitudo ; ea porrò est, quam à labio ad labium linea diametralis metitur, quorum ea erat cavitas et amplitudo, ut quilibet illorum caperet bases quadraginta.

Vers. 39. — Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi (1). Non

(1) Vers. 39. — Quinque ad dexteram partem templi, et quinque ad sinistram ; mare autem posuit ad dexteram partem templi. Dextera apud Hebræos usurpari solet pro meridie, sinistra pro septentrione, juxta statum hominis ad orientem versi. Quinque igitur luteres cum basibus suis statuit ad septentrionem aditûs templi, non intra sacrum locum, neque in vestibulo, sed inter templum et altare holocaustorum, in atrio sacerdotum, quod et *atrium interius* appellabatur. Destinabantur hæc labia in usum lavandi victimas in holocaustum offerendas, cultros, et alia instrumenta, quorum erat usus in sacrificiis, uti et purgandi partes victimarum, ut coquerentur quæ elixatæ comedendæ erant. Sacerdotes in mari æneo lavabantur. Vino abstinebant in templo, sed in usum potûs habebant facilè aquas fontis, vel cisternæ, utpote frigidiores, quàm quæ in luteribus continebantur.

Habebant pagani ante januas templorum suorum positam aquam lustralem ad eluendas manus, ut puri ad sacrificia accederent. Satis erat interdùm aspergere adstantes madido lauri, vel oleæ ramo.

Spargit et ipse suos lauro rorante capillos,
Incipit et solitâ fundere voce preces.

Virgilius :

Idem ter socios purâ circumtulit undâ,
Spargens rore levi et ramo felicis olivæ.

Lustrationibus hisce sacrum apud Judæos ritum imitari voluisse dæmonem, asserit S. Justinus Martyr Apologiâ 11. Christiani verò ab ejusmodi profanis superstitionibus adeò abhorrebant, ut memoriæ proditum sit, Valentinianum, antequàm ad imperium eveheretur, cùm fortè semel in delubrum quoddam cum imperatore venisset, unà cum sociis cæteris lustrali aquâ à sacerdote aspersum, ægrè adeò casum

erant luteres in templo, sed in atrio sacerdotali, ad dexteram tamen, atque sinistram templi partem dicuntur constituti, quia dextra illius, vel sinistra latera respiciunt. Mare autem æneum illam sacerdotalis atrii regionem occupavit, quæ orientem spectat ad australe tabernaculi latus.

Vers. 40. — Fecit quoque Hiram lebetes, et scutras, et hamulas, et perfecit omne opus. Lib. 2 Paral c. 4, v. 16, alia numerantur instrumenta, et vasa, quæ ad varios sacrificiorum usus erant necessaria, creagræ videlicet, et phialæ. Sunt autem lebetes vasa, in quibus victimarum coquebantur carnes, ut ollæ, chytrapodes. Scutra genus est vasis profundi et circularis. Unde scutella diminutivâ formâ derivatur. Hamula vas est ad ferendam aquam, seu vinum, cujus erat usus in sacrificiis, alii amulam dicunt sine aspiratione; Latini vocant urceolum, quales videri possunt illi, quibus ad sacrum Missæ aquam et vinum ministramus. Hebr. מזרק *Mizrac* à radice, quæ spargere significat: unde vas videtur esse sparsorium, non tam ad continendam, quàm effundendam aquam, quod erat in re sacrificali frequens. Translatio Hispanica *Regaderas* vertit. Creagra uncinus est, seu tridens, quo, ut ipsa Græci nominis notatio indicat, ex ollâ, seu lebete carnes extrahuntur. Phiala vas erat latum et amplum, ad excipiendum victimarum sanguinem. (1)

Vers. 42. — Columnas duas, etc. Hæc omnia usque ad versum 46, supra à nobis explicata sunt: neque enim hic aliquid habemus aliud, quàm rursùs revocata, quæ hoc ipso capite fuerant tradita, atque explicata fusiùs. Tantùm additur ad finem v. 45, omnia quæ ad sacros usus templi fuerant ab Hiram magno artifice fabricata, fuisse ex aurichalco. Alia enim quæ ex argento, et auro conflata, seu cælata fuerunt, ab aliis videntur artificibus fuisse elaborata. Cùm hæc eadem repetuntur l. 2 Paral. c. 4, v. 16, hæc omnia vasa facta esse dicuntur ex ære mundissimo. Ubi notandum obiter hoc c. 4, l. 2 Paral., Hiram patrem appellari Salomonis. *Omnia*, inquit, *vasa, fecit Salomoni Hiram pater ejus in domo Domini ex ære mundissimo.* Et paulò ante c. 2, v. 13, pater etiam appellatur Hiram regis Tyri. *Misi*, inquit rex Tyri, *virum prudentem, et scientissimum patrem meum.* Id autem non fit contra idiomatis Hebraici consuetudinem, juxta quod ille nominatur pater, qui in aliquo genere princeps et magister est, quemque in aliquo opere præstando alii ducem, et auctorem, aut magistrum sequuntur. Sic Joseph, Gen. 45, v. 8, patrem se appellat Pharaonis, quia illi in re frumentariâ ducem se præbuit, et auctorem: *Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis.* Et lib. 4 Reg. cap. 16, v. 12, rex Israel Elisæum prophetam patrem appellavit. Et iterùm ab alio rege Israel pater est appellatus cap. 13, v. 14. Et Jabael Gen. cap. 4, v. 20, pater fuisse dicitur habitantium in tentoriis, id est, qui modum illum vivendi rudioribus illis seculis ostendit, et ibidem cap. 21, frater ejus Jubal eamdem ob causam pater vocatur canentium in citharâ et organo. Vide quæ diximus lib. 1, cap. 10, v. 12, ad illud: *Et quis pater eorum?* Cùm ergo hic Hiram, et regi Tyri sibi cognomini priùs, et deinde Sa-

tulisse, ut offensionem suam duris ad sacerdotem idololatram increpationibus significârit; quin et inquinatam aquæ illius contactu vestium partem statim absciderit. Verùm successu temporis, operæ pretium visum est, morem hunc superstitionibus profanis purgatum consecrare, atque in sacrum Christianorum ritum convertere. Hinc vasa puro latice plena in aditu templorum nostrorum constituta sunt, ut aquâ illâ Christiani os et oculos lavent: fontes etiam in eum usum, si fieri posset, eò deducebantur. Denique mos invaluit; ut ante solemne officium lustrali aquâ aspergantur qui adsunt, ut intelligant quantâ animi munditie ad preces et sacrificium accedendum sit.

(Calmet.)

Allegor. et tropolog. luteres decem idem significant quod mare æneum, nimirùm multiplicem et crebram pœnitentiam, quâ in hâc vitâ fragili ob multiplices lapsus et labendi pericula indigemus. Quadraginta bati, quos singuli luteres capiunt, significant dies 40 quadragesimæ, qui omnes pœnitentiæ sunt addicti. Cætera vide apud Eucherium, Angelomum et Riberam lib. 2 de Templo cap. 19, qui minutim singula applicant.

Primus hoc seculo pœnitentiæ sacramentum negavit et sustulit Martin. Lutherus; quare ipse non fuit luter, nec lotor, sed luteus et lutulentus, imò pollutor et profanator sacrorum, utpote suis poculis, ventri et Veneri totus indulgens, iisque corpus et animam conspurcans, quasi *sus lota in volutabro luti*, ut ait S. Petrus Epist. 2, cap. 2, v. 22.

(Corn. à Lap.)

(1) Vers. 41. — Funiculos capitellorum.... duos, et retiacula duo, ut operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum. Nunquàm hucusque sermo incidit *de funiculis capitellorum columnarum;* et voces textûs Hebræi designant tantùm *rotunditatem capitellorum*, vel ipsa fortè capitella, rotundæ, ut alibi demonstratum est, figuræ. Duobus retiaculis tegebatur rotundum illud capitellum, iisque totum undique ambiebatur. Ita textus ad litteram: *Fecit columnas duas, et capitella rotunda, quæ erant super capita columnarum, et retiacula duo ad operiendum duo hæc capitella.*

(Calmet.)

lomoni in cudendo atque conflando ære, dux et magister fuerit, jure optimo juxta illius regionis et temporis consuetudinem, illorum pater appellari potuit. (1)

Vers. 46. — In campestri regione Jordanis fudit ea rex in argillosa terra. Qui aliquid opere fusorio ex ære conflare vult, ex terrâ tenaci atque argillosâ formas sibi fingit, quæ æs jam liquatum igne informet atque fingat. Sed ingentia vasa, aut moles, quales sunt grandia ex ære campano cymbala, tormenta muralia, æreæ columnæ, et talia vasa, qualia hìc pro Salomonis templo conflavit Hiram, nisi in defossâ terrâ fundi non possunt. Quare qui ex ære fusili magnum aliquod opus moliuntur, non satis habent ex tenaci cretâ formas fingere, sed illas etiam infodiunt, et argillosâ terrâ circumfundunt, ne vis æris colliquefacta disrumpat formas, quod facilè contingeret, nisi circumfusa terra esset ejusmodi, ut potiùs igne ad firmitatem duresceret, quàm solveretur, et in rimas dehisceret.

Vers. 47. — Propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris. Subit hìc illud Claudiani Paneg. 3 Stilph., quo maxima significatur argenti copia :

..... Si solveret ignis,
Quas dedit immanes vili pro pondere massas,
Argenti potuêre lacus et flumina fundi.

Vers. 48. — Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini altare aureum, et mensam, super quam ponerentur panes propositionis, auream. Sicut opera, quæ fuerunt in sacerdotum atriis, fuerunt ex ære, aut aurichalco, sic quæ in domo Domini tam in exteriori, quàm in interiori conclavi, fuerunt ex auro. Primùm altare, quod thymiamatis appellatur, quia in illo quotidie varia cremabantur aromata; quod ideò etiam Lucæ cap. 1, altare dicitur incensi, et à Græcis θυμιατήριον, et à nonnullis thuribulum. De hâc enim mensâ accipiunt illud ad Hebr. cap. 9, v. 4 : *Aureum habes thuribulum.* De hoc altari habet Exod. 30, ubi multus illius usus et forma describitur. De quo nos pluribus in cap. 41 Ezechielis. Neque de illius materiâ ac formâ aliquid nobis hìc dicendum, cùm ex supradictis locis satis fusè ac manifestè constet. Dubitat Abulens. c. 6, q. 17, an altare thymiamatis illud idem fuerit in Salomonis templo, quod fuerat priùs in tabernaculo positum à Moyse, an verò fuerit totum à Salomone perfectum, et ab illo diversum ; ubi statuit altare, quod fabricatum est à Moyse, inter alios domûs sacræ thesauros, esse repositum, et aliud à Salomone constructum, ubi de more quotidie cremarentur aromata. Quod ideò probat, quia altare Salomonis erat è cedro, altare verò Moysis de ligno settim. Adde quòd illud Mosaicum altare intra Sancta sanctorum videtur inclusum : sic enim indicat Paulus ad Hebr. 9, v. 1 : *Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, et arcam.* Et hìc locus non obscurè docet, ubi fecisse dicitur Salomon altare aureum. Et lib. 1 Paralipom. cap. 28, vers. 18, pro altari illo dicitur aurum relictum à Davide : *Altari autem, in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit.* Cum Abulensi sentiunt plerique interpretum, Lyra 3 Regum cap. 7; Barradas tom. 2, lib. 3, cap. 19; Villalpandus in cap. 41 Ezechielis ; Pineda in Salomone prævio lib. 5, cap. 23. Petrus Comestor, dùm ait altare Mosaicum in Sanctis sanctorum, id est, in domo interiori fuisse servatum ; cùm tamen constet in exteriori esse altare thymiamatis. Oppositum tenet Azorius tom. 1, lib. 6, cap. 46, et Ribera lib. 2 de Templo, cap. 8, qui aliorum rationibus non omninò malè respondet. Neque mihi posteriorum cogitatio displicet, neque deerat quod præterea ad aliorum fundamenta afferri posset non infirmum. Sed placet magis prior, communiorque sententia, quæ diversum facit Mosaicum altare ab eo, quod fuit Salomonis operâ constructum, et modus dicendi Scripturæ in illam cogitationem multò magis propendet. De hoc altari latè Ribera lib. 2 de Templo, cap. 8.

Et mensam, super quam ponerentur panes propositionis. De hâc mensâ satis actum est copiosè et apertè Exod. cap. 25. Quod ad materiam spectat, erat ex lignis settim, et aureis tegebatur laminis. Quod ad formam, erat duobus cubitis longa, lata uno, alta uno ac semisse, quæ ad superiorem partem duplicatâ coronâ cingebatur, utraque aurea ; illius usus erat, ut in eâ panes collocarentur propositionis, duodecim videlicet, seni in duobus ordinibus digesti; quibus duæ imponebantur phialæ thure plenæ, quæ et panes continerent, et illi panum propositioni aliquid præterea venustatis adderent.

(1) Vers. 45. — De aurichalco erant. Aurichalcum apud Latinos est æris genus, admixtum aurum continens. Sed ex Plinio discimus, genuinum *aurichalcum*, vel *orichalcum* erui è fodinis purum, plurisque quàm optimum quodcumque æs haberi. Hebræus fert : *Ære terso*, mundo, purgato. (Calmet.)

Tempore Moysis una tantùm fuit mensa, sicut unum etiam candelabrum ; in templo verò decuplò fuère plures, sicut etiam candelabra. Ut enim tabernaculum erat angustius, et ex uno in alium locum quotidie transmutabile, non oportuit tot onerari rebus, quas neque loci caperent angustiæ, neque commodè possent Levitarum humeris portari. At cùm templum esset longè capacius, neque aliò illius vasa atque instrumenta transferenda, esse hæc potuerunt et plura numero, et pondere graviora. Hæc porrò ex præcepto patris, imò veriùs ex præcepto Domini, à quo David templi formam, et singularum rerum modum, atque numerum accepit, à Salomone comparata atque perfecta sunt. 1 Paral. cap. 28, v. 19, postquàm instrumenta omnia, et quæ ad templi ministeria, atque ornatum pertinent, numeravit, dixit David Salomoni filio : *Omnia venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris*, et ibidem v. 16, de Davide dicitur : *Aurum quoque dedit* (Salomoni) *in mensas propositionis pro diversitate mensarum.* Quas numero decem conflavit Salomon 2 Paral. 4, v. 8 : *Fecit mensas decem, et posuit eas in templo, quinque à dextris, et quinque à sinistris.* Neque illas vacuas à panibus esse voluit, quemadmodùm unam mensam, quæ ad illud usque tempus tantùm in tabernaculo fuerat, nullus dies vacuam vidit à panibus. Ibidem, versiculo 19 : *Fecitque Salomon mensas, et super eas panes propositionis.* Hic porrò per synecdochen una ponitur mensa pro septem.

Panis propositionis ideò dicitur, quia ibi semper erant propositi palàm, neque licebat illud oblationis genus unquàm omitti. Qui Hebraicè dicuntur panes facierum, quia ante faciem erant Domini, nimirùm ante portam interioris domûs, ubi Deus præcipuè quodammodò in propitiatorio et in cherubinorum medio sedebat.

Vers. 49. — Et candelabra aurea, quinque ad dexteram, quinque ad sinistram contra oraculum ex auro puro. In tabernaculo Moysis unum tantùm fuit candelabrum, quod optimè Exod. cap. 25, à v. 31. Neque ad hoc usque tempus plura fuerunt in tabernaculo candelabra, ut docet aut indicat illud lib. 1 Reg. c. 3, v. 3 : *Lucerna Dei antequàm extingueretur.* Si quando verò sub illud tempus plures dicuntur in tabernaculo fuisse lucernæ, non plura dicuntur esse candelabra, sed quia septem in candelabro lucernæ sculpebantur, in plurali significantur numero. Quomodò illæ lucernæ noctu tantùm lucerent, et sub auroram extinguerentur, diximus ad locum lib. 1 Reg., de quo proximè. At Salomon sicut decem pro panibus propositionis conflavit mensas, cùm priùs esset una, sic modò ad similitudinem Mosaici candelabri decem conflavit candelabra, quorum singula septem instruxit lucernis, quæ temporibus à lege constitutis arderent. Hæc porrò candelabra contra oraculum posuit, et ex oraculi, nempe regione, quæ medium amplectebantur altare thymiamatis.

Et quasi lilii flores. His verbis intelligimus hæc candelabra ad Mosaici similitudinem fuisse perfecta. Et licet liliorum hìc tantùm audiatur nomen, tamen non est incredibile habuisse quoque calamos, et scyphos, et sphærulas, quæ omnia ex candelabri stipite, sive hastili procederent. Id sanè indicat illud 2 lib. Paralip. cap. 4, v. 7 : *Fecit autem et candelabra aurea decem, secundùm speciem quâ jussa erant fieri*, nempe Moysi. Neque enim si alia esset à Deo candelabrorum forma tradita Davidi, illam Scriptura sacra tacuisset, quæ aliorum instrumentorum partes tam minutè persecuta est.

Vers. 50. — Et forcipes aureos, et hydrias, et fuscinulas, et phialas, et mortariola. Hæc instrumenta varios habent usus in templi ministerio ; quia tamen obscurum est quid propriè voces Hebraicæ significent, difficile quoque est nôsse quis proprius sit illorum usus. Neque alii interpretes in harum vocum significatione conveniunt : imò neque eodem modo semper vulgatus interpres aliqua convertit. Nam *iahhim*, quod supra convertit *scrutas*, alibi convertit *forcipes*, *tridentes*, *trullas*, et *mizracoth*, quod supra v. 40, reddidit *hamulas*, hìc vertit *phialas*, et *malcachim*, quod modò *fuscinulas*, interdùm *forcipes*, interdùm *emunctoria* reddit Hieronymus. Quid Latinæ voces valeant, non obscurum; ubi Vulgatus *mortariola*, Hebr. est *caphoth*, quæ vox volam significat manûs, aut concavam manum, à quo nomen sumpsit vas quoddam concavum et parvum, quod alii modò acetabutum, modò cochleare convertunt.

Et cardines ostiorum domus interioris Sancti sanctorum, et ostiorum domus templi. ex auro erant. Hebr. פות *poth* concavum illud propriè significat, in quo innititur portarum stimulus, et cum illo simul volvuntur portæ. Ex quo ad rem minùs honestam ducitur metaphora. Quidam ampliùs existimant patere vo-

cabulum, et pro eo sumi quod continet, et convertit fores, quales vectebræ, chelonia, ac tandem vectes, et portarum claustra. Hispanica translatio *Aldavas* transtulit.

VERS. 51. — ET INTULIT QUÆ SANCTIFICAVERAT DAVID PATER SUUS, ARGENTUM, ET AURUM, ET VASA, REPOSUITQUE IN THESAURIS DOMUS DOMINI. Cùm tantum ex omni metallorum genere in templi fabricam et ornatum impendisset Salomon, plus tamen fuerat relictum, et in religiosos usus à Davide religioso principe destinatum, partim in impolitâ et rudi, partim in factâ, cælatâque materiâ. Cùm ergo et quod reliquum fuerat sanctificatum esset, et templo jam ante à patre destinatum, noluit illud Salomen ad suos, id est, profanos usus convertere, sed in templi thesauris providè ac religiosè reposuit, ut si aliquando res sacra humanis commodis indigeret, paratum haberet, unde sumeret.

CAPUT VIII.

1. Tunc congregati sunt omnes majores natu Israel cum principibus tribuum, et duces familiarum filiorum Israel, ad regem Salomonem in Jerusalem, ut deferrent arcam fœderis Domini de Civitate David, id est, de Sion.

2. Convenitque ad regem Salomonem universus Israel in mense ethanim, in solemni die; (ipse est mensis septimus.)

3. Veneruntque cuncti senes de Israel. Et tulerunt arcam sacerdotes,

4. Et portaverunt arcam Domini, et tabernaculum fœderis, et omnia vasa sanctuarii quæ erant in tabernaculo; et ferebant ea sacerdotes et levitæ.

5. Rex autem Salomon, et omnis multitudo Israel, quæ convenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, et immolabant oves et boves absque æstimatione et numero.

6. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum sanctorum, subter alas Cherubim.

7. Siquidem Cherubim expandebant alas super locum arcæ, et protegebant arcam et vectes ejus desuper.

8. Cùmque eminerent vectes, et apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant ultra extrinsecùs; qui et fuerunt ibi usque in præsentem diem.

9. In arcâ autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in eâ Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel, cùm egrederentur de terrâ Ægypti.

10. Factum est autem, cùm exîssent sa-

CHAPITRE VIII.

1. Alors tous les anciens d'Israël, avec les princes des tribus, et tous les chefs des familles des enfants d'Israël, s'assemblèrent, et vinrent vers le roi Salomon dans Jérusalem, pour transporter l'arche de l'alliance du Seigneur de la Ville-de-David, c'est-à-dire de Sion.

2. Tout Israël s'assembla donc auprès du roi Salomon en un jour solennel du mois d'éthanim, qui est le septième mois.

3. Tous les anciens d'Israël étant venus, les prêtres prirent l'arche *du Seigneur,*

4. Et la portèrent, avec le tabernacle de l'alliance et tous les vases du sanctuaire qui étaient dans le tabernacle, et les prêtres et les lévites les portèrent.

5. Le roi Salomon et tout le peuple, qui s'était assemblé auprès de lui, marchaient devant l'arche, et immolaient une multitude de brebis et de bœufs sans prix et sans nombre.

6. Les prêtres portèrent l'arche de l'alliance du Seigneur au lieu qui lui était destiné, dans l'oracle du temple, dans le Saint des saints, sous les ailes des chérubins *que Salomon y avait placés;*

7. Car les chérubins étendaient leurs ailes au-dessus du lieu où était l'arche, et ils couvraient l'arche et les bâtons qui y tenaient.

8. Et comme les bâtons étaient saillants, en sorte qu'on en voyait les extrémités *dès l'entrée* du sanctuaire devant l'oracle, ils ne paraissaient plus au-dehors, *étant cachés par le voile;* et ils sont demeurés là jusqu'à ce jour.

9. Or il n'y avait dans l'arche que les deux tables de pierre que Moïse y avait mises à Horeb, lorsque le Seigneur fit alliance avec les enfants d'Israël, aussitôt après leur sortie d'Egypte.

10. Après que les prêtres furent sortis du sanctuaire, une nuée remplit la maison du Seigneur;

cerdotes de sanctuario, nebula implevit domum Domini ;

11. Et non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam; impleverat enim gloria Domini domum Domini.

12. Tunc ait Salomon : Dominus dixit ut habitaret in nebulâ.

13. Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum.

14. Convertitque rex faciem suam, et benedixit omni ecclesiæ Israel ; omnis enim ecclesia Israel stabat.

15. Et ait Salomon : Benedictus Dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad David patrem meum, et in manibus ejus perfecit dicens :

16. A die quâ eduxi populum meum Israel de Ægypto, non elegi civitatem de universis tribubus Israel, ut ædificaretur domus et esset nomen meum ibi ; sed elegi David ut esset super populum meum Israel.

17. Voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israel :

18. Et ait Dominus ad David patrem meum : Quod cogitâsti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benè fecisti, hoc ipsum mente tractans ;

19. Verùmtamen tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

20. Confirmavit Dominus sermonem quem locutus est ; stetique pro David patre meo, et sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus ; et ædificavi domum nomini Domini Dei Israel.

21. Et constitui ibi locum arcæ, in quâ fœdus Domini est quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terrâ Ægypti.

22. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesiæ Israel, et expandit manus suas in cœlum,

23. Et ait : Domine Deus Israel, non est similis tuî Deus in cœlo desuper et super terram deorsùm, qui custodis pactum et misericordiam servis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo,

11. Et les prêtres ne pouvaient plus s'y tenir, ni faire les fonctions de leur ministère, à cause de la nuée, parce que la gloire du Seigneur, *qui éclatait dans cette nuée*, avait rempli la maison du Seigneur.

12. Alors Salomon dit : Le Seigneur a dit qu'il habiterait dans une nuée.

13. *O Dieu!* j'ai bâti *cette* maison, afin qu'elle vous tienne lieu de demeure et que votre trône y soit établi pour jamais ;

14. Et le roi tourna son visage, et bénit toute l'assemblée d'Israël; car tout Israël était assemblé en ce lieu-là.

15. Et Salomon dit : Béni soit le Seigneur Dieu d'Israël, qui a parlé de sa bouche à David, mon père, et qui, par sa puissance, a exécuté sa parole, en disant :

16. Depuis le jour que j'ai tiré de l'Egypte mon peuple d'Israël, je n'ai point choisi de ville dans toutes les tribus d'Israël afin qu'on m'y bâtît une maison et que mon nom y fût établi ; mais j'ai choisi David pour être chef de mon peuple d'Israël.

17. David, mon père, avait voulu bâtir une maison au nom du Seigneur Dieu d'Israël;

18. Mais le Seigneur dit à David, mon père : Quand vous avez formé dans votre cœur le dessein de bâtir une maison à mon nom, vous avez bien fait de prendre en vous-même cette résolution ;

19. Néanmoins ce ne sera pas vous qui me bâtirez une maison, mais votre fils qui sortira de vous sera celui qui bâtira une maison à mon nom.

20. Le Seigneur a vérifié la parole qu'il avait dite : j'ai succédé à David, mon père ; j'ai pris possession du trône d'Israël, comme le Seigneur l'avait ordonné; et j'ai bâti une maison au nom du Seigneur Dieu d'Israël.

21. J'ai établi ici le lieu de l'arche, où *sont les tables de la loi, qui* est l'alliance que le Seigneur fit avec nos pères lorsqu'ils sortirent du pays d'Egypte.

22. Alors Salomon se tint debout devant l'autel du Seigneur, à la vue de toute l'assemblée d'Israël; et *puis, se jetant à genoux,* il étendit ses mains vers le ciel,

23. Et dit : Seigneur Dieu d'Israël, il n'y a point de Dieu qui vous soit semblable, ni au plus haut du ciel ni sur la terre; c'est vous qui conservez l'alliance et la miséricorde que vous avez faite à vos serviteurs qui marchent devant vous de tout leur cœur.

24. Qui custodìsti servo tuo David patri meo quæ locutus es ei; ore locutus es, et manibus perfecisti, ut hæc dies probat.

25. Nunc igitur, Domine Deus Israel, conserva famulo tuo David patri meo quæ locutus es ei, dicens : Non auferetur de te vir coram me qui sedeat super thronum Israel, ita tamen, si custodierint filii tui viam suam, ut ambulent coram me sicut tu ambulàsti in conspectu meo.

26. Et nunc, Domine Deus Israel, firmentur verba tua quæ locutus es servo tuo David patri meo.

27. Ergone putandum est quòd verè Deus habitet super terram? Si enim cœlum et cœli cœlorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc quam ædificavi!

28. Sed respice ad orationem servi tui et ad preces ejus, Domine Deus meus, audi hymnum et orationem quam servus tuus orat coram te hodiè,

29. Ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die, super domum de quâ dixisti : Erit nomen meum ibi; ut exaudias orationem quam orat in loco isto ad te servus tuus;

30. Ut exaudias deprecationem servi tui et populi tui in Israel, quodcumque oraverint in loco isto : et exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, et cùm exaudieris, propitius eris.

31. Si peccaverit homo in proximum suum, et habuerit aliquod juramentum quo teneatur astrictus, et venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam,

32. Tu exaudies in cœlo, et facies, et judicabis servos tuos, condemnans impium et reddens viam suam super caput ejus, justificansque justum et retribuens ei secundùm justitiam suam.

33. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi), et agentes pœnitentiam et confitentes nomini tuo, venerint, et oraverint et deprecati te fuerint in domo hâc,

34. Exaudi in cœlo, et dimitte peccatum populi tui Israel; et reduces eos

24. *C'est vous* qui avez gardé *fidèlement* à David mon père, votre serviteur, tout ce que vous lui avez promis; vous l'avez prédit de votre bouche, et vos mains l'ont accompli, comme ce jour en est une preuve.

25. Conservez donc maintenant, Seigneur Dieu d'Israël, à David mon père, votre serviteur, ce que vous lui avez promis en lui disant: Vous ne manquerez point d'héritiers qui soient assis devant moi sur le trône d'Israël, pourvu néanmoins qu'ils veillent sur leurs voies, en sorte qu'ils marchent en ma présence comme vous avez marché devant moi.

26. Accomplissez donc, ô Seigneur Dieu d'Israël, les paroles que vous avez dites à David mon père, votre serviteur.

27. Est-il donc croyable que Dieu habite véritablement sur la terre? car si les cieux et le ciel des cieux ne peuvent vous comprendre, combien moins cette maison que j'ai bâtie!

28. Mais ayez égard, ô Seigneur mon Dieu, à l'oraison de votre serviteur et à ses prières; écoutez l'hymne et l'oraison que votre serviteur vous offre aujourd'hui,

29. Afin que vos yeux soient ouverts nuit et jour sur cette maison, sur cette maison de laquelle vous avez dit : C'est là que sera mon nom; afin que vous exauciez la prière que votre serviteur vous offre en ce lieu;

30. Afin que vous exauciez la prière de votre serviteur, et toutes celles que votre peuple d'Israël vous offrira dans ce même lieu; que vous les exauciez du lieu de votre demeure dans le ciel; et que, les ayant exaucées, vous leur fassiez miséricorde.

31. Lorsqu'un homme aura péché contre son prochain, n'ayant pas gardé le serment par lequel il s'était lié, et qu'il sera venu dans votre maison et devant votre autel pour prêter ce serment,

32. Vous écouterez du ciel, et vous ferez justice à l'égard de vos serviteurs; vous condamnerez le coupable, en faisant retomber sa perfidie sur sa tête, et vous justifierez le juste, en lui rendant selon sa justice.

33. Lorsque votre peuple d'Israël fuira devant ses ennemis (parce qu'il pèchera *un jour* contre vous), et que, faisant pénitence et rendant gloire à votre nom, ils viendront vous prier et qu'ils imploreront votre miséricorde dans cette maison,

34. Exaucez les du ciel, et pardonnez le péché de votre peuple d'Israël, et ramenez-les en la terre que vous avez donnée à leurs pères.

in terram quam dedisti patribus eorum.

35. Si clausum fuerit cœlum, et non pluerit propter peccata eorum, et orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, et à peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam,

36. Exaudi eos in cœlo; et dimitte peccata servorum tuorum et populi tui Israel; et ostende eis viam bonam per quam ambulent, et da pluviam super terram tuam quam dedisti populo tuo in possessionem.

37. Fames si oborta fuerit in terrâ, aut pestilentia aut corruptus aer, aut ærugo aut locusta vel rubigo, et afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas,

38. Cuncta devoratio, et imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel; si quis cognoverit plagam cordis sui, et expanderit manus suas in domo hâc,

39. Tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, et repropitiaberis, et facies ut des unicuique secundùm omnes vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nósti solus cor omnium filiorum hominum),

40. Ut timeant te cunctis diebus quibus vivunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris.

41. Insuper et alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cùm venerit de terrâ longinquâ propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, et manus tua fortis, et brachium tuum

42. Extentum ubique); cùm venerit ergo, et oraverit in hoc loco,

43. Tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, et facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena, ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, et probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam ædificavi.

44. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam quòcumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis quam elegisti et contra domum quam ædificavi nomini tuo,

35. Lorsque le ciel sera fermé, et qu'il n'en tombera point de pluie, à cause de leurs péchés, et que, priant en ce lieu, ils feront pénitence pour honorer votre nom, et se convertiront et quitteront leurs péchés à cause de l'affliction où ils seront,

36. Exaucez-les du ciel, et pardonnez les péchés de vos serviteurs et de votre peuple d'Israël; montrez-leur une voie droite par laquelle ils marchent, et répandez la pluie sur votre terre que vous avez donnée à votre peuple, afin qu'il la possédât.

37. Lorsqu'il viendra sur la terre ou une famine, ou une peste ou une corruption de l'air, ou que la nielle, la sauterelle ou quelque maligne humeur gâtera les blés, ou que votre peuple sera pressé d'un ennemi qui se trouvera à ses portes et l'assiégera, ou qu'il sera frappé de quelque plaie ou de quelque langueur que ce puisse être;

38. Quand un homme de votre peuple d'Israël, quel qu'il soit, vous offrira ses vœux et ses prières, et que, reconnaissant la plaie de son cœur, il étendra ses mains vers vous dans cette maison,

39. Vous l'exaucerez du ciel, ce lieu de votre demeure; vous vous rendrez de nouveau propice, et vous le traiterez selon que vous verrez *la disposition de* son cœur, rendant à chacun selon toutes ses œuvres *et* ses désirs, (car vous seul connaissez le fond des cœurs des enfants des hommes),

40. Afin qu'ils vous craignent *et qu'ils marchent dans vos voies* tant qu'ils vivront sur la face de la terre que vous avez donnée à nos pères.

41. Et même lorsqu'un étranger, qui ne sera point de votre peuple d'Israël, viendra d'un pays fort éloigné à cause de votre nom (parce que la grandeur de votre nom, la force de votre main et la puissance de votre bras

42. Se feront connaître partout); lors donc qu'un étranger sera venu prier en ce lieu,

43. Vous l'exaucerez du ciel, du firmament où vous demeurez, et vous ferez tout ce que l'étranger vous aura prié de faire, afin que tous les peuples de la terre apprennent à craindre votre nom, comme fait votre peuple d'Israël, et qu'ils éprouvent *eux-mêmes* que votre nom a été invoqué sur cette maison que j'ai bâtie.

44. Lorsque votre peuple ira à la guerre contre ses ennemis, et que, marchant par le chemin où vous les aurez envoyés, ils vous adresseront leurs prières, en regardant vers la ville que vous avez choisie et vers cette

45. Et exaudies in cœlo orationes eorum et preces eorum, et facies judicium eorum.

46. Quòd si peccaverint tibi (non est enim homo qui non peccet), et iratus tradideris eos inimicis suis, et captivi ducti fuerint in terram inimicorum longè vel propè,

47. Et egerint pœnitentiam in corde suo in loco captivitatis, et conversi deprecati te fuerint in captivitate suâ dicentes : Peccavimus, iniquè egimus, impiè gessimus;

48. Et reversi fuerint ad te in universo corde suo et totâ animâ suâ in terrâ inimicorum suorum, ad quam captivi ducti fuerint, et oraverint te contra viam terræ suæ quam dedisti patribus eorum, et civitatis quam elegisti, et templi quod ædificavi nomini tuo,

49. Exaudies in cœlo, in firmamento solii tui, orationes eorum et preces eorum, et facies judicium eorum ;

50. Et propitiaberis populo tuo qui peccavit tibi, et omnibus iniquitatibus eorum quibus prævaricati sunt in te; et dabis misericordiam coram eis qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis :

51. Populus enim tuus est et hæreditas tua, quos eduxisti de terrâ Ægypti, de medio fornacis ferreæ.

52. Ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui et populi tui Israel, et exaudias eos in universis pro quibus invocaverint te;

53. Tu enim separâsti eos tibi in hæreditatem de universis populis terræ, sicut locutus es per Moysen servum tuum, quando eduxisti patres nostros de Ægypto, Domine Deus.

54. Factum est autem, cùm complèsset Salomon orans Dominum omnem orationem et deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini; utrumque enim genu in terram fixerat, et manus expanderat in cœlum.

55. Stetit ergo, et benedixit omni ecclesiæ Israel voce magnâ, dicens :

56. Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israel, juxta omnia quæ

maison que j'ai bâtie à *la gloire de* votre nom,

45. Vous exaucerez du ciel leurs oraisons et leurs prières, et vous leur rendrez justice.

46. Si votre peuple pèche contre vous (parce qu'il n'y a point d'homme qui ne pèche), et qu'étant en colère contre eux vous les livriez entre les mains de leurs ennemis, et qu'ils soient emmenés captifs, ou près ou loin, dans une terre ennemie ;

47. S'ils font pénitence du fond du cœur dans le lieu de leur captivité, et que, se convertissant à vous étant captifs, ils implorent votre miséricorde en disant : Nous avons péché, nous avons commis l'iniquité, nous avons fait des actions impies;

48. S'ils reviennent à vous de tout leur cœur et de toute leur âme dans le pays de leurs ennemis, où ils ont été emmenés captifs, et qu'ils vous prient en regardant vers la terre que vous avez donnée à leurs pères, vers la ville que vous avez choisie et le temple que j'ai bâti à votre nom,

49. Vous exaucerez du ciel, et de cette demeure stable où est votre trône, leurs oraisons et leurs prières; vous prendrez en main la défense de leur cause;

50. Vous vous rendrez propice à votre peuple qui a péché contre vous, et *vous leur pardonnerez* toutes les iniquités par lesquelles ils ont violé votre loi; et vous toucherez en leur faveur le cœur de ceux qui les auront emmenés captifs, afin qu'ils aient pitié d'eux;

51. Car ils sont votre peuple et votre héritage, et c'est vous qui les avez tirés du pays d'Egypte, du milieu d'une fournaise de fer.

52. Que vos yeux *donc* soient ouverts aux prières de votre serviteur et de votre peuple d'Israël, afin que vous les exauciez dans toutes les demandes qu'ils vous feront;

53. Car c'est vous, ô Seigneur Dieu, qui les avez séparés de tous les peuples de la terre pour en faire votre héritage, selon que vous l'avez déclaré par Moïse, votre serviteur, lorsque vous avez tiré nos pères *du pays* d'Egypte.

54. Salomon, ayant achevé d'offrir au Seigneur cette oraison et cette prière, se leva de devant l'autel du Seigneur; car il avait mis les deux genoux en terre, et tenait les mains étendues vers le ciel.

55. Etant donc debout *devant le peuple,* il bénit toute l'assemblée d'Israël, en disant à haute voix :

56. Béni soit le Seigneur, qui a donné la paix à son peuple d'Israël selon toutes les pro-

locutus est; non cecidit ne unus quidem sermo ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen servum suum.

57. Sit Dominus Deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos neque projiciens,

58. Sed inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in universis viis ejus, et custodiamus mandata ejus et cæremonias ejus et judicia quæcumque mandavit patribus nostris.

59. Et sint sermones mei isti, quibus deprecatus sum coram Domino, appropinquantes Domino Deo nostro die ac nocte, ut faciat judicium servo suo et populo suo Israel per singulos dies,

60. Ut sciant omnes populi terræ quia Dominus ipse est Deus, et non est ultra absque eo.

61. Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis ejus, et custodiamus mandata ejus, sicut et hodiè.

62. Igitur rex et omnis Israel cum eo immolabant victimas coram Domino.

63. Mactavitque Salomon hostias pacificas quas immolavit Domino, boum viginti duo millia et ovium centum viginti millia. Et dedicaverunt templum Domini rex et filii Israel.

64. In die illâ sanctificavit rex medium atrii quod erat ante domum Domini; fecit quippe holocaustum ibi et sacrificium et adipem pacificorum, quoniam altare æreum, quod erat coram Domino, minus erat, et capere non poterat holocaustum et sacrificium et adipem pacificorum,

65. Fecit ergo Salomon in tempore illo festivitatem celebrem, et omnis Israel cum eo, multitudo magna, ab introitu Emath usque ad rivum Ægypti, coram Domino Deo nostro, septem diebus et septem diebus, id est, quatuordecim diebus.

66. Et in die octavâ dimisit populos; qui, benedicentes regi, profecti sunt in tabernacula sua, lætantes et alacri corde super omnibus bonis quæ fecerat Dominus David servo suo et Israel populo suo.

messes qu'il avait faites; tous les biens qu'il nous avait promis par Moïse, son serviteur, nous sont arrivés, sans qu'il soit tombé une seule de ses paroles *à terre*.

57. Que le Seigneur notre Dieu soit avec nous, comme il a été avec nos pères; qu'il ne nous abandonne et ne nous rejette point.

58. Mais qu'il incline nos cœurs vers lui, afin que nous marchions dans toutes ses voies, et que nous gardions ses préceptes, ses cérémonies et toutes les ordonnances qu'il a prescrites à nos pères.

59. Que les paroles de cette prière que j'ai faite devant le Seigneur soient présentes jour et nuit au Seigneur notre Dieu, afin que chaque jour il fasse justice à son serviteur et à son peuple d'Israël;

60. Afin que tous les peuples de la terre sachent que c'est le Seigneur qui est le *vrai* Dieu, et qu'après lui il n'y en a point d'autre.

61. Que notre cœur aussi soit parfait avec le Seigneur notre Dieu, afin que nous marchions selon ses préceptes, et que nous gardions *toujours* ses ordonnances, comme *nous faisons* en ce jour.

62. Le roi et tout Israël avec lui immolèrent donc des victimes devant le Seigneur.

63. Et Salomon, pour hosties pacifiques, égorgea et immola au Seigneur vingt-deux mille bœufs et cent vingt mille brebis. Et le roi avec les enfants d'Israël dédièrent *ainsi* le temple du Seigneur.

64. En ce jour-là le roi consacra le milieu du parvis qui était devant la maison du Seigneur, en y offrant des holocaustes, des sacrifices et la graisse des hosties pacifiques *sur un autel qu'il y fit faire,* parce que l'autel d'airain qui était devant le Seigneur était trop petit, et ne pouvait suffire pour les holocaustes, les sacrifices et les graisses des hosties pacifiques, *quoiqu'il eût vingt coudées de long et autant de large.*

65. Salomon fit donc alors une fête *très-célèbre pendant sept jours;* et tout Israël *la fit aussi* avec lui, une grande multitude étant accourue, depuis l'entrée d'Emath, jusqu'au fleuve d'Egypte, *et étant demeurée* devant le Seigneur notre Dieu pendant sept jours et sept jours, c'est-à-dire pendant quatorze jours.

66. Au huitième jour, il renvoya les peuples, qui, bénissant le roi, s'en retournaient dans leurs maisons avec allégresse et le cœur plein de joie pour tous les biens que le Seigneur avait faits à David, son serviteur, et à son peuple d'Israël,

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Tunc congregati sunt omnes majores natu Israel cum principibus tribuum, et duces familiarum filiorum Israel (1). Quemadmodum cùm David transferre voluit arcam in suam civitatem, id est, in arcem Sion, in quâ illi ad breve aliquod tempus domicilium erexerat, congregavit electos è populo ad triginta millia, lib. 2 Reg. cap. 2, sic etiam Salomon ad parentis exemplum electos accersivit Israel, ut cum majori celebritate ac gloriâ templum recens à se excitatum dedicaret Domino, et arcam in illud cum dignitate traduceret. In primis advocavit majores natu, quibus ætas, et cani, et multarum rerum experientia, et usus conciliare possent auctoritatem. Item principes tribuum: hi verò sunt duodecim, pro tribuum numero. Sicut enim hoc nostro ævo nobilium familiarum principes quidam sunt, qui illius familiæ ac generis capita dicuntur, sic etiam duodecim tribuum totidem à Deo designata sunt capita, qui tribuum suarum nomen et causam sustinerent, et illas in seipsis, quoad ejus fieri posset, repræsentarent. De quibus sic Deus ad Moysem Numer. cap. 1, v. 4: *Erunt vobiscum principes tribuum, ac domorum in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina: de Ruben, Elisur filius Sedeur. De Simeon, Salamiel filius Suris Adai. De Juda, Nahasson filius Aminadab*, et sic de reliquis. Quod deinde repetit cap. 2. Horum autem primogeniti parentum loco suarum tribuum principes dicebantur, et capita. Ut autem duodecim tribuum totidem numerabantur principes, sic etiam aliarum familiarum, quas alii Patriarcharum filii propagârunt, qui quoque duces et capita fuerunt. Hos olim convocavit Moyses cùm dedicare voluit tabernaculum, Numer. c. 7, qui suo et suorum nomine in tabernaculi sumptus munera obtulerunt quàm potuêre maxima. Ad Moysis, opinor, imitationem, David et Salomon principes advocârunt familiarum et tribuum, ille ad tabernaculum, hic ad templum, quod magnâ religione ac sumptu uterque construxerat.

Vers. 2.— Convenitque ad regem Salomonem universus Israel in mense Ethanim, in solemni die (1). Pro mense Ethanim lib. 2 Par. c. 15, habet: *In die solemni mensis septimi.* Hic porrò mensis noster september est, Hebræorum à captivitate Babylonicâ Tisri, in quo cùm multa sint festa, ut constat ex Hebræorum calendario, illud tamen est celeberrimum quod *tabernaculorum* à Latinis, à Græcis *scenopegia* vocatur, id est, tabernaculorum fixio. De quo Levit. c. 23, v. 34.: *Quinto decimo die mensis hujus septimi erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino.* Hoc porrò festum erat trium illorum unum, ad quæ omne masculinum venire jubetur singulis annis ad locum, quem Dominus elegerit: cùmque tunc elegisset Jerusalem, ad Jerusalem utique venire lex jubet. Sic Deut. c. 16, v. 16: *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit in solemnitate azymorum, in solemnitate hebdomadarum, et in solemnitate tabernaculorum.*

Eo tempore non solùm principes tribuum, et familiarum duces, sed etiam alii omnes è masculino sexu juxta legis præscriptum venturi erant ad decimum quintum diem septimi mensis in tabernaculum; nimirùm ad Gabaon, ubi tunc erat, ut constat 2 Par. c. 1, v. 3; cùm autem eò venturus esset de more populus, edixit Salomon tribuum, populique principibus absolutum jam esse templum, et in

(1) *Alors tous les anciens d'Israël vinrent trouver le roi Salomon dans Jérusalem pour transporter l'arche. Tout Israël s'assembla aussi*, etc. On voit ici une des plus augustes cérémonies qu'on vit jamais sous le peuple Juif. Tout y était extraordinaire, soit pour la grandeur du sujet, qui était la consécration du premier temple que l'on eût bati en l'honneur de Dieu; soit pour la magnificence qui y éclatait de toutes parts, soit pour la durée de cette fête qui se célébra durant sept jours suivis de sept autres destinés à la solemnité des tabernacles; soit enfin pour la multitude innombrable de tout un peuple qui s'y était rassemblé. Dieu ayant dessein de nous tracer sur la terre comme un crayon de cette gloire infinie qui accompagnera la dédicace du temple du vrai Salomon, qui doit se faire dans le ciel à la fin des temps, comme la nomme saint Augustin, ne pouvait guère nous en donner une figure plus sensible, et qui nous fît soupirer davantage vers cet heureux temps. Que la vue donc de cette magnificence de la dédicace d'un temple terrestre nous fasse élever les yeux de la foi, et comme passer en esprit jusque dans le ciel, pour y contempler cet autre temple et cette autre Jérusalem céleste, dont nous devons faire partie nous-mêmes. (Sacy.)

(1) Alleg. dedicatio templi significabat dedicationem Ecclesiæ, et cujuslibet templi christiani, de quâ vide nostrum Martinum de Roa lib. de Natali die cap. 21.

Tropolog. significabat dedicationem animæ sanctæ, præsertim B. Virginis, de quâ vide Petrum Damiani, serm. 2 de Nativitate B. Virginis, ubi illam cum templo Salomonis comparat. Quomodò anima fiat domus et templum Dei, docet Philo lib. de Cherubim, S. Macarius homil. 1 et 10, S. Bernardus serm. de Dedicat. (Corn. à Lap.)

illud transferendam arcam; quare curarent pro suâ quisque parte, ut quod facturi essent populi in Gabaon, id facerent in Jerusalem, ubi templum jam erat, id est, stabile Domini tabernaculum, ubi obire possent solemnem illum diem designatum à lege, et interesse templi dedicationi. Quod illi edictum susceperunt libenter, et quod in mandatis acceperant tam ipsi, quàm universi de populo præstiterunt. Fuisse porrò ante Ægyptium tempus quædam mensium, imò fortassè omnium mensium nomina, quorum aliqua sub hoc tempus adhuc erant in usu, diximus supra c. 6, in principio. Mensis autem septimus ideò creditur dictus Ethanim, id est, fortium, quia eo mense fortes sunt, atque maturi fructus; aut quia in eo mense, si posteriora secula intuearis, multa fuerunt et celeberrima festa, quæ, si quidpiam aliud, fortitudinis nomen addere temporibus potuerunt.

Vers. 3 et 4. — Veneruntque cuncti senes de Israel, et tulerunt arcam sacerdotes, et portaverunt arcam Domini, et tabernaculum fœderis, et omnia vasa tabernaculi, quæ erant in tabernaculo. Cùm ergo senes, et cum illis magni populorum conventus confluxissent, ex arce Sion sacerdotalibus humeris ad novum templum arca translata est, et cum ipsâ tabernaculum fœderis, et cum illo instrumenta omnia, quorum erat in tabernaculo sacer, et quotidianus usus, quæ ut in tabernaculo priùs, sic etiam postea in templo servierunt. Quod autem fuerit tabernaculum illud, quod nunc in templum dicitur fuisse translatum, non est omninò certum. Quidam Davidicum esse putant, alii Mosaicum, quod sub id tempus erat in Gabaon. Plerique eò inclinant, ut putent tabernaculum esse Mosaicum; ita Josephus lib. 8 Antiq. c. 2, Ribera lib. 1 de Templo c. 2, Serarius hoc loco, Abul. 2 Par. c. 15, q. 15, neque hujus sententiæ rationes sunt infirmæ. Prima, quia illud tabernaculum dicitur fœderis, quod nomen de tabernaculo Moysis sæpiùs auditur. Neque illud *fœderis* additum esset ab scriptore sacro, nisi eâ notâ distinguendum esset ab aliis. Adde quòd David pro arcâ nullum compegit mobile tabernaculum, sed domum in quâ sub pellibus collocavit arcam. Sic enim David ipse, lib. 2 Reg. cap. 7, v. 2, ad Nathan: *Vides quòd ego habitem in domo cedrinâ, et arca Dei posita sit in medio pellium,* et clariùs lib. 1 Par. c. 15, v. 1: *Fecit quoque sibi domos in civitate David, et ædificavit locum arcæ Dei, et tetendit ei tabernaculum.* Ubi tabernaculum non videtur compactum è tabulis, sed contextum è pellibus: tabulæ enim non tenduntur, sed pelles. Quòd si arca Dei in civitate David foret in tabernaculo, quod transferri posset, eo translato, non erat cur in domo David habitare non sineret Pharaonis filiam, quam ideò in aliam domum migrare fecit, ne domum inhabitaret ab arcæ conspectu sanctificatam; Paral. lib. 2, c. 8, v. 11: *Non habitabit* (ait Salomon) *uxor mea in domo David regis Israel, eò quòd sanctificata sit, quia ingressa est in eam arca Domini.* Neque aliter puto fuisse arcam in domo David, quàm fuerat priùs in domo Abinadab in Cariathiarim, et postea in domo Obededom, nisi quòd domus David erat ornatior. Neque tam esset Jeremias sollicitus de subducendo Chaldæorum furori tabernaculo quod cum arcâ in speluncâ quâdam servari voluit, nisi illud tot seculis esset sanctificatum; ab arcâ, et tanto in honore ab Israelitis semper habitum. De quo vide lib. 2 Mach. c. 2. Inductum est igitur in templum tabernaculum Moysis, in eoque religiosè servatum in aliquo loco penitiori, donec à Jeremiâ inde sublatum est, et exemptum Chaldæorum imperio.

Hoc porrò tabernaculum variis temporibus varia subinde loca permutavit. Primùm, quamdiù filiorum Israel peregrinatio duravit, nullum habuit locum, in quo certam haberet sedem; ubi verò subacta terra Israelitarum habitationi promissa, ad tempus usque Samuelis stationem habuit firmam, et suam in Silo, in Ephraimitide videlicet sorte, Josue c. 18. Postea traductum fuit in Nobe, eo fortassè tempore quo capta fuit arca, ut putant Augustinus, Euthymius, et recentiores quidam, ad illud Psal. 77: *Et repulit tabernaculum Silo.* Fuit autem in Nobe, quo tempore David, ut Saülis declinaret furorem, in Palæstinam profectus est. Non longè indè migravit in Gabaon, ut habes lib. 2 Paral. cap. 1. Ac tandem ex Gabaon in templum, donec à Chaldæis excisum est, et inde ad speluncam, de quâ Machab. lib. 2, cap. 2. Quid deinde actum fuerit de tabernaculo, nihil certum habemus.

Vers. 5. — Et immolabant oves et boves, absque æstimatione et numero. Quo modo atque ordine immolatæ fuerint innumerabiles hæ victimæ, non constat. Illud certum, in ipsâ pompâ atque traductione arcæ vim illam tantam victimarum fuisse consumptam. Sic enim proximè: *Omnis multitudo Israel, quæ convenerat ad eum, gradiebatur cum illo* (Salo-

mone) *ante arcam, et immolabant oves et boves,* etc. Quare credo eum in sacrificando Salomonem servâsse modum, quem aliis pater in transferendâ arcâ ex domo Obededom ante præscripserat lib. 2, c. 6, v. 13, nempe ut ad sextum quemque passum bos immolaretur, et aries. *Cùmque transcendissent, qui portabant arcam Domini, sex passus, immolabant bovem, et arietem.* Lubet hic adjicere quod tradit Josephus lib. 8, c. 2, de hâc arcæ solemni traductione : « Accesserunt, inquit, illò, cum victimis tam rex quàm populus ac levitæ, libaminibus ac hostiarum sanguine viam perfundentes, et infinitam vim odoramentorum adolentes et ut circumquàque totus aer suavitate repletus etiam longè remotis sentiretur, constanti omnium opinione adventare Deum ad inhabitandum recens extructum et dedicatum sibi locum : nam neque hymnos canentibus, neque choreas ducentibus lassitudo est oborta, donec ad templum pervenirent. »

Vers. 6. — Intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum sanctorum, subter alas cherubin. Hæc obscura non sunt : tantùm enim docent, quem in locum fuerit arca fœderis illata, in secessum nimirùm interiorem, qui Sancta sanctorum dicitur ; in locum illum, quem duo cherubin ex oleagino ligno à Salomone fabricati alis obumbrabant. Illud hic notandum, ex hoc loco argumentum aliquod deduci ad illius sententiæ fidem, quæ dicebat aliquod in domo interiori esse altare, id est, excelsum aliquem locum, cui insideret arca, quam alii in ipso oraculi solo putant esse locatam, quâ de re supra c. 6, ad v. 20. Nam antequàm arca in Sancta sanctorum esset illata, certus aliquis locus illius esse dicitur, quem locum cherubinorum alæ desuper tegebant, obumbrabantque, ubi statim aliquid occurrit eminentius, cui insistant, et supra quod alas suas expandant cherubini.

Vers. 7. — Siquidem cherubin expandebant alas super locum arcæ, et protegebant arcam, et vectes ejus desuper. De alis cherubin diximus c. 6, à versu 23. Nunc verò videndum an hi solùm cherubini fuerint in templo Salomonis cum arcâ ; vel etiam fuerint alii duo, quos minori quidem mole, ex auro tamen solido conflavit Moyses, qui alio quodam modo tegebant, mediamque videbantur arcam amplecti expansis alis, non tamen ita ut parietes attingerent extremæ pennæ, sed ut alterius extremæ alterius extremas alas contingerent, et se vicissim, et subjectam arcam simul intuerentur. Communis est sententia, quatuor arcæ adesse cherubinos, duos affixos, quos Moyses arte conflârat, quique ab arcâ separari non poterant, quia in unum cum illâ corpus coaluerant, duos tantùm assistentes, et ab arcâ sepositos, quos à Salomone fabricatos esse diximus. Hi duo Salomonii orientem solem spectabant secundùm arcæ longitudinem, et tam arcam, quàm duos alios cherubinos Mosaicos inferiores habebant, et pansis obumbrabant alis, Mosaici verò cherubini ad aquilonarem et australem plagas conversi utrique lateri secundùm latitudinem adhærebant. Ita Abulensis Exod. c. 18, q. 25 ; Beda de Templo c. 13 ; Ribera lib. 2 de Templo, cap. 7 ; Villalpandus tom. 2, in cap. 4 Ezechielis. Quod mihi etiam valdè placet : neque enim est verisimile Mosaicos cherubinos ab arcâ Mosaicâ, cum quâ unum omninò corpus effecerant, à Salomone fuisse revulsos.

Et vectes ejus desuper. De vectibus, aut perticis oblongis, quibus arca à sacerdotibus portabatur, habes Exod. c, 2, à v. 12 : *Facies quoque vectes de lignis settim, et operies eos auro ; inducesque per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Ex quo colliges, neque unquàm ab arcâ vectes esse sublatos, neque à Salomone postea ex annulis eximi debuisse. Addit Josephus secundùm arcæ longitudinem, infixos esse annulos, et vectes trajectos, lib. 3 Ant. c. 6 : « Ex utroque, inquit, longiori latere inerant annuli aurei duo totum lignum penetrantes, et per eos vectes aurati utrinque trajecti, ut quoties opus esset utrinque transportari posset, neque à jumentis vehebatur, sed sacerdotum humeris transferebatur. »

Vers. 8. — Cumque eminerent vectes, et apparerent summitates eorum foris Sanctuarium ante oraculum, non apparebant ultra extrinsecus, qui et fuerunt ibi usque in præsentem diem. Hic locus nonnihil est implexus, qui in varias cogitationes adduxit interpretes, et oritur gravior inde difficultas et labor. Nam tabernaculum Mosaicum templo Salomonio, domo nimirùm Dei, quæ in Sancta dividitur et Sancta sanctorum, duplo erat angustius (ut ex mensuris constat, quas habemus Exod. c. 26, sanè Josephus lib. 3 Antiq. c. 5, longum esse dicit triginta cubitos, latum duodecim). Neque ex arcâ, quæ suam sibi sedem habebat

in oraculo, juxta divinum præceptum vectes unquàm extrahebantur. Nunc autem oraculum longè capacius non videtur arcam cum vectibus capere potuisse; alioqui non diceretur vectium summitas extra Sanctuarium apparere.

Rabb. Salomon citatus à Lyrâ, tam longos fuisse dicit vectes, ut illorum capita, quæ directò ad portas ferebantur oraculi, ab his, qui exteriùs erant, videri potuerint; non tamen nuda, sed interposito velamento, quo duæ templi distinguebantur partes, quod foras impellebant porticorum capita; et sic intuentibus apparebant tecta; quomodò plena feminarum ubera, quæ non ita teguntur velo, ut non ipsa suo se tumore prodant. Sed errat hìc Rabbinus, ut alibi millies: neque enim vectes, aut si quid aliud latebat in oraculo, impellere poterant, aut attingere velamentum, cùm ante illud murus esset, et in muro portæ, quæ utramque domum interjectæ dividerent. Sanè si Rabbinus iste de tabernaculo Moysis loqueretur, magis esset ferendus; at cùm hìc de Salomonis templo sermo sit, non video quæ possit esse veritatis species.

Alii extractos esse dicunt vectes ex arcâ non omninò, neque enim extrahi poterant, ita ut non essent cum arcâ conjuncti; sed paululùm versùs oraculi portam prolongati, ut vox habet Hebraica; quod ideò videtur factum, ut in destinato loco posset arca collocari commodiùs: nam vectes ex alio latere prominentes obstare possent, quominùs adverso domûs interioris, et extremo muro propiùs posset admoveri arca, atque ideò produci potuerunt, usque ad oraculi portam, ita ut ab his, qui propè aderant, videri potuerint. Quod miror cuiquam placuisse, nisi dicamus vectes illos viginti cubitorum habuisse longitudinem, quantùm nimirùm longitudinis oraculum habuit, quod sanè videtur creditu difficile.

Quare placet quod plerique alii interpretum opinantur, nempe vectes arcæ quæ in medio interioris domûs erat locata, habuisse capita ad januam obversa longiusculè ab oraculi januâ; quare videri poterant ab his, qui in exteriori domo non procul essent; ab aliis verò non item. Quòd ad januam accederent vectium extrema, ab his etiam videri potuissent, qui aliquantulùm distarent ab aditu. Quòd autem perticarum capita oraculi portam non attingerent, sic mihi persuadeo, atque aliis non difficilè probatum iri puto, quia eodem loco arca cum eisdem vectibus fuit in tabernaculo, atque postea in Salomonis templo: cùmque tabernaculum duplo penè esset angustius, ut paulò ante dicebamus, caperetque laxè arcam cum suis vectibus, quos nunquàm licebat ab arcâ distrahi, cur existimabimus eidem moli angustum esse templum, cujus longè major erat amplitudo, cui tabernaculum antea non esset angustum?

Verba autem textûs, quæ aliquantulùm videntur impedita, et dubia, sic explico: *Cùmque eminerent vectes*, nimirùm ab arcâ, quia multò erant arcâ longiores, et ideò necesse erat, ut propiùs quàm arca ad oraculi introitum accederent: eminebant itaque vectes non ab oraculo, sed ab arcâ. *Et apparerent summitates eorum foris Sanctuarium ante oraculum.* Trabium capita ad eam partem, quæ erat ante oraculum, id est, ante arcam, quæ propriè oraculum dicitur (unde domus interior oraculi sibi nomen assumpsit, erat autem directò ante arcam oraculi ostium), extra Sanctuarium videbatur ab his, qui erant ante oraculum, id est, ad oraculi aditum. *Non apparebant ultra extrinsecùs*, id est, illis tantùm apparebant vectium summitates, qui aut ad ipsum ostium accesserant tabernaculi, aut qui certè proximè constiterant, quia nimirùm locus erat obscurus, et longiusculè vectes aberant ab aditu. Non autem apparebant iis, qui magis essent remoti (id enim valet, *ultra extrinsecùs*, id est, magis ultra, aut extra oraculum), qui oculis assequi non poterant id quod solùm videri poterat ex arcâ. Hoc clariùs et omninò discimus ex lib. 2 Par. c. 5, v. 9: *Vectium autem, quibus portabatur arca, quia paululùm longiores erant capita, parebant ante oraculum; si verò quis paululùm fuisset extrinsecùs, eos videre non poterat.*

Qui et fuerunt ibi usque in præsentem diem. Sicut vectes juxta Domini præceptum Exod. 25, nunquàm ex arcæ annulis fuerunt extracti, quamdiù fuit in tabernaculo Moysis, sic etiam quamdiù in templo fuit ad tempus usque illius, qui scripta hæc tradidit sacris monumentis, quicumque ille fuit, de quo, ut in Prolegomenis diximus, nihil habemus certum. Est autem verisimile, sicut nunquàm antea, sic etiam neque ulteriori ævo vectes ab arcâ fuisse distractos.

Vers. 9. — In arca autem non erat aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ. Quod hìc dicitur de duabus tabulis in arcâ conclusis, idem etiam habetur lib. 2 Par. c. 5, v. 10: *Nihilque erat aliud in arcâ nisi duæ tabulæ, quas posuerat Dominus in Horeb.* Huic tamen loco adversari videtur alius ex Epistolâ ad Hebræos c. 9, v. 4,

ubi Apostolus Aaronis virgam, quæ fronduerat, et manna in aureâ urnâ inclusit. Cùm enim ageret de Moysis tabernaculo, ait : *Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, et arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in quâ urna aurea habens manna, et virgam Aaron, quæ fronduerat, et tabulæ testamenti.* Ex hoc loco Cajetanus colligit hanc Epistolam neque Pauli esse, neque pondus habere canonicæ fidei, quasi aliquid hìc videat Scripturæ contrarium. Propter quod vir tantus malè, neque immeritò ab aliis accipitur. Alii magis moderatè ac piè conciliare student hæc duo loca, quæ non satis videntur inter se convenire, quod multis faciunt modis ; idque non inscitè, neque sine aliquo, eoque non vulgari pondere, quorum referre cogitationes, quia res gravis, et à multis exagitata, nonnullum erit operæ pretium.

Quidam omninò negant in arcâ fuisse virgam Aaron, et auream urnam habentem manna. Ita Lyranus in hunc locum, Abulensis ibidem q. 6; Cajetanus, et Burgensis in Epistolà ad Hebræos; Ribera lib. 2 de Templo, c. 2; Azor t. 1, lib. 6, c. 47, et alii quidam, qui variè hunc locum cum Pauli Epistolâ componunt, quæ omnia Ribera loco proximè citato tractat diligenter, et putat illud *in quâ*, non referri ad arcam, ubi urnam, et virgam esse negat, sed ad tabernaculum, quod licet apud Latinos generis sit neutrius, apud Græcos tamen generis est feminei, neque nostro est inusitatum interpreti, ut in translationibus originalis linguæ genus servet et phrasim. Quare putant non intra arcam, sed proximè in tabernaculo ista duo fuisse conclusa. Cùm autem videret huic cogitationi vehementer obstare, quod in eodem Pauli loco proximè sequitur, *superque eam cherubini gloriæ obumbrantia,* neque enim cherubin tabernaculum, sed arcam obumbrabant, propterea aliam addit solutionem, et illud, *in quâ*, referendum dicit ad testamentum, quod statim in obliquo arcæ subjicitur. Est autem testamentum Græcè διαθήκη generis feminini. Hoc porrò testamentum adumbrabant cherubini, quia lex, id est, Deuteronomium, juxta arcam erat in tabernaculo, ita ut à cherubinorum alis obumbrari potuerint. Sed multa hinc apparent valdè contorta, quæ nonnisi admodùm durè trahuntur ad textum. Quare tertiam addit explicationem, et illud, *in*, idem significare putat, quod *cum*, in hunc sensum : « Cum arcâ erant etiam in tabernaculo urna « manna, et virga Aaron, et tabulæ testamenti. » Quasi diceret : Non erat arca solùm in tabernaculo, nam præter illam erant etiam hæc tria ; sed quonam loco essent, intrane, aut extra arcam ? non dixit, brevitatis gratiâ, ideò subdidit : « De quibus non est modò dicendum « per singula. » Et quidem *in*, aliquando idem valere quod *cum*, ipse docet Ribera, exemplisque confirmat. Quod nos etiam diximus, exemplisque probavimus super Ezechielem ad illud, cap. 16 : *Et fornicata es in filiis Assyriorum*, id est, cum filiis Assyriorum. Sed sanè cùm eodem textu filoque sermonis *in* aliter sumatur, in propriâ nimirùm magisque communi significatione, cùm de tabulis sermo est, quæ sine dubio fuerunt intra arcam, et eodem ordine copulentur alia, durum est ab eodem loco velle distrahere, quæ eâ ratione copulentur, et aliud in uno loco, et aliud in alio sibi velle, cùm eodem prorsùs modo omnibus applicetur. Neque unius vocis semel in aliquo loco positæ, et cum multis aliis eodem ordine copulandæ, aut mutari solet, aut debet significatio. *In*, ut vides semel tantùm ponitur, atque ideò in singulis vocibus iteranda, hoc modo : « In quâ « urna aurea habet manna, et in quâ virga « Aaron, quæ fronduerat, et in quâ tabulæ « testamenti. » Quis non videt eamdem ubique esse propositionis *in* vim ? et hæc eadem ratio solvit illorum cogitationem, qui altero loco putant *in* idem esse quod *juxta*. Nam licet *in* hoc aliquando valeat, tamen non videtur in eodem textu tantam fieri debere mutationem.

Quare dicendum videtur, ut apertè docent verba Pauli, intra arcam fuisse cum duabus tabulis lapideis urnam, manna, et virgam Aaronis. Quod docent ad hunc Pauli locum interpretum plerique, August. q. 105 in Exod., S. Thomas, Theophylactus, OEcumenius, Salmeron, et plures alii in Paulum. Montanus in Apparatu lib. de Siclo. Et quidem locis, quæ contrarium suadere existimantur, adhiberi potest multiplex, neque omninò incommoda, aut infirma solutio. Quidam sic nodum istum expediunt, ut sermo hìc tantùm sit de legibus quas Dominus universè Israeli præscribit, ex quibus illæ tantùm servabantur in arcâ, quas suo digito Dominus tabulis inscripserat : non tamen negatur aliquid aliud præter tabulas ipsas in arcâ concludi. Quòd verò leges aliæ extra arcam servatæ fuerint in tabernaculo, constat ex cap. 31 Deuteronom. v. 24 : *Postquàm ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit, præcepit Levitis, qu*

portabant arcam fœderis Domini, dicens : Tollite librum istum, et ponite eum in latere arcæ Domini. Quæ solutio mihi difficilis non est. Porrò tamdiù puto ad latus arcæ positum, servatumque Deuteronomium, donec constructum fuit à Salomone templum. Cùm enim non esset locus, in quo servari tutò ac religiosè posset extra interiorem illum secessum, ibi ad templum usque Salomonis repositum est. At cùm in templo gazophylacia essent et secessus alii, ut possent res sacræ servari commodè, sublatum est inde Deuteronomium, et in aliud templi conclave traductum. Sanè inter templi thesauros fuisse repertum, legimus lib. 2 Par. c. 34, v. 14 : *Cùmque afferrent pecuniam, quæ illata est in templum Domini, repetit Helcias sacerdos librum legis Domini per manum Moysi.*

Alii dicunt, licet antiquioribus seculis in arcâ non fuerit virga, et urna, fuisse tamen posterioribus, in quibus etiam vixit Apostolus. Ita putant Theophylactus in locum Pauli, et Bellarminus t. 1, lib. 1, cap. 17; Canus 2, de Locis cap. 11; Michael de Medina, lib. 6 de rectâ in Deum Fide, c. 25. Qui credunt tempore, quo à Babyloniis excisum fuit templum, à Jeremiâ, ne virga Aaronis et urna perirent, fuisse in arcam conclusa. Aut certè cùm postea à gentilibus plurima passum esset templum, quorum prædæ atque impietati patuerat, Græcorum videlicet, et maximè Antiochi; et postea Romanorum tempore Pompeii, statuerunt sacerdotes, aut quibus commissa fuerat sacrorum, templique custodia, quæ juxta arcam antea fuerant jussa reponi, illa intra arcam, tutiori videlicet loco clauderentur. Quæ tempora assecutus est Apostolus. Hæc tamen solutio duobus maximè laborat incommodis. Alterum est, quia nondùm est certum an in secundo templo à Zorobabele collocata fuerit arca, quam ex priori Jeremias sustulisse traditur, et in speluncam abdidisse. Certè Josephus negat lib. 6 de Bello c. 6, quo tempore templum eversum est à Romanis, aliquid fuisse intra Sancta sanctorum. « Intima, inquit, templi pars viginti cubitorum « erat; discernebatur autem similiter velo ab « exteriori : nihilque prorsùs in eâ erat positum, « inaccessa verò, et inviolata, et invisibilis omnibus habebatur, Sanctumque sancti vocabatur. » Alterum est, quia, ut satis constat è litterâ, Paulus non de Salomonis templo, et multò minùs de secundo Zorobabelis loquebatur, sed de tabernaculo Moysis; quare ista solutio non satis videtur ad adversariorum objectionem.

Placet magis, et omninò, fuisse primùm in arcâ virgam et urnam, non quia pro illis esset destinatum augustum illud claustrum, et insigne sacrarium, quod erat quasi quoddam legis archivium, seu tabularium; sed quia cùm instabile esset, et vagum tabernaculum, non satis commodè videbantur alio in loco virga, et urna locari, aut traduci posse commodiùs : cùm autem extructum fuit templum, id est, stabile Domini, atque arcæ domicilium, fueruntque loca religiosa, et lauta; ubi duo illa divinæ liberalitatis, atque providentiæ monumenta cum dignitate servarentur extracta fuerunt ex arcâ, ut suis deinde sedibus, quasi in thesauris reposita servarentur. Quod licet paulò obscuriùs, indicat tamen hic locus, in quo nunc nostra versatur opera; ideò enim dicitur in arcâ nihil fuisse tunc aliud, præter tabulas legis, quia ante illud tempus aliquid aliud fuerat in arcâ repositum; quod tunc ideò videtur extractum, quia arca pro servandis tabulis erat instituta : aliorum autem non erat tam domus propria, quàm ad breve, definitumque tempus commodatum hospitium, donec propriam haberet domum, quod cùm jam haberet in templo novo, non erat, cur alienam domum deberet occupare diutiùs.

At dices jussum esse à Deo Num. 17, v. 10, ut virga Aaron in tabernaculo servaretur, non in arcâ, et idem de urnâ aureâ, manna Exod. 16, v. 33. Respondeo neque hoc, neque alio loco prohiberi, aliud quidpiam in arcâ concludi. Quare non est mirum, si Moyses tunc, aut alii sacerdotes, cùm Moyses in vivis esse desiit, quia id putabant ad religionem pertinere, ad certum aliquod tempus simul cum tabulis in arcâ servaverint. Et fortassè eâ de re mandatum postea accepit à Domino Moyses, sicut alia plurima accepisse creditur, quæ tamen sacris monumentis mandata non sunt. Sanè multa scripta sunt alibi à scriptoribus sacris, quæ pondus habent canonicæ fidei, quæ tamen suis temporibus à Moyse fuerunt prætermissa. Quàm multa sunt de hoc ipso tempora, eaque illustria quæ nunc ignoraremus, nisi in libro Sapientiæ à capite 16, ad finem usque libri legissemus. Quis unquàm audivit in libro à Moyse conscripto flevisse Jacob cùm luctaretur cum Angelo ? At illud habemus apud Oseam c. 12, v. 4. Neque desunt in Paulo ejusmodi exempla, qui aliquando supplet, quod fuerat priùs à Moyse præteritum. Non tradit Moyses illorum sapientium et Magorum nomina, qui c. 7, v. 11, sese in Ægy-

pto opposuêre Moysi ; at docuit Paulus 1 ad Tim. cap. 3, v. 8. qui illos docet appellatos esse Jamne et Mambre. Non habemus à Moyse respondisse ipsum Deo : *Exterritus sum, et tremebundus;* sed habemus à Paulo Epist. ad Hebr. 12, v. 21. Ut ergo Paulus multa alia tradidit, quæ non tradiderunt Evangelistæ, sic etiam alia, quæ ab aliis fuerunt scriptoribus omissa; aut quia ex antiquâ traditione didicerat, cùm esset antiquæ legis scientissimus, quique operam strenuam dederat Gamalieli magistro, ut putat Theophylactus, aut potiùs, quia ut divinitùs accepit Evangelium, sic puto de antiquâ lege plurima etiam accepisse divinitùs.

Illud ad extremum addo, quibusdam videri difficile, in arcam, quæ duos tantùm cubitos et semissem longitudinis habuit, ut constat Exod. cap. 25, v. 10, Aaronis virgam, quam baculum esse putant, potuisse concludi. Ego primùm puto viatorium baculum ad hominis commodum usum brevem non esse, etiamsi longitudinem arcæ non excedat. Deinde credo virgas illas, quæ allatæ sunt in tabernaculo, ut ex illarum germinatione constaret, quod esset Domini de summo sacerdote judicium, non esse viatorias, sed quas conferre voluerunt familiarum principes ad illam electionem sacerdotis maximi, in quibus principum inscriberentur nomina, ut faciliùs illæ distinguerentur ab aliis certâ notâ, cui sacerdotium summum germinans divinitùs virga detulisset. Aut fortassè virgæ fuerunt principibus illis tribuum familiares, et eorum magistratuum, atque ordinum insignia. Quales habuerunt quondam reges et duces exercituum, quos Hispani *bastones* appellant, quæ non tam levant, ac sustinent incumbens corpus, quàm oneri sunt; sicut regum sceptra, quæ non tam hominem portant, quàm cum dignitate portantur ab homine. Quòd si baculum fuisse statuamus, eumque longiorem arcâ testamenti, quodnam tantum esset scelus, si dicamus partem aliquam ejus fuisse detruncatam, ex eo loco, ex quo neque frondes, neque surgentes gemmæ, neque erumpentes jam fructus prodierunt?

VERS. 10. — FACTUM EST AUTEM CUM EXIISSENT SACERDOTES DE SANCTUARIO, NEBULA IMPLEVIT DOMUM DOMINI (1). Quamdiù arca non erat in sanctuarium, seu, ut vocatur alibi, oraculum sæpiùs, introducta, non censebatur ille locus adeò religiosus et sacer, ut sacerdotes alii, qui non essent summi, ab illius prohiberentur

grande de la haute majesté de Dieu, qu'une circonstance si remarquable. Il ne fait point éclater sa gloire ni par des rayons d'une lumière brillante, ni par des foudres ou par des éclairs. Et il se sert seulement d'une nuée, comme pour apprendre aux hommes que toutes ces pompes extérieures et toutes ces magnificences d'un temple même tout brillant d'or perdent leur éclat en sa présence. Il est marqué que les prêtres, tout obscurcis par cette nuée ne pouvaient plus s'acquitter des fonctions de leur ministère, pour nous figurer en quelque sorte que ceux qui semblent par leur dignité s'approcher plus près que les autres de la gloire du Seigneur, sont aussi plus que les autres pénétrés de sa grandeur infinie, qui fait disparaître tout à leurs yeux pour ne voir plus que lui seul, quoiqu'ils ne puissent le voir en ce monde que sous les nuages et les obscurités de la foi. Mais plût à Dieu, disent les saints Pères, que ceux qui approchent aujourd'hui du saint temple, ne fussent environnés que de cette sorte de nuée qui accompagne la vraie foi, et non d'une autre qui naît de leur propre fonds, et d'un fonds de corruption et d'aveuglement ! Plût à Dieu que l'amour du monde et des ensorcellements du monde ne leur causât point un esprit d'étourdissement qui les empêche, comme il est dit en ce lieu, de se tenir debout dans le temple : *Non poterant stare!* Ce n'est point Dieu qui habite dans cette nuée, mais c'est l'esprit de ténèbres.

Saint Grégoire nous a encore expliqué d'une autre manière cette nuée qui remplit le temple de Salomon, et qui empêchait les prêtres de s'acquitter de leur ministère. Car il dit que l'orgueil des prêtres Juifs ayant empêché qu'ils ne pénétrassent les divins mystères de la loi nouvelle, ils se trouvaient comme enveloppés d'une nuée au milieu de la lumière de la vérité qui les environnait. « C'est ce qui faisait, « dit ce saint pape, que, lors même que Jésus « Christ leur parlait très-clairement, ses pa- « roles étaient pour eux toutes pleines de « l'obscurité de cette nuée. Car qu'y avait-il, « en effet, ajoute-t-il, de plus clair que ce qu'il « leur dit : *Nous ne sommes qu'un, mon Père « et moi?* Et comment leur pouvait-il encore « parler plus clairement, qu'en leur disant : « *J'étais avant qu'Abraham fût au monde?* Mais « parce que l'incrédulité obscurcissait leurs es- « prits, il est vrai de dire que ces rayons écla- « tants du soleil de la vérité leur étaient ca- « chés par une nuée qui empêchait qu'ils n'en « fussent éclairés. *Emissum solis radium nebula « interjacens abscondebat.* »

« La même chose, continue ce Père, nous « arrive encore à nous autres, qui sommes fidè- « les, qui ajoutons foi aux célestes vérités « qu'on nous annonce, et qui aimons ce que « nous croyons. Car si nous nous laissons ac- « cabler par plusieurs soins inutiles, nous tom- « bons dans une espèce d'obscurité intérieure « qui nous enveloppe comme cette nuée, lors- « qu'il plaît à Dieu de parler à notre cœur.

(1) *Une nuée remplit la maison du Seigneur, et les prêtres ne pouvaient plus faire les fonctions de leur ministère à cause de la nuée, parce que la gloire de Dieu avait rempli tout le temple.* Rien ne pouvait guère nous donner une idée plus

ingressu : sicut olim in tabernaculi interiorem domum, et postea in templi interiorem secessum non admittebantur. Fuit autem hoc omninò necessarium, quomodò enim aliter arca, quæ tam erat gravis, poterat ab uno summo sacerdote induci, et in loco arcæ designato commodè locari? Eamdem ob causam cùm moverentur castra, in domum interiorem intrare poterant cum sacerdote maximo sacerdotes alii; quia quod tunc exigebat ille rerum articulus, sacerdos unus obire non poterat. Vide Numer. c. 4, v. 4. At ubi nihil supererat negotii, quod non nisi à pluribus præstari posset, Deus sibi locum illum sic voluit esse proprium, ut ab uno tantùm sacerdote maximo vellet adiri, idque tantùm semel in anno. Cùmque secundam quoque domum sibi vindicaret, suis tantùm ministris, id est, sacerdotibus patere voluit, cæteramque turbam laicam atque profanam arceri jussit. Atque ideò nebula totam domum implevit, quasi in eâ vellet regium thronum constituere sibi, quod esse nubem, aut nebulam ex Scripturâ sacrâ sæpè didicimus. De nube diximus aliquid in nostris Commentariis super Acta, ad illud c. 1 : *Et nubes suscepit eum ab oculis eorum.* De quâ Psal. 103 : *Qui ponis nubem ascensum tuum*, et in totâ Israelitici populi peregrinatione Deus sæpè dicitur aut apparuisse in nube, aut de nube fuisse locutus. Chrysostomus, Homil. 2 in Acta, nubem cœli symbolum vocat, et divinæ potentiæ signum, et ideò in Ascensione missam esse dicit nubem, quasi regium vehiculum, ut ostenderetur Christus rex esse cœlorum. De nebulâ, seu caligine hoc idem audimus non minùs sæpè. In monte Sinai de medio caliginis vocavit Moysem Exod. 24, v. 16, Exod. 19, Deut. 4 et 5, ad Hebr. 12 : *Posuit tenebras latibulum suum, et caligo sub pedibus ejus.* Quare ut significaret Deus admittere se domum à Salomone constructam, illud signum ostendit, quod suæ præsentiæ voluit esse familiare, quodque homines, qui aliquantulùm essent in lege versati, non ignorabant. Atque ideò Salomon sibi ipsi gratulatus, cùm videret domum obscurari nebulâ, certus de divinâ præsentiâ dixit : *Dominus dixit ut habitaret in nebulâ.* De quo statim.

Hic duo nobis explicanda sunt. Alterum est, an illa nebula, seu caligo tantùm impleverit oraculum, id est, conclave secundum et interius, aut etiam exteriorem domum sacerdotibus omnibus communem et perviam, et adhuc sacerdotale atrium, ad quod profana turba nullum habuit accessum? Placet quod hic opinatur Abulensis q. 8, non tantùm oraculum, et domum illi adjunctam, sed sacerdotale atrium plenum etiam fuisse caligine. Quod ideò probat, quia sacerdotes dicuntur eâ circumfusi caligine, non potuisse ministrare : at sacerdotum ministratio non fuit in oraculo, ubi unus tantùm poterat summus sacerdos ministrare, et in adjunctâ domo nullum tunc poterat esse ministerium, nisi impositio thuris in altari thymiamatis, aut lucernarum compositio, quod opus non erat sacerdotum omnium, sed unius. Exod. 30 : *Adolebit incensum super eo Aaron : quando componet lucernas, incendet illud,* etc. Et sanè Zacharias pater Joannis Luc. 1, solus intraverat in Sancta ad incendendum thymiama, quando illi Angelus apparuit. Præcipua ministratio sacerdotum omnium erat in atrio, ubi cædebantur et immolabantur victimæ, ubi erat altare holocausti, ubi eo die tanta fuit victimarum cædes; tanta illarum oblatio, quanta postea fortassè nunquàm, ut constat infra v. 63, ad quod opus necessarii videbatur, ut quamplurimi ex ordine Levitico primæ dedicationi templi sacrificalem operam impenderent. Quantam enim ministrorum multitudinem esse oportuit, cùm boum viginti duo millia, et ovium centum viginti millia essent sacrificanda? Et quidem lib. 2 Paral. c. 5, v. 11, omnes sacerdotes, quotquot tunc inveniri potuerunt, in illud opus et diem sanctificati sunt : *Omnes,* inquit, *sacerdotes, qui ibi potuerunt inveniri, sanctificati sunt : nec adhuc in eo tempore vices et ministeriorum ordo inter eos divisus erat.* Deinde addit ibi quoque interfuisse Levitas et cantores, et cum iis fuisse centum et viginti sacerdotes, qui tubis canerent. Quot autem ibi intervenisse existimabimus, qui in tantâ celebritate, et infinito penè numero victimarum sacrificalem operam impenderent? Deinde quia Deus præcipuo quodam modo sibi vendicare voluit loca illa, suo præsertim nomini, et cultui consecrata, in quibus nihil esse voluit, nisi sacrum, atque ideò, ut diximus, nebulam offudit, in quâ ipse habitare, et suam ibi hominibus majestatem ostendere solitus est. Quod cùm sacerdotes ex sacris monumentis satis cognovissent, facilè intellexerunt eo in loco Deum stabilem sibi præparâsse mansionem; maximè cùm didicissent præceptum esse à Deo, ne priùs sacerdos in Sancta san-

« *Dùm quibusdam supervacuis curis premimur, obducta confusione caligamus, et velut in nebulâ* « *Dominus auditur.* » (Sacy.)

ctorum introiret, quàm summus ex accenso aromate totam illam domum implêsset, ne quisquam arcam ex domo exteriori conspiceret, idque singulis annis ad mensem septembrem accuratissimè observari viderent. Sic autem Lev. c. 16, v. 12 : *Assumpto thuribulo, quod de prunis altaris impleverit, et hauriens manu compositum thymiama in incensum ultra velum intrabit in sancta, ut positis super ignem aromatibus, nebula eorum, et vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, ut non moriatur.*

Alterum est, qualis fuerit illa sive caligo, sive nebula. Quidam dicunt, ut refert Abulensis q. 8, illam nebulam fuisse nimis lucidam, sicut fuit illa, quæ tunc apparuit, quando Christus transfiguratus est, atque ideò sacerdotes videre non potuisse, quia non minùs splendor magnus impedimento est, dùm oculorum perstringit, et hebetat aciem, quàm densæ nebulæ, dùm oculis tenebras offundunt. Cui cogitationi nonnihil videtur suffragari, quia illa nebula gloria dicitur Dei : *Impleverat enim gloria Domini domum Domini;* gloria verò non aptè cum obscuritate consentit. Sed dicendum est illam nebulam omninò fuisse caliginosam, quod apertè constat ex lib. 2 Par. c. 5, v. 12 : *Ita ut impleretur domus Dei nube, nec possent sacerdotes stare, propter caliginem; compleverat enim gloria Dei domum Dei.* Ex quo loco illorum etiam evertitur cogitatio, qui putant nubem illam, aut nebulam ex unâ parte splendentem et lucidam fuisse, ex alterâ densam et obscuram, qualis fuit illa nubes, de quâ Exod. 14, v. 20 : *Inter castra Ægyptiorum et castra Israel, erat nubes tenebrosa, et illuminans noctem.* Tenebrosa Ægyptiis, lucida, atque illuminans Hebræos. Sed si hæc nebula hoc se haberet modo, illuminaret sacerdotes qui sacro fungerentur munere, profanis, qui extra sacerdotale atrium erant, tenebras objiceret. At sacerdotes dicuntur propter nebulam, et caliginem non potuisse ministrare. De hâc nebulâ sic Josephus lib. 8 Ant. c. 2 : « Postquàm sacerdotes ex sanctuario exiverunt, repentè globus nebulæ non asper, nec qualis hyberno tempore gravidus pluviâ condensatur; sed diffusus ac temperatus in templum influxit. Et primùm sacerdotum visum, ut vix seipsos cernerent, obscuravit. Deinde in omnibus eam cogitationem excitavit, quòd Deus in templum præsens ac libens hoc domicilium sibi optaret. » (1)

(1) Vers. 11. — Et non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam, tum ob reverentiam divinæ majestatis se ostendentis per nebulam, tum quia nebula hæc sensibilior offendebat oculos sacerdotum, eorumque aciem obtundebat et hebetabat. Ita Cajetan.

Impleverat enim gloria Domini domum Domini. Nebulam vocat *gloriam Domini,* quia ipsa erat index et symbolum gloriæ Domini, ut dixi; ideòque erat lucida et splendida. Ita Cajetan.: « Nebula hæc, inquit, et nebula, et caligo, et gloria Domini appellatur. Ex quibus nominibus colligitur, quòd erat nebula per modum caliginis lucidæ, et ratione lucis appellatur gloria, seu potiùs honor Domini; ratione verò formæ appellatur caligo; ratione autem materiæ, nebula; erant enim velut vapores nebulosæ caliginis cum splendore, et propterea sensibiliter offendebant oculos sacerdotum ministrantium in altari. »

(Corn. à Lap.)

Vers. 12. — Tunc ait Salomon : Dominus dixit. ut habitaret in nebula. Videtur hoc loco Salomon sibi de excitato templo gratulari, cùm videat, aut gravi conjecturâ suspicari possit, opus illud regiis elaboratum impensis, probatum et acceptum esse Domino. Quod ex eo homo prudens, et divino illustratus lumine cognovit, quia Dominum habitâsse in caligine didicerat, ut paulò ante vidimus, et subita illa nebula, cùm nulla illius appareret naturalis causa, à Deo videbatur esse diffusa. Ubi autem Dominus dixerit, *in nebulâ,* seu, ut habes 2 Par. 6, v. 1, *in caligine,* habitaturum esse, incertum est. Fortassè id dictum Salomoni fuerat, cùm alia illi Deus revelavit innumera. Sed est, unde id collegerit Salomon, à Domino prædictum. Primùm cùm Levit. 16, v. 12, impleri jussit oraculum fumo, antequàm in illum ingrederetur : tunc enim satis ostendebat velle se, dùm homines adessent, in caligine morari; sed præcipuè id didicit, et omninò apertè ex Levit. c. 16, v. 2 : *In nube apparebo super oraculum.* Illud autem idem esse videtur, quod habitare Dominum in nebulâ. Et quidem cùm primùm antiquum tabernaculum absolutum est, illud implevit nebula; sic ubi absolutum est à Salomone templum, idem à Deo signum datum est. Sic autem de tabernaculo Exod. 40, v. 32 : *Postquàm omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testamenti, et gloria.* Illud ad extremum observandum, apud Septuaginta non reperiri hæc verba, nisi in codice Complutensi; in aliis, et maximè Sixtianis, hæc aut similis sententia reperitur infra v. 54 : *Solem fecit notum in cœlo : Dominus dixit habitare in caligine.* Theodoretus videtur hoc ipso in loco, in quo nunc versamur, legisse, sed paulò aliter : *Solem stravit in cœlo, et dixit ut*

habitaret in caligine. Quod sic explicat Theodoretus, quasi Deus voluerit hominem luce frui splendenti, ac liberè ipsi sibi locum obscurum elegerit ac clausum, templum videlicet, quod in eâ præsertim parte, ubi locata fuerat arca, parùm habebat lucis. Ubi Dei singularis benignitas ostenditur, qui sibi angustum elegit, et obscurum locum, ut nobis laxum et splendidum pararet.

Vers. 31.—Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum, firmissimum habitaculum tuum in sempiternum. Ex his Domini verbis, et obortâ nebulâ sine ullâ naturali causâ, conjectavit Salomon, domum illam et regium studium accidisse Deo non ingratum. Quare ex eo sibi persuasit firmissimum futurum illud opus, et in sempiternum duraturum, quando Deo auctore et auspice inchoatum, et eodem approbante perfectum, et dedicatum est. Abulensis q. 8, hæc verba Deo tribuit, non Salomoni, cui ante promiserat cap. 6, v. 11, sempiternum regnum, si modò in ipsius viis ambularet, et suspicatur, quo tempore cum Salomone locutus est Deus, dixisse illi habitaturum se in nebulâ. Sed hæc verba esse Salomonis ad Deum, non ad Salomonem Dei, liquet ex lib. 2 Par. c. 6, v. 1, ubi hæc eadem repetuntur, quæ proximè à nobis dicta sunt : *Tunc Salomon ait : Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine : ego autem ædificavi domum nomini ejus, ut habitaret ibi in perpetuum.*

Vers. 14. — Convertitque rex faciem suam, et benedixit omni Ecclesiæ Israel : omnis enim Ecclesia Israel stabat. Manserat rex utpote ex laico atque profano ordine, non modò extra tabernaculum, id est, externam domum, sed etiam extra sacerdotale atrium in ipsâ porticu, quæ illius atrii januæ prætenditur. Ille enim principis locus est, ut ex Ezechielis cap. 46, v. 12, videtur colligi posse non difficilè, nisi dicamus stetisse Salomonem in edito quodam loco in atrio Israel, quod aliter appellatur basilica. De quo hæc eadem narrantur lib. 2 Par. c. 6, v. 13 : *Stetit ergo coram altari Domini ex adverso universæ multitudinis Israel, et extendit manus suas : siquidem fecerat Salomon basim æneam, et posuerat eam in medio basilicæ,* etc., *stetitque super eam, et deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israel, et palmis in cœlum levatis, ait.* Inde rex spectabat, quid in atrio sacerdotali fieret, in quo tot victimarum mactabantur millia, in atrio verò filiorum Israel, et in atrio gentium infinita erat Israelitici populi multitudo, quod spatium erat sanè laxissimum, et (ut tradunt Hebræi) illius amplitudini aliquid Deus miraculosum addiderat. An illud ab Hebræis fuerit magis audacter quàm verè dictum, ipsi viderint, mihi certè illorum fides semper levis atque suspecta fuit. Narrant illi decem de suo templo, eaque alibi gentium inaudita miracula, quorum unum est, quantacumque esset hominum multitudo, orationis tamen, et sacrificii tempore stetisse laxè omnes, neque se mutuò aut certè adorâsse laxatos, cùm tamen essent locorum angustiis propter multitudinem coarctati.

Cùm ergo Salomon faciem haberet conversam ad sacrificia sacrariaque, re jam sacrificali peractâ conversus ad multitudinem, quæ hoc loco vocatur Ecclesia, quia, quod hoc significatur nomine multitudo erat in unum locum evocata, seu congregata, cui benedixit, id est, benè precatus est, ut ex longâ oratione, de quâ proximè, constabit magis. Quâ in re imitatus fuisse videtur parentis pietatem, qui cùm primùm arcam in domum suam introduxit, benedixit populo, qui ad celebrem illam pompam undecumque confluxerat, lib. 2, c. 6, v. 17 : *Cùmque complêsset offerens holocausta et pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.* Quid autem in eâ benedictione operaverit, precatusque fuerit David, silet Scriptura : est tamen verisimile affinia aliqua dixisse iis qui in hâc Salomonis benedictione ac precatione legimus. Uterque autem tam David, quàm Salomon didicerunt à Moyse, qui postquàm absolutum vidit, instructumque omni apparatu sacro tabernaculum, benedixit populo, Exod. 39, v. 43 : *Quæ postquàm Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis,* nempe filiis Israel.

Vers. 15. — Et ait Salomon : Benedictus Deus Israel, qui locutus est ex ore suo ad David patrem meum. Ex hoc loco ad v. 22, omnia sunt aperta, et à nobis, ut opinor, satis exposita lib. 2, c. 7, à v. 5. Quæ etiam David repetit lib. 1 Par. cap. 22. His autem verbis tantùm habemus, quo modo David Domino domicilium excitare voluerit, et cùm Deus illius probâsset et admisisset animum, opus tamen ab illo in filii curam et studium derivavit, cui multa promisit, modò ne declinaret à viâ, quam Davidi proximè, et multò ante parentibus ostendisset. Egit ergo gratias Salomon, quòd suo commendâsset generi id, quod nulli unquàm homini à temporibus Ægyptiis præcepisset. Quod singularis beneficii loco ponit, et nunc plurimùm se debere fatetur illius liberalitati, cùm ædificare potuerit domum, in quâ fœderis

locaretur arca, neque dubiis signis ostenderit, quàm accidisset opus illud acceptum.

Vers. 16. — Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu Ecclesiæ Israel, et expandit manus suas in cœlum. Lib. 2 Par. cap. 6, v. 13, dicitur Salomon stetisse in basi, quam in basilicâ, id est, in atrio Israelis excitârat, et deinde cùm se supplicem ad orandum componeret, flexisse genua, et solemni Hebræorum more expansas manus ad cœlum elevâsse. De hâc manuum extensione diximus alibi, quod etiam gentilibus familiare fuit, qui manus ad cœlum levant, vel cùm à Deo precantur aliquid, vel cùm juramento concepto divinam testantur fidem, sicut faciunt Hebræi, ex quorum consuetudine apud Virgilium Sinon lib. 2 Æneid. :

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas,

Et ibidem de Cassandrâ, cùm auxilium sibi è superis oraret :

Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra,
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.

Aristoteles hoc commune, et penè naturale putat orantibus, ut ad cœlum manus supinas attollant. Sic autem ille lib. de Mundo cap. 7 : « Omnes homines ad cœlum manus tollimus, « preces facturi. » Hoc porrò usitatum fuisse Hebræis, et quasi legitimum, docet Paulus Tim. 1, c. 2 : *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus.* (1)

(1) Vers. 22. — Stetit Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesiæ Israel, et expandit manus suas in cœlum. Stabat Salomon in solio suo, donec populo benedixit; sed statim versus in preces, flexit genua, porrexitque in cœlum manus, uti constat ex 2 Paralipomenon 6, 13, et in hoc capite inferiùs, v. 54. Precabantur Hebræi stantes, et primum occurrit hoc in Scripturâ exemplum, flexis genibus precandi; quod tamen deinceps frequenter recurrit. Esdras, flexis genibus, porrectisque in cœlum manibus Deo supplicat. Futurum prænuntiat Isaias 15, 24, Dei nomine loquens, ut sibi *curvetur omne genu.* Daniel flexis genibus et ore ad Jerosolymam verso, ter quotidiè orabat. Servaturum se sibi in Israele dicit Eliæ Dominus septem millia, *quorum genua non sunt incurvata ante Baal.* In novo Testamento S. Petrus, et S. Paulus, et S. Stephanus genu flexo orabant, quorum exemplum universa Christianorum Ecclesia secuta est.

Mos supplicandi porrectis in cœlum manibus, notissimus est tum in Scripturâ, tum pariter in profanis. Psalmista : *Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dùm oro ad te, dùm extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Virgilius de perfido Sinone :

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

Orabant etiam flexis genibus. Ovidius de Acteone in cervum converso :

Vers. 23. — Non est similis tuî, Deus, in cœlo desuper et subter terram deorsum (1). Hæc etiam non obscura sunt ad v. 27. Tantùm enim petit Salomon, ut præstet Deus, quæ parenti Davidi de stabili in suâ progenie imperio promiserat. Exorsus autem est Salomon precationem suam ad Deum oratorum more, dùm illius in promissis constantiam commendat. Quod parentis sui exemplo confirmat, cui Deus non minùs fideliter divinam liberavit fidem, quàm antea obligârat liberaliter. Solent autem oratores eas maximè commendare virtutes in eo, à quo aliquid obtinere student, quas sibi ad suam precationem, et vota maximè vident esse necessarias. Cætera explicatione non egent.

Vers. 27. — Ergone putandum est quòd Deus verè habitet super terram (2)? Non dubitat

Et genibus pronus, supplex, similisque roganti,
Circumfert tacitos, tanquàm sua brachia, vultus.
(Calmet.)

(1) *Seigneur Dieu d'Israël, il n'y a point de Dieu qui vous soit semblable, ni au plus haut du ciel, ni sur toute la face de la terre,* etc. Quand on considère que celui qui parle ainsi était le prince le plus puissant, le plus glorieux, le plus magnifique et le plus riche qui fut peut-être jamais, on ne peut pas n'être point touché de ce profond anéantissement dans lequel il entre en la présence de Dieu. Il n'ose presque lui parler en son propre nom. Il se couvre en quelque sorte de celui de David, son père. Il ne parle que de lui. C'est sur ce David qu'il prie Dieu de vouloir jeter les yeux. C'est de lui qu'il le conjure de se souvenir pour lui conserver sa miséricorde. Pouvait-il mieux faire connaître à tous les pasteurs de l'Eglise que lorsqu'ils offrent à Dieu publiquement leurs prières, tant pour eux-mêmes, que pour tout le peuple, comme ils y sont obligés par leur ministère, ils doivent toujours lui demander qu'il jette les yeux sur le vrai David, c'est-à-dire sur Jésus-Christ? Et ne voyons-nous pas aussi que la sainte Eglise divinement inspirée leur met tous les jours cette prière en la bouche, que c'est par lui seul et en son nom qu'ils ont sujet d'espérer sa miséricorde? C'est par là qu'elle finit toutes ses prières.
(Sacy.)

(2) *Est-il donc croyable que Dieu habite véritablement sur la terre? Car si les cieux et le ciel des cieux ne peuvent point vous comprendre, combien moins cette maison que j'ai bâtie vous comprendra-t-elle?* Il semble, selon la remarque d'un savant homme (Estius), que ces paroles de Salomon soient contraires à ce qu'il a dit auparavant, *qu'il avait bâti cette maison, afin qu'elle fût la demeure du Seigneur, et que son trône s'y affermît pour jamais.* Mais ce prince, comme dit ensuite le même auteur, lève lui-même cette contradiction apparente, et distingue nettement deux différentes manières : l'une, en laquelle Dieu, qui est un pur esprit, peut habiter dans un temple, quoiqu'il soit fait par la main des hommes; et l'autre, en

Salomon Deum implere omnia, quod etiam de suo Jove cecinêre gentiles, è quorum numero Aratus statim in principio :

Fora sunt Jovis omnia plena,

laquelle il est vrai de dire que Dieu n'habite point. Salomon, dit-il, fait voir que le Seigneur n'habite point dans cette maison, c'est-à-dire qu'il n'y est point contenu, lorsqu'il témoigne *que les cieux mêmes ne peuvent pas le comprendre.* Et il fait voir dans la suite que Dieu néanmoins y habite véritablement, en ce qu'il le prie *que ses yeux soient ouverts jour et nuit sur cette maison, pour exaucer la prière de ses serviteurs qui le prieront en ce lieu.* Car Dieu, qui remplit tout l'univers par sa présence et par sa puissance, ne peut pas sans doute être renfermé en un lieu particulier, comme les hommes. Mais il oblige ces mêmes hommes de se rendre tous en un certain lieu comme était ce temple, afin d'y offrir conjointement leurs prières dans un même esprit, et il s'engage de les écouter en ce lieu par des marques plus sensibles qu'il leur donnera de son assistance. Ainsi ce temple était plutôt destiné pour l'utilité du peuple Juif qui l'avait bâti, étant nécessaire, à cause de leur penchant vers les idoles, de les réunir en un seul lieu pour l'exercice du culte de leur religion, que pour la gloire du Dieu d'Israël, qui éclate également en tous lieux, et qui doit être adoré partout.

L'étonnement que fait paraître ce prince en disant : *Est il donc croyable que Dieu habite véritablement sur la terre?* n'est pas une marque de son peu de foi, mais un effet de cette profonde admiration où il était dans la vue de la grandeur infinie de Dieu, qui daignait ainsi s'abaisser jusqu'aux hommes, et leur témoigner qu'il agréait cette demeure qu'ils lui consacraient. Il ne pouvait pas nous marquer plus sensiblement par son exemple et par ses paroles combien il était persuadé par avance de la vérité de cette parole de Jésus Christ, *que le temple est une maison de prière.* Car on voit par tout ce qu'il dit qu'il suppose que l'on y viendrait, non pour le voir seulement et en admirer la magnificence, mais pour prier et pour invoquer la miséricorde de Dieu dans tous les besoins dont on se verrait pressé, soit au dedans par les ennemis de notre salut, soit au dehors par ceux de l'état, et par toutes sortes de malheurs. Qu'il serait à souhaiter que ce sentiment d'un si grand roi fût gravé profondément dans le cœur de tous les Chrétiens, et qu'en entrant dans nos saints temples, ils s'y appliquassent uniquement à considérer les sujets qu'ils ont d'invoquer la divine miséricorde!

Pour nous convaincre de nos besoins tout spirituels, qui souvent nous sont moins sensibles que ceux du corps, il suffit de parcourir ce que ce prince témoigne, que l'on viendrait demander à Dieu dans son temple ; et en transférant du corps à l'âme les maux dont il parle, envisager la nécessité où nous sommes d'une prière continuelle. Nous avons des *ennemis* invisibles plus redoutables que tous ceux qui nous persécutent visiblement. Il y a des *sécheresses et des stérilités* spirituelles, que nous devons craindre plus que celles de la terre,

Compita cum pagis, omnes et cum æquore portus,
Omnibus atque utimur Jove nos ex partibus omnes.

Et duo antiquissimi poetæ, Euphorion et Æschylus, ut refert Clemens Alexandrinus lib. 5 Strom., sic de Jove cogitant et loquuntur :

Jupiter est æther, est terra Jupiter,
Cœlumque, et omnia Jupiter, et si quid supra.

Et Orpheus ab eodem Clemente citatus :

Oceani ad fines expansa est, et manus illi
Undique dextera, sub pedibus subjectaque terra est.

Non itaque dubitabat Salomon, quod de suo Jove fatebatur stulta atque delusa gentilitas, à Deo propter immensitatem illius omnia compleri; sed quia se ad hominum sensus, atque cogitationes attemperat, qui aliter de rebus aliquando cogitant, quàm illarum patitur natura, ideò hoc utitur dicendi modo, qui significare alicui videri posset aliquando Deum terram inhabitâsse. Sic enim homines communiter sentiunt, dicuntque proverbiali, ut arbitror, specie, aliquem habitare nullibi, qui ubique sit. Ita Seneca lib. 1, Ep. 2 : « Nusquàm, inquit, est, qui « ubique est, » et qui non habet certum, et stabile domicilium, in quo sit assiduus, et in quo inveniatur ab aliis. Sic sanè Mart. lib. 7, Ep. 72 :

Dic ubi conveniam, dic quâ te parte requiram,
Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquàm habitat.

Illud videtur dictum ab Augustino t. 2, Ep. 57, ad Dardanum, ubi Dominus ubique esse dicitur, neque tamen habitare ubique. Sic autem ibi Augustinus : « Illud est multò mirabilius, « quòd cùm Deus ubique sit totus, non tamen « in omnibus habitat. Non enim omnibus dici « potest quod ait Apostolus, vel quod jam dixi, « vel etiam illud : Nescitis quia templum Dei « estis, et spiritus Dei habitat in vobis? » Et paulò post : « Unde fatendum est ubique esse « Deum per divinitatis præsentiam. Propter

puisqu'elles tiennent le ciel fermé, et le rendent comme un ciel d'airain pour nous, empêchant que l'abondance des grâces célestes ne découle dans nos âmes. Il y a des *famines et des pestes* intérieures, des *corruptions et des contagions* plus dangereuses que celles de l'air dont parle ici Salomon. Si donc nous ne courons pas au temple avec un cœur brisé de douleur dans la vue de nos péchés, que ce prince reconnaît être la véritable source de tous nos maux ; si nous ne répandons pas nos âmes devant Dieu dans l'amertume *d'un regret sincère*, que ce roi lui même a regardé comme une disposition indispensable pour être exaucé de Dieu, c'est une preuve que nous n'avons guère de sentiment de nos maux, puisque nous sommes si froids à en demander la délivrance. (Sacy.)

« hanc enim habitationem ubi procul dubio « gratia dilectionis Dei agnoscitur, non dici- « mus : Pater noster, qui es ubique, cùm et « hoc verum sit, sed : Pater noster, qui es in « cœlis, ut templum ejus potiùs in oratione « commemoremus. » Sic ergo, quia Deus in terrâ nullum antea stabile domicilium habuerat, licet nihil esset Deo non plenum, non dicebatur habitare super terram. At quando templum habuit, ubi præcipuâ quâdam religione coleretur, ubi consuleretur, et oracula sciscitantibus redderet, quem locum et miris ornâsset modis, et specialis præsentiæ non obscuris nobilitaret argumentis, in terris habitare dicitur, eo modo, quo in cœlis esse dicebat nuper Augustinus. Et quemadmodùm, dùm operam orationi damus, ad cœlum manus et oculos attollimus, quasi ad domum Dei ; sic etiam hoc idem, neque immeritò, antiquis seculis intenti precibus fecerunt Hebræi. Sic certè monet David ex eo, quod erat usitatum in eo populo, ut homines manus levent ad Sanctuarium, seu Sancta sanctorum, ubi Deus credebatur habuisse propriam, et familiarem sedem. Psal. 133 : *Qui statis in domo Domini, in atriis Domini Dei nostri, in noctibus extollite manus vestras in sancta.* Oculos certè ad templi ruinas, ad locum videlicet, ubi arca fœderis meliori tempore collocata fuit, convertebat in oratione Daniel, cùm abesset procul Babylone exul, c. 6, v. 10 : *Ingressus domum suam, et fenestris apertis in cœnaculo suo contra Jerusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua.* Quod hoc loco precatus est Salomon à Domino v. 44, nempe, ut si quis conversus ad templum, quod ædificaverat, id est, intentis in illud oculis à Deo aliquid oraverit, illud exoret : *Si ingressus,* inquit, *fuerit populus tuus ad bellum per viam, quòcumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis, quam elegisti, et contra domum quam ædificavi nomini tuo, et exaudies in cœlo orationes eorum.* Idem fermè v. 48, ubi de captivis agit, qui ad civitatem, sacrariumque conversi libertatem, reditumque precantur.

Si enim cœlum, et cœli cœlorum, te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificavi ! Exiguum fatetur esse munus hoc Salomon, licet in ejus molitione neque labori, neque sumptui pepercerit : quod enim erit tantum opus pro tantâ majestate dignum ? Quæ tanta locorum amplitudo, quæ capere illum possit, cui infinitis spatiis impar terrarum omnium, et cœlorum immensitas? Quare gratias agit, quòd suam majestatem immensam, quæ nullis potest spatiis definiri, in arctis sacrarii, id est viginti cubitorum angustiis quodammodò concluserit. Cœli cœlorum dicuntur, qui in eo genere, atque ordine præstantissimi sunt, aut magnitudine et gloriâ, aut aliâ quâvis proprietate, quæ illis nobilitatis aliquid aut splendoris conciliant. Quomodò *Rex regum,* ille dicitur, qui alios omnes potentiâ et majestate superat; *Virgo virginum,* quæ aliis præstat virginibus; *vanitas vanitatum,* summa vanitas, et in hoc Salomonis templo exemplum habemus opportunum : locus enim ille, qui alios sanctitate præstat, qui arcam continet, et in eâ tabulas, quibus divino digito inscripta lex est, in quem uni tantùm Pontifici patet locus, idque semel in anno. *Sancta sanctorum* appellatur, id est, locus omnium longè sanctissimus. Ad hunc modum cœli cœlorum, aut cœlum cœlorum illud dicitur cœlum, quod summum et splendidissimum est, aut certè quod alios cœlos suo complexu continet, et quodammodò fovet. Hoc verò cœlum summum est, et empyreum, quod ut inferiores cœlos ambit et continet, sic etiam necesse est, ut alia omnia sive cœlestia, sive elementaria corpora infinitis propè spatiis antecellat. De illo sanè cœlo, in quo Dei est stabilis, et magis nota sedes, loquebatur David Psal. 67, v. 36, cùm dicebat : *Psallite Deo, qui ascendit supra cœlum cœli ad Orientem.* Psalterium Ambrosianum et Vaticanum, *super cœlos cœlorum* habent. Eodem genere loquendi usus est iterùm David Psal. 113, vers. 16 : *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum;* et Moyses Deuteron. cap. 10, v. 14 : *En Domini Dei tui cœlum est, et cœlum cœli.* Est itaque cœlum cœlorum supremus orbis, et beatorum sempiterna sedes, ubi augustiùs habitat et splendet divina Majestas.

Vers. 28. — Sed respice ad orationem servi tui ; Domine Deus meus, audi hymnum et orationem. Quamvis hoc donum exile sit, et pro tantâ majestate plusquàm vile, et domus, in quâ regiæ sunt vires, et facultates exhaustæ, angusta sit magis, orat tamen ut benignos oculos, atque hilares ad ipsius preces et postulata convertat, intentumque habeat in religiosum illum locum, animum, atque aures, tam ad suas, quàm ad totius populi, imò ad omnium gentium vota et orationem, si quando in illo loco precari contingat. Orationem verò suam hymnum appellat, quia laus et hymnus plerùmque precationem antecedunt, unde fit, ut laudare idem sit, quod precari, et laus nonnunquàm pro pre-

catione sumatur. Vide quæ diximus in nostris Commentariis super Threnos ad illud cap. 2 : *Consurge, lauda in nocte.* In hoc sanè sensu sumpsit Jerem. cap. 7, Dominus cùm dixit : *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eo laudem et orationem.* Laudem cum oratione jungebat David, cùm dicebat Psalm. 17 : *Laudans invocabo Dominum.* (1)

Vers. 31. — Si peccaverit homo in proximum suum, et habuerit aliquod juramentum (2), etc. Orationes ideò fiunt, ut avertantur mala, et bona vicissim impetrentur. Varia sunt, quæ desiderare homines, aut solent, aut debent, multa quæ aversantur et horrent : multa, quæ ab hominibus, multa, quæ à naturalibus causis aut afferuntur bona, aut inferuntur mala ; de utrisque Deum orat, ut illa elargiatur, hæc avertat et obruat. Et primùm agit de his incommodis, quæ ab hominum fraude et calumniâ, sive crudelitate et violentiâ proveniunt. Contingere non infrequenter assolet, ut explorari res, aut deprehendi non possit humano consilio, quia neque testium interfuerunt oculi, aut ejusmodi sunt conjecturæ, ut ad veritatem cognoscendam non satis habeant firmitatis et ponderis. Tunc autem, ut Apostolus docet, ad Hebr. cap. 6, v. 16, ad jurisjurandi religionem confugimus quæ in desperatis rebus extrema et sola probatio superest. *Homines enim per majorem suî jurant, et omnis controversiæ eorum finis ad confirmationem, est juramentum.* Quando homo, qui sceleris arguitur, neque tamen externis signis convinci possit, ad juramentum adigi possit, imò et debeat à judice, habes Exod. cap. 22, v. 11 : *Si quis commendaverit proximo suo asinum, et bovem, et ovem, et omne jumentum ad custodiam, et mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit, jusjurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipietque Dominus juramentum, et ille reddere non cogetur.* Orat igitur Salomon, ut si quando eò sit disceptatio deducta, ut non possit aliter, nisi jurejurando definiri, ipse ostendat Deus ex templo, ubi ad jusjurandum homo de scelere suspectus adigitur, occultam, aut obscuram veritatem. Hic planè sensus est, quem sic ex singulis verbis seorsùm consideratis informo. Si aliquid homo admisisse iniquius in proximum arguitur, et eam ob causam in templum venerit ut juramento sceleris suspicionem depellat ; tu, Domine, ita controversiam illam dirime, ut qui insons est, suspicionem et condemnationem effugiat ; qui autem veri criminis reus, suo peccato pœnas debitas luat. Hæc clariùs lib. 2 Paralip. cap. 6, v. 22 : *Si peccaverit quispiam in proximum suum, et jurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram altari in domo istâ, tu audies de cœlo, et facies judicium servorum tuorum, ita ut reddas iniquo viam suam in caput proprium, ut ulciscaris justum.* Hic porrò observandum cum juramento plerùmque execrationem et maledictum adjungi, ita ut, si quis juramentum concipit, sciens fallat, infortunium aliquod subeat, quod suo sibi capiti imprecatur. Hæc nos docuimus Isai. cap. 62, ad illud : *Juravit Dominus in dexterâ suâ, et in brachio fortitudinis suæ.* Et quidem servus Abraham cùm tantùm jurâsse dicatur Gen. 24, v. 9, ipse tamen juramento adjunctam fuisse dicit execrationem. Dixit Abraham ibidem v. 8 : *Si mulier noluerit sequi te, non teneberis juramento :* servus autem hoc ipsum repetens v. 41, ait hæc fuisse Abrahæ verba : *Innocens eris à maledictione meâ ;* quia nimirùm à juramento execratio non aberat. Idem nunc accidit in eo qui sic in templum juraturus ingreditur, ut malum sibi optet, si perjurio se contaminet. Execrationis non meminit scriptor Regum, quia execrationem nôrat cum jurejurando esse conjunctam.

Vers. 33. — Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, quia peccaturus est tibi ; et agentes pœnitentiam, etc. Aliud infortunium ostendit, à quo maximè homines liberari et cupiunt, et student. Contingit sæpè ut homines ab hostibus subacti, et ignominiam subeant, utpote inferiores in acie, et duris conflictentur incommodis in alieno loco, et sordidæ interdùm addicti servituti. Orat igitur Salomon, ut si quando in templo Israelitæ malè ab hoste jactati, aboleri ab Israelitico nomine tam gravem ignominiam petant, et preces offerant

(1) Vers. 29. — Erit nomen meum ibi ; appellabitur domus mea ; gloriam hic nominis mei exeram ; inclytum reddam locum prodigiis ; huc se conferent homines, ut tributa sua, obsequium et cultum pendant. (Calmet.)

(2) *Lorsqu'un homme aura péché contre son prochain, n'ayant pas gardé le serment par lequel il s'était lié,* etc. Ce passage qui paraît obscur, s'explique de cette sorte par les interprètes : Si un homme, à qui un autre avait confié un depôt, commet à son égard une aussi grande injustice qu'est celle de lui nier qu'il ait rien reçu de lui ; en cas qu'on l'oblige de faire serment sur cela, et qu'il vienne dans le temple pour ce sujet, faites, Seigneur, s'il vous plaît, connaître sa perfidie, et exaucez la prière de celui contre qui il a péché, en lui faisant rendre la justice qu'on lui refuse. (Sacy.)

pro captivis, qui duram in peregrino solo servitutem serviunt, se ab illo exorari sinat, et ignominiam depellat ab Israelitide gente, et captis ab hoste, et longiùs abductis libertatem patriamque restituat.

Hìc nobis observanda duo, alterum est persuasum esse Salomoni, et prudenti cuique ex eo populo, imò etiam gentilibus, qui Hebræorum aut intererant rebus, aut tempora, gestaque cognoverant, tunc ab hostibus superari, et in ærumnosam conditionem compingi Israelitidem gentem, cùm à Dei lege, et voluntate deficeret. Quod Dominus ipse sæpè verbisque admodùm significantibus expressit. Levit. cap. 26, v. 17 : *Quòd si non audieritis me,* etc., *ponam faciem meam contra vos, et corruetis coram hostibus vestris, et subjiciemini his qui oderunt vos; fugietis, nemine persequente.* Et Deuter. 28, v. 25 : *Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos : per unam viam egrediaris contra eos, et per septem fugias, et dispergaris per omnia regna terræ.* Hoc autem ipsum experientiâ edocti, et ex Hebræorum monumentis didicêre gentiles. Sic sanè Achior Ammonites Judith. cap. 5, ubi cùm varias retulisset populi victorias, tandem ait v. 17 : *Et non fuit, qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. Quotiescumque autem præscriptum Deum suum alterum coluerunt, dati sunt in prædam, et in gladium, et in opprobrium. Quotiescumque autem pœnituerunt se recessisse à culturâ Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi.*

Alterum est, videri difficile aliquem ab hoste ex propriis ejectum finibus esse, et tamen orare in templo, et petere, sibi ut in patriam redire liceat. Mihi hoc loco placet quod visum est Abulensi q. 14. Non hìc sermonem esse de captivis, sed de his, qui ab hoste è suis sedibus ejecti sunt, quique abierunt non in hostilem terram, sed in aliam, non tamen extra terram promissionis, ad alios nempe gentis Israelitidis funiculos, unde possent adire templum, et pro antiquâ possessione, quam hostis occupârat, et pro patrio solo, ex quo dejectus fuerat, preces effundere. In hanc ego sententiam ideò magis inclino, quia infra, v. 46, de captivis proprius est institutus sermo ; ibi alia illis præscribitur orandi forma. De quâ suo loco. Hoc autem facere potuerunt aliquot tribus, quæ ab Assyriis expugnatæ sunt, quæ ultra Jordanem quondam substiterunt. Tunc autem illi, qui se illorum furori subduxerunt, aut quibus sub illud turbidum tempus commorari contigit cum aliarum tribuum habitatoribus, orare potuerunt in templo, sibi ut pateret liber in patriâ reditus, quam esse in hostium potestate doluerant, et quidem hìc nullus est de servitute, ac captivitate sermo, sed tantùm de dispersione et fugâ (1).

Vers. 35. — Si clausum fuerit cœlum, et non pluerit propter peccata eorum. En grave aliud incommodum à quo levari postulat Salomon eos, qui in templo ad divinam commiserationem orando confugerint. Sed illud hìc pro moribus maximè observatum oportuit, sicut ferrei sunt cœli, et magis sicci, quàm arida spongia, ubi constat hominum peccata, famem, et sitim, et omnia valetudinis incommoda ad peccatorum vindictam, et exitium clamantia, sic frustra optari à peccatoribus pluviam, nisi scelerum suorum impedimenta submoveant. Neque enim sine causâ addidit hìc Salomon : *Si orantes in loco isto pœnitentiam egerint, et à peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in cœlo, et dimitte peccata servorum tuorum, et populi tui Israel, et ostende eis viam bonam, per quam ambulent, et da pluviam*, etc. Non vult Salomon orare quempiam cœlestem imbrem, priusquàm cœlestem regem, et pluviarum patrem, et Dominum pœnitendo placaverit. Neque permittit pluviam orari priùs, quàm lucem à Deo, quæ rectam ad Deum semitam ostendat ; quâ de re pluribus egimus in nostris Commentariis ad caput 2 Aggæi, ubi ostendimus agrorum sterilitatem et sitim propter hominum peccata contingere, et perire omnia, quæ offenso Deo aut quærit, aut captat humana sedulitas. Quòd verò siccitas agrorum à peccato proveniat, docuit Aggæus supra, et habes Deut. 28, v. 23 : *Sit cœlum, quod supra te est, æneum, et terra quam calcas, ferrea. Det Dominus imbrem terræ pulverem, et de cœlo descendat super te ignis, donec conteraris.* Idem penè Levit. 26, v. 19. Pluisse autem lapidibus, qui cuncta vastaverint, pluisse ardenti cinere, qui agros et arboreta suo fervore disperderet, et audivimus in

(1) Vers. 34. — Reduces eos in terram, quam patribus dedisti, si fortè casus tulerit, ut longè captivi abducantur. Sed postremis hisce applicanda non sunt ea, quæ in versiculo præcedenti expressa sunt, venturos scilicet illos ad rogandam liberationem suam in templo, quippe id præsentiam illorum in urbe ostenderet; quod utique in sermone pugnans quiddam induceret. Quod captivis supererat, illud erat, nimirùm ut Deo supplicarent è loco exilii sui ad templum conversi, uti à Daniele præstitum legimus. (Calmet.)

superiorum temporum antiquis monumentis, et nostris temporibus contigisse novimus. Quemadmodùm Deus terræ fœcunditatem, et rerum omnium abundantiam homini divinæ legis amatori promiserit, habes Levit. c. 26, v. 3: *Si in præceptis meis ambulaveritis, et mandata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis; et terra gignet germen suum, et pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam, et vindemia occupabit sementem.* Idem penè Deut. cap. 28.

Vers. 37.—Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, etc. Alia nunc enumerat incommoda, quæ hominum precibus in templo profusis à Dei benignitate depelli vult. Primùm fames, quæ non solùm à pluviæ defectu, et agrorum siti provenire solet, sed etiam ab urente vento, à locustâ, et brucho, ab uredine, rubigine, et aliis, quæ segetum et arborum pestes appellantur, quas procul arceri à peccantium finibus Salomon orat, atque obsecrat. Solet etiam hoc accidere cùm hostis angustas civitates obsidione premit, quando foris frumentari, aut aquari non licet, et homines interdùm cogit rebus vesci sordidissimis, quæ nullo modo censeri possunt esculentæ, quale est columbinum stercus, et quod magis horribile, quæ eò adigit homines miseros, ut parentes filiorum, et parentum filii carnibus pascerentur, quod contigit in obsidione Jerusalem, et plorat Jeremias Thren. cap. 2, et Ezechiel clariùs cap. 5, v. 10: *Ideò patres comedent filios in medio tuî, et filii comedent patres suos.* Vide quod nos ad hunc Ezechielis locum. Ab hâc fame undecumque provenerit, ab hostili quâcumque vexatione, ab aere corrupto, qui talem hominibus et terræ proventibus inducit, à peste denique omni, et contagione noxiâ liberari postulat populum, qui illius obtinendæ liberationis ergo templum adierit. Hìc obiter nota, quando de hominum, segetumque morbis hìc agit Salomon, et de pestilentiâ, quæ aliquid videtur importari communius tam animantium quàm plantarum generi, omnia quæ saluti hominum, aut plantarum incremento ac fructibus officiunt, pestis vocabulo significari. Sic illa eadem quæ segetibus atque aliis plantis noxia dicuntur, tum hìc, tum aliis etiam Scripturæ locis, quales sunt locustæ, bruchi, erucæ, pestis dicuntur à Latinis. Unus pro omnibus sit Virgilius, qui 1 Georg. bestiolas, quæ segetes, aut grana populantur, hoc nomine significat:

Tum variæ illudunt pestes, sæpè exiguus mus
Sub terris, posuitque domos, atque horrea fecit,
Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ.

Quare dùm pestilentiam horret, arcerique cupit Salomon ab Hebræorum finibus, ea cupit ut procul abigantur, quæ humanis sunt infesta corporibus, aut quæ tabem arvis, aut maciem inducunt.

Vers. 38.—Si quis cognoverit plagam cordis sui, et expanderit manus suas in domo hac. Iterùm docet Salomon, quo se modo homo præparare debeat ad orationem, quam ratam esse studet, et compotem votorum. Est ager aridus, et macer à variis plagatus pestibus, aut aquarum sitiens: est item plagatum corpus, à dirâ contagione, quæ afflavit, infecitque illud ab aere corrupto. Si hanc à se homo voluerit arceri plagam et ab agris, quorum videtur exuri, atque perire fructus. necesse est, ut sui priùs animi plagam consideret, et illam sanare studeat, si suam apud Deum orationem pondus habere velit; alioqui cassa erit et inutilis omninò omnis in orando contentio. Quod explicuit magis cùm statim addidit.

Vers. 39. — Et facies ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus. Non tantùm Deus respicit expansas in oratione manus, quia fieri potest ut in conspectu Domini plenæ sint sanguine, et infectæ muneribus, et vocem, quæ in templo resonat, quia ex contaminato spiritu formata, aliquid inhalat odiosum et pravum, et divinas aures sono potiùs complet incondito et absono, quàm exhilarat numeroso et dulci. Quare Deus neque manus aspicit supplices, si puræ non sunt, neque verba audit, si à ferino expirantur animo, et impurâ atque impiâ linguâ finguntur.

Vers. 41. — Insuper et alienigena, qui non est de populo tuo Israel, etc. Aliquid jam amplius postulat Salomon, dùm gentilium etiam preces in loco illo sancto exaudiri cupit, quâ in re non tam videtur de gentilium commodis laborare, quàm de divini nominis amplificatione, et de divinâ Dei majestate, et gloriâ. Quam agnoscent gentes, cùm suas preces viderint non excidisse inanes, quibus tam facilè annuit, satisfacit, et prompta benignitas, et exprompta potentia. Est autem hæc oratio et pia, et valdè ad impetrandum idonea, quæ id à Deo petit, quod illi futurum est gloriosum, neque aliud in eâ petitione spectat, quàm ut divinum nomen et se latiùs ad gentiles extra Israeliticos terminos extendat, et ubique gentium habeatur illustrius.

Noverunt, credo, gentes, quid in suam commoditatem, et usum in ipsâ templi dedicatione postulârit Salomon, reque ipsâ didicerant ex precibus eo in loco religiosè conceptis, magna se accepisse compendia. Quare cùm potentem agnoscerent ex præliis, in quibus eventu planè admirabili superiores extiterunt Hebræi, et ipsi divinam clementiam sæpiùs essent experti, augustum illud, et admirabile sacrarium sic venerabantur, ut illud sæpè venerabundi convenerint, et donis interdùm cumulârint amplissimis. Quâ de re egimus in explicatione Psal. 67, ad illud : *A templo tuo, quod est in Jerusalem, tibi afferant reges munera.* Sic sanè fecerunt Cyrus, et Artaxerxes, ut docet Esdras, Ptolomeus Philadelphus rex Ægypti, et Alexander Magnus, ut auctor est Josephus, et Seleucus Asiæ rex, ut habes lib. 2 Machab. cap. 3, ubi hoc ipsum fecisse reges alios, et principes audimus. « Fiebat, inquit, ut ipsi « reges, et principes locum summo honore « dignum ducerent, et templum maximis mu- « neribus illustrarent, ita ut Seleucus Asiæ « rex de reditibus suis præstaret omnes sum- « ptus ad ministerium sacrificiorum pertinen- « tes. » Quàm verò Judæorum Deum externi populi putaverint esse metuendum, docuerunt Palæstini l. 1, cap. 4, qui cùm primùm fœderis arcam in Hebræorum castris conspexerunt, timore penè exanimati exclamârunt : *Væ nobis, quis nos servabit de manu deorum sublimium istorum?* Quàm apud Ammonitas potens existimaretur, et fidelis suorum custos Judæorum Deus, satis ostendit Achior, Judith cap. 5, vers. 18, et vers. 5, de quo paulò ante. Cùm ergo eam gentes de Israelitarum Deo opinionem concepissent, quid mirum, si illum consultum in dubiis, et oratum in rerum angustiis esse vellent? Venit quidem ut oraret in templo eunuchus reginæ Candacis, Actor. 8; venerunt quidam gentiles ut adorarent in templo, Joan. cap. 12, et pro his in templo atrium quoddam extructum est, quod dicebatur gentium, quia in illo esse, ulteriùs verò progredi non permittebantur. De hoc atrio vide Josephum l. 2 contra Appionem longiusculè à principio.

VERS. 44. — SI EGRESSUS FUERIT POPULUS TUUS AD BELLUM CONTRA INIMICOS SUOS, PER VIAM QUOCUMQUE MISERIS EOS, ORABUNT TE CONTRA VIAM CIVITATIS, QUAM ELEGISTI, ET CONTRA DOMUM, QUAM ÆDIFICAVI NOMINI TUO. Quia interdùm homo obire non potest augustum illud et illustre sacrarium, quia necessariò abesse debet à civitate et templo, aut quia ad bellum proficiscitur, aut quia captivus tenetur apud hostem victorem in peregrino loco, petit Salomon, ut illi se Deus tam propitium, et liberalem ostendat, si conversus ad illam mundi plagam, ubi templum est, orationi se dedat, ac si in ipso templi complexu supplex oraverit, ne dùm rebus vacat necessariis, aut necessariò cogitur abesse, careat illo tanto tamque universali subsidio. Hoc puto fecisse olim, et nunc etiam facere Judæos, qui cùm ad Hierosolymam, templique reliquias accedere non possunt, satis sibi in duro rerum suarum articulo habent, si ad Hierosolymam conversi orent, et antiquum suum dolorem illius memoriâ consolentur. Fecit sanè David in Psalm. 62, cùm errâsset in sylvis locisque desertis : conversus tamen ad locum, ubi Deus præcipuo quodam modo adesse credebatur, suas ad Deum preces dirigebat : *In terrâ desertâ, inviâ, et inaquosâ, sic in sancto apparui tibi ;* id est, cùm in desertis agerem locis procul à tabernaculo, perinde tamen orabam atque si in sancto, id est, in sacrario et tabernaculo præsens orarem. Sanè, ut aliqui dicunt, et nos putabamus esse probabile in nostris Commentariis super Isaiam ad caput 38, ideò gravi percussus morbo conversus ad parietem Ezechias oravit, quia pars illa templum intuebatur, cui, quâ ratione poterat, præsens esse voluit. Fecit sanè Daniel, cùm captivus esset Babylone, qui hujus orationis Salomonis memor Dan. capite 6 : *Fenestris apertis in cœnaculo suo contra Jerusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua.*

Ut autem Hebræi, cùm orarent, certum habebant locum, in quem venerabundos oculos et supplices intenderent manus, sic etiam Christiani primis Ecclesiæ temporibus suum quoque locum certum habuerunt, ad quem in orando faciem, animumque converterent : ad Orientem namque conversi suas ad Deum preces effundebant. Ita Justinus Martyr, quæst. 118, ad Orthodoxos; Tertullianus in Apologetico capite 16; Epiphanius hæresi 19, quæ est Ossenorum, et plures alii antiquorum Patrum, plura in nostris Commentariis ad illum Danielis locum, de quo proximè. (1)

(1) VERS. 45. — FACIES JUDICIUM EORUM, id est, jus eis dices et facies, ulciscendo injurias eis factas, ipsosque liberando ab oppressoribus injustis et violentis. (Corn. à Lap.)

VERS. 46, 47, etc. — *Que si votre peuple pèche contre vous, parce qu'il n'y a point d'homme qui ne pèche, s'ils font pénitence du fond de leur cœur, vous exaucerez du ciel leurs prières.* « Qui

Vers. 47. — Dicentes : Peccavimus, inique egimus, impie gessimus. Hæc videtur fuisse olim ante Salomonis ævum, et multis postea seculis orandi forma à pœnitentibus communiter, et quasi legitimè concepta, juxta illud documentum, quod Salomon ipse tradidit Proverb. cap. 18, vers. 17 : *Justus prior est accusator suî.* Sic Daniel cap. 9, v. 5, idem adhibet orationis exordium : *Peccavimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus.* Eodem penè modo Azarias Dan. 3, versiculo 29, et Baruch capite 1, versiculo 17. Et quidem si qua est oratio, quæ cœlos penetret, et ab irato Deo misericordiam extorqueat, illa est, quam in Deum jaculatur humilitas. Eccl. 35, v. 21 : *Oratio humiliantis se nubes penetrat, et donec propinquet non consolabitur : et non discedet, donec Altissimus aspiciat.* (1)

« est celui, dit Saint Augustin, qui est sans « quelque péché? Qui est celui en qui ne se « trouve point la racine et l'aiguillon du péché, « puisque celui même qui a reposé dans le « sein de Jésus-Christ nous déclare hautement : « *Que si nous disons que nous sommes sans péché,* « *nous nous trompons*, et qu'un autre Apôtre « nous assure aussi *que nous tombons tous en* « *beaucoup de fautes?* La charité est une vertu « par laquelle on aime ce qui mérite d'être « aimé. Elle est dans les uns plus grande, dans « les autres plus petite, et elle n'est point du « tout dans plusieurs. Mais nul homme ne la « possède dans sa plénitude et dans sa der- « nière perfection, tant qu'il vit ici, et au- « tant qu'elle peut être augmentée, autant « celui en qui manque encore cet accroissement « est défectueux, ce qui fait qu'il n'y a point « de juste sur la terre qui soit sans péché, *que* « *tout homme vivant ne sera point justifié en la* « *présence de Dieu*, et qu'en quelque état de « perfection que nous soyons en ce monde, il « est nécessaire que nous disions tous les jours : « *Pardonnez-nous nos offenses.* Car quiconque, se « regardant comme rempli de justice, attend « avec assurance que Dieu le juge sans miséri- « corde, se rend digne de sa très-juste colère, « dont la frayeur obligea le roi prophète de lui « demander qu'il voulût bien n'entrer point « en jugement avec lui. *Nam quisquis velut ni-* « *miùm justus judicium sine misericordiâ quasi se-* « *curus expectat, iram justissimam provocat, quam* « *timens ille dixit : Non intres in judicium cum* « *servo tuo.* »

C'est donc avec beaucoup de raison que ce roi si sage et si éclairé disait en parlant à Dieu, *qu'il n'y a point d'homme qui ne pèche.* Mais ce qu'il ajoute est d'une grande consolation pour tous les hommes qui tombent dans le péché : *Que s'ils en font pénitence du fond de leur cœur, Dieu exaucera du ciel leurs prières,* à cause de son saint temple. Car ce temple de Salomon, comme on l'a dit plusieurs fois, figurait le corps de Jésus-Christ, qui est l'Eglise. Et c'est dans la seule union de cette Eglise qu'on mérite d'être exaucé, lorsqu'après avoir péché, *on revient à Dieu,* selon qu'il est dit ici, *de toute son âme et de tout son cœur.* (Sacy.)

(1) Vers. 48. — Et oraverint te contra viam terræ suæ, etc., et civitatis quam elegisti, et templi ; q. d. : Si Judæi extra Judæam apud gentes constituti te oraverint faciem suam convertentes ad terram suam, puta ad Jerusalem et templum. Sic Daniel cap. 6, 10 : *In Babylone captivus contra Jerusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua.* Et Psaltes psal. 133, v. 2 : *In noctibus,* inquit, *extollite manus vestras in Sancta,* id est, versùs templum sanctum. Quin et Turcæ hodiè in suis moschæis orantes superstitiosè convertunt se ad meridiem, ut respiciant versùs Mecham et suum Mahometem ibi sepultum.

Vers. 50. — Dabis misericordiam coram eis. Hebr. : *Dabis eos in misericordias*, q. d. : Conciliabis eis gratiam apud hostes, ut ab eis misericordiam consequantur, ac misericorditer tractentur et liberentur. (Corn. à Lap.)

(1) *Salomon ayant achevé cette prière, se leva de devant l'autel du Seigneur, où il avait mis en terre ses deux genoux, tenant les mains étendues vers le ciel. Etant donc debout devant le peuple, il bénit toute l'assemblée d'Israël,* etc. Nous avons jusqu'à présent regardé ce prince dans la prière qu'il a faite à Dieu, comme la figure des pasteurs qui prient pour les peuples. Mais nous pouvons bien encore le regarder en cette grande occasion de la dédicace si solennelle du temple des Juifs, comme la figure de Jésus-Christ même priant pour l'Eglise, et priant d'une manière sans comparaison plus efficace que Salomon, qui ne fut pas exaucé pour ce qui le regardait lui-même. Car il tomba d'une manière très-funeste, et l'on ne voit

Vers. 51. — Quos eduxisti de terra Ægypti, de medio fornacis ferreæ. Fornax ferrea proverbialis est forma, quâ significatur ærumnosa vitæ conditio, et dolor acerbissimus. Nam fornax, quia ab igne calet, imò quæ si igne careat, propria fornax non est, non potest esse non durissima; sive ideò dicatur ferrea à materiâ, ex quâ formata est, quæ quia ignem concipit, et ipsa ab igne candet, urit acutissimè, qualis fuit illa sartago, in quâ torreri jussus est quidam adolescens è Machabæorum genere, lib. 2 Machab. cap. 7, et qualis fuit æneus taurus, cui ignem supposuit Phalaris, et inclusum illius auctorem torreri jussit. Sive certè ferrea dicatur, quia in illâ ferrum, et alia metalla liquefacta solvuntur, cujus vis non potest non esse quàm maxima, cùm in metalla usque adeò dura tantùm habeat potestatis. Quia ergo gravibus in Ægypto afflictabantur incommodis Hebræi, non semel in Scripturâ fornax dicitur ferrea, ut Deut. cap. 4, v. 20, et Jerem. cap. 11, v. 4. Ubi nos eâ de re pluribus. Quare his verbis non significatur aliud, quàm de duro carcere, et de ærumnosâ vitæ conditione liberatum esse Judæorum genus.

Vers. 54. — Surrexit de conspectu altaris Domini, utrumque enim genu in terram fixerat, et manus expanderat in cœlum (1). Supra diximus

in basilicâ, id est, in atrio filiorum Israel stetisse Salomonem. Ibi, *oravit de genibus, et manus expandit supplices ad altare.* Peractâ jam oratione surrexit, ut populo benediceret, de quâ benedictione statim. Nunc autem observandum tam antiquis, quàm nostris temporibus, tam apud eos, qui veram, et sanctam, quàm qui fallacem, et impiam religionem coluerunt, in more positum in orando genibus insistere. De sacris sunt obvia. Daniel. c. 6, v. 10 : *Tribus temporibus in die flectebat genua.* Isai. cap. 45, vers. 23 : *Mihi curvabitur omne genu.* Matth. cap. 27, 29, milites veros adoratores imitati illudentes Christo, *genu flexo ante illum illudebant ei, dicentes : Ave, rex Judæorum.* Actor. 7, v. 60, positis genibus oravit Stephanus, et cap. 20, v. 36, Paulus cum sociis genibus etiam flexis in orationem incubuit. Quod item fecit Petrus ibidem cap. 9, v, 4. De profanis probat ille locus nuper citatus ex Matth. Nam illi milites, qui ludibundi flectebant ante Christum genua, gentiles erant; nisi quis dicat illos ad Hebræorum potiùs, quàm ad Romanorum morem incurvâsse genua. Sanè qui ad alios accedunt, genua illorum amplectuntur, aut osculantur, ut sæpè legis apud Homerum, quod ut faciant, necesse est, ut dùm tangere aliena student, in sua ipsi genua procumbant. Certè orantes quædam miseræ atque pauperculæ adolescentulæ exsurgere jubentur à genibus, è quibus videlicet supplices orabant, ad quas femina quædam locuples miserta illarum paupertatis dicit apud Plautum in Rudente Actu 1 :

Qui sunt.
Manus mihi date, exsurgite à genibus ambæ.

Seneca in Hercule furente Amazonidum reginam ante victorem Herculem flexis genibus procubuisse tradit Actu 2, in Choro. Ovid. lib. 3 Met. Acteoni in cervum converso orantis habitum attribuit :

Et genibus pronus supplex, similisque roganti
Circumfert tacitos tanquàm sua brachia vultus.

Idem libro sexto Metamorph, de Io in juvencam mutatâ :

Positis in margine ripæ
Procubuit genibus, resupinoque ardua collo
Quos potuit solos tendens ad sidera vultus,
Et gemitu, et lacrymis, et luctisono mugitu
Cum Jove visa queri, finemque orare malorum.

Idem libro secundo Fastorum hoc orantis ac supplicum habitu Junonem à Romanis cultam esse canit.

Monte sub Esquilio multis incæduus annis
Junonis magnæ nomine lucus erat.
Hùc ubi venerunt, pariter nuptæque virique
Suppliciter posito procubuêre genu.

Et lib. Fastorum, ut Sabinæ feminæ jam ad arma præcipites maritos et patres continerent, inter medias acies constitisse dicit, atque ibi positis genibus, et armatas precibus, et lacrymis, ad pacem, et benevolentiam adduxisse illos, qui non nisi de sanguine et cæde cogitabant. Cur verò in Ecclesiâ institutum sit, ut certis anni temporibus non de genibus fideles, sed stantes orent, diximus in nostris Commentariis super Danielem cap. 6, ad locum proximè citatum. Vide eâ de re Justinum q. 115, ad Orthodoxos.

Vers. 55. — Stetit ergo, et benedixit omni Ecclesiæ Israel. Benedicere duo significat, et laudare, et benè alteri precari. Alterum priùs fecit Salomon erga Deum, quem laudat, quia pacem et requiem dedit Israeli, quâ tunc po-

point qu'il soit revenu à Dieu, ni qu'il ait fait pénitence; au lieu qu'il est dit de Jésus-Christ, le vrai Salomon, *que, durant les jours de sa chair,* c'est-à-dire de sa vie mortelle, *ayant offert avec un grand cri et avec larmes ses prières et ses supplications à celui qui le pouvait tirer de la mort, il fut exaucé selon son humble respect pour son Père, et est devenu l'auteur du salut éternel pour tous ceux qui lui obéissent.* C'est donc proprement Jésus-Christ que nous devons regarder en ce jour si solennel au milieu de tout le peuple, offrant, comme dit saint Paul, ses supplications à son Père pour toute l'Eglise figurée par cet ancien temple, de laquelle il est et le chef et le fondateur. Et comme il nous a lui-même assuré, *que Dieu l'exauce toujours,* nous devons avoir une ferme confiance que tout ce que nous demanderons dans son saint temple, c'est-à-dire, nous tenant inviolablement unis à son divin corps, qu'il a lui-même appelé un temple en parlant aux Juifs, nous l'obtiendrons. C'est à lui, comme *établi Prêtre éternel selon l'ordre de Melchisédech*, qu'il appartient de bénir son peuple, et particulièrement tous ceux qui font partie de son corps. C'est à lui qu'il appartient de faire en sorte par la vertu efficace de sa bénédiction, *que le Seigneur,* selon qu'il est dit ici, *soit avec nous, qu'il ne nous abandonne point, qu'il incline nos cœurs vers lui, afin que nous marchions dans toutes ses voies.* C'est lui qui a mérité véritablement *que sa prière*, comme il est encore marqué en ce lieu, *soit présente jour et nuit devant le Seigneur, afin qu'il fasse justice à son peuple d'Israël.* Car et toutes ces prières et toutes ces bénédictions paraissaient si propres à la loi nouvelle, et si peu proportionnées à l'état grossier de ceux pour qui il semblait qu'on les fit alors, qu'on peut assurer que tout ce qui se disait et se faisait là était prophétique en un vrai sens, puisqu'il y avait sans doute peu de personnes dans cette foule innombrable de peuple, qui eurent part à la vertu efficace de ces bénédictions et de ces prières. (Sacy.)

pulus ille fruebatur, et quia fideliter implevit omnia, quæ prædixisset ante, aut promisisset per Moysem ab eo usque tempore, ex quo in suam fidem atque tutelam illum recepit. Deinde optat precaturque populo ea omnia, quæ si servare voluerit, patronum habebit Deum, atque custodem salutis, libertatisque suæ. Precationis ac voti summa est, ut si velit populus ille, ut hi sermones ac preces appropinquent Deo, id est, obtineant postulata, neque repulsam ab offenso Deo patiantur, ipsi se totos ad divinæ legis præscriptum attemperent. Quæ verò reliqua sunt ad numerum usque 62, sic sunt aperta, ut nihil desiderent lucis ab interprete.

Illud hìc notandum, quædam ex lib. 2 Paralip. cap. 6, vers. 41, fuisse addita huic Salomonis orationi, sumpta ex Psal. 131, vers. 8, ubi hæc eadem propè verba dicta sunt à Davide : *Nunc igitur consurge, Domine Deus, in requiem tuam, tu, et arca fortitudinis tuæ. Sacerdotes tui, Domine Deus, induantur salutem, et sancti tui lætentur in bonis; Domine Deus, ne averteris faciem Christi tui, memento misericordiæ David servi tui.* Quibus verbis contineri videtur orationis longæ summa complexio. Petit enim ut in templo statuat et sibi, et arcæ requiem, id est, stabile atque perpetuum domicilium, et Sacerdotes qui in templo sacra obeunt ministeria, salvos servet, et justos, et bonis cumulet, quibus lætentur : et ad illa tandem, quæ Christo suo, id est, regi uncto Davidi pollicitus; illud enim est non avertere, id est, non confundere Christi, id est, Davidis faciem. Quid verò Deus Davidi promiserit, quodque hoc loco Salomon servatum esse velit, expressit David, Psal. supra citato; cùm enim dixisset : *Non avertas faciem Christi tui*, subdidit : *Juravit Dominus Deus veritatem, et non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam*, etc. Quòd si Salomon seipsum in Christo intellexit, quia ipse quoque unctus est, orat Deum ut propter Davidis merita, ratam esse velit petitionem suam. (1)

(1) Vers. 59. — Ut faciat judicium servo suo. Justas ejus querelas exaudiat, jus reddat illi adversùs oppugnatores iniquos; in malis illius rebusque difficilibus, ipsum in fidem suam recipiat, et sententiam illi æquam dicat. (Calmet.)

Vers. 60. — Quia Dominus ipse Deus, et non ultra est absque eo, q. d. : Non est alius Deus præter eum, sed ipse unus et solus est Deus verus. (Corn. à Lap.)

Vers. 61. — Sicut et hodie, subaudi, facitis, ut ita quoque faciatis in posterum, ut perfecto corde Deum ametis, ejusque mandata

Vers. 62. — Igitur rex et omnis Israel in eo immolabunt victimas coram Domino. Hæc eò spectant, ut templum, in quod jam arca introducta fuerat, legitimo ritu, qui, ut opinor, præscriptus fuerat à Deo, et à patre Salomoni traditus, dedicaretur ad sacros et sacrificales usus. Tunc verò aliquid dedicari existimatur, cùm primùm auspicatur opus, ad quod fuerat à domino seu artificè destinatum. Quâ de re pluribus egimus in nostris Commentariis super Danielem ad caput 3, ubi egimus de dedicatione statuæ, quam ex auro conflavit Nabuchodonosor, et populo plus satis obsequenti et credulo, tanquàm aliquid sacrum, adorandam proposuit. Ex hoc loco nos aliquâ hìc transcribamus, quia non minùs hìc quàm illìc necessaria

Dedicari aliquid, seu consecrari dicitur, cùm ex profano fit sacrum, seu cùm ex communi atque vulgari usu ad sacrum traducitur; quo modo templa dedicari, aut luci, aut altaria dicuntur, cùm religioni, aut operi sacro destinantur. In eâ verò dedicatione actio aliqua intercedit plerùmque religiosa et sacra, quæ quoddam initium est, et auspicium operis illius, quod ex instituto, ac sæpiùs obeundum est. Quomodò profani locum aliquem dedicent, faciantque religiosum et sacrum, dicemus postea. Nunc tantùm de Hebræorum ritu, quem in dedicando templo, aut altari servant, dicen-

universa custodiatis. Additur 2 Paral. 6, 41 : *Nunc igitur consurge, Domine Deus, in requiem tuam, tu et arca fortitudinis tuæ*, ut scilicet super arcam residens requiescas in templo hoc à me tibi fabricato. Vocat *arcam fortitudinis*, quia per eam Deus Jerichuntem et Chananæam, duce Josue, fortiter expugnavit. Pergit Paralip.: *Sacerdotes tui, Domine Deus, induantur salutem*, ut undique sint sani et salvi, ac salute quasi veste circumquàque induantur et cingantur, ut eam quoque aliis, præsertim laicis, impertiri valeant : *Domine Deus, ne averteris faciem Christi*, q. d : Ne meas, puta Salomonis, qui sum tuus Christus, id est, rex Israelis à te unctus et creatus, preces jam recensitas, ô Domine, avertas, sed exaudias et adimpleas; stimulum adhibet concludens : *Memento misericordiarum* (Hebr., *chasde*, id est, *pietatum*) *David servi tui*, q. d. : Concede mihi quod peto propter merita Davidis patris mei, qui fuit vir pietatum et misericordiarum, tam activè quàm passivè, quia opera misericordiæ multa et præclara in Saülem cæterosque Israelitas exhibuit, ideòque vicissim à te, Domine, magnam misericordiam et gratiam consecutus est.

Porrò Deum exaudisse orationem Salomonis patebit cap. sequenti, v. 2. Nota hìc, Deum magis exaudire orationes quæ in templo quasi in domo suâ fiunt, quàm quæ alibi. (Corn. à Lap.)

dum est. Quòd in hujusmodi rebus dedicandis actio aliqua intercedat sacra, probat satis hic locus quem nunc versamus, ubi orare dicitur Salomon ad altare conversus, immolâsse victimas; et eodem tempore, ut legimus lib. 2 Paralip. cap. 7, sacerdotes et Levitas in organis musicis de more cecinisse. Idem penè fecerunt filii Israel, cùm ex Babylone remigrârunt in dedicatione reædificati templi; et longo post tempore Machabæi, cùm novum altare constructum est, pro eo quod pollutum fuerat ac profanatum à gentili populo, 1 Machab. cap. 4, vers. 56.

Hoc idem in dedicatione locorum, aut earum rerum quæ sacris destinantur ministeriis, fieri etiam à profanis multa docent. Cicero pro domo suâ consecrata fuisse dicit Attilii bona, posito foculo, in quo nimirùm adolerentur aromata, et adhibito tibicine, ubi sacrificia vides, et harmoniam. Et quando Nabuchodonosoris statua Dan. 3, dedicata est, adoratio intercessit universi populi, et symphonia multiplex. De templorum, ararum, lucorumque consecratione, vide Alexandrum Neapolitanum lib. 6, cap. 14, Genial., et ibi Tiraquellum. Quomodò dicatur dedicari domus, aut theatrum, aut locus aliquis publicus, cùm primò ad usum illum adhibetur cujus gratiâ instituta sunt, diximus ad illud caput 3 Danielis, de quo proximè. Sic Pompei theatrum dedicatum est, ut docet Cicero lib. 7, Epist. 1. Sic Amphitheatrum Domitiani, Martialis in amphiteatro. Et Deuteron. cap. 20, prima recentis domûs habitatio dedicatio dicitur: *Quis est homo, qui ædificavit domum novam, et non dedicavit eam? vadat, et revertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, et alius dedicet eam.* (1)

(1) Vers. 63. — Mactavit Salomon.... boum viginti duo millia.... et dedicaverunt templum Domini. Toto septem dierum spatio, celebritati dedicationis addictorum, immolata sunt viginti duo millia boum, ovium, vel arietum, vel caprarum (vox enim Hebræa de minuto grege quocumque usurpatur) centum viginti millia; quibus accesserunt et aliæ privatorum oblationes, largissimæ illæ pariter et copiosæ. Dedicatio et consecratio sanctorum locorum nullâ Moysis lege jubetur. Sed insita hominibus notio, quique generalis inest mentibus religionis sensus, et Numinis obsequium, quod naturâ magistrâ homines æquè omnes didicerunt, in eam illos mentem duxêre, ut noscerent, distingui oportere res sacras et templa à profanis et communibus per cæremonias quasdam dedicationesque solemnes. Cujus rei exemplum dedit Moyses erecto tabernaculo, et David dedicato sacro eo loco, quem in ædibus suis constituerat, ubi arca exciperetur. Solutâ captivitate Babylonicâ, solemni ritu

Vers. 64. — In die illa sanctificavit rex medium atrii, quod erat ante domum Domini. Atrium hoc sacerdotale est: nam et esse dicitur ante domum domini; neque in alio im-

novum templum dedicatum est; cujus et alteram dedicationem celebrârunt Machabæi, cùm illorum operâ restitutus est ibi cultus Domini, infestis Antiochi Epiphanis artibus interruptus. Quin et privatorum etiam ædes piis nonnullis cæremoniis et lætitiæ indiciis Hebræi celebrare solebant; neque id ignotum profanis. Nabuchodonosor erectam à se auream statuam solemni ritu ac generali populi conventione, tum et harmonico instrumentorum omnis generis concentu dedicat. Dicabantur apud Romanos templa, aræ, luci, publica ædificia, simulacra, oppida, fora; ejusque cæremoniæ minister erat solus copiarum imperator, vel consul, qui priscas preces, suggerente rerum sacrarum pontifice maximo, recitabat. Capite erat operto, atque adesse jubebatur præsens aliquis tibiâ canens, ignis ardens, et conventus populi ad eam rem vocati. (Calmet.)

Salomon égorgea, pour hosties pacifiques, et immola au Seigneur vingt-deux mille bœufs et six vingt mille brebis, etc. Ce nombre presque incroyable de victimes que Salomon fit égorger durant sept jours pour la dédicace de son temple, aurait pu paraître une chose assez superflue. Mais cette magnificence tout-à-fait extraordinaire servait au moins à faire éclater la grandeur et la majesté infinie de Dieu, puisque, par la multitude de ces hosties qu'on immolait à sa gloire, on rendait comme une attestation publique du néant des créatures en sa présence.

On a dit ailleurs que le nombre si prodigieux des bêtes que l'on offrait dans les sacrifices, faisait voir en quelque sorte l'inutilité de ces mêmes sacrifices. Aussi, au lieu que, dans cette dédicace du temple de Jérusalem, on immola vingt-deux mille bœufs et six vingt mille brebis, lorsque Jésus-Christ a voulu former l'Eglise figurée par cet ancien temple, *il n'a offert,* comme dit saint Paul, *qu'une seule hostie,* qui est celle de sa sainte humanité, dont le prix inestimable a fait cesser l'oblation de toutes les autres victimes. Il est vrai que l'on peut dire que le grand nombre de martyrs qui moururent pour la foi dans le temps de l'établissement de l'Eglise, pouvaient être figurés par cette prodigieuse multitude de victimes que l'on immola à la dédicace du temple de Salomon. Mais toutes ces saintes victimes ne tiraient leur prix que de cette *unique hostie* dont parle saint Paul, qui fut offerte pour tous les péchés du monde. (Sacy.)

« Huit millions huit cent mille livres de bœuf, « et douze cent mille livres de mouton; ajou- « tez-y le pain et le vin : c'est un grand repas, » dit Voltaire. Apparemment, si tout fut mangé en un repas; mais si ces viandes furent employées à nourrir, *pendant quatorze jours consécutifs* que dura la fête, tous les Israélites rassemblés d'une extrémité à l'autre du pays de Chanaan pour la dédicace du temple, comme les livres saints nous l'apprennent, on conviendra que cette quantité de chair des victimes immolées pendant ces quatorze jours

molari poterant victimæ. Non poterant tot victimarum millia in uno tantùm altari holocausti sacrificari, atque ideò curavit Salomon ut medium atrii sacerdotalis in altaris usum per sacerdotes dedicaretur, juxta ritum, opinor, qui Numer. cap. 7, præscribitur, et postea Ezechielis cap. 43, à v. 8. Quare atrium illud pro altari fuit, ubi jugulatæ et immolatæ victimæ. Dicit autem Abulens. q. 18, id fieri eo tempore licuisse propter necessitatem; neque enim aliter immolari poterant eo numero victimæ, quæ magnam, etiam apud externos, religionis et loci opinionem augebant, et ad illud tantùm dedicationis tempus. Quasi alio quovis tempore nefas foret extra altare holocausti sacrificia peragi. Hoc extremum valdè mihi difficile, neque enim video quo modo in uno altari holocausti immolari potuerint tot victimarum millia, quot ab Ezechiâ lib. 2 Paralipomenon cap. 30, et à Josiâ capite 35, immolata dicuntur.

Fecit quippe ibi holocaustum, et sacrificium, et adipem pacificorum. In his tribus sacrificiis omnia sacrificiorum genera continentur. Ex quibus aliquid est, quod in æreo altari adoleri atque cremari debeat. De holocausto nemo dubitat, quod totum in Dei honorem ab igne consumitur, ut habes Levit. cap. 1. Ex hostiâ pacificâ crematur et adoletur adeps, reticulum jecoris cum renunculis, Levit. cap. 3; de sacrificio pro peccato, quod hìc, ut arbitror, sacrificii significatur nomine, eadem crematur et adoletur Domino, Levit. cap. 4. Quare nisi pro uno, multa in atrio designarentur altaria, aut in pavimento spatia ad usum illum separata plurima, non posse aut celebritati tantæ, aut tantæ populi religioni satisfieri; *facere* autem sumi interdùm pro *immolare* et *sacrificare*, probavimus in nostris Commentariis supra Ezechielem, ad illud cap. 43, v. 25: *Facies hircum pro peccato.*

Vers. 65. — Ab introitu Emath, usque ad rivum Ægypti. Convenerunt ad solemnitatem illam frequentes populi ab extremis finibus Israelitidis terræ. Ponuntur autem hìc duo exempli gratiâ, in quibus alii duo intelliguntur. Emath pars quædam est in monte Libani, quæ ad Aquilonem spectat, et nunc dicitur Antiochia Syriæ. Fluvius, seu rivus Ægypti est, qui dicitur Rhinocorura, qui terram promissionis à regione meridionali definit.

Septem diebus, et septem diebus. Diximus supra mense Ethanim, id est, mense septimo advocatum esse populum, ut tantæ celebritatis sacris interesset. Quod eo consilio factum à Salomone putabamus, ut populus aliquâ molestiâ, et sumptu levaretur, cùm alioqui sub illud tempus ad festum tabernaculorum adesse cogeretur. Mansit ergo populus septem diebus, quibus templi fuit celebrata dedicatio, et totidem in tabernaculorum festo, quod erat institutum, et indictum à lege; quare quatuordecim in utrâque celebritate dies positi sunt à religioso populo.

Vers. 66. — In die octava dimisit populos (1). In die octavâ festi tabernaculorum, nam quatuordecim dies in duplici solemnitate celebrandâ posuerunt. Quod constat magis, quia lib. 2 Paral. cap. 7, v. 10, die vigesimo dimissus est populus, sed ille dies proximus est exacto tabernaculorum festo, quod septem constat diebus, et incipit septembris die 15, ut constat Levit. cap. 23, v. 34. Ex quo colligo dedicationis diem primum fuisse diem septimum Ethanim, id est, septembris; cùm autem septem diebus dedicationis totidem tabernaculorum

ne put même suffire pour une si grande multitude. Tous les Juifs participaient aux victimes, aussi bien que les prêtres. (Duclot.)

(1) Voici une observation de M. Cahen (Bib.) sur ce verset. « *Le huitième jour.* 11 Chron., « ch. 7, v. 10, on dit que c'est le vingt-troisième jour qu'il renvoya le peuple; c'est apparemment le vingt-troisième du septième « mois; et le huitième dont il est ici question, « serait le lendemain d'une des deux semaines « de fêtes mentionnées au verset précédent; « reste toujours la différence d'un jour, en « supposant que la première semaine a commencé le huitième jour du septième mois. « Les commentateurs se sont efforcés de concilier ces passages; les Talmudistes disent « même que les Israélistes n'ont pas cette année « observé le jeûne du Kipour. Ces difficultés « n'existent pas pour celui qui voit des documents différents dans ce livre et dans celui « des Chroniques; on peut expliquer l'un par « l'autre sans être tenu de les faire coordonner « dans tous les détails. »

Pour nous, qui regardons le livre des Rois et celui des Paralipomènes comme également inspirés, et conséquemment comme exempts de toute espèce de contradiction, c'est un devoir de les faire *coordonner* même dans les plus petits détails, et ici nous ne voyons pas que notre tâche soit fort difficile; car nous n'avons qu'à rappeler l'explication de Calmet.

« *In die octavo dimisit populos. Il renvoya les « peuples au huitième jour,* qui était un jour de « sabbat, vingt-deux du septième mois. Il fit publier au peuple qu'il pouvait se retirer; et le « vingt-trois du même mois, les Israélites se « retirèrent chacun dans leurs maisons, comme « il est porté dans les Paralipomènes. »

(Editores.)

succederent continuò, quatuordecim dies fuerunt solemnes, et sacri, quibus exactis die octavâ, qui aliquomodò ad tabernaculorum festum pertinebant, cùm jam satisfactum esset religioni tanti festi, dimissus est à Salomone populus, et ad domos suas jussus reverti. Eodem etiam loco Paralip. v. 9, dicitur Salomon fecisse collectam, quia septem diebus altare consecraverat, id est, quotidie multis victimis imbuerat. Voluit autem exacto septemdiali tabernaculorum festo, de more facere collectam, id est, pecuniam è populo corrogare, qui locum illum, et tempus obierat ad templi necessarios sumptus, sive, ut alii volunt, exactis septem diebus in tabernaculis, omnes in unum congregati conveniebant in templum. Unde dies iste Levit. cap. 23, v. 36, dies appellatur cœtûs atque collectæ; hoc fortassè verius, ut indicat S. Thomas 1-2, quæst. 102, art. 4, ubi indicat in eâ collectâ, sive cœtu significari adunationem populi, et pacem præstitam in terrâ promissionis. Idem tenet Burgensis in cap. 23 Levit., et probat Ribera lib. 5 de Templo cap. 18, et indicat hic locus non obscurè: nam die octavo, nempe qui proximè successit diei septimo tabernaculorum, qui in lib. Paral. vigesimus tertius esse dicitur septembris, dimisit populum gratum, et hilarem, quod facere non posset, nisi adunatum, seu collectum habuisset in templo.

Addit præterea liber idem Paralipomenon cap. 7, vers. 1, cùm complêsset Solomon preces, descendisse ignem de cœlo, et oblatas à Salomone victimas consumpsisse. Quasi Deus eo testimonio significare vellet placuisse sibi oblata sacrificia, et habere se velle eo in loco proprium et stabile domicilium. Quod, ut notavit Josephus lib. 8, cap. 2, populum in eam cogitationem adduxit, confirmavitque: « Ignis, « inquit, ex aere emicans, omnibusque ins- « pectantibus in altare delapsus correptas vic- « timas absumpsit. Ad quod prodigium populus « haud dubiam conjecturam fecit, in eo templo « Numen esse habitaturum, et præ gaudio pro- « cidens in solum unanimiter adoravit. » Sic autem legimus loco Paralipomenon citato: *Cùm complêsset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, et devoravit holocausta, et victimas, et majestas Domini implevit domum.* Idem habemus lib. 2 Machab. cap. 2, v. 8: *Sicut cùm Salomon petiit, ut locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc; magnificè enim sapientiam tractabat, et ut sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis et consummationis templi; sicut et Moyses orabat ad Dominum, et descendit ignis de cœlo, et consumpsit holocaustum.* Quod porrò hìc de holocausto Moysis dicitur ab igne consumpto, habemus Levit. 9, vers. 24, ubi in tabernaculi Moysis, quod hìc in Salomonis templi dedicatione contigisse traditur. Erat autem illud persuasum ab initio mundi, id est, à sacrificio Abel, maximè cùm accessisset prodigium hoc in tabernaculo Moysis, sacrificium illud acceptum esse Domino, quòd ignis desuper lapsus probavisset, adeò ut ipsi etiam idololatræ ad veri Dei cognitionem, hoc signum ab Eliâ propositum libenter admiserint. Cùm lib. Reg. 3, cap. 18, de vero Deo Eliæ foret cum Baal sacerdotibus orta contentio, dixit Elias vers. 24: *Invocate nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Domini mei, et Deus qui exaudierit per ignem, ipse erit Deus; respondens omnis populus ait: Optima propositio;* et ut Elias cogitavit, speravitque, Deus per ignem seipsum manifestans contentionem dirimit. Sic enim versiculo 38: *Cecidit ignis Domini, et voravit holocaustum* (nempe Eliæ), *et ligna, et lapides,* etc. *Quod cùm vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, et ait: Dominus ipse Deus.*

Addit Josephus lib. 8, cap. 2, fecisse Salomonem, quod pater ipsius ante fecerat, cùm arcam testamenti in domum suam introduxit lib. 2, cap. 6. Dimisit enim populum lætum, quem priùs aut epulo, aut cibo pro viâ prosecutus est. Sic autem ibi Josephus: *Rex concionem dimisit sacris primùm factis, tam pro se, quàm pro populo. Mactavitque vitulorum duodecim millia, agnorum centum et viginti millia, et omnes Hebræi cum liberis et uxoribus epulo sunt excepti.*

CAPUT IX.

1. Factum est autem, cùm perfecisset Salomon ædificium domûs Domini et ædificium regis, et omne quod optaverat et voluerat facere,

2. Apparuit ei Dominus secundò, sicut apparuerat ei in Gabaon,

CHAPITRE IX.

1. Salomon ayant achevé de bâtir la maison du Seigneur, le palais du roi, et tout ce qu'il avait souhaité et voulu faire,

2. Le Seigneur lui apparut une seconde fois *durant la nuit*, comme il lui avait apparu à Gabaon,

3. Dixitque Dominus ad eum : Exaudivi orationem tuam et deprecationem tuam quam deprecatus es coram me ; sanctificavi domum hanc quam ædificâsti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum, et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus.

4. Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit pater tuus, in simplicitate cordis et in æquitate, et feceris omnia quæ præcepi tibi, et legitima mea et judicia mea servaveris,

5. Ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum David patri tuo dicens : Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel.

6. Si autem aversione aversi fueritis vos et filii vestri, non sequentes me nec custodientes mandata mea et cæremonias meas quas proposui vobis, sed abieritis, et colueritis deos alienos et adoraveritis eos,

7. Auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis, et templum quod sanctificavi nomini meo projiciam à conspectu meo, eritque Israel in proverbium et in fabulam cunctis populis,

8. Et domus hæc erit in exemplum : omnis qui transierit per eam stupebit, et sibilabit, et dicet : Quare fecit Dominus sic terræ huic et domui huic ?

9. Et respondebunt : Quia dereliquerunt Dominum Deum suum qui eduxit patres eorum de terrâ Ægypti, et secuti sunt deos alienos, et adoraverunt eos, et coluerunt eos : idcircò induxit Dominus super eos omne malum hoc.

10. Expletis autem annis viginti postquàm ædificaverat Salomon duas domos, id est, domum Domini et domum regis,

11. Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina et abiegna et aurum juxta omne quod opus habuerat, tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terrâ Galilææ.

12. Et egressus est Hiram de Tyro ut videret oppida quæ dederat ei Salomon, et non placuerunt ei ;

13. Et ait : Hæcne sunt civitates quas dedisti mihi, frater ? Et appellavit eas terram Chabul, usque in diem hanc.

3. Et lui dit : J'ai exaucé votre prière et la supplication que vous m'avez faite ; j'ai sanctifié cette maison que vous avez bâtie pour y établir mon nom à jamais, et mes yeux et mon cœur seront toujours là.

4. Si vous marchez en ma présence, comme votre père y a marché, dans la simplicité et la droiture de votre cœur ; si vous faites tout ce que je vous ai commandé, et que vous gardiez mes lois et mes ordonnances,

5. J'établirai votre trône et votre règne sur Israël pour jamais, selon que je l'ai promis à David, votre père, en lui disant : Vous aurez toujours de votre race des successeurs qui seront assis sur le trône d'Israël.

6. Mais si vous vous détournez de moi, vous et vos enfants, si vous cessez de me suivre et de garder mes préceptes et les cérémonies que je vous ai prescrites, et que vous alliez servir et adorer les dieux étrangers,

7. J'exterminerai les Israélites de la terre que je leur ai donnée, je rejetterai de ma face ce temple que j'ai consacré à mon nom ; Israël deviendra la fable et l'objet des railleries de tous les peuples ;

8. Et cette maison sera un exemple *de ma justice;* et quiconque y passera sera frappé d'étonnement, et lui insultera, en disant : D'où vient que le Seigneur a traité ainsi cette terre et cette maison ?

9. Et on lui répondra : Le Seigneur a frappé ces peuples de tous ces maux parce qu'ils ont abandonné le Seigneur, leur Dieu, qui avait tiré leurs pères de l'Egypte, et qu'ils ont suivi des dieux étrangers, et les ont adorés et servis.

10. Vingt ans s'étant passés, pendant lesquels Salomon bâtit les deux maisons, c'est-à-dire la maison du Seigneur et la maison du roi,

11. (Hiram, roi de Tyr, lui envoyant tous les bois de cèdre et de sapin, et l'or, selon le besoin qu'il en avait), Salomon donna à Hiram vingt villes dans le pays de Galilée.

12. Hiram, roi de Tyr, vint pour voir ces villes que Salomon lui avait données ; mais elles ne lui plurent pas.

13. Et il dit : Sont-ce là, mon frère, les villes que vous m'avez données ? Et il appela cette contrée la terre de Chabul, comme elle s'appelle encore aujourd'hui.

14. Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri.

15. Hæc est summa expensarum quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini et domum suam, et Mello, et murum Jerusalem, et Heser et Mageddo et Gazer.

16. Pharao rex Ægypti ascendit, et cepit Gazer succenditque eam igni, et Chananæum qui habitabat in civitate interfecit, et dedit eam in dotem filiæ suæ uxori Salomonis.

17. Ædificavit ergo Salomon Gazer et Beth-Horon Inferiorem,

18. Et Baalath, et Palmyram in terrâ solitudinis.

19. Et omnes vicos qui ad se pertinebant et erant absque muro, munivit, et civitates curruum et civitates equitum, et quodcumque ei placuit ut ædificaret in Jerusalem et in Libano et in omni terrâ potestatis suæ.

20. Universum populum qui remanserat de Amorrhæis et Hethæis et Pherezæis et Hevæis et Jebusæis, qui non sunt de filiis Israel;

21. Horum filios qui remanserant in terrâ, quos scilicet non potuerant filii Israel exterminare, fecit Salomon tributarios, usque in diem hanc.

22. De filiis autem Israel non constituit Salomon servire quemquam, sed erant viri bellatores, et ministri ejus, et principes, et duces, et præfecti curruum et equorum.

23. Erant autem principes super omnia opera Salomonis præpositi quingenti quinquaginta, qui habebant subjectum populum, et statutis operibus imperabant.

24. Filia autem Pharaonis ascendit de Civitate David in domum suam, quam ædificaverat ei Salomon. Tunc ædificavit Mello.

25. Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta et pacificas victimas super altare quod ædificaverat Domino, et adolebat thymiama coram Domino. Perfectumque est templum.

14. Hiram avait envoyé au roi Salomon cent vingt talents d'or,

15. Telle est la somme des dépenses que fit le roi Salomon pour bâtir la maison du Seigneur et sa maison, pour bâtir Mello, les murailles de Jérusalem, Héser, Mageddo et Gazer.

16. Pharaon, roi d'Egypte, était venu prendre Gazer et l'avait brûlée, et il avait tué les Chananéens qui habitaient dans la ville, et il l'avait donnée pour dot à sa fille que Salomon avait épousée.

17. Salomon rebâtit donc Gazer *Beth-Horon-la-Haute* et Beth-Horon-la-Basse,

18. Et Baalath et Palmyre, dans le pays du désert *de Soba*.

19. Il fortifia aussi tous les bourgs qui étaient à lui et qui n'avaient point de murailles, les villes *où étaient les magasins* des chariots *de guerre*, et les villages *qui étaient destinés à la demeure* des gens de cheval, et tout ce qu'il lui plut de bâtir dans Jérusalem, sur le Liban, et dans toute l'étendue de son royaume.

20. Quant à tout ce qui était demeuré de peuple des Amorrhéens, des Héthéens, des Phérézéens, des Hévéens et des Jébuséens, qui n'étaient point des enfants d'Israël,

21. Salomon rendit tributaires leurs enfants qui étaient restés dans le pays, c'est-à-dire ceux que les enfants d'Israël n'avaient pu exterminer, et ils sont demeurés tributaires jusqu'à ce jour.

22. *Car* il ne voulut pas qu'aucun des enfants d'Israël servît d'esclave; mais il en fit ses hommes de guerre, ses ministres, ses principaux officiers et les chefs de ses armées; et ils commandaient les chariots et la cavalerie.

23. Il y avait sur tous les ouvrages de Salomon cinq cent cinquante hommes établis, auxquels le peuple était soumis, et qui avaient l'intendance de tous les ouvrages *qu'il avait* entrepris.

24. Or, la fille de Pharaon vint de la Ville-de-David dans sa maison que Salomon lui avait bâtie; et alors le roi bâtit Mello.

25. Salomon offrait aussi trois fois l'année des holocaustes et des victimes pacifiques sur l'autel qu'il avait élevé au Seigneur, *devant le vestibule*, et il brûlait du parfum devant le Seigneur. Or, le temple était achevé.

26. Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber, quæ est juxta Ailath in littore maris Rubri, in terrâ Idumææ.

27. Misitque Hiram in classe illâ servos suos viros nauticos et gnaros maris, cum servis Salomonis.

28. Qui, cùm venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

26. Le roi Salomon équipa aussi une flotte à Asiongaber, qui est près d'Elath, sur le rivage de la mer Rouge, au pays d'Idumée.

27. Et Hiram envoya avec cette flotte quelques-uns de ses gens, bons hommes de mer et qui entendaient fort bien la navigation, lesquels se joignirent aux gens de Salomon.

28. Et, étant allés en Ophir, ils y prirent quatre cent vingt talents d'or, qu'ils apportèrent au roi Salomon.

COMMENTARIUM.

Vers. 1 — Factum est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus Domini, et ædificium regis, etc. Ter dicitur Deus cum Salomone locutus fuisse. Primùm in somnis in Gabaon, cùm religionis et sacrificii gratiâ eò profectus est, ut habes supra cap. 3, ubi divinitùs sapientiam illi infudit, instruxitque ut domum sibi juxta præscriptam formam et rationem absolveret. Iterùm cùm intentus esset operis molitioni cap. 6, quò confirmaret animum, et inflammaret studium, ut constanter et avidè cogitata atque incœpta perficeret. Quo tempore non dicitur apparuisse Salomoni aut in somnis, aut aliquo alio modo, sed tantùm factum esse ad illum verbum Domini; sic enim ibi v. 11 : *Factus est sermo Domini ad Salomonem.* Tertiò hoc loco, in quo vult munerare tam constans et incitatum Salomonis studium, quo rem ita perfecit accuratè et sedulò, ut nisi opere ad omnes absoluto numeros, quiescendum sibi non putaverit. Dicitur tamen apparuisse Deus Salomoni secundò, quia semel tantùm illi apparuerat in Gabaon cap. 3. Nam cap. 6, non apparuisse, sed suam apparuisse voluntatem, quod per interpretem, id est, per Prophetam facere potuit. Neque enim sine causâ dicitur v. 2 : *Apparuit ei Dominus secundò, sicut apparuerat ei in Gabaon,* in somnis videlicet, quod habes magis expressum cap. 7 lib. 2 Paralip. v. 12, ubi Deus apparuisse dicitur in nocte. In hunc modum hæc, quæ non minùs consentire videbantur, conciliat Abulensis q. 4.

Hæc autem apparitio contigit postquàm absoluta est domus regia, et alia ædificia, de quibus cap. 7, in principio. Cùm autem in operibus illis minoribus atque profanis tredecim anni fuerint à Salomone consumpti, consequens est, ut dicamus anno à dedicatione templi decimo tertio in somnis Salomoni apparuisse Dominum, id est, à fundato templo anno vigesimo. Neque deest aliqua ratio, cur ad id usque tempus illud Domini familiare colloquium deferri debuerit. Nam cùm absoluto templo Salomon ad domum sibi, atque Ægyptiæ conjugi exædificandam adjecisset animum, et inanes sumptus contulisset, addidissetque alias ad similitudinem Libani delicias, minùs videbatur ad cœlestem illam illustrationem idoneus. Cùm autem ab insanis illis substructionibus animum avocâsset, et ad alias curas, et studia transtulisset, et quod eripuerat temporis ædificandi ardor, illud sacris obeundis religiosè et rebus pro suo munere et nomine administrandis impenderet, locum dedit illustrationi divinæ quem seculares atque profanæ cogitationes abstulerant. Hæc videtur assignari posse ratio, cur tamdiù videatur illustratio illa atque apparitio dilata.

Vers. 3. — Dixitque Dominus ad eum : Exaudivi orationem tuam, et deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me (1). Tredecim anni transacti fuerant, ex quo Salomon in templi dedicatione illam orationem habuit, de quâ

(1) Un savant théologien (*Estius*) a remarqué sur ces paroles que Dieu dit à Salomon, que toutes les choses extérieurs qui regardent le culte divin, soit que ce soit une Eglise, ou des vases d'or ou d'argent, ou d'autres ornements sacrés, ne peuvent être agréables à Dieu qu'à cause de la piété intérieure des personnes qui les lui offrent. Et ce culte intérieur consiste dans l'exercice continuel des trois vertus principales du Chrétien, la foi, l'espérance et la charité, selon ces paroles de saint Augustin : « C'est par la foi, et par l'espérance, et par l'ardeur de la charité, qu'on « rend à Dieu le culte qui lui est dû. *Fide, spe « et charitate colitur Deus.* Car alors, dit ce « Père, que ces vertus manquent, tout ce « qui se fait extérieurement dans les sacrifi- « ces, dans le chant des psaumes et des hymnes, « et dans les prières, est inutile et semblable « à des fictions de théâtres, et est plus ca- « pable d'irriter Dieu, que d'attirer sa misé- « ricorde. *Ubi ista desunt, quidquid exterius « agitur in sacrificiis et orationibus, inutile est, « et mimicis gesticulationibus simile, magisque « ad iram provocatur Deus, quàm commovetur ad misericordiam.* » (Sacy.)

proximo capite : cui Deus nunc, cùm minùs Salomon de suâ petitione cogitaret, respondit. Et quia Deus observaverat, probaveratque omnia, quæ sibi, templo, ac populo precatus est Salomon, ad eorum singula respondit, annuitque postulatis. Quare cùm illa quæ Salomoni fuerunt in votis, et subjecta precibus, neque obscura sint, et à nobis, ut reor, explicata satis, non est cur aliquid in his divinæ illustrationis verbis operæ ponamus ; cùm nihil contineant aliud, quàm liberalem concessionem illorum, quæ precatus Salomon fuerat, et quid Deus, ut illa bona sint perpetua à Salomone populoque desideret, et hæc posteriora à nobis explicata sunt lib. 2, cap. 7, ubi hæc eadem promissa sunt Davidi, cùm primùm de ædificandâ domo stabili Domino religiosam cogitationem suscepit, et propositæ minæ, si minùs legi, voluntatique divinæ posteri forent obsequentes.

Vers. 7. — Eritque Israel in proverbium, et in fabula cunctis populis (1). Multa promittit Deus Israeli, si quod ab illo officium et religio postulat, fideli observatione præstiterit; neque pauca minatur, aut levia, si religionem prodat, et minùs se divinis legibus obsequentem præbeat. Quem sic urgendum dicit gravibus, atque familiaribus incommodis, ut externis populis tribuat satis amplam insultandi et subsannandi materiam. Ut enim cùm gravia significare volumus infortunia, et sibi ipsis cohærentia mala, proverbiali specie, Mysorum ærumnas et Herculis labores appellamus; sic cùm posteri magnum aliquod et continens malum exprimere voluerint, ex Judæorum ærumnosâ ac vili conditione sument exemplum, et proverbialem dicendi modum. Has porrò minas sæpè à Deo propositas audierunt Hebræi, Deut. 28, v. 37 : *Eris in proverbium, et in fabulam omnibus populis ad quos te introduxerit Deus.* Jerem. cap. 24, v. 9 : *Dabo eos in vexationem afflictionemque omnibus regnis terræ, in opprobrium, in parabolam, et proverbium, et maledictionem in universis locis*, Zachar. cap. 8, versiculo 13 : *Et erit sicut eratis maledictio in gentibus.*

Vers. 8. — Quare fecit Dominus sic terræ huic? etc. Hæc eadem verba dixit Dominus, Deut. cap. 29, v. 24, et iterùm per Jeremiam cap 22, v. 18. Et quidem sic fuit populi quondam nobilis et lauti conversa afflictaque fortuna, ut omnes admirari potuerint mutationem illam, et causas inquirere, cur Deus abjecisse videatur populum, cujus antea paternâ sedulitate providerat. (1)

(1) Vers. 7. — Auferam Israel de superficie terræ, quam dedi eis ; et templum quod sanctificavi (dicavi) nomini meo projiciam, uti jam ob occisum Christum videmus Judæos toto orbe errones et vagos, et templum eorum excisum. Sic et Christianos ad hæresim aliaque scelera dilabentes Deus sæpiùs punivit, et etiamnum punit, excidio gentis et regni ac templa et monasteria succendi evertique sinit. (Corn. à Lap.)

De superficie terræ, quam dedi eis ; vel, ita exscindam, ut penitùs deleantur, memoriam illorum abolebo, ut iis accidit, qui miseras eas regiones tenebant, cùm Hierosolyma in manus Romanorum hostium venit, à quibus ingens incolarum copia exstincta est. Vel : Exterminabo, ex hâc regione pellam, et per totam latè orbis faciem dissipabo ; denique captivi abducentur, uti sub Nabuchodonosore et Salmanazare.

Templum . . . . . projiciam a conspectu meo. Deus quidem habitare inter homines in templis materialibus non dedignatur, ac loca illa tanquàm sacra, asylo religiosa habet, ibi autem munificentiâ majore opes suas et dona impertitur : ac præsentiæ suæ ea exhibet argumenta, ut veluti sentiatur : statim verò ac homo à debitâ in Deum fide recedit, templum intimum animi sui violat criminibus, cujus templi exterius hoc umbra est tantùm et vestigium, continuò Deus recipit sese, atque demonstrat non obscurè impiis, à Numine cultum merè exteriùs, eumque gloriæ fucum ac inanem imaginem negligi. Deserit non invitus loca illa, quæ nonnisi pietatis nostræ gratiâ admiserat. Terribilis est irati Numinis ultio, templorum gloriæ ejus dicatorum profanatio. Meritò quis asserat, cùm nostris criminibus tantum in nos malum provocavimus, velle Deum hisce punire nos, ac naturalibus modis spoliare, quibus nostram cum illo reconciliationem obtineamus. Deseri tunc à Deo meremur, neque nisi exhibitis dignis pœnitentiæ fructibus, spes superest alia revocandi Deum, impetrandique ab illo veniam profanationum, quæ gravem adeò pœnam in nos provocârunt. (Calmet.)

Considérons donc dans ces menaces que Dieu fait à Salomon *de rejeter loin de lui son temple*, et de le rendre un sujet de raillerie à toute la terre, ce que nous devons appréhender pour nous-mêmes, si après lui avoir été consacrés comme des temples vivants, nous

(1) Vers. 4. — Tu quoque si ambulaveris coram me sicut ambulavit pater tuus in simplicitate (Hebr. *betom*, id est, *in integritate ;* Chald., *in veritate. ; in sanctitate*) cordis, et in æquitate. Hebr., Septuag., *beioscer*, id est, *rectitudine*, hoc est, si integro, vero, sancto et perfecto corde mihi servieris, ut totum cor mihi tradas, nec illud dividas, ut ejus partem unam mihi, alteram idolis et cupiditatibus tradas. Deus enim totum cor totumque amorem nostrum poscit, juxta illud : *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, et ex totâ animâ tuâ, et ex totâ fortitudine tuâ.* Deut. 6, 5. (Vide ibi dicta.) Unde explicans subdit :

Et feceris omnia quæ præcepi tibi et legitima (leges) mea et judicia (jura et leges judiciales à me latas) mea servaveris. (Corn. à Lap.)

Vers. 10. — Expletis autem annis viginti postquam ædificaverat Salomon duas domos, etc. Eodem anno, quo Salomon à Deo in somnis hinc sermonem accepit, compensare voluit regis Tyri tam liberale, ac propensum studium, quo aurum, et ligna obtulit de Libano ex abiete, et cedro, quotquot ad egregias sumptuosasque molitiones habuit necessaria. Quare viginti annorum operas et sumptus viginti oppidorum concessione prosecutus est, quæ in eâ Galilææ regione sita erant, quæ gentilium hominum terminos attingit, quæ ideò Galilæa gentium appellata est Isai. cap, 9, v. 1. Quæ cùm Hiram esset per otium comtemplatus, quasi pro compensatione, atque officio accepisset injuriam, liberè cum Salomone, quasi merces illa exigua foret, et vilis expostulavit. Atque ideò appellavit *chabul*, quæ vox aliquid sonat Phœnicum linguâ vile, ut putat Josephus libro octavo, capite secundo, aut id quod displicet, Rabb. Salomon, ut refert Lyra, lutosam terram interpretatur, Rabb. Nahaman arenosam. Quidquid tamen sit sive ab uligine et luto, sive ab arenâ et glareâ, sive ab aliâ soli infelicitate id contigerit, displicuit tractus ille terrarum regi Tyrio, et suas sibi Salomoni civitates habere jussit. Ita putat Josephus supra, et videtur certum ex his quæ proximè dicentur.

An Salomon gentili regi aliquid ex Israelitarum funiculo tradere potuerit, id est, Dei hæreditatem abalienare, et quodam modo idolorum impiæ consecrare religioni, quærit Abulensis quæst. 8, et omninò negat partem aliquam è terrâ promissionis alteri potuisse tradi mancipio, et in eam sententiam adducit rationes prudentum judicio non infirmas. Prima, quia neque hæreditas ex unâ tribu ad aliam transferri poterat, ne ulla esset sortium familiarumque confusio. Neque si quid ad alienos, id est, ad alienam familiam esset pretio distractum, id ullo modo poterat esse perpetuum : atque ideò Jubilæi tempore ad priores dominos redibat alienata possessio. Deinde, quia nullus abdicare poterat à suâ familiâ, nisi id, cujus erat omninò dominus, ut de illâ suo arbitratu statuere posset; sed ex illâ ad regiam majestatem et sumptus usum capiebat, et fructum, in hæc posteriora liberam habuit potestatem; atque ideò ad alterum, ad certum aliquod tempus, salvâ lege ac religione transcribere potuit : mancipium tamen, sive dominium integrum ac solidum non potuit. Quòd verò terra illa Deum habuerit, non regem dominum, habemus ex Levit. capite vigesimo quinto, versiculo vigesimo tertio. *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, et vos advenæ, et coloni mei estis ; unde omnis regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur.* Lege totum caput, quod valdè facit ad Abulensis sententiam. Putat igitur Abulensis, non tradidisse Salomonem civitatum illarum regi Tyri mancipium, sed usum, ut illarum fructus tamdiù perciperet, quamdiù de impensis in templi regiæque domûs constructione factis sibi satisfaceret. Sed, ut putabat Josephus, quod mihi etiam videtur valdè verisimile, non admisit Tyrus, quia illæ civitates non videbantur ejusmodi, ut ex illis ullo modo, aut non nisi diù, et cum gravi molestiâ tanti sumptus compensari potuerint. Neque omnia Salomon à Tyrio gratis acceperat. Eâ enim lege comportari à suis voluit cæduam materiam, ut habes supra capite quinto, versiculo decimo, ut Salomon domui suæ in cibos necessaria interea præberet : *Præbebis,* inquit Tyrius, *necessaria mihi, ut detur cibus domui meæ. Salomon autem præbebat Hiram coros tritici viginti millia in cibum domui ejus, et viginti coros purissimi olei. Hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos.* ( )

nous éloignons de lui, *et nous cessons de le suivre et de garder ses préceptes*, puisque du temple de Dieu que nous étions, nous deviendrons la retraite des démons, et comme il est dit ici, *la fable et l'objet des railleries de tous les peuples.* (Sacy.)

Vers. 8. — Domus hæc erit in exemplum, documentum justitiæ meæ ; vel potiùs : Statuetur in exemplum urbis infelicis, quam Deus punierit. Hebræus : *Domus hæc erit excelsa*, ad statum illum desolationis redigetur, ad quem redacta sunt loca olim paganorum superstitione dedicata. Ab omnibus derelicta contemnetur. Vel potiùs : Redigetur in struem lapidum et ruderum. Jonathan : *Hæc domus excelsa erit diruta.* Alii : Templum hoc, quod futurum est celebre adeò, ac dignitate sublime, redigetur tandem in mseceriam. Denique : Dominus hæc Altissimi eò, redigetur ut transeuntes omnes illudentes, dicant : Unde tantum in se casum à Domino provocavit ? Favent huic interpretationi Paralipomena ; ita enim ferunt in Hebræo : *Domus hæc, quæ fuit excelsa omni transeunti super eam, erit stupori.* (Calmet.)

(1) Vers. 13. — Hæcne sunt civitates, quas dedisti mihi, frater ? Leve hoc dissidium inter Salomonem et Hiramum subortum minimè læsit amicitiam, quam inviolatam, donec ambo vixêre, servârunt. Aliter profectò Salomon debito, quo erga regem Tyri obstringebatur, satisfecisse censendus est. Ambo hi principes mutuo sese fratrum nomine et amore prosequebantur. Quæ erat regum orientalium mutua consuetudo. Benadadum regem Syriæ fratris nomine compellat Achabus : *Si adhuc*

Vers. 14. — Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri (1). Non misit Hiram hæc tot talenta exactis viginti

vivit, frater meus est. Quod acceperunt viri pro omine.., atque dixerunt : Frater tuus Benadad. David in elogio funebri Jonathæ, fratris nomine illum donat. Regibus Alexandro et Demetrio Jonathas Machabæus frater est, frater est Lysias Antiocho, copiarum ejus imperator. (Calmet.)

Et appellavit eas terram Chabul. *Chabul*, Phœnicum linguâ, ait Josephus lib. 8, c. 5, significat, *non placens*, vile, displicens. Ita Abulens., Cajetan. et alii; Hebræorum verò linguâ *chebel* significat *compedes*, inde *chabul* significat *terram tenacem* et lutosam, quæ gradientes remoratur, eisque quasi compedes injicit, ut vix progredi queant. Ita R. David, Vatabl. et Pagnin. Posset quoque *chabul* per metathesin deduci à *keleb*, id est, canis, q. d.: *Terra canina*, vilis et spurca instar canis; unde Josephus ait Hiram noluisse has urbes acceptare, itàque eas mansisse Israeli. (Corn. à Lap.)

(1) Il semble que la conduite du roi Hiram, qui contribua comme un mercenaire à la construction du premier temple que l'on ait offert à Dieu, lorsqu'il aurait pu avoir la gloire de le faire gratuitement, nous donne lieu de faire ici une sérieuse réflexion sur notre propre conduite dans ce qui regarde le culte de Dieu. Tous les exercices d'un chrétien et encore plus toutes les fonctions d'un pasteur, sont comme autant de travaux qui regardent l'édifice spirituel de la maison du Seigneur, soit dans nous-mêmes ou dans les autres. Si les pasteurs, dans tous leurs travaux, envisagent comme saint Paul, non leurs propres intérêts, mais uniquement ceux de Jésus-Christ; s'ils sont comme lui dans la pureté de cette disposition intérieure qui le portait à travailler gratuitement et dans la vue de Dieu seul pour la gloire de l'Évangile, ils contribueront, comme le roi Salomon, d'une manière généreuse, au temple de Dieu. Et de même si les fidèles, chacun selon son état, s'emploient avec une charité vraiment pure à ce qui regarde l'édifice de la maison du Seigneur dans eux-mêmes; s'ils n'y regardent que la gloire de celui en l'honneur duquel toutes les créatures, figurées par tant de victimes que l'on offrit dans le temple, doivent être immolées, ils imiteront la conduite désintéressée des Israélites, qui contribuèrent par de généreuses profusions de leurs richesses à la construction de ce premier temple.

Mais si, au contraire, les uns et les autres ont des vues intéressées d'amour-propre dans cet ouvrage qui est tout de Dieu, lorsqu'un jour ils considéreront sérieusement à leur mort ces récompenses terrestres que leur amour-propre leur proposait, ils ne les regarderont que comme un néant. Ils diront alors, ainsi que le roi Hiram, mais avec un sentiment de douleur bien différent de celui de ce prince païen, qui n'en était qu'une très-faible figure : *Etait-ce donc là ce qu'on voulait nous donner ? Etait-ce à ces villes de boue et de sable* que nous aspirions? Combien l'or du vrai Salomon, c'est-à-dire et sa charité et sa justice, nous serait-il plus avantageux? Et que nous trouvons maintenant tant de travaux mal récompensés, parce que nous ne travaillions pas pour Dieu seul! (Sacy.)

annis à fundatione templi, quando oblatæ fuerunt à Salomone civitates viginti, et ab ipso rejectæ : neque enim absoluto jam templo, et aliis substructionibus, quas Salomon immani quodam sumptu moliebatur, necessarium erat vim illam auri maximam conferri. Ita Abulensis quæst. octavâ. Significatur hìc quantùm auri à rege Tyri collatum fuerit, cujus sanè summa magna fuit, cujuscumque pretii, ac ponderis talentum esse statuas. Nam habuisse talentum sub hæc tempora tantùm ponderis, quantùm olim cùm Moyses populum ex Ægyptio jugo liberavit, nunquàm mihi persuadere potui. Cùm autem Hiram tantùm lignorum ex cedro, atque abiete tribuerit, insuper tot auri talenta, nihil mirum si stomachosiùs tulerit pro tantâ liberalitate tam vilem atque exiguam mercedem à Salomone rependi.

Vers. 15. — Hæc est summa expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini, etc. Hic locus ad versum usque 20, obscurus est, et impeditus valdè. Communiter interpretes illud, *rex Salomon*, in recto statuunt, quasi expensas fecerit Salomon, in illis rebus, quas aut ædificavit de novo, aut instauravit, et munivit; quas ad versum usque vigesimum secundum enumerat. Neque exiguum esse oportuit, quod in tantâ ac tam multiplici molitione consumptum est. Hanc ego sententiam cum aliis amplector, ita tamen, ut in summâ non intelligam numerum, aut pondus argenti atque auri, quod expensum est, sed numerum, et rationem eorum, in quibus construendis et concinnandis tot à Salomone divitiæ consumptæ sunt. Et quidem vox Hebraica *dabar*, pro quâ vulgatus reddidit, *summam*, non rarò causam, rationemque significat. Ubi vulgatus *obtulit*, Hebr. est *heclahah*, quæ propriè valet, *ascendere fecit*, quæ vox ad varios patet usus, neque magis valet *offerre*, quàm *afferre*. Quare sensus est: Hæc est causa, aut materia expensarum et sumptuum quos fecit Salomon. Primo loco constituit domum Domini, deinde domum regiam, postea civitates quas munivit, aut de novo construxit, de quibus aliquid nobis dicendum est.

Et Mello. Diximus supra 2 Reg. 5, versiculo 9, quid esset Mello, et quomodò à Davide deductus fuerit murus, qui civitatem ejus, id est, arcem Sion circùmquaque vallavit. Nunc verò audimus ædificatam à Salomone, qui partem illius templo, partem, juxta sententiam Hebræorum (ut tradit hic Lyra et Abulensis, quæst. 8), ædificiis aliis occupavit, ad orna-

tum, et usum illius domûs, quam uxori suæ Pharaonis filiæ magnificis operibus extruxit. Cùm autem eo in loco communi civium usui magna foret commoditas, quia prope templum erat, et ibi qui religionis gratiâ venerant, expectare poterant sine ullâ, aut certè cum minori molestiâ, graviter tulerunt cives ereptum sibi, peregrinisque locum opportunum hominibus, maximè, ut serviret Ægyptiæ feminæ sive ambitioni, sive deliciis. Eam ob causam aliqui rebellârunt contra Salomonem, quorum princeps fuit Jeroboam filius Nabath, qui postea decem tribus à Hierosolymâ et templo, atque à Davidicâ familiâ distraxit, infra cap. 11, v. 26 : *Jeroboam quoque filius Nabath*, etc., *levavit manum contra regem, et hæc est causa rebellionis adversùs eum, quia Salomon ædificavit Mello, et coæquavit voraginem civitatis David patris sui.* De Mello variæ sunt sententiæ, quas enumerare longum esset, atque molestum opus, et sine magno tantæ operæ pretio. Quod Hebræi putant, minùs mihi videtur habere difficultatis ; neque aliter video, quomodò ædificatâ Mello Salomon offensionem populi, atque invidiam incurrere potuerit, et maximè, ut diximus, Jeroboam. (1)

Vers. 16. — Pharao rex Ægypti ascendit, et cepit Gazer, etc. Docet quomodò hæc civitas ad Salomonis potestatem veniret, cùm ante illud tempus non fuerit ab aliis, qui rei Israeliticæ præfuerunt, in provinciam redacta, sicut aliæ plurimæ civitates, quas descripti terræ promissionis termini amplectebantur. Ascendit autem in terram promissionis Pharao, ut Salomoni dotatam filiam matrimonio conjungeret, neque putavit futuram despicabilem dotem, si summoto Chananæo domino, qui Hebræorum nomini semper fuerat infensus, illius civitatem Salomoni genero subjiceret; quod facilè consecutus est. Quam Salomon ædificavit, sepsitque mœnibus cum civitatibus aliis, quas statim recenset. Quidam dotatam Pharaonis filiam negant esse, quia apud Hebræos sponsæ non à parentibus, sed à novo conjuge dotem accipiunt. Atque ideò non tam dotis, quàm muneris nomine civitatem illam traditam esse putant. Conjectarent illi optimè, si eadem esset externis regibus consuetudo, quæ Hebræis. At externi, quales erant Ægyptii, filias suas indotatas domo abire non sinunt. Quòd verò à parentibus dotatæ ad nuptias adducantur filiæ, res est nota. De quo pluribus Tiraquellus in leg. connubial. l. 5, unde sæpè audimus feminam ab honestate et ingenuo pudore satis esse dotatam, quantùmcumque sit pauper. Sic sanè Lacæna puella paupercula rogata, quam dotem allatura esset sponso, pudicitiam respondit à majoribus traditam. Ita Plutarchus in Apophtheg. Lacon. Et idem de pulchritudine dixit Apuleius Apologiâ 2, ubi ait satis secum dotis afferre virginem, licet sit oppidò pauper, si sit pulchra, quod ante illud Ovidius cecinit :

— *Dos est sua forma puellis.*

Vers. 18. — (1) Et Palmyram in terra solitudinis (2). Palmyra expositio est vocis Hebraicæ

(1) Heser, vel *Hazer*, vel *Chazer*. Hujus nominis plures sunt urbes, è quibus una sedet in tribu Juda, altera in Nephthali et alibi. Quare definiendo quam potissimùm munierit atque ædificaverit Salomon, frustra laboremus.

Mageddo, in tribu Manasse.

Gazer, quam urbem evertit Josue, cujus et regem interfecit. Obtigit in partem tribûs Ephraimi, atque in sedem Levitarum destinata fuerat, sed à Chananæis iterùm superata, ipsis usque ad Salomonis regnum paruit. Pharao rex Ægypti armis illam cepit deditque Salomoni in dotem pro filiæ nuptiis. Salomon verò illam et restituit et munivit. (Calmet.)

(1) Balaath. Duæ vel tres urbes hujus nominis occurrunt, et quam potissimùm ex iis hic innuatur non indicato situ ignoramus. (Calmet.)

(2) Hebræus : *Thamor in deserto in terrâ.* Septuaginta tantùm : *In deserto.* Clericus nomen *Aram* supplens, vertit : *In deserto, in terrâ Aram;* id est, in Syriâ. Constat equidem, urbem Thadmor vel Thadmar in Syriâ Sobâ jacuisse. Urbs Palmyræ apud veteres magnoperè celebratur. Jacebat in medio vastissimæ solitudinis, undique circumfusæ, opibus, aquis, amplitudine etiam atque etiam commendata. Media erat inter duo imperia, Romanorum et Parthorum, distans à Seleuciâ ad Tigrim, 337,000 passibus, et à littore maris, 203,000 passibus, atque à Damasco 176. Ambigunt nonnulli, utrùm urbs Thamor vel Thadmor, de quâ hìc Hebræus, eadem cum Palmyrâ censenda sit. Sed in hanc sententiam nos deducit Scriptura affirmans, Salomonem subegisse regionem Emath Soba, ibique Thadmor condidisse. Nulla enim est in his regionibus urbs, præter Palmyram, quâcum hæc omnia congruant. *Thamar*, vel Thamor in Hebræo sonat *palmam;* Et Græci Palmyram eamdem urbem, quam Syri *Thabor* vel Thadmor appellant, teste Josepho. Denique situm Palmyræ ita describit Josephus, ut satis congruat cum urbe, de quâ Plinius. Asserit enim, distare à superiore Syriâ duarum dierum itinere, ab Euphrate, unius diei; à Babylone magnâ, sex dierum : causam verò condendæ hìc urbis Salomoni hanc fuisse tradit, quòd nullos in agro fontes vel puteos, nisi hìc natus sit. (Calmet.)

Et Palmyram. Hebr. et Septuag., *Thamor*, id est, *Palma.* Videtur ergo urbs hæc dicta *Palmyra*, à palmarum copiâ, et palmetis ibidem abundantibus, ait S. Hieron. in Ezech. cap. 47 et 48. Sita erat trans Jordanem in finibus Israel, pertinebatque ad dimidiam tribum Manasse, distans à Damasco 27 millibus passuum.

Tamor, quæ palmam significat, quasi dicas, civitatem palmarum, quo modo vocata est Jericho, quia palmis abundabat. De hâc videtur Plinius locutus fuisse lib. 5, cap. 15, quam exactè describit, sicut etiam Josephus lib. 8, cap. 2.

Vers. 19. — Et omnes vicos, qui ad se pertinebant, et erant absque muro, munivit (1). Hinc conjectare quis posset hos vicos, qui à Salomone dicuntur vallati mœnibus, non procul esse ab hostilibus finibus, quasi ibi fuerint aliquot vici, qui ad ipsius ditionem non pertinuerint. Nam vicos omnes, quotquot erant in terrâ promissionis, à Salomone fuisse vallatos, res videtur admodùm creditu difficilis. Accedit quòd aliquot civitates statim dicuntur à Salomone munitæ, quæ erant, ut apparet, et magnæ, et procul ab hostili terrâ, de quibus non ageretur hic seorsùm, si de omnibus vicis, quotquot essent in terrâ promissionis, superior esset sermo.

Et civitates curruum, et civitates equitum. Habuisse Salomonem multa equorum millia currilium, multa equestrium, diximus supra, capite 4, versu 26. Hos verò in variis civitatibus ditionis suæ ali (nimirùm quæ non procul abessent à regiâ domo, seu sede) habemus libro secundo Paralipomenon capite 9, versiculo 25 : *Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis, et curruum, equitumque duodecim millia, constituitque eos in urbibus quadrigarum, et ubi erat rex in Jerusalem.* Has civitates Salomon mœnibus sepsit, tum quia ipsæ eo ornamento et munimento non videbantur indignæ ; tum quia illud belli subsidium, et pacis ornamentum ab hostium calliditate et impetu servatum oportuit.

Vers. 20. — Universum populum, qui remanserat de Amorrhæis, et Hethæis, etc. Remansisse à Chananæo genere quamplurimos in terrâ Chanaan, quam ante Hebræorum appulsum ipsi possederant, constat ex versiculo 16, de quo nuper. Ubi Pharao dicitur è civitate Gazer ejecisse Chananæum; et civitatem illam dotis nomine Salomoni tradidisse genero, et Josue capite 16, à versiculo 10, ubi Chananæus habitâsse dicitur in terrâ Ephraim. Et capite 17, versiculo 12, hoc idem fecisse dicuntur iidem Chananæi in terrâ Manasse, et in pluribus aliis tribubus multi dicuntur ex eo genere relicti, qui subjugari non potuerint ab Hebræis. Hos non expugnavit David, sed reliquit tributarios, sicut aliquos ex eâdem gente, qui neque priùs à Josue, neque postea judicum tempore subjugati fuerunt aut expulsi; sed hi fortassè aut impositum à superioribus onus recusabant, quos suâ auctoritate, et viribus Salomon edomuit, aut, quod verius puto, gravius illis tributum, quod ante illorum aliqui nescierant, onus imposuit personale, de quo statim. (1)

(1) Vers. 21. — Fecit tributarios usque in diem hanc. Hebræus : *Fecit ire* (vel ascendere) *in tributum* (seu ad operas vectigales) *servile usque ad diem hanc.* Tradit Josephus, Salomonem jugo submisisse Chananæos, qui nondùm parebant Israelitis, quique sedes habebant in Libano, et usque ad urbem Emath; imperâsse illis tributum, adegisse ad servitutem, servorum onera imposuisse, atque ex illis certum quotannis numerum ad opera agriculturæ præstanda selegisse. Addi etiam potest, ad opera cætera pro arbitrio, uti ad ædificia, vel alia quæcumque. Perinde illos habuit Salomon ac bello captos, ex communi ejus ætatis lege. Jus illi fuisset victos neci tradere; maluit servare captivos. Miseram hanc conditionem subibant Chananæi, scriptoris horum librorum ætate : *Usque in diem hanc.* Appellat illos pariter Esdras *servos Salomonis;* è quibus nonnulli cum Judæis è captivitate Babylonicâ redeuntibus admiscebantur. Nec alios credimus proselytos designatos in 1 Paral. 22, 2. Ex illis centum quinquaginta tria millia et sexcentos Salomon in regione deprehendit. 2 Par. 2, 17, 18.

Fecit Salomon tributarios, scilicet Chana-

Ædificavit eam ergo Salomon ibidem tanquàm in extremo imperii sui limite, et validissimis mœnibus cinxit; postea ab Adriano imper. restaurata dicta fuit *Adrianopolis.* Ab hâc urbe celebri tota regio et solitudo vicina dicta est *Palmyrena.* Vide Andrichom. pag. 92, num. 73. (Corn. à Lap.)

(1) Hebræus : *Omnes urbes thesaurorum*, vel *horreorum erant ipsi.* Urbes, quò colligebat proventus suos omnes, frumentum, vinum, oleum, quæque erant in finibus regni; neque enim credimus, urbes omnes regni sui muniisse. In Exodo legimus, regem Ægypti coegisse Judæos condere urbes appellatas eodem nomine, quod et hic recurrit : *Urbes thesaurorum*, vel *urbes munitas;* vel denique *urbes tabernaculorum, urbes bellicas.* S. Hieronymus, qui in recitato Exodi loco Hebræum reddidit : *Urbes tabernaculorum*, vertit hic : *Vicos qui erant absque muro.* Originalis ad litteram exprimere potest : *Urbes indigentiæ*, urbes destinatæ ad servandam annonam, ut inopiam seu præveniant, seu depellant.

Et in Libano. Ædes condidit, quibus datum est cognomen : *Saltus Libani*, quanquàm in urbe Hierosolymâ continebantur. Quin et in Libano ædificium aliquod constituit. Sponsus in Cantico meminit turris Libani, cujus vestigia nonnulla adhuc superesse in Libano, affirmat Gabriel Sionita; Benjamin Tudelensis narrat ejusdem ædificii rudera quædam sese vidisse, cujus lapides porrigebantur in longum palmis viginti, in latum duodecim. Constans regionis illius traditio fert, Salomonem regionem illam ædificiis aliisque pluribus operibus ornâsse. Porrò transitus Libani magno erat illi momento, ut aditum haberet in Syriam, subditam imperio suo regionem. (Calmet.)

Vers. 22. — De filiis autem Israel non constituit Salomon servire quemquam, sed erant viri bellatores, etc. Hinc ego colligo impositum esse à Salomone Chananæorum reliquiis personale servitium, cui opponitur Hebræorum ab illo servili onere libertas. Neque enim à vectigalibus immunes fuerunt Israeliticæ tribus, quas sic vehementer oppressit Salomon, ut illo defuncto omnes communi conspiratione ad filium ejus Roboam convenerint, dixerintque durum impositum fuisse à parente jugum, illudque ut levius redderet, communibus oraverint votis. Quòd autem servire Salomon fecerit homines ab Israelitico genere semine alienos, vidimus supra capite quinto, ubi diximus eos qui onera portabant et opus exercebant verè servile, quodque nihil haberet artis, vel ingenii, fuisse alienos ab Israelis genere, licet non omnes ab ejus religione, quod probabamus ex illo libro secundo Paralipomenon capite tertio, versiculo 17 : *Numeravit igitur Salomon omnes viros proselytos, qui erant in terrâ Israel,* etc., *et erant centum quinquaginta millia, et tria millia sexcenti, fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent; octoginta millia, qui lapides in montibus cæderent.* Filios autem Israel ingenuis operibus addixit, nempe ut arma tractarent, ut curis præessent publicis, ut haberet in gravi atque molestâ regni administratione, adjutores et socios; neque aliam ab illis personalem operam exigebat, nisi fortassè compensatam mercede. Lege caput 2 Paralipomenon proximè citatum, et videbis quot ex suo genere Salomon publicis operibus præfecerit. De hâc re vide Abulensem q. 11, ubi probabile putat Salomonem eo tempore, quo sanctè et moderatè vixit, ab omni onere exemisse viros Israelitas, neque durum imposuisse jugum; in ætatis tamen flexu, ut mutavit mores, sic etiam ingenio mutato, cœpisse in suos esse crudelem. (1)

Vers. 24. — Filia autem Pharaonis ascendit de civitate David in domum suam, quam ædificaverat ei Salomon; tunc ædificavit Mello. Cùm jam pro Pharaonis filiâ domum ædificâsset Salomon pro regiæ conjugis dignitate, in illam traduxit ex civitate David, ubi ad illud usque tempus habitaverat. Cùmque civitas esset in superiori loco, ascendisse tamen dicitur juxta Hebræorum idioma; apud quos, ut diximus lib. 1 Reg. cap. 14, n. 11, *ascendo, et descendo,* idem est quod venio. Ex eo quod additur statim : *Tunc ædificavit Mello,* colligebant Hebræi, ut paulò ante diximus, abstulisse Salomonem publicis hominum conventibus et usibus plateam, seu aream, quæ dicebatur Mello (ab hominum fortassè frequenti multitudine, nam hæc vox multitudinem indicat) et illam ad filiæ Pharaonis, additis ædificiis, habitationem accommodâsse. Cur Salomon in regiâ Davidis civitate habitare noluerit, peregrinam feminam, quæ non satis fortassè religioso conjugi suam religionem ac fidem probavisset, discimus ex lib. 2 Paral. cap. 8, v. 11 : *Dixit enim* (Salomon) *rex: Non habitabit uxor mea in domo David regis Israel, eò quòd sanctificata sit, quia ingressa est in eam arca Domini.* Qui locus pro templorum reverentiâ atque observantiâ observandus est. Non credo Salomoni Pharaonis filiam, id est, Ægyptiam, et alienæ religioni addictam feminam nupsisse, nisi patriam abjurâsset religionem, et Israeliticam foret amplexata : at id femina, quæ à primis incunabulis gentilicis fuerat corrupta moribus, et impiis imbuta sacris, quæ non nisi difficilè exuuntur ab animis, simulatè id facere potuit,

(1) Vers. 23. — Præpositi quingenti quinquaginta. In Paralipomenis tantùm ducenti quinquaginta. Supra, v. 16, legimus ter millenos ac trecentos; et alibi in Paralipomenis ter millenos ac sexcentos; quæ tamen loca facilè conciliantur. Ducenti quinquaginta præpositi, de quibus in 2 Par. 8, 10, prælecti erant militiæ Salomonis, uti textus non obscurè docet. Quingenti quinquaginta, de quibus hic *statutis operibus imperabant,* id est, curabant imperium, proventus, equos. Denique numerum hunc præfectorum tenebant viri in toto regno principes. Ter mille trecenti, de quibus supra, v. 16, vel ter mille sexcenti, de quibus in Paralipomenis, inspectores erant horum centum quinquaginta millium ex alienis vel proselytis, quos rex addixit operibus, cædendisque lignis et lapidibus in Libano. Hæc è variis istis textibus simul collatis colliguntur. (Calmet.)

nàeos omnes, qui residui erant in Judæâ, quos Hebræi non potuerant exterminare. Quæres, an peccârit hic Salomon : nam Deus jusserat omnes Chananæos occidi. — Resp. Abulens. non peccâsse, quia nec David pater ejus illos occiderat; unde vel Deum in lege suâ dispensâsse, vel potiùs tunc legem non obligâsse, eò quòd tunc cessaret omne periculum, quod timebatur Israeli à Chananæis, ne scilicet ipsi Hebræos ad sua idola pellicerent; jam enim erant omninò à Davide et Salomone suppressi, ut id facere et capita elevare non auderent. Rursùm metuere poterat Salomon, ne, si ipse omnes Chananæos occideret, Philisthini, aliæque gentes in vindictam simili modo omnes Judæos apud se degentes trucidarent, imò ipsi bellum moverent. Adde, legem jubentem occidi Chananæos maximè pertinuisse ad Chananæos, qui tempore Josue vivebant et deinceps, cùm expugnanda et possidenda erat terra, ut indicatur hoc versu. Ita Cajetan. et alii. (Corn. à Lap.)

ne à tanti principis nuptiis excideret. Quod cùm acutus et prudens esset odoratus, habitare eam noluit in eâ domo, quam Deus speciali quâdam ratione consecrâsset.

Vers. 25. — Offerebat quoque Salomon tribus vicibus holocausta, et pacificas victimas. Tres illas vices explicat liber 2 Paral. cap. 8, vers. 13 : *In solemnitate,* inquit, *azymorum, et in solemnitate hebdomadarum, et in solemnitate tabernaculorum.* His diebus Salomon tam in altari holocausti, quod erat ante porticum in atrio sacerdotum, quàm in altari thymiamatis, in quo varii cremabantur odores, multa Deo ad suum quæque accommodata altare obtulit, victimas quidem in holocausti, odoramenta in thymiamatis altari. Neque tamen ideò alias inter ea omittebat hostias, quæ juxta Moysis præcepta aliis diebus immolari debebant, licet id ex hoc loco non habeamus, nisi admodùm obscurè. Neque enim in hoc loco Paralip. Salomon dicitur in sabbatis, et calendis, et diebus aliis festis immolâsse, sed in eo altari superiore obiisse sacrificia, ubi ex præcepto Moysis offerri poterant in calendis, sabbatis, diebusque aliis festis.

Perfectum est templum. Jam sæpè dictum est absolutum esse templum imò et regis domum, et illa omnia alia, quæ rex ipse Salomon voluit. Cur ergo sine ullâ, ut videtur, causâ Salomonis templum perfectum esse dicitur? Mihi illa se offert primùm, ut ostendatur omnia sacrificia in utroque altari fieri commodè potuisse, quia jam omnia sic erant perfecta, ut ad tantum opus nemo posset quicquam desiderare, et cùm jam Salomon nihil haberet ultra in templi fabricâ, in quod necesse esset sumptus conferre, in sacrificia contulit liberaliter, quæ mirâ pietate et regiâ liberalitate peregit. Hoc ipsum videtur explicuisse liber 2 Paralip. cap. 8, v. 16 : *Omnes,* inquit, *impensas præparatas habuit Salomon ex eo die, quo fundavit domum Domini, usque in diem, quo perfecit eam.* Ubi videtur esse recapitulatio quædam, et quasi epiphonema, quam adhibere interdùm solemus, quando absolutâ aliquâ narratione, ad rem aliam diversam orationem traducimus.

Vers. 26. — Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber quæ est juxta Ailoth in littore maris Rubri, in terra Idumææ. Jam gradum facit historicus sacer ad explicandas Salomonis divitias, et quo illas modo congregaverit; et docet instruxisse classem ad ea maris Rubri littora quæ ad Idumæos pertinent, id est, ad illius maris orientalem plagam, ubi sita est Asiongaber, locus, ut apparet, construendis atque servandis navibus opportunus. Hic cum Tyrio rege Salomon suos conjunxit in fabricandâ atque adornandâ classe sumptus et industriam. Neque Tyrii, licet abundarent navibus, illas è Mediterraneo ad Erythræum, sive Rubrum mare per longa locorum spatia transportare ullâ ratione potuerunt.

Hic multi multa dicunt, remque non admodùm obscuram, neque impeditam suis disputationibus non admodùm necessariis obscurant, et impediunt. Quidam contra Scripturæ fidem, ut obstructam suis cogitationibus viam aperiant, Asiongaber à maris Rubri littore ad maris Mediterranei littora trajiciunt. Cùm dubitare nemo aut debeat, aut possit Asiongaber aut esse in Idumæâ, quod est verius, aut saltem propè, et juxta Moab, ut constat ex Deuteron. cap. 2, vers. 8 : *Cùm transissemus fratres nostros filios Esaü, qui habitabant in Seir, per viam campestrem de Elath et Asiongaber, venimus ad iter quod ducit in desertum Moab.*

Vers. 27. — Misitque Hiram in classe illa servos suos viros nauticos et gnaros maris, cum servis Salomonis. Phœnices, qui iidem sunt, qui Sidonii et Tyrii, primi existimantur rei nauticæ inventores, rei sanè nauticæ maximè periti, quos Mela in Phœniciâ commentos esse dicit artem navigandi. Idem Tibullus, qui sic de Tyro :

Prima ratem ventis tradere docta Tyrus.

Misit itaque Hiram non naves, quarum magnum creditur habuisse numerum in Mediterraneo mari, sed servos assuetos mari, et rei nauticæ apprimè peritos, qui naves à Salomone in Rubri maris littore fabricatas moderarentur. An verò deinceps spe captus lucri classem in Rubro mari rex Tyri paraverit, et Oceano ante illud tempus ignoto Phœnicibus commiserit, capite subsequenti videbimus. Hoc sanè loco nullam cum Salomone classem instruxit : quod ex eo quivis persuadere sibi potest, quia aurum ex eâ navigatione comportatum ad Salomonem esse dicitur, neque verbum unum de Hiram, quia ex Tyriis nihil in eâ classe præter nautas fuerat; quorum operam justâ Salomon mercede compensavit.

Vers. 28. — Qui cum venissent in Ophir. Multùm hìc laborâsse video magnorum virorum studia, quorum ego diligentiam non tam interdùm laudo, quàm admiror. Neque credo illorum aliquos tam explorandæ veritatis studio, quàm ornandæ patriæ desiderio asseruisse

plurima, quæ neque cogitâssent quidem, nisi acres ingeniorum pulsus ardens in patriam amor accessisset. Ego in illo, qui interpretis partes explere vult, et bonâ fide suo sibi muneri, et lectoris utilitati servire, nihil magis desidero ac laudo, quàm veritatis amorem, et ejus indagandæ primum, et maximum studium, præsertim dùm in re sacrâ, atque omni religione venerabili commentario laborat. Quidam Ophir illam regionem esse putant, quæ trans Oceanum est ad plagam occiduam, quam nostrâ ætate aperuerunt Hispani, vocâruntque *Peru*, et in Scripturâ sacrâ videre se putant illius nominis non obscura vestigia lib. 2 Paralipomenon cap. 3, v. 7, ubi pro eo, quod vulgatus legit: *Porrò aurum erat probatissimum*, in Hebræo est *parvaim*. Neque desunt, qui Ophir Hispaniam esse credant, aut credere se dicant, putentque Ophir idem esse quod Tharsis, in quâ ipsi voce Hispaniam agnoscunt.

Ego hìc dicam quod magis videtur, et verbis ipsis, et rerum naturæ consentaneum, quod in re conjecturali spectare debet, qui veritatem captat, et non vult aliis se nimis in credendo facilem ostendere, et sententiam suam minùs esse dignam, cui habeatur fides, cùm levibus non tam innitantur fundamentis, quàm inanibus fundamentorum umbris. Ego hìc neque Peruanam regionem, ut maximè cupiam, videre possum, et multò minùs Hispaniam, libentiùs hìc agnosco Indici, atque Orientalis maris littora, aut insulas, quæ non longè ab Indico mari recesserunt. In illâ enim orientali plagâ (id habeo pro meâ cogitatione) quæ non admodùm distat à mari Rubro, unde classis solvit Salomonis. Deinde quia in illâ regione reperiuntur omnia, quæ in eâ classe ad Salomonem allata esse dicuntur, aurum, ebur, aromata, gemmæ, ligna odorata, quibus regio abundat orientalis: neque ex Peruanâ regione horum aliqua nisi rarò ac modicè comportari audimus. Deinde quia neque Salomonis ætate, neque multis post seculis explorata fuit à quoquam illa regio; imò multi existimârunt, etiamsi sub illâ cœli plagâ temperatâ, commoda esse posset hominum habitatio, tamen nondùm habitatam esse, quia interjecta zona, quæ ab ardore dicitur torrida, aditum ad ulteriora præcluderet. At si Salomon illam tentâsset, felicique cursu navigationem confecisset, quis ignoraret habitatam esse regionem illam, et tractum illum Oceani navibus esse permeabilem? Adde quòd navigia, quibus olim utebantur Phœnices et Tyrii, non erant ejusmodi, ut ferre possent aut molem fluctuum, quos suscitat Oceanus, aut conficere tantùm spatii, quantùm ex mari Rubro ad oram usque Peruanam extenditur: possent tamen oras legere Indici maris, cùm non longè sese subducerent à terrâ. Deinde quia Phœnices, seu Tyrii nautæ marinos cursus dirigunt, non quidem ab admirabili naturâ magnetis adjuti, quæ vel tunc nota non erat, ut est meo judicio verisimilius (neque enim, opinor, illius tam necessarium usum abjecissent Phœnices, quorum in mari præcipuum fuit opus, et quæstuosum maximè, neque usus ille admirabilis ab scriptoribus de rerum naturis omissus esset); vel si nota, certè non videtur illis in usu fuisse, quando marinos cursus ad Cynosuram, seu minorem Ursam moderantur, quod tradiderunt longè post hæc tempora non pauci. Sic Ovidius:

Esse duas Arctos, quarum Cynosura notatur
Sidoniis, Elicem Graia carina notat.

Et iterùm:

Magna minorque feræ, quarum regit altera Graias,
Altera Sidonias, utraque sicca, rates.

At si ex Rubro mari ad Peruanam regionem, sive, ut non nemo excogitavit, Hispaniam Phœnices nautæ navigationem instituissent, necesse fuit, ut in medio cursu, ubi æquinoctialem trajecissent lineam, Cynosura deficeret, et cæci errarent, raperenturque quócumque illos venti, aut fortuna raperet. Sed demus recto et facili cursu longam illam viam potuisse confici, certè Salomonis prudentiæ non fuit cum tanto temporum, expensarumque dispendio, viam illam tentare et ignotam, et longam, cùm quæstus esset paratus in propinquiori, et minùs periculoso loco.

Ex his rebus in quæstione obscurâ conjecturæ sumuntur. Hæ verò mihi usque adeò sunt graves, ut nullum in oppositâ sententiâ putem esse pondus, mirerque illam alicui prudenti viro probari potuisse. Sed quod efficere ratio non potuit, fecit, ut dixit ex profanis quidam,

Dulcis amor patriæ ratione valentior omni.

Est itaque Ophir in regione orientali, neque, ut reor, procul à mari Rubro, unde hæc omnia, quæ ad Salomonem adducebantur, adducunt singulis annis in Hispaniam Lusitanæ naves. Neque video, quid hanc communem, antiquamque sententiam aut admodùm premat, aut solutionem desideret; si quid verò fuerit, suis postea locis commentatio dissolvet.

CAPUT X.

1. Sed et regina Saba, auditâ famâ Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus.

2. Et ingressa Jerusalem multo cum comitatu et divitiis, camelis portantibus aromata et aurum infinitum nimis, et gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, et locuta est ei universa quæ habebat in corde suo.

3. Et docuit eam Salomon omnia verba quæ proposuerat; non fuit sermo qui regem posset latere, et non responderet ei :

4. Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, et domum quam ædificaverat,

5. Et cibos mensæ ejus, et habitacula servorum, et ordines ministrantium vestesque eorum, et pincernas, et holocausta quæ offerebat in domo Domini, non habebat ultra spiritum,

6. Dixitque ad regem : Verus est sermo quem audivi in terrâ meâ

7. Super sermonibus tuis et super sapientiâ tuâ; et non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, et vidi oculis meis, et probavi quòd media pars mihi nuntiata non fuerit; major est sapientia et opera tua quàm rumor quem audivi.

8. Beati viri tui, et beati servi tui, qui stant coram te semper et audiunt sapientiam tuam!

9. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, et posuit te super thronum Israel, eò quòd dilexerit Dominus Israel in sempiternum, et constituit te regem, ut judicium faceres et justitiam!

10. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri et aromata multa nimis et gemmas pretiosas; non sunt allata ultra aromata tam multa quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni.

11. (Sed et classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis et gemmas pretiosas.

12. Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domûs Domini et domûs regiæ, et citharas lyrasque cantoribus. Non sunt allata hu-

CHAPITRE X.

1. La reine de Saba même, sur la réputation de tout ce que Salomon avait fait au nom du Seigneur, vint pour en faire expérience par des énigmes.

2. Et étant entrée dans Jérusalem avec une grande suite et un riche équipage, avec des chameaux qui portaient des aromates et une quantité infinie d'or et des pierres précieuses, elle se présenta devant le roi Salomon, et lui découvrit tout ce qu'elle avait dans le cœur.

3. Salomon l'instruisit sur toutes les choses qu'elle lui avait proposées, et il n'y en eut aucune que le roi ignorât et sur laquelle il ne la satisfît par ses réponses.

4. Or, la reine de Saba voyant toute la sagesse de Salomon, la maison qu'il avait bâtie,

5. La manière dont sa table était servie, les appartements de ses officiers, les diverses classes de ceux qui le servaient, *la magnificence de* leurs habits, ses échansons, et les holocaustes qu'il offrait dans la maison du Seigneur, fut ravie en admiration;

6. Et elle dit au roi : Ce qu'on m'avait rapporté dans mon royaume

7. De vos entretiens et de votre sagesse était véritable, et je ne croyais pas néanmoins ce qu'on m'en disait, jusqu'à ce que je sois venue moi-même et que je l'aie vu de mes propres yeux; et j'ai reconnu que la moitié de ce qui est ne m'avait pas été annoncé. Votre sagesse et vos œuvres sont au-dessus de tout ce que j'ai appris par la renommée.

8. Heureux ceux qui sont à vous! heureux vos serviteurs, qui jouissent toujours de votre présence et qui écoutent votre sagesse!

9. Béni soit le Seigneur votre Dieu, qui a mis son affection en vous, qui vous a fait asseoir sur le trône d'Israël, parce qu'il a aimé Israël pour jamais, et qui vous a établi roi pour régner avec équité et pour rendre la justice.

10. La reine de Saba donna ensuite au roi cent vingt talents d'or; une quantité infinie de parfums et des pierres précieuses. On n'a jamais apporté depuis à Jérusalem tant de parfums que la reine de Saba en donna au roi Salomon.

11. (La flotte d'Hiram, qui apportait l'or d'Ophir, apporta aussi de ce pays une quantité de bois odorants et des pierres précieuses.

12. Et le roi fit faire de ces bois rares les balustres de la maison du Seigneur et de la maison du roi, des harpes et des lyres pour les

juscemodi ligna thyina, neque visa usque in præsentem diem.)

13. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit et petivit ab eo, exceptis his quæ ultrò obtulerat ei munere regio. Quæ reversa est, et abiit in terram suam cum servis suis.

14. Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri,

15. Excepto eo quod afferebant viri qui super vectigalia erant, et negotiatores universique scruta vendentes, et omnes reges Arabiæ ducesque terræ.

16. Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo (sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti unius);

17. Et trecentas peltas ex auro probato (trecentæ minæ auri unam peltam vestiebant); posuitque eas rex in domo Saltûs Libani.

18. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem, et vestivit eum auro fulvo nimis.

19. Qui habebat sex gradus; et summitas thronotunda erat in parte posteriori; et duæ manus hinc atque inde tenentes sedile, et duo leones stabant juxta manus singulas;

20. Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde; non est factum tale opus in universis regnis.

21. Sed et omnia vasa quibus potabat rex Salomon erant aurea, et universa supellex domûs Saltûs Libani de auro purissimo; non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in diebus Salomonis,

22. Quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum et argentum et dentes elephantorum et simias et pavos.

23. Magnificatus est ergo rex Salomon, super omnes reges terræ, divitiis et sapientiâ.

24. Et universa terra desiderabat vultum Salomonis ut audiret sapientiam ejus quam dederat Deus in corde ejus.

25. Et singuli deferebant ei munera,

musiciens. On n'apporta et on ne vit jamais de cette sorte de bois jusqu'à ce jour.)

13. Le roi Salomon de son côté donna à la reine de Saba tout ce qu'elle désira et ce qu'elle lui demanda, outre les présents qu'il lui fit de lui-même avec une magnificence royale *et qui surpassèrent ceux qu'elle avait apportés.* Et la reine s'en retourna, et s'en alla en son royaume avec ses serviteurs.

14. Le poids de l'or qu'on apportait à Salomon chaque année était de six cent soixante-six talents d'or,

15. Sans compter ce que lui apportaient ceux qui avaient l'intendance des tributs, les gens de trafic, les marchands de choses curieuses, tous les rois de l'Arabie et tous les gouverneurs du pays.

16. Le roi Salomon fit aussi deux cents boucliers d'un or très-pur; il donna pour chaque bouclier six cents sicles d'or.

17. Il fit aussi trois cents *autres* boucliers d'un or éprouvé *beaucoup plus massifs que les premiers, car* chacun de ces boucliers était revêtu de trois cents mines d'or; et le roi les mit dans la maison du Bois-du-Liban.

18. Le roi Salomon fit de plus un grand trône d'ivoire qu'il revêtit d'un or très-pur.

19. Ce trône avait six degrés; *le marchepied était d'or;* le haut était rond par derrière; et deux mains tenaient le siége des deux côtés, et deux lions étaient auprès des deux mains.

20. Il y avait douze lionceaux sur les six degrés, six d'un côté et six de l'autre. Il ne s'est jamais fait un si bel ouvrage dans tous les royaumes du monde.

21. Tous les vases où le roi Salomon buvait étaient aussi d'or, et toute la vaisselle de la maison du Bois-du-Liban était d'un or très-pur. L'argent n'était plus considéré; il était si commun sous le règne de Salomon qu'on n'en tenait aucun compte,

22. Parce que sa flotte, avec celle du *roi* Hiram, faisait voile de trois ans en trois ans, et allait en Tharsis, d'où elle rapportait de l'or, de l'argent, des dents d'éléphant, des singes et des paons.

23. Le roi Salomon surpassa donc tous les rois du monde en richesses et en sagesse.

24. Et toute la terre désirait *de voir* le visage de Salomon, pour écouter la sagesse que Dieu lui avait répandue dans le cœur.

25. Et chacun lui envoyait tous les ans des

vasa argentea et aurea, vestes et arma bellica, aromata quoque, et equos et mulos, per annos singulos.

26. Congregavitque Salomon currus et equites, et facti sunt ei mille quadringenti currus et duodecim millia equitum; et disposuit eos per civitates munitas et cum rege in Jerusalem.

27. Fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Jerusalem quanta et lapidum; et cedrorum præbuit multitudinem, quasi sycomoros quæ nascuntur in campestribus.

28. Et educebantur equi Salomoni de Ægypto et de Coâ; negotiatores enim regis emebant de Coâ, et statuto pretio perducebant.

29. Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, et equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum et Syriæ equos venumdabant.

présents, des vases d'argent et d'or, des étoffes *précieuses*, des armes, des parfums, des chevaux et des mulets.

26. Et Salomon amassa un grand nombre de chariots et de gens de cheval, il eut mille quatre cents chariots, douze mille hommes de cavalerie; et il les distribua dans les villes fortes, et *en retint une partie pour être* près de sa personne dans Jérusalem.

27. Il fit que l'argent devint aussi commun à Jérusalem que les pierres, et qu'on y vit autant de cèdres que de ces sycomores qui naissent dans la campagne.

28. On faisait venir aussi de l'Egypte et de Coa des chevaux pour Salomon; car ceux qui trafiquaient pour le roi les achetaient à Coa, et les lui amenaient pour un prix arrêté.

29. On lui amenait *un attelage de* quatre chevaux d'Egypte pour six cents sicles d'argent, et un cheval pour cent cinquante. Et tous les rois des Héthéens et de Syrie *lui* vendaient ainsi des chevaux.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Sed et regina Saba, audita fama Salomonis, in nomine Domini venit tentare eum in ænigmatibus (1). Commodè hìc inducitur adventus reginæ hujus : nam cùm actum esse de Salomonis opibus, neque parùm è patriis vernaculisque divitiis oblatum ab hâc reginâ, ab hoc rerum articulo illius adventus separari non debuit. Quæ porrò fuerit hæc regina, et unde profecta, res est obscura, et variè à variis exagitata; quid de illâ alii existimarent, quorum incerta pleraque, dicemus minùs quàm alii diffusè; curabimus tamen, quantùm fieri poterit, ne quid aliquis necessarium requirat.

(1) Allegor., sicut regina Saba ex Æthiopiâ venit ad Salomonem, ut ab eo disceret sapientiam, sic Ecclesia è gentibus venit ad Christum, ut hauriret scientiam salutis. Ita Eucherius, Angelomus, Beda et S. Bernard. serm. 22 in Cantica; S. Ambros. lib. 2 Offic. cap. 10; S. Gregorius in Psal. 7 Pœnit. vers. 7; Prosper. lib. 2 de Prædict. c. 27. Idem satis insinuat Christus dicens, Matth. 12 : *Regina Austri venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis; et ecce plusquàm Salomon hìc.* Vide præ cæteris Eucherium lib. 3 in libros Regum, ante finem. Imò Hebræi in *Berescit Rabba*, id est, in Genesi magnâ, ad illud cap. 25, 6 : *Emisit eos ad orientalem plagam,* censent reginam hanc venisse ad Salomonem, eò quòd ex famâ tantæ sapientiæ et virtutum ejusdem, suspicaretur ipsum esse Messiam sive Christum, idque significare τὸ, *in nomine Dei venit*, etc.; ita refert Galatinus lib. 8, cap. 3.
(Corn. à Lap.)

« La reine de Saba, dit Voltaire, qui vient « proposer des énigmes à Salomon; et qui lui « fait un petit présent de seize millions huit « cent mille livres de France, est bien une « autre dame que l'impératrice de Russie. Le « dixième de tout cet argent appartient aux « prêtres. On cherche le royaume de Saba, il « est sans doute dans le pays d'Utopie. » Est-ce ignorance? est-ce effronterie? est-ce délire? c'est tout cela ensemble. L'antiquité sacrée et profane parle continuellement du pays de Saba et des Sabéens qu'elle place en Arabie, près de Regma sur le golfe Persique. C'est ce qu'on lit dans la Genèse, dans le livre de Job, dans Isaïe, dans le psaume 71, dans Ezéchiel, dans Diodore de Sicile, dans Virgile, dans Ptolémée, dans Pline : *Point de peuples*, dit ce dernier, *qui soient plus riches que les Sabéens et que les Gerrhéens.*

Quel rapport a ce trait de l'histoire sacrée avec l'impératrice de Russie, dont les vastes états fournissent de belles fourrures? La reine de Saba trouvait dans les siens en abondance l'or, les pierreries, les parfums, dont elle faisait des présents.

« Un petit présent de seize millions huit cent « mille livres! » Les 120 talents d'or dont la reine de Saba fit présent à Salomon, si c'étaient des *talents de poids*, auraient fait quatorze millions trente et un mille trois cent soixante-une-livre au titre de Paris; mais si c'étaient des *talents de compte*, l'évaluation du critique serait doublement fautive.

Il n'y avait aucune loi chez les Hébreux, qui assujettît à la dîme l'or et l'argent dont on faisait des présents. (Duclot.

De nomine varia est auctorum cogitatio, et ipsa varietas facit, ne quid certum à quoquam affirmari possit. Josephus lib. 8, cap. 2, *Nicaulem* appellat. Herodotus lib. 2, *Nitocrim*, alii *Makedam*, in quibus est Genebrardus in Chronicis ad annum mundi 3150. Quod si verum est, (quod nonnulli putant, faventque verba Christi, qui Matth. 12, et Luc. 11, illam reginam appellat Austri) illam fuisse reginam Æthiopiæ, cui illa regina longo post tempore successit, quæ Actor. 8, Candace dicitur, verisimile est illam quoque vocatam esse Candacem, non quidem proprio, sed communi vocabulo. Quemadmodùm enim Ægyptii reges dicuntur *Pharaones*, Romani *Cæsares;* sic etiam Æthiopiæ reginas appellari *Candaces*, tradit Plinius lib. 6, cap. 29, dùm ait, « in « Meroe regnare feminam Candacem, quod « nomen multis jam annis ad reginas transiit. » Sed de patriâ ac regno mox.

De hujus reginæ religione ac fide non eadem est omnium opinatio. Quidam barbaram putant, et gentilem, quæ de vero Deo nullam habuerit cognitionem, aut ita certè tenuem, ut illam ex gentilicâ professione, ac cultu non deduxerit. Sic sanè putat Chrysostomus Homil. 31, in cap. 12 Matth.; Hilarius in Psal. 121, ad illud: *Ad confitendum nomini Domini;* Nyssenus Homil. 7 in Cant.; Isidorus in Allegoriis 3 Reg.; Rupertus in lib. 3 Reg. cap. 3, ancillam appellat diaboli. Alii de eâ mitiùs et honestiùs loquuntur, ut Theodoretus in 3 Reg. q. 32; Ambrosius in Lucam cap. 11, Abulens. hìc quæst. 3. Ego sic puto reginam hanc antequàm Hierosolymam venisset; gentilicis fuisse contaminatam institutis ac moribus, et idolorum, sicut alios omnes ex eâdem regione addictam esse sacris. At postquàm Judæorum religionem et sacra ex Salomonis consuetudine cognovit, mutâsse animum, et meliùs de suæ vitæ instituto ac moribus cogitâsse, quod patebit magis, cùm ventum fuerit ad explanationem illius: *In nomine Domini*, de quo statim.

De Saba, id est, de regione, ubi hæc femina dominata fuit, non est inter auctores magis expedita quæstio. Quidam in Æthiopiâ regnâsse existimant, neque hi pauci sunt, aut ignobiles, et facit quòd hæc femina venisse dicitur ab Austro, Matth. cap. 12. At nemo ignorat Æthiopiam australem esse provinciam. Alii in Arabiâ Felice regnum ejus statuunt, quod visum est Hieronymo in cap. 60 Isaiæ, ubi dicit ex eâdem regione Magos et hanc reginam fuisse profectos. In Traditionibus idem Hebraicis in cap. 10 Gen. duas ejusdem nominis provincias esse dicit, licet cum aliquâ differentiâ, altera Saba per ס, et hæc ad Æthiopiam pertinet, quia à filio Chus, à quo nomen sumpsit, Æthiopia habitata est. Altera Saba per ש, à quâ et Magi, et regina venisse dicuntur. In hanc ego cogitationem magis inclino, licet aliam non putem improbabilem, tum quia שבא *Saba* cum ש, Arabiæ accommodari potiùs video, quàm Æthiopiæ, ut Psal. 71: *Reges Arabum, et Saba.* Priori loco est שבא, quæ vox regionem aliquam significare videtur in Arabiâ, quæ multò latiùs patet, quàm Saba, quia sæpè cum aliis regionibus conjungitur, quas nemo negat aut esse in Arabiâ, aut Arabiæ proximas. Job cap. 6, v. 19, שבא cum Themam, Isaias cap. 6, v. 6 et 7, cum Madian, Epha, Cedar et Nabajoth, conjungit, quæ partes sunt Arabiæ. Et quidem nemo dubitat Sabæos, qui Job armenta deprædati sunt, vicinos esse Arabibus: at illi cum ש, notati sunt. Et Jeremiæ cap. 6, v. 20, thus cum שבא conjungit, at thus vernaculus est Arabiæ, non Æthiopiæ proventus. Et quidem sicut hoc ipso anno ex litteris accepimus Patris Petri Pauli ex nostrâ societate, qui diù, rei christianæ gratiâ, in eâ Æthiopiâ commoratus est, quæ est ad sinum Arabicum, et nunc etiam ibi cum magno suo labore ac fructu non vulgari versatur, prope sinum Arabicum civitas ab indigenis ostenditur, in quâ nata creditur regina Saba, de quâ hìc longus sermo. Scio esse aliquos, qui contra sentiant, sed neque desunt alii, neque pauci, neque vulgaris notæ, quos horum cogitationi opponam. Accedit quòd tam ea, quæ attulerunt Magi, quàm quæ attulisse dicitur regina Saba, illi Christo infanti, hæc Salomoni regi, fructus fuerunt Arabiæ vernaculi, quales ex Æthiopiâ non exportantur. Licet autem hæc Arabia ad orientalem plagam spectet, quia tamen ad australem quoque partem inclinat, australis quoque vocari potest. Atque ideò à Christo, Matth. 12, et Luc. 11, regina vocatur Austri. Sanè Arabia ab scriptoribus, Meridionalis vocatur. Herodotus lib. 3: *Ad meridiem ultima è regionibus, quæ habitantur, Arabia est, in quâ solâ omnium nascuntur thus, myrrha, casia, cinnamomum, et ledanum*, etc. Hæc fermè omnia Diodorus Siculus lib. 3, cap. 12, ubi metallorum et lapidum pretiosorum feracem vocat. Ex quibus tria habemus, quæ nostram sententiam valdè confirmant, nempe gemmarum, metallorum et aromatum regionem illam esse feracem, quo-

rum regina ad Salomonem magnam adduxit copiam, et esse regionem meridionalem, aut australem, et esse in finibus terræ, quod Christus Matth. capite 12, dixit, cùm reginam Austri ab ultimis terræ finibus venisse affirmat. Hæc à nonnullis Æthiopia vocatur. Quòd autem duæ sint Æthiopiæ, altera trans Ægyptum, altera terræ promissionis vicinior, diximus in nostris Commentariis ad illud Psalm. 67 : *Æthiopia præveniet manus ejus Deo.*

In nomine Domini. Quidam illud, *in nomine Domini*, sic explicant, ut Dei nomen jam ad gentilicos, atque longinquos terminos diffusum, quod tantoperè in Salomonis *templo*, id est, in totius mundi augustissimo sacrario celebrari audierat, ipsam adduxerit, ut longam illam peregrinationem susceperit. Quòd autem *in*, idem aliquando valeat, quod *propter*, multa docent exempla, quorum nos aliqua adduximus in nostris commentariis super Jeremiam, ad illud cap. 33 : *Turbabuntur in universis bonis*, etc.; et latiùs super Oseam ad illud cap. 12 : *Servivit Israel in uxorem*, id est, propter uxorem. Sed hanc cogitationem ipse Scripturæ sacræ textus evertit, quæ alias causas hujus profectionis diversas assignat. Dùm ait excitatam reginam Salomonis famâ, quam ad illam usque regionem rumor attulerat, eò destinâsse profectionem, ut illius sapientiam variorum ænigmatum propositione tentaret, et clariùs optimus interpres Christus Matth. 12, et Luc. 11, dùm ait, reginam Austri ex ultimis terræ finibus venisse, ut audiret sapientiam Salomonis. Hoc autem non tam est Deum, quàm Salomonem quærere. Ego illud, *in nomine Domini*, sic accipio, vel venisse reginam Deo benè juvante, quod secundus rerum eventus ostendit, vel, quod potiùs reor, Deo inspirante atque auspice; cùm tamen ipsa de Deo cogitaret nihil, longam illam peregrinationem suscepisse. Quod indicant omnes, qui illam idololatridem esse putant qui sanè pauci non sunt, ut antè diximus; ducebat itaque Deus illam, agebatque nescientem, sicut alios sæpè, et cùm solutiones tantùm gryphorum, aut ænigmatum quæreret, neque altiùs curiosam attolleret mentem, Deus tamen id agebat occultiùs, ut à Salomone, quem cœlestibus disciplinis impleverat, et à templo, in quo solemnes quotidie victimas immolari cerneret, verum Deum agnosceret, et gentem sibi subditam studiis veræ religionis imbueret.

In ænigmatibus. Ænigmata sunt obscuræ quæstiones, quibus aliorum ingenium exploramus. Usitatum porrò inter principes olim' ut se hujusmodi quæstionibus ultrò lacesserent, probat illud, quod si fabulam olet, sumptum tamen videtur ex frequenti principum consuetudine; quod attextum est Æsopi fabellis, ubi reges inducuntur, qui proposito soluti problematis præmio ad ingeniosum illud certamen provocantur. Quod faciunt sæpè viri sapientes, qui sua convivia non minùs dapsilibus cibis, quàm ingeniosis quæstionibus instruunt et exhilarant. Unde orta sunt doctorum hominum celebrata symposia. Quod etiam usitatum inter Hebræos suadet illud problema, quod Judicum 14, in nuptiali convivio à Samsone propositum, *de comedenti exivit cibus.* Hoc ipsum de Salomone tradit Josephus lib. 8, cap. 2, ubi ab Hiram proposita fuisse dicit ænigmata Salomoni. « Quæstiones, inquit, etiam ænigmaticas Tyrius « rex ad Salomonem transmisit, rogans ut « eas explicaret, et dubitationem sibi omnem « eximeret. At ille callens hujusmodi rerum « ac naturâ prudentissimus nihil inexplicatum « relinquebat. » Deinde ex quodam Dio antiquo scriptore refert Salomonem ad Hiram ænigmata misisse, solutionem illorum postulantem, quod cùm ille non valuisset, magnâ pecuniâ mulctatum esse. Venit igitur è regione suâ regina Saba ænigmaticis instructa quæstionibus, ut exploraret an tantùm in Salomone ingenii foret atque sapientiæ, quantùm acceperat à rumore nuntio, et ut suis videret oculis, quod tam effusis laudibus fama vulgaverat.

Vers. 2. — Et ingressa Jerusalem multo cum comitatu et divitiis, etc. Necessarium erat, et decebat certè regiam majestatem, et nomen magno stipari rerum ac personarum apparatu : tum ne despiceretur apud extraneos, quibus peregrini habitus, et mores solent esse ludibrio ; tum ne quid in transmissione illâ longâ, neque satis expeditâ, ac tutâ adversi contingeret. Attulit autem secum ad Salomonem ea, quorum erat proventus in eâ regione vernaculus.

Et docuit eam Salomon, etc., et non habebat ultra spiritum. Hæc omnia obscura non sunt. Nihil aut cogitârat regina secum, non habens satis, ut apparet ingenii, aut à viris in suâ regione sapientibus acceperat, in quibus aliquis esset nodus, aut scirpus, quem non statim acutè, verèque dissolverit. Cùmque ad hæc accederent alia, quæ mirè Salomonis ingenium et prudentiam ostenderent, domesticus

nimirùm apparatus, et ordo domorum, quas ædificaverat, instruxeratque splendor elegans, exquisita mundities, tum in templo, reque totâ sacrificali modus accuratus et sacer, sic obstupuit ex tot rerum concursu admiratione conceptâ, ut à seipsâ prorsùs excessisse videretur, ac tandem dixerit famam multò minorem esse veritate, quantùmcumque illa supra fidem plurima sparsisse videatur, quod de suâ Helenâ dixisse traditur, sive verè, sive adulatorio blandimento Paris apud Ovidium:

Credis et hoc nobis; minor est tua gloria vero :
Famaque de formâ penè maligna tuâ est. (1)

(1) Vers. 4. — Videns... domum, quam ædificaverat, ædes nempe regias, vel potiùs templum, et domum Dei. Magnificentiam enim regalium ædium longissimè superabat augustum templi Domini ædificium, quod vel ipsi pagani admirati sunt. « Judæi, inquit Dio, simulacro carent. Ineffabilem, et qui videri nequeat, Deum esse aiunt; ipsumque majori, quàm cæteri suos, religione venerantur. Templum illi et maximum et pulcherrimum condidère, præterquàm quòd sine tecto et sub dio est. » Agens Tacitus, libro 5 Historiarum, de templo Hierosolymitano, *immensæ opulentiæ templum* appellat. Hæc verò ille de templo per Titum everso. Quid verò dixisset de templo Salomonis, si ejus magnificentiam et pulchritudinem aspexisset? (Calmet.)

La reine de Saba, voyant toute la sagesse de Salomon en fut dans l'étonnement. Nous pouvons avec les saints Pères regarder Salomon en ce point de sa sagesse et de sa gloire, qui causa le dernier étonnement à la reine de Saba, comme représentant et la gloire et la sagesse infinie du vrai Salomon, qui a éclaté dans l'établissement de son Eglise, qui éclate encore tous les jours dans la conduite de cette Eglise divine, dans la dispensation admirable de la nourriture de sa parole et de son corps, et dans ce bel ordre qu'il a établi parmi les ministres qui composent sa hiérarchie, mais qui éclatera sans comparaison davantage dans le ciel, où toutes choses seront dans un ordre, dans une gloire et dans une magnificence digne de Dieu et de l'admiration de tout l'univers.

Un ancien Père nous explique d'une manière figurée et édifiante tout ce qui regarde cette histoire de la reine de Saba. « L'Eglise, « dit-il, est figurée par cette *reine du midi*, « *qui vint*, selon l'Evangile, *des extrémités de* « *la terre pour entendre la sagesse de Salomon.* « Elle vient à Jésus-Christ, son Rédempteur, « pour renoncer à l'extravagance de ses erreurs, et pour embrasser la vérité comme la « véritable sagesse. Elle vient, comme cette « reine, des extrémités de la terre, et du milieu des gentils, c'est-à-dire qu'après avoir « renoncé à ses anciennes superstitions, et « s'être éloignée de tous ses vices qui l'attachaient à la terre, elle s'est en même « temps approchée du véritable Salomon, « pour apprendre de sa bouche les mystères « de la foi qui regardent l'immortalité de l'âme, « le jugement redoutable, et l'espérance de la « résurrection et de la gloire. *Elle vient avec* « *une grande suite*, c'est-à-dire, non seulement « avec les Juifs qui composaient auparavant la « Synagogue, mais avec tous les autres peuples « rassemblés de toutes les parties de la terre, « offrir au Sauveur des présents dignes de lui, « *l'or* de sa foi, *les précieux parfums* de sa pureté, et *les pierres* éclatantes de ses différentes « vertus. *Et elle lui découvre tout ce qu'elle a dans* « *le cœur*, en lui déclarant tous les secrets de « sa conscience par la confession et par un « vrai repentir de tous ses crimes.

« Il est dit de la reine de Saba, *qu'ayant vu* « *toute la sagesse de Salomon, la magnificence de* « *la maison qu'il avait bâtie, les mets de sa table, et les holocaustes qu'il offrait dans la maison du Seigneur, elle parut être toute hors* « *d'elle.* Mais comment, dit le même Père, une « reine si puissante pouvait-elle témoigner un « si grand étonnement de la dépense de la « maison de ce prince, et des mets que l'on « servait sur sa table? Et ce même étonnement « qu'elle témoigne, ne nous donne-t-il pas lieu « de porter plus haut nos esprits, et de chercher quelque chose de plus grand que ce que « nous y voyons? L'Eglise donc, composée de « tous les gentils, a envisagé la sagesse toute « divine de Jésus-Christ, elle l'a connu pour « le Créateur Tout-Puissant de l'univers; elle « a admiré la maison qu'il avait bâtie, c'est-à-dire ce sacré temple de sa sainte humanité, « comme il l'appelle lui même, *où toute la* « *plénitude de la divinité habite corporellement.* Elle a vu les mets qui se servent sur « sa table, ces mets dont il parle, lorsqu'il « dit *que sa nourriture est de faire la volonté de* « *son Père qui est dans le ciel.* Car la nourriture « de Jésus-Christ est le salut même de ses élus. « Nous devenons sa nourriture, lorsqu'étant « unis à l'Eglise, nous entrons dans l'union de « de ses membres, et faisons partie de son « corps. Ou bien ses viandes sont les divins sacrements de son autel, dont il est dit, *que l'homme a mangé le pain du ciel et le pain des anges.* « Elle a vu encore ses holocaustes, c'est-à-dire « les mystères de ses oraisons divines et de « ses supplications efficaces (dont parle saint « Paul), et étant dans le dernier étonnement, « lorsqu'elle a envisagé tous les trésors de son « Dieu, elle s'est enfin écriée : *Votre sagesse et* « *votre conduite passe de beaucoup ce que la renommée m'avait dit de vous.* Lors donc que « l'Eglise ou une âme sainte sera entrée dans « l'éternelle Jérusalem, et qu'elle y verra des « choses sans comparaison plus élevées, et des « biens plus grands que les saintes Ecritures, « les prophètes et les apôtres ne lui en avaient « promis, toute comblée des richesses infinies « de son divin roi, elle dira dans un saint « transport d'étonnement et de joie, comme « cette reine : *Ce que je vois aujourd'hui passe* « *de beaucoup ce qu'on m'en avait dit.* »

C'est l'heureuse disposition dans laquelle cet ancien Père nous assure que les âmes saintes seront dans le ciel. Mais nous pouvons dire que dès ici-bas, plus elles approcheront de l'ardeur de cette princesse qui quitte tout pour venir entendre la sagesse de Salomon, et qui lui offre tout ce qu'elle a de plus précieux, plus aussi elles seront en état de goûter les délices ineffables de cette divine sagesse du Verbe incarné, d'adorer tous les différents

Vers. 8. — Beati viri tui ! etc. (1). Beati

secrets de sa providence sur ses serviteurs, et cette admirable économie qu'il fait éclater dans la conduite de sa maison, qui est son Eglise, et de chaque élu en particulier. « L'Ecriture « sainte, dit Origène, nous donne lieu d'ad- « mirer une princesse qui vient de loin pour « écouter la sagesse de Salomon, et qui de- « meure tout étonnée dans la vue de l'ordre « admirable et de la magnificence de la maison « et de la table de ce prince. Mais si nous « autres nous négligeons les richesses sans « comparaison plus estimables de notre divin « Seigneur; si nous n'embrassons avec ardeur « les trésors de sa vérité et de sa sagesse; si nous « ne goûtons le pain de vie qu'il nous présente; « si nous ne nous nourrissons de la chair et du « sang de Jésus-Christ; enfin si nous méprisons « les viandes divines de celui qui a mérité notre « salut, nous devons savoir qu'il n'est pas « moins juste qu'il est bon, et qu'il traitera « avec toute sa sévérité ceux qui auront mé- « prisé sa miséricorde. »

La plupart des Pères ont parlé de la reine de Saba dans les mêmes termes. S. Paulin la regarde aussi avec admiration comme une figure excellente de l'Eglise, et dit que n'ayant point la loi de la lettre comme les Juifs, mais la foi et l'esprit même de la loi au fond de son cœur, qu'étant barbare de pays, et non d'esprit, étrangère au dehors, mais Israélite dans la vérité, elle fit paraître une grande ardeur pour devenir citoyenne et la compagne des saints, et pour recevoir la lumière de la vraie science qu'elle n'avait pas; et qu'elle admira Jésus-Christ même dans Salomon. « Habens, non legem litteræ, sed « fidem legis in tabulis cordis, barbara natione, « non animo, et in aperto peregrina, sed in « occulto Judæa, currebat ut lucem scientiæ « quâ carebat hauriret; sanctorum fieri civis « optabat, et Christum in Salomone mirata, « verum reginæ cœlestis affectum in imagine « mysticâ Eclesiæ impleverat. » (Sacy.)

Vers. 5. — Habitacula servorum. Hebræum, טושב עבדיו, exponunt plures de ordine, quo præfecti regis mensæ assidebant.

Pincernas. Reddi potest textus, *potum ejus*, vel, *vasa potatoria*, vel *curatores et præfectos rei cibariæ*.

Holocausta, quæ offerebat. Hebræum reddunt recentiorum plures : *Ascensum ejus, per quem ascendebat in templum*. Reputant enim illi, è regiis ædibus transitum fuisse in templum per pontem, vel porticum, Vide v. 12. Sed Vulgatæ interpretatio pronior et litteræ propior videtur. Exhibet Scriptura superiùs 9, 25, magnificentiam regis in iis, quæ Domino offerebat, sacrificiis. (Calmet.)

Non habebat ultra spiritum, q. d. : Extra se rapta est præ admiratione et stupore, ait Vatabl. Allegor., S. Greg. in psal. 7 Pœn., v. 7, per reginam hanc accipiens Ecclesiam : « Electorum Ecclesia, inquit, de gentibus con- « gregata, cognitâ Christi gratiâ et evangelicæ « doctrinæ inventis magistris, abjecto super- « biæ spiritu, omnique elationis fastu deposito, « didicit de seipsâ diffidere, et in regis sui mi- « sericordiâ magna sperare. » (Corn. à Lap.)

(1) Beati viri tui, et beati servi tui, qui

illi jure optimo dicuntur, qui cum sapientibus vivunt, maximè si ad doctrinam accedat vitæ probitas et morum exemplar; quod qui assecutus fuerit, ille talem est nactus possessionem, qualem cum rebus aliis permutare ejus est, in quo nihil sit consilii, nihil mentis. Unde novimus ex antiquis monumentis fuisse plurimos, qui ut doctorum hominum sapientiâ fruerentur, non dubitârunt longissima peragrare spatia, neque tamen ideò tanto temporum, rerumque

stant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam ! Id verius est in Christo Salomonis antitypo, uti docet ipse Lucæ 11, v. 31. Anagog. id verissimum erit in cœlo, ubi « videbi- « mus Deum deorum in Sion, et non habebi- « mus ultra spiritum (præ admiratione gloriæ), « *quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec* « *in cor hominis ascendit.* » Ita Angelom. « Et « reverà, ait Eucher., id quod parat Deus di- « ligentibus se, fide non comprehenditur, spe « non attingitur, charitate non capitur, desi- « deria et vota transgreditur; acquiri potest, « æstimari non potest. Videbit homo merita « sua insuspicabili retributionum largitate suc- « crescere, habebit de perceptione fructum, « non habebit de satietate fastidium. »

(Corn. à Lap.)

Reginam Saba ad veri Dei cognitionem cultumque conversam fuisse probabiliter colligitur ex 3 Regum cap. 10, ubi famâ sapientiæ Salomonis *in nomine Domini* excitata dicitur ut Hierosolyma veniret, periculum ejus factura; eâque cognitâ benedixisse Deo Israelis: *Sit*, inquit *Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, et posuit te super thronum Israel, eò quòd dilexerit Dominus Israel in sempiternum, ut faceres judicium et justitiam.*

Huic sententiæ magnum pondus addit auctoritas Theodoreti, qui reginam Saba in eorum ponit numero, qui sine lege sunt justificati, quæstione 33 in lib. 3 Regum, ubi de Reginâ Saba loquens, hæc habet : « Per Salomonem « laudavit largitorem sapientiæ : *Sit*, enim in- « quit, *Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit* « *te dare super thronum Israelis, ut statuas eum* « *in æternum; et posuit te regem super ipsos,* « *ut facias judicium in justitiâ et in judiciis ejus.* « Ego autem sum recordatus doctrinæ apostolicæ, quæ eos laudavit, qui sine lege sunt « justificati. *Quando enim*, inquit, Rom. 2, *gentes* « *quæ legem non habent, naturâ quæ legis sunt* « *faciunt, ipsi legem non habentes, sibi sunt lex.* « Ipsa enim cùm esset alienigena, et neque « divinam accepisset legem, neque prophetiam percepisset agriculturam, contenta fuit « lege naturæ et admirata fuit justitiam, et « justum commendavit judicium, et per eum « qui sapientiæ, donum accepit laudavit datorem sapientiæ. »

Eadem propositio confirmatur ex S. Isidoro Hispalensi in 3 Regum cap. 5. Addit duntaxat, quòd « non solùm præmio cœlestis resurrec- « tionis beata, sed etiam potestate apostolicâ « de Judæis adulteris judicandis in ipso ore « Judicis digna censetur. » Eadem habet Angelomus, Stromatis in 3 Regum cap. 10.

(Natalis Alexander.)

dispendio chari se emisse existimabant doctrinam, quam ex sapientium hominum consuetudine hauserunt. Vide Hieronymum, Epistolâ ad Paulinum, ubi accommodata ad hanc sententiam adducit exempla. Beati igitur vocari possunt viri illi, quibus sapientissimi viri, et audiatur vox sapientiæ magistra, et occurset aspectus, cujus domus sapientiæ sit theatrum et schola, ex quâ quotidie prodeant non docti solùm, sed etiam doctores. Quare gratias Deo agit regina multò quàm antea doctior, et à seipsâ non parùm mutata, quod talem regem Israelitico imperio præposuerit, et gratulatur Israeli, laudatque fortunam, quòd singulari Dei beneficio, talis regis fuerit moderationi doctrinæque subjectus. (1)

Vers. 10. — Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, et aromata multa nimis, et gemmas pretiosas. Non sunt allata aromata tam multa. Hinc apparet ex Arabiâ Felici profectam esse reginam, quando tantam vim auri, gemmarum, et aromatum liberali manu Salomoni dedit. Harum enim rerum Arabiam fuisse feracissimam scriptores etiam docent profani. Strabo lib. 15, post alia multa de Sabæorum plagâ, deque aromatum varietate et copiâ, dicit : « Tanta verò aromatum copia redundat, ut pro sarmentis, lignisque ustilibus « cinnamomo, casiâ, et reliquis talibus utantur. Isti (Sabæi) simul et Geræi ob eximias « facultates cunctorum locupletissimi sunt, « vario præditi apparatu, etc. Vasis aureis « et argenteis, etc. Nam fores, parietes, tecta, « ebore, argento, atque auro, lapillis, distinctis « visuntur ornamentis. » Plinius lib. 6, cap. 28, ait « Sabæos (eos nimirùm, qui sunt in « Arabiâ Felici) ditissimos sylvarum fertilitate « odoriferâ, auri metallis, agrorum riguis, « mellis ceræque proventu. » Fuit autem hoc tempore, opinor, et multò magis reginæ Saba, hæc regio metallorum feracissima : hoc autem tempore non magis, opinor, quàm alia quævis : hominum enim avaritia, quæ auri abditissimas venas, et ipsa etiam terræ scrutatur viscera, omnem vim metallorum exhausit; sicut accidit Hispaniæ, unde auri quondam effodiebantur metalla, 1 Mach. cap. 8, et nonnullis regionibus, quas nostro ævo felicitas Hispanorum aperuit. Dùm autem ab historico sacro dicuntur tot aromata non ultra esse comportata, aut de uno tantùm comeatu atque comportatione intelligit, aut certè usque ad suum tempus, licet sæpè in Salomonis classe quamplurima fuerint aromata transmissa, non tamen ad illorum pondus et numerum pervenisse, quæ unâ tantùm vice regina Salomoni donavit. Scriptor autem, si Addo fuit, aut Nathan, aut Ahias Silonites, hi Salomonis tempore vixerunt, et eo vivente hanc fortassè reginæ memoriæ historiam mandârunt, eo verò tempore non videntur multis navigationibus tot esse aromata comportata, quot unâ reginæ profectione. Quòd autem ab his tribus scripta fuerit Salomonis historia habemus lib. 2 Par. cap. 9 : *Reliqua operum Salomonis priorum, et novissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophetæ et in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo videntis contra Jeroboam filium Nabath.* At post horum ætatem, aut postquàm hæc tradita sunt Salomonis monumentis, non dubito variis temporibus, plura fuisse aromata comportata et in altari thymiamatis combusta.

Vers. 11. — Sed et classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa, etc. Classis dicitur Hiram, non quòd solus instruxerit, nam Salomon in mari Rubro ad Asiongaber fecisse dicitur classem; sed quia Sidonii ac Tyrii ab Hiram missi fuerunt ad Salomonem, qui, utpote rei nauticæ peritissimi, classem moderabantur. Quod magis apparet ex lib. 2 Paral. v. 10, ubi servi Salomonis cum servis Hiram attulisse dicuntur hæc eadem ex Ophir. Hoc autem aurum purissimum erat; quod obryzuum esse existimatur, et primæ notæ, quasi ophirizum. De lignis thyinis multa dicuntur ab interpretibus, qui variè inter se dissident, neque aliquid, meo judicio, nisi divinando affirmare possunt, maximè cùm de aliquo certo lignorum genere loquuntur, cùm alii *pinum*, alii *cedrum*, alii *juniperum*, alii *corallium*, alii *ebenum* esse putent, fortassè verè, licet non admodùm suam nobis sententiam efficaciter probent. Hebr. est *Almugim*, de quâ voce alii multa. Ego tam in hebraicâ voce, quàm in græcâ nihil speciatim significari puto, sed universaliter illa ligna, quæ odorata sunt, et ad suavissimum suffimentum idonea. Qualia ex Ophir, id est, ex orientali regione, et olim aliqua, et nunc plu-

(1) Vers. 9. — Eo quod dilexerit Dominus Israel. Quòd à Deo munificentissimo dari possit munus amplissimum atque ditissimum, illud est, ut dilecto sibi populo largiatur probum dilectumque principem; uti vicissim invisum sibi populum Deus puniat, dato rege impio et scelesto. Minùs enim sibi, quàm populo reges sunt; exhibenturque non semel sive benefici Numinis, sive ulciscentis instrumenta.
(Calmet.)

rima à Lusitanis felici navigatione comportantur : id enim valet vox græca *thyina*, quæ à θύω quod suffire significat, sine dubio deducitur. Hoc itaque mihi primùm videtur. Deinde illa ligna non esse cedrum, aut juniperum, aut settim, aut ullum denique illorum, quæ gignit Libanus, licet ligna Libani non pauca vocari possint thyina, id est, odorata. Quia quæ ex Libano cæduntur, non poterant esse Solymitanis ignota, quia quotidie è vicino monte adducebantur, et multa ex eâ materiâ in urbe construebantur ædificia, et proximè templum, regiæque domus, in quorum molitionem, quod erat in Libano præcipuum videbatur impensum. At hæc talia dicuntur esse ligna, qualia ad illud usque tempus visa non fuerant. Sic enim statim v. 12 : *Non sunt allata hujuscemodi ligna, neque visa usque in præsentem diem*, etc. 2 lib. Paral. cap. 9, v. 11 : *Nunquàm visa sunt in terrâ Juda ligna talia.* Cujus sententiæ sunt ex recentioribus non pauci : vide Pinedam in suo Salomone prævio, lib. 17, c. 18.

Vers. 12. — Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini, et domus regiæ, et citharas, etc. Quæ sint illa fulcra ex hoc loco conjectare non possumus, cùm nihil dicatur definitum, et certum, et nomen *fulcrum* latissimè pateat. Fulcra enim appellari possunt columnæ, quibus domus, aut moles quævis gravior innititur, et quidquid pondus sustinet; et quæ lectum, aut mensam sustinent in domibus elegantibus et lautis, ex pretiosâ solent aut fingi, aut incrustari materiâ. Argenteos atque eburneos pedes seu, quod idem est, fulcra toris supponit Athenæus lib. 2, ubi κλίνας, id est, lectos, appellat ἐλεφαντόποδας, id est, ex ebore, et ἀργυρόποδας, id est, ex argento. Sanè eburneis fulcris sustineri mensas, idque non rarò, docet illud Martialis lib. 9, Epigr. 23 :

Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.

Sed et ex auro fingi fulcra, aut aureis induci laminis docuit Maro lib. 6 Æneid. :

— *Lucent genialibus altis*
Aurea fulcra toris . . . . . .
Regifico luxu, epulæque ante ora paratæ.

Quare non est improbabile ex materiâ illâ thyinâ pretiosâ et odoratâ, pro mensâ et lecto confecisse fulcra. In lib. 2 Par. cap. 9, v. 11, pro *fulcris, gradus* legimus : *Fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo Domini, et in domo regiâ.* Fortassè gradus non tantùm sunt illi, per quos ad locum sublimiorem ascenditur, ut ad altare holocausti, ad superiora quædam tabulata, quæ in domo Salomonis fuisse diximus, sed etiam suggestum et pulpitum, ex quibus domi Salomon, aut alii in templo verba facerent ad populum. Sic sanè Esdras lib. 2, cap. 8, v. 4 : *Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum.* Translatio Hispanica ita reddit hunc locum : *E fizo el rey de la madera de los corales andamio para casa del sennor, e guitarras, e laudes para los cavalleros, eno avian venido maderos de corales, ni avian sido vistas hasta este dia.* Corallium etiam exponunt alii ex Hebræis, et recentiores quidam interpretes. Sed quî fieri ex corallio potuêre citharæ, et instrumenta alia musica ?

Vers. 13. — Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit, et petivit ab eo, exceptis his quæ ultrò obtulerat ei munere regio. Quemadmodùm regia dona attulit Salomoni pro regiâ liberalitate, at luxu splendida, et plurima ; sic etiam Salomon neque minora, neque minùs pretiosa munera rependit. Et præter ea, quæ ultrò largitus est, ut grati et liberalis nomen inter barbaros, et peregrinos populos obtineret, dedit etiam quæ postulavit regina, aut quæ cognovit illi futura non ingrata. Addit autem liber Paralip. cap. 9, v. 12, multa plura à Salomone retulisse, quàm attulerat : *Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta, quæ voluit, et quæ postulavit, et multa plura, quàm attulerat ad eum.* His autem onerata donis eodem, quo venerat, comitatu, in patriam reversa est.

Antequàm, quod reliquum est capitis, pertexamus, nonnulla nobis exploranda sunt, quæ de hâc reginâ Saba, aut nugati sunt falsò, aut etiam verè prodiderunt externi. Illud ex omnibus minùs videtur improbabile, quod tradit Josephus lib. 8, cap. 2, allatum esse à reginâ Saba, donoque datam Salomoni plantam illam, quæ balsamo sudat, cujus nunc Judæorum regio ferax est, ille maximè tractus, quem conseverunt, occupâruntque Engadditani horti; ita fortassè verè. Sed minùs huic cogitationi favet, quòd eo tempore, quo hæc planta à reginâ in Judæam afferri potuit, jam vineæ Engaddi, quæ non tam vitibus, quàm cypris, id est, plantis, quibus balsamum pinguis est, familiarisque proventus, crevisse videbantur, et regionem illam non exiguam implêsse. Maximè si statuas Epithalamium illud, quod Canticum canticorum inscriptum est, tunc à Salomone fuisse compositum quando uxorem duxit Pha-

raonis filiam, quod nonnulli putant. Hujus enim nuptias iniit Salomon multò antequàm regina Saba ad Judæorum fines appelleret. In his autem nuptialibus canticis vineas audimus Engaddi, quæ non tam sunt viniferæ, quàm aromatiferæ, ubi etiam cyprum legimus, quæ balsamo stillat, cap. 1, v. 13: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.*

Cedrenus in Salomone duo tradit de hâc reginâ, alterum illam fuisse Sibyllam, alterum voluisse Salomonis experiri sapientiam, atque ideò puellos, puellasque illi proposuisse, quæ neque formâ admodùm viderentur esse dissimiles, neque species ipsa virilem sexum à femineo distingueret, ac denique omnibus ornatum induxisse muliebrem, quæsiisseque ut in formâ atque habitu non dissimili, dissimilem sexum internosceret, quod ille facili prudentique solertiâ consecutus est. Hoc mihi minùs videtur incredibile, licet merum videatur esse commentum, quia supra, v. 1, venisse dicitur, ut in ænigmatibus Salomonis sapientiam exploraret. Illud de sybillino spiritu, afflatuque divino valdè mihi suspectum est, licet non unus Cedrenus, sed cum eo Pausanias et Justinus affirmant; ut cum Alexandro Neapolitano putat Tiraquellus, ad cap. 16, lib. 3 Genialium. Id, inquam, mihi valdè suspectum est, quia Sibyllæ omnes, quæ eo nomine ab antiquitate decorantur, virgines fuerunt, et in virginitatis præmium spiritus ille propheticus datus esse creditur. At cùm mater fuerit illa regina, ex quâ nimirùm orti qui in illâ regione postea dominati sunt, ut docent qui Æthiopicos annales conscripserunt, et nunc sibi ipsi quoque persuaserunt Æthiopes, cùm alia non appareant merita, non videtur, cùm corporis integritatem communem cum aliis Sibyllis non habuerit, spiritum propheticum habuisse communem.

Neque plus meretur fidei, quod alii tradunt de ligno crucis, in quo actus esse dicitur Christus, quod regina Saba multò ante cognovisse dicitur et ostendisse Salomoni, licet non omnes, qui illius sive prophetiæ, sive fabulosi commenti meminerunt eodem referant modo. Petrus Comestor in lib. 3 Reg. cap. 26, quorumdam sententiam refert, quorum silet nomina, qui dicunt è medio cursu significâsse per litteras reginam Salomoni, quòd ne regium contristaret animum, coram aperire noluisset: « Nempe se vidisse (verba sunt Comestoris) « quoddam lignum in domo Saltûs, in quo sus« pendendus erat quidam, pro cujus morte « regnum Judæorum periret, et certis indiciis « illud regi indicavit. Quod timens Salomon in « profundissimis terræ visceribus occultavit « illud. Pro cujus virtute aqua mota sanavit « ægrotos. » Hæc Petrus Comestor. Meminerunt hujus historiæ, sive figmenti plurimi, et meritò fabulosum esse putant, neque illis deberi historicam fidem.

Aliam nihilò majori dignam fide historiam, aut potiùs fabulam referunt Gretserus libro de Cruce, et Pineda in Salomone prævio, lib. 5, cap. 14, ille ex manuscripto Græco codice Bibliothecæ Augustianæ, hic ex antiquissimo libro italicè conscripto Hispalensis Ecclesiæ. Ait igitur ex illo manuscripto codice Gretserus Abrahamum tres sumpsisse surculos ex totidem diversarum naturarum arboribus, eosque in unum coaluisse truncum; cùm tamen et radices haberent diversas, et supremos ramos, in quibus triplex apparebat plantarum differentia. Hanc triformem arborem succisam esse aiunt à Salomone ad templi fabricam, neque lignum ullâ ratione aptari potuisse, ut aliquem in tantâ mole locum invenire potuerit, quem impleret. Quare cùm ad omnia prorsùs censeretur inutile, et in eo dolando frustra poneretur opera, rejectum est à fabricâ, et in scabelli, aut sedilis usum efformatum. Cùm autem eò adducta esset regina Saba, quæ in eo codice Sibylla nominatur, sedere noluit, sicut fecerant antea complures alii, dicens, quisnam futuris seculis ex eo ligno suspendendus esset. Tunc verò Salomon illud occultavit, donec passionis Christi tempore foràs emersit.

Non multò aliter liber ille, quem lib. 6, cap. 14, citat Pineda, qui post alia plurima, quæ magno suo merito fabulosi commenti damnat Pineda, addit tres fuisse surculos, cedri videlicet, cupressi, et palmæ, qui ex ore Adami germinârunt, et in unum truncum coaluerunt, quem cùm regina Saba, quæ eo etiam loco Sibylla, atque Prophetis nominatur, esset intuita, multa de illius atque ejus qui in eo moriturus erat, gloriâ cum Salomone disseruit. Quod lignum Salomon in puteum dimisit, et os illius egregiè opere murali obstruxit. Fecit autem vetustas, quæ omnia exedit atque consumit, aut certè torrens assiduo cursu, aut aliquando incitatus solito vehementiùs, ut latus excederet, aperiretque putei, in quo visus est innatans truncus ille. Illam autem esse dicit piscinam, quam ad ægrotorum sanitatem singulis annis Angelus movebat. Addit tandem post aliquod tempus extractum esse ex piscinâ lignum, et ascenden-

tibus in templum pontis præbuisse usum, et tandem cùm lutulentum esset et immundum, ex eo loco fuisse sublatum, ut ex ipso crux fieret, ex quâ humani generis Servator et vindex suspensus est. Hæc omnia magis sunt ad populi plausum, quàm ad veritatem. Sanè in Scripturâ sacrâ, aut Patrum monumentis nullum video aut vestigium obscurum, aut probabile fundamentum.

Illud ad extremum addam, quidquid sit de rebus aliis fabulosis quas modò produximus, fuisse olim multis persuasum ex triplici ligno, aut certè ex uno triformi Christi crucem fuisse compactam. Trigesimus quartus, ut opinor, annus agitur, ex quo ad me delata est aurea lamina, et cum eâ ex Dominicâ cruce pars quædam magnæ molis et pretii ab Inacho de Mendoza Infantatûs duce, quæ ante mille annos putabatur esse auro inclusa, et asservata priùs inter sacram gazam à Constantinopolitanis imperatoribus, deinde vario successu ad nobilissimam tanti principis familiam translata. In eâ laminâ græcè antiquissimis characteribus legebam è tribus lignis Dominicam crucem esse compactam, ex cedro, pinu, et cupresso. Quod etiam, postea inveni in epigrammate græco Theodori Prodromi, in quo crucem primam, et veram Domini vocat τριδένδριαν, id est, ex tribus compositam liguis, ex illis videlicet quæ nuper retulimus.

Addunt præterea non tam antiqui, quàm nostri seculi scriptores Salomonem, quo tempore hospitio recepit reginam Saba, thalami quoque habuisse consortem, et ex illâ suscepisse filium nomine Meilech, à quo propagata est illorum successio, qui ex eo tempore ad ævum usque nostrum Æthiopicum, seu Abyssinum imperium tenuerunt. Hujus opinationis auctores primò fuerunt Abyssini, qui ut sunt Abyssinæ gloriæ studiosi, et suarum rerum buccinatores immodici, ita etiam sunt parùm veritatis amantes, ut apud omnes, qui illius gentis studia et mores agnoverunt, maximè illorum laboret fides. Unde sicut aliarum gentium alia sunt vitia, sic mendacium Abyssinorum existimatur familiare vitium. Quare sicut proverbiali specie Pœni dicuntur perfidi, Cretes mendaces, Græci leves; sic etiam propriâ, et quasi vernaculâ notâ mendaces dicuntur Abyssini. Quod nostris temporibus expertus est recens quidam historicus, qui dùm se minùs credulum præbuit cuidam Abyssino, qui magnifica quædam, et admiranda de suâ gente prædicabat, multa scripsit, quæ alii meritò condemnant et carpunt. Cùm ergo suæ gentis stirpem vellent habere nobilem, genus suum ad Salomonem referunt, quem audierant maximæ sapientiæ laude, potentiâ, atque opibus, et apud omnes auctoritate, et gratiâ fuisse nobilitatum. Ab his didicêre Lusitani, à quibus sumpserunt alii recentiores, quia unde res haurirent Æthiopicas et Abyssinas, nullos alios fontes magis illimes habuerunt. Quare hujus sententiæ aut nullum est, aut certè non nisi levissimum fundamentum quando de re Abyssinâ Abyssinos tantùm habet auctores, quibus proprium est illa confingere, quæ res patrias magis tuentur et augent.

Quanta porrò fides horum narrationi haberi debeat, docent multa, quæ cum hâc narratione ex Abyssinorum fide scriptores Lusitani conjungunt. Sanè Joannes Barrus tradit cùm rediret in patriâ, in medio cursu, (vigesimo puta die, ex quo à Salomone discessit) enixam esse reginam filium, quem à Salomone conceperat, illumque postquàm paululùm accessisset ætatis ac roboris, remisisse ad parentem, ut ab eo iis imbueretur disciplinis, quæ ad religionem, remque publicam administrandam pertinerent. Cùm autem rediturus esset ad matrem, datum illi fuisse Sadoc summum sacerdotem, qui illi pædadogus esset et magister. Qui simulatione quâdam impetratâ à Salomone facultate, quasi adoraturus ingressus est Sancta sanctorum, unde ex arcâ furatus est tabulas legis, pro quibus alias ad earum expressas similitudinem reposuit, quas insigni lætitiâ, et plausu receperunt, et servaverunt Æthiopes. Hic ego multa video, quæ nescio quomodò à mendacii suspicione vindicari possint. Primùm, quia non videtur tantùm temporis apud Salomonem ponere potuisse, ut ex illo conceperit, maturumque partum penè in ipsius complexu Salomonis ediderit. Nam cùm primùm ab illo discessit, in ipso cursu peperisse dicitur. Neque est verisimile tam Salomonem, quàm reginam exuisse pudorem, ut sub primum hospitii tempus ad illam consuetudinem venerint, quam horrent pudici, et quibus inest boni nominis et honestatis amor. Neque præterea verisimile est reginam propè jam puerperam, certè partui vicinam, egressuram Hierosolymâ, suscepturamque longam et difficilem viam, cum maturæ prolis et suî ipsius maximo periculo; aut permissurum Salomonem, ut gravida sive uxor, sive concubina ab urbe discederet, quo tempore vulgares etiam feminæ, quæ regias nunquàm agnovêre deli-

cias, secessum amant et vitam molliorem. Adde quòd eo tempore non tam erat Salomonis profusa libido, ut hospitii jure violato pudicitiam tentaret tantæ personæ; neque si Salomon in tantam feminam maximè pruriret, illam tam haberet suæ libidini obsequentem, et facilem, ut cùm discedere posset honestè, et liberè cum tanto sui pudoris, et boni nominis detrimento, ac labe manere mallet in illo libidinis diversorio, ac pleno insidiarum hospitio. Quòd si, ut multi volunt, quorum supra meminimus, hæc regina Sybilla fuit, id est, Prophetis, pudica, et virgo, quomodò verisimile est consuetudinem habere voluisse talem, quæ hos omnes titulos obscuraret, aboleret et perderet? Neque ad extremum fortunatum appellaret Salomonem, et Deo gratum, si tam videret pudoris immemorem, ut rem tentaverit, quam nemo audiret sine fastidio, nemo sine indignatione cognosceret.

In Sadoc sacerdote maximo, qui datus esse dicitur à Salomone filio suo, quem ex reginæ Saba concubitu suscepit, pædadogus, multa peccant Abyssinorum annales, et ex illis Joannis Barii Æthiopum Historia. Primùm, quia illum filium dicit esse Azariæ, cùm potiùs filius fuerit Achitob, ut habes lib. 1 Par. c. 6, v. 12, et Azarias aut nepos fuerit quartus, aut atavus Sadoc, id est, anno à fundato templo vigesimo, et eo sine dubio ampliùs, jam Sadoc sacerdotio videtur vitâ defunctus, certè non eâ ætate ut viam illam longam ingredi et munus illud obire potuerit; egerat enim in pontificatu annos supra septuaginta, à regno videlicet Saülis ad annum usque 31 Salomonis: cùm autem sacerdotium iniit, ætatis esse debuit sacerdotalis.

Deinde quis credat hominem Israelitam, eumdemque pontificem, oblaturum tabulas quibus Deus digitis suis legem inscripsisset, ex arcâ testamenti, ut illas penè sine honore ad peregrinam et barbaram regionem traduceret? An alienæ regionis sacrorum antistes magis amans, quàm suæ? et templum illud, quod pro arcâ ac lege tabulis incisâ, præsertim tot impensis fabricatum est, in ipso penè exordio, grandi illo miraculo et cœlesti dono carere debuit? Quòd si cum publicâ lætitiâ ac plausu exceptum fuit à Sabæis tantum illud donum, neque potuit occultum esse Salomoni, cur non statim ad suum locum revocandum curavit? aut cur tantum de re tantâ Scripturæ silentium?

Scio hæc ab Abyssinis celebrari solita. Scio imperatorem ipsum, quem Joannem Presbyterum communiter appellamus, hos sibi titulos inter alios arrogare. *Ex stirpe Juda, filius David, filius Salomonis, filius columbæ Sionis, filius ex semine Jacob,* et alia, quæ non se valdè cum veritate conciliant. Sed hæc non video, quomodò his, qui attentè rem et accuratè meditantur, suam sibi fidem probare possint.

Vers. 14. — Erat autem pondus auri, quod offerebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum. Immensum est, et dignum, cui divina et inconcussa fides testimonium perhibeat ex regionibus non admodùm laxis, tantas comportari potuisse divitias; summam alii colligant, qui fortassè tentabunt audaciùs, assequenturque sine ullo errore feliciùs. Ego, qui neque probare possum tantum esse sub hæc posteriora tempora talenti pondus, quantum alii meditantur et supputant, neque certum aliquid definire audeo, in tanto temporum, locorumque discrimine, satis in præsentiâ habebo nôsse mihi atque aliis ostendere ingentem esse vim argenti atque auri, quam subacti priùs à Davide et vectigales populi ex pacto singulis annis pensitabant, et quam quotannis ex rerum distractione penderet Israel, et quam regii quæstores ex toto Israelitidis terræ tractu colligebant.

Vers. 15. — Et negotiatores, universique scruta vendentes. Hi omnes mercatores, quorum mercibus impositum statum, et certum à principe vectigal. Negotiatores autem, aliquid est majus, et ex quorum mercibus ad regium fiscum majora quotidie accedunt compendia, ut qui navigiis transportant transmarinas merces, aut qui in portu onerant exoticis mercibus numerosos camelorum greges. At qui scruta vendunt, quique scrutarii, circitores aut etiam Dardanarii vocantur, illi sunt, qui levia vendunt, illisque onerati in foro civitateque concursant. Qualia sunt puerilia quædam ludicra, quibus imperiti populi fucato quodam splendore oculos, et animos capiunt; quos Hispanorum vulgus *Bohoneros* appellitat, aut qui detrita quædam, et veteramenta cantando circumferunt venalia. Scrutarium hominem apud Gellium lib. 3 descripsit Lucillius:

Quid in scruta quidem ut vendat scrutarius laudat
Perfractam strigilem, soleam improbè dimidiatam.

Quam artem post excisam à Vespasiano Hierosolymam exercuêre Judæi, de quibus Martialis lib. 1, epigr. 98:

Hoc quod Transtiberinus ambulator,
Qui pallentia sulphurata fractis
Permutat vitreis.

De his scrutariis, seu qui scruta vendunt, vide Cælium lib. 19, cap. 16. Ex his rebus, quas circitores isti venales circumferunt, ad familiares atque vulgares usus non vulgare ad regium fiscum compendium accedebat. Licet scrutarii hoc plerùmque, magisque propriè significent, dicuntur tamen, ut opinor, illi, qui minuta vendunt, licet pretiosa, quæ exposita sunt in apothecis, qualia sunt aromata, et alia quædam sive tegumenta, sive ornamenta corporum, et ad domesticos et familiares usus necessaria. Sanè רוכלים *rokelim*, pro quo Vulgatus transtulit, *scruta vendentes*, ad plura patet, quàm Latina vox *scrutarii*.

Et omnes reges Arabiæ (1) ducesque terræ. Subjecit Israelitico jugo David reges, regionesque vicinas, illisque tributum imposuit certum, quod singulis annis penderent ex pacto. Vide lib. 2 Reg. cap. 8 et cap. 10. Arabia non longè aberat à regione Chanaanitide, id est, à terrâ promissionis, maximè illa, quæ Petrea dicitur, ex quâ egressa existimatur Ruth Moabitis. Certè Sinai mons est in Arabiâ, neque procul aberant illi Arabes, qui quotannis certum quoddam vectigal Josaphat tributi nomine pendebant. De quibus lib. 2 Par. cap. 17, v. 11 : *Arabes quoque adducebant pecora, arietum septem millia septingenta, et hircorum totidem.* Ab his igitur magna quotannis argenti atque auri, pretiosarumque rerum summa mittebatur, sive ut solverent quæ debebant ex pacto, sive benevolentiæ et officii ergo, ut illius gratiam iteratis sæpè muneribus demererentur. Certè illis non servitutis, sed officiosæ benevolentiæ gratiâ dona mittebant. De quibus 2 Paralip. 19, v. 23 : *Omnes reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, et deferebant ei munera, vasa argentea et aurea, per singulos annos.*

Vers. 16. — Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro, etc. Scuta hæc majestati potiùs regiæ, quàm publicæ utilitati, et bellicis usibus serviebant. Licet enim multùm auri in militaribus instrumentis viri potentes, et plus satis elegantiæ studiosi consumerent, qui armis deberi quidquid est in naturâ pretii, atque splendoris arbitrabantur (ut diximus ad illud Zachariæ cap. 14, v. 20 : *Quod super frenum equi est*), tamen non tam ex auro arma sibi, quàm ex chalybe firmiori utique materiâ conflare solent. Neque clypei illi, qui aurei dicuntur lib. 1 Machab. cap. 6, v. 39, ex auro solido conflati sunt, sed inaurati, neque inusitatum est, ut quæ inaurata sunt, aurea nominentur. Sic sanè Maro cùm ex ære atque auro conflatum esse diceret Æneæ clypeum, illum tamen simpliciter aureum appellat.

. . . . . *Fluit æs rivis, aurique metallum.*
Vulnificusque chalybs vastâ fornace liquescit,
Ingentem clypeum informant.

Qui tamen lib. 10, quasi totus foret ex auro solido, aureus nominatur.

. . . . . *Telumque intorsit in hostem,*
Inde aliud super atque aliud, figitque, volatque,
Ingenti gyro, sed sustinet aureus umbo.

Et mox quem appellârat aureum clypeum, æreum seu æratum appellat :

Immanem ærato circumfert tegmine sylvam.

Quare, ut dixi, non ad bellicos casus, et militum tegumenta Salomon aureos formavit clypeos, sed ad regii splendoris, et potentiæ specimen illustre. Sicut etiam Mach. lib. 1, cap. 14, v. 24, Simon clypeum misit aureum minarum mille Romanis, quibuscum sociale fœdus inire studebat, ad Machabæorum potentiæ ostentationem et exemplum, non quia ex illo ad bellicos usus sperari posset aliqua commoditas. Quia verò Salomon tam suis, id est, Israelitis, quàm externis suas voluit ostentare opes et potentiam, hæc in domo saltûs Libani proposuit, in loco videlicet maximè conspicuo, ac celebri, ad quem frequens erat omnium ordinum, maximusque concursus. Neque est improbabile hæc omnia ante reginæ Saba adventum in domo illâ voluptatis fuisse suspensa. Licet enim hæc post reginæ adventum, atque regis hospitium narrata fuerint, fieri tamen antea potuerant. Sæpè namque in Scripturâ narrantur posteriùs, quæ priùs gesta sunt, et in profanâ quoque historiâ non est idem temporis et narrationis ordo. Neque parùm admirationis reginæ afferre potuit splendor ille eximius, qui ex aureis clypeis et peltis emicabat. Porrò sicut altare ligneum, et ligneæ fores in templo laminis tegebantur aureis, sic puto hosce clypeos ligneos fuisse quidem intùs, foris tamen aureis laminis obductos. Quod indicat id, quod statim additur: *Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti unius*, id est, laminæ, quæ clypeos tegebant, singulos utique ligneos, sexcentos pendebant siclos, id est, 25 libras romanas.

(1) Salomon hìc fuit typus Christi, de quo cecinit David psalm. 71, 9 : *Coram illo procident Æthiopes.* Et : *Reges Tharsis et insulæ munera offerent; reges Arabum et Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ; omnes gentes servient ei.* (Corn. à Lap.)

Hæc puto magis ad veritatem; est tamen non improbabile hæc scuta et peltas ad regiæ etiam majestatis ostentationem à prætorianis militibus, qui regium stipabant incessum produci solita, quæ statim ad suum locum referrentur. Quod ideò mihi persuadeo, quia illa scuta ærea, quæ pro aureis supposuit Roboam, hunc usum habuisse dicuntur infra, c. 14, v. 27.

Vers. 17. — Trecentas peltas ex auro probato; trecentæ minæ auri unam peltam vestiebant. Multi hic hærent, quia non inveniunt, quomodò tantum pondus aut scutorum, quod erat 25 librarum, aut peltarum, quarum pondus erat multò majus, et ita grave ut unius asini justum esset onus, ab uno milite portari potuerit. Quare aliter putant esse legendum, et quidem in Hebraicis et Græcis codicibus, ternario numero nihil additum est, ut patet, atque ideò tres minas in quâlibet peltâ, non trecentas fuisse censent, et ita apertè habent Septuaginta. Sed quia non tam ad militarem usum scuta et peltæ fabricata sunt, quàm ad regiæ domûs ornamentum, non tam spectavit Salomon quid militi ad pugnam, quàm quid domui ad splendorem conferre posset aureum illud pondus.

Jam tandem exploremus quid sit inter scutum, peltamque discriminis. In vocibus latinis de hâc quæstione non est difficile judicium: de hebraicis non ita. Aliquot sunt nomina ejusdem penè significationis, quæ tegumentum illud significant, quod brachio insertum sinistro petitiones excipit, et vulnus avertit ab hostili manu. Qualis est clypeus, scutum, parma, cetra, pelta, ancilæ. Quæ omnia neque omnibus serviunt, neque omnibus sunt temporibus, aut bellatoribus opportuna. Scutum oblongam habet, atque quadratam formam, curvam, ac testitudinatam superficiem, ita ut hominem totum tegat, et muniat, quod Hispanus *paves* appellat, ejus magnitudinis, ut cadaveri possit esse pro feretro. Dicitur autem θυρεὸς, quia portæ similitudinem refert, quæ sic est quadrata, ut longè plus longitudinis quàm latitudinis habeat. Rabbi David Hispanicâ linguâ vocari putat *Targa;* sic fortè dicebatur olim apud Hispanos, à quâ voce scutum nunc *Targeta* dicitur, ubi stemmata, aut symbola describuntur, et militare scutum ab eâdem origine vocatur *adarga*. Pelta multò minor est, neque quadratam habet sicut scutum, neque omninò ut clypeus, circularem speciem, sed similem lunæ, cùm non longè distat à plenâ, aut cùm incipiunt apparere cornua. Nam pelta lunata dicitur ab aliquâ nimirùm lunæ similitudine. Sic Maro lib. 11 Æneid.:

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Plinius lib. 12, cap. 5, peltam Indicæ ficûs folio similem esse dicit. Hæc de latinis vocibus magis certa, licet non omnes de illis eodem modo sentiant. De hebraicis res est magis impedita.

Ubi Vulgatus *scuta,* Hebr. est *Sinah,* quam varii variè reddunt, neque Vulgatus eodem semper modo convertit: modò enim transfert *clypeum,* ut Ezechiel. c. 26, v. 8, modò *loricam,* idem c. 23, v. 24, modò *hastam,* c. 28, v. 4. Aliquando *contum,* Amos 4, c. 2. Et quidem quæ hic *scuta,* Par. c. 9, v. 15, *hastæ* vocantur, sicut etiam apud Septuaginta. Alii aliis etiam modis transferunt. Sed illud videtur certum, commune nomen esse armorum quæ vel vulnus inferunt vel declinant, quod accommodatè ad rem, de quâ est sermo, exponendum est, quo modo variis in locis facit Hieronymus, qui variè convertit ad rerum naturam attemperatè. Hujus porrò generis multa sunt nomina, quæ cùm nihil significent definitum, certum, juxta rerum naturam variè convertuntur. Duo tantùm afferam exempla, tu plura illis invenies quàm simillima. השישה *asisah* id valet quod exhilarat, reficitque aut convivia, aut geniales dies; cùmque id multa præstent pro variâ rerum ac temporum naturâ, non solùm ab aliis, sed à nostro etiam interprete variè convertitur. Modò enim redditur *flos,* modò *unguentum,* aut *lagena vini, simila frixa oleo.* Vide quæ nos pluribus ad illud Cant. c. 2: *Fulcite me floribus.* Item חסידה *chasidah* avem significat, ut apparet, quæ sublimem habet, rapidumque volatum. Quare interdùm *milvus,* aut *ciconia,* interdùm *herodius,* atque *upupa* convertitur. Quâ de re nos ad illud Zach. 4, v. 9: *Quasi alas milvi.*

Ubi Vulgatus *pelta,* Hebr. *maguen,* tegmen significat, quod militem munit, et ictus excipit, à radice quæ protectionem valet, quod munus, quia varia præstant militum instrumenta, ideò varia hoc sibi nomen adscribunt. Quare auctores modò *peltam,* modò *scutum,* modò *clypeum* convertunt, et *peltæ,* lib. 2 Paralip. cap. 9, v. 16, *scuta* dicuntur. Hoc porrò loco Hieronymus optimè convertit scuta et peltas, quia hæc in atriis ex arte disposita maxima esse solent illorum ornamenta.

Vers. 18. — Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem, et vestivit eum auro fulvo nimis (1). Idem esse puto hoc solium

(1) Allegor. Salomon hic repræsentavit po-

cum eo, quod factum esse dicitur supra, c.7, v. 7, in quo judicii gratiâ Salomon sedebat. Hìc tamen illius materia et forma accuratè describitur. Et quod attinet ad materiam, erat eximiæ venustatis et pretii, aurea videlicet, et eburnea. Nam quod Historia scholastica tradit lib. 3 Regum cap. 23, sex gradus regii solii factos ex porphyrite lapide, nullum habet in Scripturâ sacrâ fundamentum : nisi fortè putet, quod nonnulli sibi persuaserunt, ebur quoddam esse non elephantinum, sed fossile, quod propter eximium candorem dicebatur ebur. Quod tamen nobis non probatur in nostris Commentariis super Amos, ad illud cap. 3 : *Peribit domus eburnea,* ubi de ædificiis operibusque eburneis non pauca. Hoc autem solium non videtur sic esse aureis tectum laminis, sicut in templo parietes et portæ tegebantur : neque enim ebur usque adeò vile et indecorum est, ut splendenti aliâ materiâ atque pretiosâ incrustari debuerit. Sanè ad operis elegantiam inire auri fulvorem cum eboris candore, consentit Strabo lib. 16 de Arabibus. Portæ, et parietes, et tecta ex ebore, auro et argento, et lapidibus, ornatûs causâ distincta. Horatius in lacunaribus aurum cum ebore consociat, lib. 2 Carm. Ode 18 :

Non ebur, neque aureum
Meâ renidet in domo lacunar.

Quòd si totum solium laminis esset aureis opertum, aureum potiùs appellari debuit, quàm eburneum : eburneum autem dicitur lib. 2 Paral. c. 9, v. 17. Neque fortassè thronus ille totus erat è solido ebore, sed eboreis crustis, aut tabulis materiæ inductis thyinæ, quomodò eburneæ domus ædificatæ dicuntur ab Achab, 3 Reg. 22, et quorum meminit Amos c. 3, v. 15. Solere autem ligna ebore tegi, docuit Plinius lib. 16, c. 43; nisi dicamus interraso ebori solido, cavitates, et sinus impleri auro, quod in varias rerum species vermiculato opere conformari solet. Sic sanè Plinius, lib. 35, c. 1, dùm nimiam hominum ambitionem exagitat: « Nec tantùm parietes toto operuit auro, « verùm et interraso marmore vermiculatis ad « effigies rerum, et animalium crustis. » Certè Plautus eburatos esse dicit lectulos et vehicula, aut quia crustis tecta eboreis, aut quia ebore sectili distincta.

Vers. 19. — Qui habebat sex gradus, et summitas throni rotunda erat in parte posteriori. Descriptio hæc throni difficilis non est, ad quem per sex gradus ex eâdem materiâ ascensus; pars autem posterior, quæ excipiebat dorsum, in hemicycli modum erat testudinata, atque rotunda dici potest linea, quæ circulum inchoat, non absolvit. Id autem ex eo colligo, quia pars suprema à parte posteriori formam dicitur rotundam habuisse, quod non benè cum reclinatorio æquabili planoque consentit. De scabello suppedaneo nihil hìc habemus ; at in lib. 2 Par. c. 9, aureum esse dicitur.

Et duæ manus hinc atque inde, tenentes se-

testatem judiciariam datam à Deo Christo, quà homo est, ejusque solium gloriosum, in quo residebit in die judicii, judicabitque *omnes tribus terræ.* Ita Rupert. Eucher., et Angelom. Audi Eucherium : « Thronus eburneus æterni « judicii potestatem auro divinitatis fulgentem, « quam Dominicus homo à Patre accepit figu- « ram gestâsse non dubium est. Sex gradus « hujus throni, omnem creaturam visibilem et « invisibilem, quæ sex diebus facta est et Chri- « sto Domino à Patre subjecta, typicè demon- « strabant. Quòd autem ipse thronus in poste- « riore sui parte rotundus esse describitur, « hoc procul dubio datur intelligi, quia præ- « sens mundus, qui per metas temporum vol- « vitur, in suâ extremitate à Domino sit judi- « candus. Atverò duodecim leunculi per sex « gradus bini stantes, sanctorum Apostolorum « limitabant potestatem, quibus dictum est à « Domino : *Sedebitis super duodecim thronos,* « *judicantes duodecim tribus Israel.* »

Symbol., thronus hìc significat B. Virginem, ex quâ verus Salomon, puta æterna Dei sapientia, carnem assumpsit, in eâque quasi in throno suo ebore puriore, leonibus fortiore, et auro per charitatem fulgentiore ad novem menses consedit; unde ipsâ ab Ecclesiâ in litaniis vocatur et invocatur *thronus Salomonis.* Ita Lyran. hìc. B. Petrus Damiani egregium sermonem de hoc throno Salomonis habuit in Nativitate B. Virginis, ubi illum Virgini eleganter accommodat et subjicit : « Fecit, inquit, thronum, uterum videli- « cet intemeratæ Virginis, in quo sedit illa ma- « jestas. Hanc sessionem Filii et probavit et co- « gnovit Pater, ipso dicente : *Tu cognovisti ses-* « *sionem meam.* Et : *Thronus tuus, Deus, in se-* « *culum seculi.* Et : *Thronus iste sicut sol in con-* « *spectu tuo.* » Et post pauca : « Et vox de throno « exivit dicens : *Laudem dicite Deo nostro, om-* « *nes sancti ejus.* Et ex throno, inquit, hoc est « ex Virgine laus angelorum prorumpit et ho- « minum, quia dùm hìc restituitur, ille resar- « citur, utrique gratiarum debent devotionem. « Nòsti quidnam dicat qui sedet in throno? « *Ecce nova facio omnia.* Felix thronus in quo « sedit dominator Dominus, in quo et per quem « non solùm omnes, sed etiam omnia renovan- « tur. » Et post nonnulla : « Quid grandius « Virgine Mariâ, quæ magnitudinem summæ « divinitatis intra sui ventris clausit arcanum? « Attende Seraphim, et in illius superioris na- « turæ supervola dignitatem, et videbis quid- « quid majus est, minus Virgine, solumque « opificem opus istud supergredi. » Vide plura apud eumdem, ubi singula throni hujus applicat B. Virgini. (Corn. à Lap.)

DILE. Manus ex Latinorum usu id significat quod aliquid apprehendit et tenet, cujuscumque illud figuræ sit. Sic harpagones manus appellamus ferreas, et elephantorum proboscides, quia cibos capiunt et ad os referunt, quod manuum munus est; sic uncini, quibus libri comprimuntur; sic vitium capreoli, seu claviculæ, quæ obvium quodque apprehendunt, et lapsuros palmites suspendunt et sustinent, et mille alia ejusdem usus, et generis manus appellantur. Sic, puto, manus vocantur hoc loco eminentiæ quædam, quæ in eo magnifico solio regium sedile tenent atque sustentant, quæ fulcra quædam fuerunt, quorum incertam fuisse formam argumento est, quia quæ hoc loco dicuntur manus, lib. 2 Par. nominantur brachiola. Septuaginta prominentias illas, quæ solio subsunt, illudque sustentant, figuram indicant habuisse vitulorum, qui eo modo regio subsunt sedili; sicut duodecim boves æneo mari, qui caput, humerosque extra molem illam grandem producunt, illamque posteriori corporis parte, dorsoque suspendunt. *Et prominentiæ vitulorum ipsi throno è posterioribus ejus.* Unde autem Septuaginta sumpserint, non assequor. Deinde manus super thronum videntur statuere. *Manus hinc et hinc super locum cathedræ.* Harum autem manuum, quem usum habere potuerint supra thronum non video; nisi fortè sint illa, quæ in hujusmodi thronis brachia dicuntur, quia sedentis brachia innixa sustentant. Quod indicat Tigurina, dùm vertit: *Utrinque ad locum sedis reclinatoria erant.* Fortassè illud *super,* ut alibi in Scripturâ non rarò, idem est, quod *juxta.* Hæc juxta translationem Septuaginta. Vulgata translatio non videtur aliam habere sententiam, quàm quæ supra à nobis allata est. Manus autem vocari, quidquid aliquid apprehendit, conjungit, et continet, et manûs ipsius usus, et natura docet, est familiaris loquendi modus. Quâ de re nos pluribus ad illud Habac. c. 2, v. 11: *Lignum, quod inter juncturas est,* Hebr. כפים *caphim:* quod valet *manum,* ubi diximus *manum,* seu *lignum juncturæ,* esse illud, quod duos parietes conjungit et continet, ne alii aliò incumbentes dissolvantur.

Josephus lib. 8, c. 2, videtur alium usum manibus tribuere, nempe ut regem sedentem exciperent, fortassè quia Salomon, cùm ad summam sedem ascenderet, illas apprehendebat manus, quarum adminiculo minùs habebat difficultatis ascensus ille. Addit autem è suo, ut opinor, neque enim ullum video in Scripturâ fundamentum, in sedis illius reclinatorio dimidiatum esse vitulum, in sua terga capite reflexo.

ET DUO LEONES STABANT JUXTA MANUS SINGULAS. Hi leones sedili, ut apparet, suberant, quo modo boves mari æneo in templo, ut simul sedis et sedentis pondus sustinerent. Leonum autem potiùs quàm aliarum belluarum exprimi formas Salomon voluit, quia hoc erat gentilitium insigne, et antiquum stemma tribûs Juda. Ex quo Genes. cap. 49, v. 9, in Juda filio illi tribui dictum est à Jacob: *Catulus leonis Juda; ad prædam, fili mi, ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, et quasi leæna, quis suscitabit eum?* Hinc Juda in militari signo, cùm populus per desertum incederet, leonis gestavit effigiem, quem imitati sunt posteri. Sanè sicut Genebrardus tradit in Chronico ad annum 4146, ex sententiâ Hebræorum, leo Davidi stemma fuit, quem deinde reges alii Judæ sunt imitati, qui in leone belluarum rege suum inter alias tribus principem locum significari voluerunt. Quare in eo throno in quo præcipuè apparebat regia majestas, et ex quo populis sui nominis terrorem ostentabat, leones expressit Salomon, quasi vigiles atque custodes, qui regis tuerentur auctoritatem, atque omne ab illo periculum arcerent, sed præcipuè ut suum proderet genus à Judâ propagatum. Fortassè in leonibus exprimere voluit eorum, qui sedent in cathedrâ, mores et ingenium; leo enim adeò est animo constanti et impavido, ut ad nullius paveat occursum; sed in eas maximè belluas invehatur et sæviat, in quibus vis est acrior, et magis ferus et implacabilis furor. At in prostratos et humiles, neque iram videtur habere ullam, neque furoris aliquid et feritatis: certè impetum non habet, quem omninò cohibet prostrati et humilis misera conditio. Quare cùm alios discerpat et voret, alios idem non solùm non lacerat, sed etiam tuetur et pascit. Hujus ingenium habere debet, qui præesse vult, et moderari populum. Sic sanè de rege Proverb. cap. 19, v. 12: *Sicut fremitus leonis, ita et regis ira: et sicut ros super herbam, ita et hilaritas ejus.* Illud sanè regum est, aut certè illorum, qui tyrannicum agitant imperium, hærere obstinato animo in eo, quod semel arripuêre consilio, quantùmcumque illud ab omni ratione atque æquitate, imò et humanitate sit alienum, aut quia exsaturare volunt cupiditatem et iram, aut quia turpe putant mutare sententiam, ne videantur errore prolapsi, aut etiam, quo sunt animo in-

solenti et stolido, errare potuisse. Seneca in Medeâ :

Difficile quàm sit animum ab irâ flectere
Jam concitatum, quàmque regale hoc putet
Sceptris superbas quisquis admovet manus,
Quà cœpit ire, regiâ hoc didici meâ.

At qui regio est animo, id est, ingenuo, atque non tam sibi, quàm reipublicæ natus, facilè sibi à furore temperat, maximè cum his, qui errâsse se agnoscunt, et errati supplices veniam orant. Hi faciunt quod leones, qui ut regium putant superbis et nimis pugnacibus non cedere, sic à regiâ nobilitate alienum judicant in supplices sævire. Unde Ovidius lib. 3 de Tristibus, eleg. 5 :

Quò quisque est major, magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit ;
Corpora magnanimo satis est præstâsse leoni :
Pugna suum finem, cùm jacet hostis, habet.
At lupus, et tristes instant morientibus ursi,
Et quæcumque minor nobilitate fera est.

Vide Plinium lib. 8, c. 16, ubi sic leo placari dicitur ad aspectum supplicis et abjecti, ut ad illum sensum intellectum nactus existimatur. « Leoni, inquit, tantùm ex feris clementia in « supplices : prostratis parcit, et ubi sævit, in « viros priùs, quàm in fœminas fremit ; in in- « fantes non nisi magnâ fame, credit Libya « intellectum pervenire ad eos precum. »

Vers. 21. — Sed et omnia vasa, quibus potabat rex Salomon, erant aurea. Mira commendatio Salomonis potentiæ, cùm omnia vasa non tantùm abaci, sed domesticæ supellectilis aurea esse dicantur. Illud tamen non sine hyperbole dicitur, Salomonis tempore nullius pretii existimari argentum, imò neque argentum fuisse Salomone regnante. Quis enim hoc credat, cùm argenti nomen hoc ipso tempore sæpiùs audiatur? Hoc ipso capite v. 21, allatum esse dicitur è Tharsis Salomoni argentum et aurum, et v. 25, allata esse traduntur ad eumdem vasa ex auro atque argento, et v. 27, tanta esse dicitur in Jerusalem argenti copia, quanta lapidum. Quæ locutio planè hyperbolica est, ut speciem habet proverbialem lib. 2 Par. c. 9, v. 20, ubi non solùm vasa, in quibus potabat Salomon, dicuntur aurea, sed etiam illa, quibus inferebantur cibi, aut erant ad mensæ ministeria. *Omnia*, inquit, *vasa in conviviis regis erant aurea.*

Vers. 22. — Quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis. Rationem ostendit cur Salomonis tempore tanto abundârit auro Hierosolyma, quia præter illa, quæ variis prælíis David ab hostibus extorserat, aut quotannis à subactis regibus ex pacto impensa, aut etiam oblata liberali et officiosâ manu, initâ cum Hiram Tyriorum rege societate, classem mittebat in Tharsis, quæ vim maximam inde exportabat auri, et earum exoticarum mercium, quæ in patrio cœlo magno habebantur in pretio. Navigationem autem illam longissimam esse oportuit, maximè si ad reditum usque non minùs tribus annis ponebatur. Nisi dicamus non totos tres annos in illâ navigatione consumi, sed eo spatio temporis unam adornari navigationem, relicto interim longiusculo tempore, in quo à navigatione cessatum est. Quod videtur omninò necessarium ; nam malè jactatæ salo, et afflictæ à vehementiori tempestate, et allisæ fortassè scopulis, naves restaurandæ fuerunt et reficiendæ, in quibus non parùm temporis consumendum fuit; neque classis brevi tempore, ac facili negotio ad navigationem instruitur. Et ita visum est Abulensi q. 8. Sed nostro, ut reor, ævo multò minùs conficeretur spatii, cùm classis invento jam magnetis usu in altum se committere sine errore possit, cùm non minùs in cœlo ac mari, quàm in terrâ natari possint, et observari viæ, et cursus teneri ac dirigi maritimi. Salomonis autem tempore non procul classis subducebat se à terrâ; sed perpetuò legebat orientale littus, obibatque eas regiones, aut hominum conventus, quæ metallo, aut aromate, aut alio pretiosæ negotiationis genere abundare credebantur.

An verò Salomon negotiationem instituerit, fiscumque auxerit regium, publicamque gazam rerum permutatione, dubium est. Ita putat Abulensis q. 9, et pluribus Pineda in Salomone prævio lib. 4, cap. 23. Josephus lib. 8, c. 2 : « Multa, inquit, navigia rex in mari, quod vo- « catur Tharsicum, habuit, quæ ad remotas « gentes merces varias differre jussit, pro qui- « bus exportatis aurum, et argentum regi refe- « rebant, multùmque eboris, et mancipia « Æthiopica, et simias. » Quod mihi etiam videtur. Neque hoc reges sordidum putant, aut indecorum opus. Sanè mercaturam exercuisse Tyri regem usum maris opportunitate, docet Ezechiel cap. 28, v. 5 : *In multitudine sapientiæ tuæ, et in negotiatione tuâ multiplicâsti tibi fortitudinem.* Neque alio modo videtur Salomon instituisse navigationem, quàm Hiram, cum quo habuisse videtur in eâ navigatione sociale commercium. Idem, quod Salomon, fecit etiam postea Josaphat, qui classem instruxit ad mare

Rubrum, ut eam mitteret in Tharsis, initâ in illam curam et negotiationem societate cum Ochoziâ rege Israel, quæ classis longè dissimilem effectum sortita est; nam illam in ipso portu dira tempestas contrivit et absorbuit.

De Tharsis multa variis in locis cogitant interpretes, quæ referre longum esset, et multò longius illorum cogitata refellere. Quod autem ad mare internum, seu Mediterraneum non debeat coarctari Tharsis, licèt ad illud quoque pertineat, satis probat locus ex lib. 2 Paral. cap. 20, v. 36, ubi Josaphat adornâsse classem dicitur, quam mitteret in Tharsis in Asiongaber, quæ est ad mare Rubrum, ut liquet ex lib. 2 Paral. cap. 8, v. 17, ubi Asiongaber ad oram esse traditur Rubri maris. Ex mari autem Rubro longa est, atque periculosa ad Mediterraneum mare, illiusque civitates, atque insulas, et importuna, atque adeò inutilis omninò navigatio. Est igitur Tharsis regio, quæ multò patet latiùs, quàm mare nostrum, aut regiones, quas ipsum circumfundit, et continet, aut discludit, et abluit.

Quare placet, quod mihi olim visum est ad illud Isai. cap. 2: *Et super omnes naves Tharsis,* ubi diximus omne mare, ubicumque locorum fuerit, appellari Tharsis: quæ autem eo loco diximus, et hùc transcribere non erit abs re, quia non minùs hic quàm illic necessaria sunt. Sic autem nos ibi: Diù à multis, ac sæpè quæsitum est, quid sit Tharsis. Ex nostris Ribera ad cap. 1, Jonæ Josephus à Costa lib. 1, cap. 14, de novo Orbe, et novissimè Pineda in Salomone prævio, lib. 4, cap. 14. Mihi valdè probabile est Tharsis non esse civitatem aliquam, ut multi volunt, puta Tharsum Ciliciæ aut Thartessum in Hispaniâ, aut Carthaginem; sed mare, sic appellatum à colore cæruleo, sicut poetæ eamdem ob causam cæruleum vocant. Virgil. 3 Æneid.:

Adnixi torquent spumas, et cærula verrunt.

Certè non aliter vertunt Septuaginta, quod etiam aliquando facit noster interpres; Isai. cap. 23: *Ululate, naves maris,* et Ezech. cap. 1: *Visio maris,* Hebr. *Tharsis.* Neque video cur aliter tam sæpè in Scripturâ sacrâ naves Tharsis appellari debeant. Fieri sanè potuit, ut quia mare Ciliciæ proximum est Hebræis, et valdè notum, ubi Tharsus erat nobilis civitas, quodcumque aliud mare, non solùm Meditarraneum, sed etiam Oceanus dicatur Tharsis; id quod in aliis rebus non infrequens. Nam ab eo quod nobis aut primùm, aut maximè notum est, nomen sæpè tribuimus iis, quæ ejusdem generis sunt. India à nobis communiter vocatur quæcumque regio antea incognita, valdèque ac longè dissita, quia ex incognitis longinquisque regionibus ea, quam Indus fluvius perluit, primùm explorata est. Et ab Hispanis Mahometani omnes, ubivis gentium fuerint, Mauri vocantur, et quia ea pars Africæ Hispaniæ est propior, et quia à Mauritaniâ profecti, qui primùm Hispanis Mahometanæ perfidiæ sectatores cogniti sunt. Sic etiam videri potuit Tharsus Ciliciæ Hebræis cognita, aliis maritimis civitatibus nomen dedisse. Sed hæc de Tharso non admodùm firma conjectura: sed in re valdè incertâ dicam, quod mihi propiùs videtur ad verisimilitudinem accedere; neque in aliorum sententiis aut commemorandis, aut refellendis tempus ludam.

Primùm existimo in *Tharsis,* aut mare, aut quod ad mare pertinet, intelligi, v. g., insulas, aut portus, aut marinas urbes, idque (ut credam) suadet, quia Tharsis cum navibus sæpè conjungi video.

Denique puto *Tharsis* non significare omnes insulas, aut tractus maritimos, sed eos, qui sunt in aliquo certo maris Mediterranei spatio. Quod ut ostendam, observo, qui primùm aut condiderunt, aut habitârunt aliquam regionem, illam suo notâsse, aut quasi consignâsse nomine. Exemplorum satis suppeditabit nobis Genes. c. 10, ubi, qui à Noe prognati sunt, in varias regiones disseminati, illis suum indidêre nomen. Quare Persia dicta est Ælam, Æthiopia Chus, Ægyptus Misraim, et decem filii Chanam totidem provinciis in regione Chanaanitide à suis nominibus nomen imposuerunt. Idem constat Genes. cap. 25, de filiis Abrahæ ex Cethurâ, et filiis Ismaelis. Et in regionibus nuper trans Oceanum exploratis exempla obvia. Fretum Magallanicum, vallis Valdiviæ, etc. Ad eumdem ergo modum mihi certum est filios Javan, Elisa et Tharsis, Cethim et Dodanim, suis consignâsse nominibus eas regiones quas incolendas accepêre à parente Javan, qui Græciam habitâsse creditur; constans sententia est inditum esse nomen illi provinciæ, quæ Hebr. *Javan* diciter, cui Græcè correspondere existimatur Ionia. Inter hos filios Javan distributæ dicuntur insulæ gentium. Sic enim Genes. cap. 10: *Filii Javan, Elisa et Tharsis, Cethim et Dodanim, ab his divisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis,*

unusquisque secundùm linguam suam. Quæ cuique istorum insulæ contigerint, obscurum est, et conjecturæ dubiæ. Elisa et Dodanim quidam Rhodios esse putant; et sanè ita vertunt Septuaginta. Elisa Italiam vocat Chaldæus, et Rab. David in illud Ezechielis 27 : *Purpura de insulis Elisa.* Hieronymus, et Theodoretus insulas esse putant maris Ionii et Græciæ. Et Josephus lib. 1 Antiq. c. 11, Æoliam scribit ab Elisa fuisse conditam. De his credo nihil dici posse certius : de Tharsis et Cethim, de quibus plus ex Scripturâ lucis habemus, aliquid nunc dicendum ampliùs.

Cethim Josephus supra Cyprum insulam facit, idque putat ex eo probabile videri, quia ibi urbs est nobilis, quæ Citium vocatur, Zenonis Stoicæ sectæ principis patria. Idem putat Hieronymus in cap. 23 Isai. et c. 2 Jerem., et Epiphanius hæres. 30, ex quâ dicit habitatores commigrâsse in Macedoniam; et ideò in lib. 1 Mach. c. 1, de Cethim egressum dici Alexandrum Macedonem. Communiter hæc vox ab interpretibus Italia redditur. Num. 24 : *Venient in trieribus de Italiâ,* Hebr. Cithiim, et Daniel. 11. Ex his mihi fit verisimile insulas omnes, quæ à Cypro ad occidentale mare pertinent, ad Gades usque, adscriptas fuisse Cethim Javæ filio, et ab eo nomen accepisse, sive insulæ illæ ad Libycum, sive ad Italicum, sive etiam ad Græcum littus pertineant, et ab his insulis regiones illis adjacentes appellari Cethim. Nam filiis Javæ contigisse insulas ab Hebræis appellari regiones, quæ sunt ultra mare, etiamsi à continenti non divisæ, quia ab illis nonnisi in navibus ad Palæstinos erat appulsus, quod mihi non est improbabile.

De Tharsis, ut jam tandem ad id, quod est nostri negotii, perveniamus, sic puto dici posse non improbabiliter, ut Cethim, Dodanim et Elisa sortiti sint insulas in aliis, atque aliis Mediterranei maris regionibus. Sic Tharsis illas esse sortitum, quæ à Cypro ad orientem solem et aquilonarem plagam spectant, maximè quæ vicinæ sunt Asiæ littoribus (nam ex orientalibus, aquilonaribusque plagis, id est, de extremis maris interni tractibus aliquot insulas obtinuisse Dodanim et Elisa, jam antea diximus). Et primùm quòd ad Tharsis spectet Cilicia, in quâ Tharsus nobilis, ac littoralis civitas sita est, docet Josephus lib. 1 Antiq. c. 12. Hier. q. 61 in Gen., et indicat non obscurè illud Judith cap. 2, de Holoferne : « Cùm transiisset, inquit, fines Assyriorum, venit ad montes Angæ, qui sunt à sinistro Ciliciæ; effregit autem civitatem opinatissimam Mellothi, prædavitque omnes filios Tharsis. » Cujus loci explicationem habes 2 Mach. c. 4, ubi Tharsis cum Mellothi conjungitur. Sic enim ibi de Antiocho : « Contigit Tharsenses et Mallotas seditionem movere, eò quòd Antiochi regis concubinæ dono essent datæ : festinanter igitur rex venit sedare illos. » Et has urbes esse in Ciliciâ probat, quod statim subjungitur : *Regressum regem de Ciliciæ locis adierunt Judæi.* Partem verò illam Asiæ, quæ Syriam continet, et plagam illam, quæ non longè abest ab Assyriis, pertinere ad Tharsis, satis docet ille Holofernis cursus, qui Judith c. 2 describitur, ubi nationes quædam, quæ ad Asiæ littora, aut certè non procul à littoribus sitæ sunt, cum filiis Tharsis connumerantur. Accedit quòd Tyrus, quæ Isaiæ tempore nondùm erat conjuncta continenti, filia dicitur Tharsis, Isai. c. 23. Nam ubi noster est, *filia maris,* Hebr. est, *filia Tharsis.* Ex quo fit Tharsis non esse Carthaginem, ut quidam volunt, quia, ut docet Plinius lib. 5, cap. 19, Tyrus Carthaginem genuit; quare Tyri Carthago filia, non contra Tyrus Carthaginis dici debuit, quod etiam Virgil. cecinit Æneid. 1 :

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni,
Carthago.

Dicitur autem filia Tharsis, quia Tyrus insula erat ex earum numero, quas olim occupavit, et coluit Tharsis filius Javam. Neque Thartessum in Hispaniâ, quia hæc etiam filia Tyri est. De Gadibus certè, quæ vicinæ Thartesso, docent auctores neque pauci, neque ignobiles. Plinius supra; Pomponius Mela lib. 3, cap. 6; Solinus cap. 26. Et à Pœnis Gades dicuntur Tyriæ : cùmque Gadibus proxima sit Thartessus, et illa, quæ Medina Sidonia dicitur, credo has quoque Tyri ac Sidonis fuisse colonias.

Hanc partem Mediterranei maris, et littoralem tractum puto propriè vocatum fuisse Tharsis. Nihilominùs existimo per synecdochen regionem illam, in quâ insulæ essent, et portus Hebræis magis noti, sumi pro toto mari, sicut Indiam pro quâcumque regione longinquâ, et Mauritaniam pro eâ quæ à Mahumetanis ubicumque locorum occupatur, et, ut affini utamur exemplo, Pontum quodcumque vocant mare, qui pelago Pontico vicini sunt. Et firmat conjecturam, quia cùm Cilices, et Phœnices, ac Tyrii, quos ad insulas et plagam Tharsis pertinere diximus, latè toto Mediterraneo mari dominarentur, mare quod re-

giones illas abluit, aut insulas circumfundit, quod Syriacum, aut Phœnicium dicitur, objiciturque regioni Chanaanitidi, pro quocumque mari ab Hebræis usurpari potuit. Quàm verò latè se olim diffuderit Cilicum dominatus, docet Solinus c. 41 : « Ciliciam, inquit, si, « ut nunc est, loquamur, derogâsse videbimur « fidei vetustatis; si terminos sequimur, quos « habuit olim, absonum est à contemplatione « rerum præsentium. Ergo inter utramque « culpam factu optimum est amborum tempo- « rum statum persequi. Cilicia antea usque ad « Pelusium Ægypti pertinebat, » etc. Ex his, fit ut à Septuaginta semper, et à nostro non rarò interprete *Tharsis* transferatur *mare*, et quodcumque aliud mare vocetur Tharsis, etiam Oceanus, quia aliorum marium nomina minùs Hebræis nota, neque audita, nisi perquàm rarò. Quare Oceanus dicitur Tharsis, cùm in Tharsis navigâsse traditur classis Salomonis 3 Regum hìc, et classis Josaphat 2 Paralip. 20,36.

Ex hoc loco Isaiæ duo colligo : alterum est naves Tharsis, quia cum magnis, firmisque conferuntur, aut conjunguntur, quales sunt cedri Libani, quercus Basan, excelsi montes, turres elevatæ, muri muniti, sumi pro magnis, benèque munitis atque constratis, quæque mare subeant vastum, ventisque frementibus obnoxium. Neque enim aptè conjungerentur cum his, quæ sive à naturâ, sive ab arte plurimùm habent firmitatis et roboris; dicantur autem naves Tharsis, ut distinguantur à vasis, id est, phaselis papyri, quibus abundat Nilus, de quibus nos apud Isaiam pluribus c. 18, aut à navigiis piscatoriis, quorum magna vis est in stagno Genesareth, sicut à nobis naves indicæ, quibus Lusitani ad Orientem navigant, pro ingentibus benèque munitis usurpantur. Et eo sensu Ps. 47, dicitur : *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis*. Ac si dicat propheta, naves etiam magnas, quales in mari Magno plurimæ, non satis habituras firmitatis contra infensam atque ultricem Domini manum. Alterum, eo tempore quo hæc vaticinatus est Isaias, et quo impletum est vaticinium, fuisse naves Tharsis, id est, magnas, quæ, ut olim, tempore Salomonis et Josaphat magnam auri vim in regium ærarium comportârunt, sic etiam regibus Juda longis post seculis convexerint easdem opes. Ut enim aliæ minæ intuentur urbem Solymitanam, atque ad illius splendorem et præsidium spectant, sic puto naves quoque Tharsis, quibus eædem intenduntur minæ, eòdem pertinere. Et ut illa, quæ præcessêre pulchra sunt, expugnatuque difficilia, sic etiam naves Tharsis pulchræ sunt, et quia contra vim tempestatum fabrefactæ, non facilè vincuntur.

Vers. 25. — Magnificatus ergo est rex Salomon super omnes reges terræ, divitiis et sapientia. Hæc omnia ad versum 26, obscura non sunt : tantùm enim significatur Salomonem abundâsse divitiis longè supra reges alios, qui eo tempore morabantur in terrâ, et illius ab omnibus, et super omnes maximè celebratam esse sapientiam, quam præsentes omnes audire, et regiam faciem videre desiderabant : quòque illius sibi gratiam conciliarent, munera mittebant amplissima, sive ad usum, instructumque domesticum, sive ad alia pacis, bellique ministeria.

Vers. 26. — Congregavitque Salomon currus et equites. De his actum est supra, v. 26, ubi etiam dictum est, ubi hos habuerit, atque aluerit equos, neque aliquid est quod hìc addere necessarium sit.

Vers. 27. — Fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Jerusalem, quanta et lapidum. Haud dubium quin hæc hyperbolicè dicantur, sicut alia plurima ; neque enim aliud sibi volunt, quàm argenti vim esse Hierosolymæ maximam; qui dicendi modus proverbialis est, sicut et illi, *sicut lutum platearum, sicut pulvis terræ, sicut arena maris*, et similia.

Et cedrorum præbuit multitudinem, sicut sycomororum. Sycomorus arbor est Palæstinæ familiaris, quorum multitudo ingens, et pro ædificiorum fabricâ vilis materia, quæ plebeiorum construebat domos, parùm ad firmitatem et speciem idonea, usitata tamen, quia exiguo parabatur impendio. Sanè sycomororum vilem esse materiam, cedrorum verò speciosam et nobilem, habemus ex Isai. cap. 9, v. 10, qui materiæ deformi, ac futili firmam et speciosam opponit : *Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus*. Quasi dicant homines procaces et superbi, si lateritium opus, ex latere nempe crudo, aut inundatio diluat, aut hostilis catapulta discutiat, pro latere crudo, secta atque quadrata saxa reponenda ; et si domus è fragili vilique sycomoro ædificata ceciderit, è cedrinâ reficiendam esse materiâ. Quid sit sycomorus, et quàm obvia passim in agro maximè Thecuano, diximus in nostris Commentariis super Amos, ad illud c. 7, v. 14 : *Vellicans sycomoros*.

Vers. 28. — Et educebantur equi Salomon

DE ÆGYPTO ET DE COA; NEGOTIATORES ENIM REGIS EMEBANT DE COA, ET STATUTO PRETIO PERDUCEBANT (1). Hìc miri sunt interpretes, et inter seipsos variè dissecti. Quidam negotiatorem esse putant Salomonem, et de Ægypto et Coa exportâsse equos minori pretio, ut ex illorum iteratâ venditione pretium augeret, et magna captaret ex illâ distractione compendia. Alii adhuc modum assignant, quo ex comportandis, negotiationique expositis equis magna faciebat Salomon et quotidiana lucra. Cùm enim ductâ Ægyptiâ conjuge affinitatem cum Ægyptiorum rege contraxisset, ab illo non difficilè impetravit, ne quis præter ipsum equos in regiones alias ex Ægypto transmitteret. Quare omne Ægyptium commercium aut præcipuam Ægyptii commercii materiam ad seipsum averterat Salomon, ex quo non poterat non esse propè immensum vectigal.

Mihi hæc probari nunquàm potuerunt: neque enim puto aut Salomonem sic esse animo abjecto et sordido, ut illud negotiationis genus institueret, aut Ægyptiorum regem ita fore facilem in illo quasi monopolio concedendo, ut magno se ac suos quæstu privaret, et fini-

timorum regum in se provocaret odium, et conflaret invidiam. Neque alii reges tam amarent, observarentque Salomonem, illumque essent quotidie ita prosecuti muneribus, si vilis illius lucri captatorem agnoscerent, et sibi in re usque adeò necessariâ fuisse in causâ, ut aliquod in eâ mercaturâ damnum contraxerint.

Quare nihil aliud hìc significari puto, quàm ex Ægypto et Coa emisse sibi Salomonem equos, non quos deinde haberet venales, et augeret pretium, sed ut sibi reique publicæ de re ad militares et plures alios usus necessariâ provideret. Neque enim aliam ob causam existimo equorum ex Ægypto et Coa fieri mentionem hoc loco, nisi ut ostendatur, undenam Salomon tot equorum, tamque numerosos greges congregare potuerit. Cùm enim in Israelitide terrâ, ad illud saltem tempus, pauci nutrirentur equi, necesse fuit, ut aliunde Salomon illos accerseret. Non tam igitur rex sibi ex equorum negotiatione lucrum, quàm equos sibi ex alienarum regionum pabulis quærebat. Fuisse autem in Ægypto plurimos et generosos equos indicat illud Cant. 1: *Equitatui meo in curribus Pharaonis.* Cùmque non procul esset Ægyptus à Syriâ, inde potiùs sumpsit, quàm ex Hispaniâ, ubi equorum præcipua laus, aut ex aliis regionibus transmarinis, quia inde sine magno labore atque impendio exportari non poterant.

De Coa res est dubia, neque planè certum, an hoc nomen commune sit, aut proprium, civitatisne, aut provinciæ; quidam commune putant, et significare tenuissimum linum, qualis byssus est, et telæ aliæ pellucidæ, quibus puellæ elegantes et lautæ in deliciis utuntur. Quod ideò sibi persuadent, quia ubi Vulgatus de *Coa*, Hebr. est *micuah*, quod inter alia filum valet, aut netum. Et ita cum Hebræis omnes recentiores convertunt et accipiunt. Pagninus, Vatablus, Isidorus, Tigurina et Regia. Duas ego vidi translationes Hispanicas, quarum altera legit: *E sacavam los cavallos de Salomon de Ægypto, e madegas de sirgo.* Altera: *E el salir de los cavallos del rey Salomon tra de Ægypto, de el hilado de lana de elos mercaderes del rey Ca.* Hæc fortassè lina, aut textus tenuissimi sunt, qui à Latinis appellantur Coa, aut vestes Coæ, de quibus Tibullus lib. 2, Eleg. 3:

Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa
Texuit, auratas disposuitque vias;

Quas vestes vitreas appellat Varro, quia impedimento non sunt, quò minùs interiora, quasi

(1) Bochartus aliter exponit; *Mikoa* enim de tributo accipiens, textum ita reddit: *Educebantur equi ex Ægypto Salomoni; tributa verò ejus publicani excipiebant, ad certum pretium*, de quo cum Pharaone convenerat. Rex Ægypti vetabat, ne è regione suâ equi educerentur, nisi certo vectigali soluto, quâ de re Salomon cum Pharaone convenerat. Statutum erat, ut pro singulis quatuor equorum bigis solveretur tributum sexcentorum siclorum, vel centum quinquaginta siclorum in equos singulos, quæ summa libras nostrates 243 et solidos duos æquat; atque ita Salomon equos, quotquot volebat sibi ex Ægypto comparabat, eâ solutâ, de quâ convenerant, mulctâ. Seu potiùs Salomon instituerat vectigal pro equis et telâ, quæ ex Ægypto in Syriam et vicinas provincias afferebantur. Constituerat Salomon publicanos suos, qui ea vectigalia pro ingressu exigerent, ingenti ærarii sui compendio. Hæc optima omnium in re præsenti esse judicamus.
(Calmet.)

« L'Egypte ne nourrissait guère de chevaux, « dit Voltaire; que ne les faisait-il (Salomon) « venir d'Arabie et de Perse? Ne savait-il pas « que la plupart des chevaux d'Egypte devien- « nent tous aveugles en peu de temps? » *La plupart.... tous.* Voltaire ignorait sans doute la cause des maladies des yeux auxquelles les hommes ainsi que les chevaux sont sujets en Egypte. Elles proviennent d'un sable très-fin, mais très-brûlant, que certains vents soulèvent. Ce sable, porté dans les yeux, fait perdre la vue à la longue, si l'on ne prend bien des précautions. Les chevaux que Salomon faisait acheter jeunes en Egypte n'avaient point encore ces accidents; transplantés en Palestine, ils n'y étaient plus exposés. Duclot.)

nuda forent, oculis appareant. Nuda certè appellat Horatius lib. 1, quæ eo velamine teguntur.

Altera nil obstat Cois tibi ; penè videre est
Ut nudam.

Sed mihi sensus est magis expeditus et planè obvius, allatos esse Salomoni equos ex Ægypto et Coa, tum quia id primùm offert vulgata translatio ; tum quia præterea non apparet hic gravis ulla ratio, propter quam tenuium harum vestium historicus sacer meminisse debuerit. Sed ubi gentium sit Coa, prorsùs ignotum. Abulensis q. 13, insulam esse putat in Græciâ, ex quâ in navibus in Hierosolymam transportarentur equi. Nec deest, qui putet esse Goam Lusitanici imperii in Oriente caput. Sed sanè difficilis esset et sumptuosa vectura, è regionibus illis usque adeò remotis. Quare regionem esse opinor vicinam Palæstino cœlo ; quæ tamen illa sit, apud probatum aliquem auctorem non invenio ; aliorum cogitationes video, à quibus referendis abstineo, quia neque in antiquitate fundamentum cerno, neque divinare libet in re, cujus vel tenue vestigium non apparet.

Vers. 29. — Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, et equus centum quinquaginta. Hoc erat pretium, quod pro singulis equis pendebat Salomon, centum videlicet, et quinquaginta siclos, quæ summa replicata quater sexcentos efficiebat argenti siclos, quibus singulæ emebantur quadrigæ, id est, equi quaterni, qui ad unum jugum adigebantur ; sumitur enim quadriga pro equorum numero, quibus ipsa trahitur, idque apud Latinos non rarò. Columel. lib. 3, 6 : « Unde « sacrorum certaminum studiosi pernicissima- « rum quadrigarum semina diligenti observa- « tione custodiunt, et spem futurarum conci- « piunt victoriarum, propagâta sobole generosi « armenti. » Neque novum est apud Latinos, ut jugum unum pro duobus sumatur equis, aut bobus, quia jugum unum duo subeunt ; et equi dicantur bijuges, aut quadrijuges, licet nunquàm sub jugum coacti, aut soluti fuerant à jugo, quia illi ad jugum unum destinati sunt. Quare non emebatur sexcentis siclis currus simul cum quatuor equis ; sed quatuor tantùm equi pro uno jugo, aut unâ quadrigâ trahendâ.

Atque in hunc modum cuncti reges Hæthæorum (1) et Syriæ equos venumdabant. Eodem pretio, quo ex Ægypto exportabantur equi, accersebantur etiam ex Syriâ, et Hethæorum regione, quos, qui in eo loco principes erant, eâdem conditione venumdabant. Ex quo quivis intelliget non esse ex Ægypto equos ad Salomonem adductos, ut rursùs exponeret venales, et quæstuariam artem exerceret, quando à vicinis populis emebat, quibus potiùs impenderet, quàm ab illis acciperet ignobile illud et mercatorium lucrum. Hoc clariùs lib. 2 Par. c. 1, v. 17 : *Similiter de universis regnis Hethæorum, et à regibus Syriæ emptio celebrabatur.*

(1) Sed quæ regio hæc Hethæorum ? Scimus utique, Hethæos olim, regionem terræ promissæ tenentes, è sedibus suis depulsos fuisse ; quare nullus ex eâ gente rex esse poterat, præsertim sub Salomone, qui Chananæorum reliquias omnes in servitutem redegerat. Legimus in libro Judicum 1, 26, virum quemdam è Bethel sese recepisse in regionem Hethæorum, ibique condidisse urbem Luzam, eamdem facilè cum *Lusa*, vel *Lussa* in Arabiâ. Maluerim ego tamen, Hethæos istos et Syros constituere in Syriâ, ultra Libanum. Chananæos nonnullos Cœlesyriam tenuisse constat ; qui facilè genus referebant ex Hethæis, parebantque regibus suis, tributo obnoxiis, et subditis Salomoni. Porrò ii reges equos eâdem lege, ac Pharao, vendebant. Adjunxerat sibi rex Salomon uxores Hethæas, ut ex capite sequenti constat ; et sub Joramo rege Israelis, reges erant Hethæi, validi, et regibus Syriæ infesti. (Calmet.)

CAPUT XI.

1. Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, et Moabitidas et Ammonitidas, Idumæas, et Sidonias, et Hethæas,

2. De gentibus super quibus dixit Dominus filiis Israel : Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras ; certissimè enim avertent corda vestra ut sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore ;

3. Fueruntque ei uxores quasi reginæ

CHAPITRE XI.

1. Cependant le roi Salomon aima passionnément plusieurs femmes étrangères, outre la fille de Pharaon, des femmes de Moab et d'Ammon, des femmes d'Idumée, de Sidon et du pays des Héthéens,

2. Qui étaient toutes des nations dont le Seigneur avait dit aux enfants d'Israël : Vous ne prendrez point pour vous des femmes de ces pays-là, et vos filles n'en épouseront point des hommes ; car ils vous pervertiront le cœur très-certainement, pour vous faire adorer leurs dieux. Salomon s'attacha donc à ces femmes d'un ardent amour.

septingentæ et concubinæ trecentæ. Et averterunt mulieres cor ejus :

4. Cùmque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos; nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus ;

5. Sed colebat Salomon Astarthen, deam Sidoniorum, et Moloch, idolum Ammonitarum.

6. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, et non adimplevit ut sequeretur Dominum sicut David pater ejus.

7. Tunc ædificavit Salomon fanum Chamos, idolo Moab, in monte qui est contra Jerusalem, et Moloch, idolo filiorum Ammon;

8. Atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura et immolabant diis suis.

9. Igitur iratus est Dominus Salomoni quòd aversa esset mens ejus à Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundò,

10. Et præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, et non custodivit quæ mandavit ei Dominus.

11. Dixit itaque Dominus Salomoni : Quia habuisti hoc apud te, et non custodisti pactum meum et præcepta mea quæ mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, et dabo illud servo tuo.

12. Verùmtamen in diebus tuis non faciam, propter David patrem tuum; de manu filii tui scindam illud.

13. Nec totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo, propter David servum meum et Jerusalem, quam elegi.

14. Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Adad Idumæum, de semine regio qui erat in Edom.

15. Cùm enim esset David in Idumæâ, et ascendisset Joab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, et occidisset omne masculinum in Idumæâ,

16. (Sex enim mensibus ibi moratus est Joab et omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæâ),

17. Fugit Adad ipse, et viri Idumæi de

3. Et il eut sept cents femmes qui étaient comme des reines, et trois cents qui étaient comme ses concubines. Et les femmes lui pervertirent le cœur.

4. Il était déjà vieux lorsque les femmes lui corrompirent le cœur pour lui faire suivre des dieux étrangers; *et dans son âge avancé* son cœur n'était point parfait devant le Seigneur, son Dieu, comme *avait été* le cœur de David, son père.

5. Mais Salomon adorait Astarthé, déesse des Sidoniens, et Moloch, l'idole des Ammonites.

6. Et Salomon fit ce qui n'était point agréable au Seigneur, et ne suivit point le Seigneur parfaitement, comme avait fait David, son père;

7. *Car*, en ce même temps, Salomon bâtit un temple à Chamos, idole des Moabites, sur la montagne qui était vis-à-vis de Jérusalem, et à Moloch, l'idole des enfants d'Ammon.

8. Et il fit la même chose pour toutes ses femmes étrangères, qui brûlaient de l'encens et sacrifiaient à leurs dieux.

9. Le Seigneur se mit donc en colère contre Salomon de ce que son esprit s'était détourné du Seigneur, Dieu d'Israël, qui lui avait apparu par deux fois,

10. Et lui avait défendu expressément de suivre les dieux étrangers; et de ce qu'il n'avait point gardé ce que le Seigneur lui avait commandé.

11. Le Seigneur dit donc à Salomon : Puisque vous avez agi ainsi, et que vous n'avez point gardé mon alliance et les commandements que je vous avais faits, je déchirerai et diviserai votre royaume, et je le donnerai à l'un de vos serviteurs.

12. Je ne le ferai pas néanmoins pendant votre vie, à cause de David, votre père, mais je le diviserai lorsque le royaume sera entre les mains de votre fils.

13. Je ne lui ôterai cependant pas le royaume tout entier ; mais j'en donnerai une tribu à votre fils, à cause de David, mon serviteur, et de Jérusalem, que j'ai choisie.

14. Or, le Seigneur suscita pour ennemi à Salomon, Adad, Iduméen, de la race royale, qui était dans Edom.

15. Car, lorsque David était dans l'Idumée, Joab, général de son armée, y vint pour ensevelir ceux qui avaient été tués, et pour tuer tous les mâles dans l'Idumée.

16. Et il y resta six mois avec toute l'armée

servis patris ejus cum eo, ut ingrederetur Ægyptum; erat autem Adad puer parvulus.

18. Cùmque surrexissent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque secum viros de Pharan, et introierunt Ægyptum ad Pharaonem regem Ægypti; qui dedit ei domum, et cibos constituit, et terram delegavit.

19. Et invenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum ut daret ei uxorem, sororem uxoris suæ, germanam Taphnes reginæ.

20. Genuitque ei soror Taphnes Genubath filium, et nutrivit eum Taphnes in domo Pharaonis; eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis ejus.

21. Cùmque audisset Adad in Ægypto dormivisse David cum patribus suis, et mortuum esse Joab principem militiæ, dixit Pharaoni : Dimitte me, ut vadam in terram meam.

22. Dixitque ei Pharao : Quâ enim re apud me indiges, ut quæras ire ad terram tuam? At ille respondit : Nullâ; sed obsecro te ut dimittas me.

23. Suscitavit quoque ei Deus adversarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba, dominum suum;

24. Et congregavit contra eum viros, et factus est princeps latronum cùm interficeret eos David; abieruntque Damascum, et habitaverunt ibi, et constituerunt eum regem in Damasco :

25. Eratque adversarius Israeli cunctis diebus Salomonis. Et hoc est malum Adad et odium contra Israel; regnavitque in Syriâ.

26. Jeroboam quoque filius Nabath, Ephrathæus, de Sareda, servus Salomonis, cujus mater erat nomine Sarva, mulier vidua, levavit manum contra regem.

27. Et hæc est causa rebellionis adversùs eum, quia Salomon ædificavit Mello, et coæquavit voraginem Civitatis David patris sui.

28. Erat autem Jeroboam vir fortis et potens; videnque Salomon adolescentem bonæ indolis et industrium, constituerat

d'Israël, pendant qu'il tuait tous les mâles de l'Idumée.

17. Adad s'enfuit du pays avec des Iduméens, serviteurs de son père, pour se retirer en Egypte; et Adad n'était alors qu'un petit enfant.

18. De Madian ils allèrent à Pharan; et, ayant pris avec eux des gens de Pharan, ils entrèrent en Egypte, et se présentèrent à Pharaon, roi d'Egypte, qui donna une maison à Adad, lui ordonna ce qui était nécessaire pour sa table, et lui assigna une province.

19. Et Adad s'acquit tellement l'affection de Pharaon, qu'il lui fit épouser la propre sœur de la reine Taphnès, sa femme.

20. De cette sœur de la reine, il eut un fils nommé Génubath, que Taphnès nourrit dans la maison de Pharaon; et Génubath demeurait dans le palais de Pharaon avec les enfants du roi.

21. Lorsque Adad eut appris en Egypte que David s'était endormi avec ses pères, et que Joab, général de son armée, était mort, il dit à Pharaon : Laissez-moi aller, afin que je retourne dans mon pays.

22. Pharaon lui dit : Mais qu'est-ce qui vous manque chez moi, pour penser à retourner dans votre pays? Adad lui répondit : Rien ne me manque; mais je vous supplie de me permettre de m'en retourner.

23. Dieu lui suscita aussi pour ennemi Razon, fils d'Eliada, qui s'était enfui d'auprès d'Adarézer, roi de Soba, son seigneur, *lorsqu'il eut été défait par David*,

24. Et qui, assemblant des gens contre ce prince, était devenu chef de voleurs lorsque David leur faisait la guerre. Etant allés à Damas, ils y habitèrent, et y établirent Razon pour roi.

25. Il fut ennemi d'Israël pendant tout le règne de Salomon, *et il laissa Adad héritier de son royaume et de sa haine contre les Israélites.* Voilà quelle fut la source des maux qu'Adad causa aux enfants d'Israël et de la haine qu'il avait contre eux. Et il régna en Syrie *après la mort de Razon.*

26. Jéroboam, fils de Nabath, Ephrathéen, de Saréda, serviteur de Salomon, dont la mère était une femme veuve qui s'appelait Sarva, se souleva aussi contre le roi.

27. Et le sujet de sa révolte contre ce prince vint de ce que Salomon avait bâti Mello, et rempli l'endroit creux et profond qui était dans la Ville de David, son père.

eum præfectum super tributa universæ domûs Joseph.

29. Factum est igitur in tempore illo ut Jeroboam egrederetur de Jerusalem, et inveniret eum Ahias Silonites propheta in viâ, opertus pallio novo; erant autem duo tantùm in agro.

30. Apprehendensque Ahias pallium suum novum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes;

31. Et ait ad Jeroboam : Tolle tibi decem scissuras; hæc enim dicit Dominus Deus Israel : Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus.

32. Porrò una tribus remanebit ei, propter servum meum David et Jerusalem civitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel;

33. Eò quòd dereliquerit me, et adoraverit Astarthen, deam Sidoniorum, et Chamos, deum Moab, et Moloch, deum filiorum Ammon, et non ambulaverit in viis meis, ut faceret justitiam coram me, et præcepta mea et judicia, sicut David pater ejus.

34. Nec auferam omne regnum de manu ejus, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter David servum meum quem elegi, qui custodivit mandata mea et præcepta mea;

35. Auferam autem regnum de manu filii ejus, et dabo tibi decem tribus :

36. Filio autem ejus dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo cunctis diebus coram me in Jerusalem civitate, quam elegi, ut esset nomen meum ibi.

37. Te autem assumam, et regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, erisque rex super Israel.

38. Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, et ambulaveris in viis meis, et feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea et præcepta mea, sicut fecit David servus meus, ero tecum, et ædificabo tibi domum fidelem, quomodò ædificavi David domum, et tradam tibi Israel :

28. Or, Jéroboam était un homme fort et puissant ; et Salomon, voyant ce jeune homme intelligent et capable d'affaires, lui avait donné l'intendance des tributs de toute la maison de Joseph.

29. Il arriva en ce même temps que Jéroboam sortit de Jérusalem, et qu'Ahias, Silonite, prophète, ayant sur lui un manteau tout neuf, rencontra Jéroboam dans le chemin : ils n'étaient qu'eux deux dans le champ.

30. Et Ahias, prenant le manteau neuf qu'il avait sur lui, le coupa en douze parts,

31. Et dit à Jéroboam : Prenez dix parts pour vous; car voici ce que me dit le Seigneur Dieu d'Israël : Je diviserai et ôterai le royaume des mains de Salomon, et je vous en donnerai dix tribus ;

32. Il lui en demeurera une à cause de David, mon serviteur, et de la ville de Jérusalem, que j'ai choisie d'entre toutes les tribus d'Israël;

33. Parce que Salomon m'a abandonné, et qu'il a adoré Astarthé, déesse des Sidoniens, Chamos, dieu de Moab, et Moloch, dieu des enfants d'Ammon, et qu'il n'a point marché dans mes voies pour faire ce qui était juste devant moi, *et pour accomplir* mes préceptes et mes ordonnances, comme David, son père.

34. Je ne retirerai pas néanmoins le royaume de ses mains, mais je le lui laisserai gouverner tout le reste de ses jours, à cause de David, mon serviteur, que j'ai choisi, qui a gardé mes ordonnances et mes préceptes;

35. Mais j'ôterai le royaume d'entre les mains de son fils, et je vous en donnerai dix tribus;

36. Et j'en donnerai une à son fils, afin qu'il reste toujours à mon serviteur David une lampe qui luise devant moi dans la ville de Jérusalem, que j'ai choisie, afin que mon nom y soit honoré.

37. Mais pour vous, je vous prendrai, et vous régnerez sur tout ce que votre âme désire, et vous serez roi dans Israël.

38. Si vous écoutez donc tout ce que je vous ordonne; si vous marchez dans mes voies, et que vous fassiez ce qui est juste et droit devant mes yeux, en gardant mes ordonnances et mes préceptes, comme a fait David, mon serviteur, je serai avec vous, je vous ferai une maison *stable et* fidèle, comme j'en ai fait une à mon serviteur David, et je vous confierai le royaume d'Israël ;

39. Et affligam semen David super hoc, verùmtamen non cunctis diebus.

40. Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam; qui surrexit, et aufugit in Ægyptum ad Sesac regem Ægypti, et fuit in Ægypto usque ad mortem Salomonis.

41. Reliquum autem verborum Salomonis, et omnia quæ fecit, et sapientia ejus, ecce universa scripta sunt in libro Verborum dierum Salomonis.

42. Dies autem quos regnavit Salomon in Jerusalem super omne Israel quadraginta anni sunt,

43. Dormivitque Salomon cum patribus suis; et sepultus est in Civitate David patris sui. Regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

39. Et j'affligerai en ce point la race de David, mais non pour toujours.

40. Salomon voulut donc faire mourir Jéroboam, qui s'enfuit en Egypte, vers Sésac, roi de ce pays; et il y demeura jusqu'à la mort de Salomon.

41. Tout le reste des actions de Salomon, tout ce qu'il a fait et tout ce qui regarde sa sagesse, est écrit dans le livre de l'Histoire des jours de Salomon.

42. Le temps pendant lequel il régna dans Jérusalem sur tout Israël, fut de quarante ans.

43. Et Salomon s'endormit avec ses pères, et il fut enseveli en la Ville de David, son père. Et Roboam, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas. Vitæ hactenùs sanctè et cum dignitate transactæ, successit ad extremum infelix atque omnem in modum misera catastrophe. Excepit enim sapientem et religiosam juventutem delira, irreligiosa, et in omnem intemperantiam profusa, atque adeò execrabilis et perdita senectus. Utrumque statum perquàm optimè, eodem, quo hic liber, ordine, breviùs tamen complexus est Ecclesiasticus cap. 17, vers. 14. Cùm enim superiora tempora utique meliora exposuisset, ac tandem retulisset, quod in hoc capite habuimus extremum: quantum aurum undecumque locorum, et quantùm ornamentorum congessisset, ad extremum addidit: *Inclinâsti femora tua mulieribus; potestatem habuisti in corpore tuo; dedisti maculam in gloriâ tuâ, et profanâsti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, et incitari stultitiam tuam.* Amavit enim amore ardentissimo alienigenas feminas ex omnibus regionibus, quæ Israeliticos fines quoquò versùs attingebant, contra quam rem Deus severè præceperat, Exod. 34, v. 16.

De uxorum, pellicum, aut concubinarum numero vix esset res credibilis, nisi Scripturæ sacræ fides docuisset: *Fuerunt*, inquit, *ei uxores quasi reginæ septingentæ, et concubinæ trecentæ*, quibus omnibus dicitur amore adhæsisse ardentissimo, quod idem propè est, quod ad insaniam usque deperiisse. In his autem pro regio nomine ac majestate alendis quantos sumptus factos esse oportuit? cùm rex naturâ suâ foret liberalis, et hoc feminarum genus nimis sit delicatum, neque desit quotidie, quid ab amasiis petat, neque cesset ab importunis precibus, donec tandem extorqueat. Quarum aviditatem et luxum, cùm tot opibus, quas à parente acceperat, aut ipse suâ industriâ atque labore quæsierat, explere non posset, subditis populis tributorum onus imposuit usque adeò grave, ut ampliùs sustineri non posset, atque ideò, cap. 12, clamat populus ad Roboam, cùm primùm Salomone defuncto regnum iniit, ut importabile elevet illud tributi pondus: *Imminue*, inquit, *paululùm de imperio patris tui durissimo, et de jugo gravissimo, quod imposuit nobis.* Quæ populorum immanis et barbara vexatio non levis causa fuit, ut Israeliticum divideretur imperium, quod licet filio dominante contigerit, non tamen tam filii superbia, quàm patris intemperantia dissecuit. De quo Eccli. cap. 47, ad Salomonem: *Profanâsti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, et incitari stultitiam tuam, ut faceres imperium tuum bipartitum.*

Inter has feminas, quas thalami voluit esse consortes, numeratur etiam filia Pharaonis: unde suspicari non nemo possit illegitimum fuisse connubium illud, et à lege damnatum, quod tamen esse secus supra docuimus cap. 3, in principio. Neque credibile est hominum sapientissimum, et datæ à Domino legis scientissimum, quique religionis patriæ et esse, et videri vellet studiosus et amans, ambiturum fuisse peregrinas nuptias, nisi id sanctè fieri posse existimaret: alioquin averteret à se multitudinis animos, quod minimè ex usu sibi

fore noverat, in ipsis præcipuè regni primordiis. Cur ergo nunc eodem loco ponitur Pharaonis filia cum his quæ ex Moabitico, Ammonitico, Sidonio atque Idumæo semine prognatæ sunt? Multi multa dicunt; ego ideò hìc existimo Ægyptiæ conjugis fieri mentionem, quia, quæ priùs videbatur Hebræorum religionem amplexa, idque artificiosâ quâdam simulatione celaverat, ne regium à se abalienaret animum (neque enim aliter illam potuisset Salomon habere regni, ac thalami sociam). Postea tamen cùm ad thalamum, et regium nomen advocari vidit peregrinas feminas, et peregrinæ religionis amantes, deposuit, quam assumpserat religionis larvam, et patriam religionem professa, talem se videri voluit externâ specie, qualis interni animi sensu semper fuerat. Quare sicut alias Salomon idololatrides assumere non potuit, sic etiam neque istam retinere in conjugali consortio, ubi primùm suam prodidit alienam ab Hebræorum religione mentem.

Hæc mihi videtur non levis causa, cur inter alienigenas, neque idoneas Israelitarum connubio numerari potuerit Pharaonis filia. Aliam adducit Abulensis hìc quæst. 5, quia cùm dicatur Salomon coluisse illarum feminarum Deos, quas amaverat, ut Astartem deam Sidoniorum, Chamos Deum Moabitarum, Moloch Ammonitarum; ut ergo significaretur excitâsse templa, et instituisse sacra Ægyptiorum diis, Ægyptia etiam inter alias numeratur uxor, quæ ut maximè omnium amabatur, sic etiam potentissima fuit, ut Salomonis subverteret sensus, et ad Ægyptiorum monstra colenda pertraheret. Non igitur accusatur Salomon, quòd uxorem duxerit Ægyptiam, id enim facere potuit, modò alienam religionem abjuraret, sed quòd inventam jam non obscuris indiciis falsæ, atque omninò abjuratæ religionis amantem non dimisit, et quia plus satis uxoris illius blandimentis abductus, Ægyptiis monstris divinos exhibuit honores. (1)

Vers. 3. Uxores quasi reginæ septingentæ, et concubinæ trecentæ. Egimus de hoc reginarum atque concubinarum discrimine super Cantica ad illud cap. 6: *Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ*, quem locum aliqui, et in his Abulensis loco nuper adducto de Salomone, et hoc tanto uxorum, tamque prodigioso grege capiunt. Reginæ uxores illæ dicuntur, etiamsi à regio splendore procul absint, utpote quæ illis conjugali fœdere conjunctæ, qui reges non sunt. Quæ videlicet solemni, atque præcipuo quodam ritu in virorum manum convenerunt; quæ domesticis curis præsunt, quas observat familia tanquàm dominas. Quòd verò uxores, quæ dominæ sunt, domuique præsunt, vocentur reginæ, indicat in Truculento Plautus scenâ 10, ubi ancillæ quædam captivæ domi suæ dicuntur fuisse reginæ. Hinc illud Plauti proverbiali specie: Suus rex reginæ placet, sua cuique sponsa sponso. Ac si diceret: Suus rex reginæ, ac sua quoque regina regi placet.

Concubinæ non sunt hoc loco, et Cantic. 6, sicut neque aliis pluribus Scripturæ locis, quæ impuri quæstûs gratiâ pudorem suum alterius libidini prostituunt; sed quæ in casti, atque legitimi tori consuetudinem venerunt; quæ etiam nominantur uxores, licet matresfamiliâs non sint. Quæ apto ad suam conditionem vocabulo vocari possunt proletariæ, quia tantùm propagandæ sobolis gratiâ quæsitæ sunt. Quare Cicero in Topicis duo uxorum genera constituit. Alterum earum, quæ in viri manum convenerunt, quæ matresfamiliâs dicuntur. Alterum earum, quæ tantummodò uxores sunt. Hæ verò sunt, quæ hìc appellantur concubinæ, Hebr. *pilegues*, quæ vox in Scripturâ aliquando *uxor*, aliquando *concubina* convertitur. Cethura, quæ Gen. 25, uxor dicitur Abraham, eadem 1 Paralipomenon cap. 1, vocatur concubina; et Bala, quæ uxor sæpè dicitur Jacob, concubina vocatur Genes. 35, et quæ Judic. cap. 19, concubina dicitur Levitæ, uxor erat, ut probat mariti nomen et soceri, sæpiùs in eo capite repetitum, quod tamen locum non haberet, nisi legitimum esset, castumque connubium. Plura nos ad citatum cap. 6 ex Canticis. Unde hæc pauca libavimus. Habuit ergo Salomon septingentas uxores reginas, præcipuas videlicet, et sub præcipuâ quâdam formâ associatas; concubinas trecentas, quæ licet ad illum ordinem et nomen non ascenderent, erant tamen uxores, et quæ ex illis susciperetur soboles, non illegitima. Sicut David 2 Reg. cap. 5, vers 13, habuisse dicitur con-

(1) Vers. 2. — De gentibus super quibus dixit Dominus filiis Israel: Non ingrediemini ad eas. Lex ista extat Exodi 34, 16, loquiturque duntaxat de Chananæis, ut ibidem patet, quales erant Sidoniæ et Hethææ, quare peccavit Salomon contra legem eas ducendo. Alias aliarum gentium feminas in uxores duci lex permittebat Hebræis, dummodò illæ priùs abjuratis idolis ad Deum verum, et religionem Hebræorum converterentur. In hoc quoque peccavit Salomon, quia duxit eas persistentes in suâ idololatriâ; unde ab eis ad idola colenda pertractus est. Ita Abul. (Corn à Lap.)

cubinas et uxores, quarum è numero, cap. 15 vers. 16, decem reliquit ad custodiendam domum.

Et averterunt mulieres cor ejus. Cùm omnis affectus immoderatus avertat sensus, et oculis etiam lynceis crassas offundat tenebras, id tamen potissimè facit libido, ubi primùm occupavit hominum mentes, quantùmvis illi fuerint aut sapientiâ insignes aut senectute graves, à quibus non solùm pudorem et sapientiam, sed etiam mentem prorsùs expectorat. Eamdem fornicationi ac vino potentiam attribuit Oseas cap. 4, vers. 11 : *Fornicatio, vinum et ebrietas auferunt cor.* Idem Eccles. cap. 19, v. 2 : *Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes*, id est, à seipsis excedere, et fieri prorsùs amentes et cæcos : docuerunt id duo senes judices in Babylone, quibus, Dan. 13, v. 8, ad aspectum mulieris eversus dicitur esse sensus. Docuit David et sapiens, et ætate gravis, cui tamen mentem excussit feminæ conspectus. Sed docuit maximè Salomon ætate jam senili et frigidâ, quem excordem fecit, et planè dementem feminarum immoderatus amor.

Hoc ipsum explicuisse videtur Ecclesiasticus cap. 47, vers. 21, ubi sic ad Salomonem : *Inclinâsti femora tua mulieribus : potestatem habuisti in corpore tuo.* Ubi si potestatem passivè accipias, sensus est habuisse in se aliorum potestatem, quorum subiit imperium, quasi dicat impositum ab aliis subiisse jugum, et coactum esse parere aliorum libidini, etiamsi injusta atque indecora præcipiant. Quod planè fecit Salomon, qui usque adeò subactus est feminarum libidine, superbâ planè et omninò tyrannicâ, ut ad illarum imperium non pudorem solùm et religionem, sed etiam mentem penitùs abjecerit. Hanc vim amoris in suo Hercule expressêre gentiles, qui cùm tantus esset, timuisse tamen dicitur feminæ, quam amabat, tyrannicum imperium, et animum ad omne periculum et fortunam impavidum, ad muliebres nugas et indignas homine curas abjecisse. De quo Dejanira apud Ovidium:

Mæonias inter calathum tenuisse puellas
Diceris, et dominæ pertimuisse minas.
Non pudet Alcidem victricem mille laborum,
Rasilibus calathis imposuisse manum.
Diceris, infelix, scuticæ tremefactus habenis
Ante pedes dominæ pertimuisse minas.

Quòd si potestatem activè capias, quod minùs videtur convenire in litteram, est sensus sanè egregius ad mores, maximè si cum his agas, qui totos se Deo consecrârunt, quales sunt sacerdotes, et qui vitam constituêre religiosam. Ili enim sui corporis Deo potestatem dedêre, quia à seipsis abiêre toti : tunc autem, quia à superiori gubernentur prudentiâ, non ab humanâ et suâ, et à fortiori defenduntur et sustentantur manu, neque errant in deliberando, quia meliora semper amplectuntur consilia, neque succumbunt alienæ voluntati, quia à seipsis abdicârunt suam, et divinæ in rebus etiam minimis adhæserunt. Hi sunt, de quibus Apostolus, 1 Corinth. cap. 6, v. 19 : *An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritûs sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, et non estis vestri?* Ex quo efficit Paulus fugiendum esse à fornicatione. Cùm autem homo sui Domino corporis potestatem adimit et sibi vendicat, tunc illorum subdit potestati, quibus parere indecorum est, et planè miserabile. Quod fecisse hoc tempore videtur Salomon, qui se sibi à Dei dispositione liberâ vendicavit, et muliercularum libidini tanquàm mancipium aliquod subjecit. (1)

(1) Vers. 4. — Cumque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos. Hinc patet Salomonem verè coluisse idola : quare mirum est, id ipsum hic negare Robertum Stephanum. Nam id ipsum affirmat S. Iren. lib. 4, c. 45 ; Justin. Dial. contra Tryphon. ; Tertull. lib. 5 contra Marcion. ; S. Basil. Epist. ad Chelid. ; S. August. 14 Civit. cap. 11. Adoravit ea autem, non quòd in eis aliquid inesse divinitatis censeret, sed ut suis concubinis morem gereret.
(Corn. à Lap.)

On ne peut sans doute qu'on ne soit touché et effrayé en même temps lorsqu'on songe que ce prince, qui prononçait des jugements de justice et des oracles de sagesse au milieu des peuples ; qui était l'admiration de toute la terre, et qui avait demandé à Dieu cette même sagesse préférablement à toutes choses, comme le plus grand trésor qu'il pût posséder, tombe tout d'un coup dans cet excès d'extravagance, d'adorer les dieux qu'adoraient les femmes qu'il épousa, de bâtir des temples à l'idole des Moabites et à l'idole des enfants d'Ammon, et d'oublier ce Dieu tout-puissant qui l'avait rempli de sagesse, comblé de gloire, et au nom duquel il avait bâti ce temple si magnifique dont on a parlé. L'esprit de l'homme se perd dans la vue de ce changement si effroyable, qui est un abîme que toute la lumière de sa raison ne peut pénétrer. Et il semble qu'il vaudrait mieux adorer dans le silence ces jugements ineffables de la justice de Dieu, que d'entreprendre d'en parler. Cependant, nous pouvons bien dire, en suivant la règle certaine de l'Ecriture, que la chute de Salomon a été nécessairement précédée par quelque secret élèvement, puisque nous avons appris de la vérité, *que l'orgueil précède la ruine de l'âme, et que l'esprit s'élève avant la chute.* Il faut donc

Vers. 5. — Sed colebat Salomon Astartem deam Sidoniorum, et Moloch deum Ammonitarum. Idololatrides illæ feminæ, quæ delirum

que Salomon, aussi bien que le premier ange et le premier homme, ne se soit point humilié dans sa grandeur ; qu'il n'aît point envisagé toute cette gloire dont il fut environné, comme un rayon de lumière que le Soleil de justice et de sainteté lui communiquait, et que par une complaisance criminelle, il aît arrêté ses yeux sur lui-même, au lieu de porter sa vue sur celui qui l'avait rendu et si éclairé et si sage, et si riche, et si glorieux. *In veritate non stetit*, ainsi qu'il est dit de Lucifer : *il n'est point demeuré ferme dans la vérité*, c'est-à-dire, qu'il cessa de se regarder tel qu'il était par lui-même dans son néant, et d'adorer Dieu tel qu'il est dans sa grandeur infinie. Il oublia qu'il était fils de ce David, que Dieu avait retiré du milieu de ses moutons pour le faire asseoir sur le trône d'Israël. Il oublia que le Seigneur l'avait préféré lui-même à son frère aîné, pour l'établir sur le trône de son père. Il oublia, qu'avant que Dieu lui communiquât cette sagesse qui le rendit l'admiration et des princes et des peuples, il lui protesta lui-même qu'il se regardait en sa présence comme *un jeune enfant qui ignorait la manière dont il devait se conduire*. Quoique l'Ecriture ne nous marque point positivement ces choses, elle nous les fait assez entendre par la bouche de Salomon même, en nous assurant, comme on le vient de marquer, que *l'orgueil est un écueil où se brise la vertu de l'âme, et que sa chute ne manque point d'être précédée par l'élèvement.*

Aussi saint Grégoire pape, qui s'attache ordinairement à ce qu'il croit être plus utile pour l'instruction des mœurs, nous représente la prospérité et l'élévation de David aussi bien que celle de Salomon, comme la cause de la chute de l'un et de l'autre. Ses paroles sont très-remarquables. « David, dit-il, si aimé de « Dieu, marcha dans une plus grande droiture « de cœur, tant qu'il fut l'un des serviteurs de « Saül, que lorsqu'il fut parvenu à la royauté. « Car étant encore dans l'état d'un simple par- « ticulier, l'amour qu'il avait pour la justice « lui fit craindre de tuer son ennemi lorsqu'il « l'eut entre ses mains. Mais quand il fut de- « venu roi, la passion de l'impureté qui le « possédait le porta dans cet excès, de tuer « l'un de ses plus fidèles officiers, et de le tuer « par une honteuse trahison. Qui pourra donc « rechercher et les richesses, et la puissance, et « la gloire, sans craindre qu'elles ne lui soient « pernicieuses, puisqu'elles le furent à ce prince « qui les posséda sans les avoir recherchées ? « Que l'on considère l'exemple de Salomon, « dont il n'est point rapporté qu'il ait rien « souffert avant qu'il tombât, et qui tomba jus- « que dans l'abîme de l'idolâtrie, même après « qu'il eut reçu une si grande sagesse, parce « que son cœur n'ayant point été affermi par « aucune discipline du Seigneur, ni par l'é- « preuve de la moindre adversité, ne put con- « server cette sagesse qu'il avait reçue : *Con- « cessa sapientia funditùs cor deseruit, quod nulla « vel minima tribulationis disciplina custodivit.* »

(Sacy.)

et copiosum senem suo versabant arbitratu, ad suos quæque deos colendos, et religioso instructu ornandos impulerunt. Quare tot habuit idola, illisque aras excitavit ac templa, et sacrificia obiri voluit, quot fuerunt illarum feminarum hæreses ac sectæ, quarum sese amoribus implicuit. Atque ideò Sidoniorum amplexus religionem, Astartem illorum deam, et Moloch Ammonitarum, Moabitarum Chamos religiosè coluit, et sacrificiis, quasi aliquid ibi divinum agnosceret, prosecutus est. Neque mihi videtur incredibile, ut Ægyptiæ conjugi blandiretur, Ægyptiis quoque diis, quorum erat infinitus numerus, Ægyptio ritu sacrificâsse.

Astarte dea dicitur Sidoniorum, de quâ variæ sunt tam nostrorum, quàm externorum sententiæ, quas enumerare, et quod necessarium interdùm est, improbare, longum esset neque admodùm utile negotium. Vide Lilium Gyraldum Syntagmate 13, de diis gentium, et Nicolaum Serarium in cap. 2 Judic. quæst. 1 et 2, et Pinedam in Salomone prævio lib. 7, cap. 11. Quidam Astartem dei alicujus et deæ nomen commune esse putant, quia tam femineum, quàm masculinum genus illi attributum esse vident. Certè hoc loco Septuaginta θεὸν appellant Astartem, non θεὰν. August. quæst. 16 in librum Judicum, Junonem esse affirmat. Alii astrum aliquod, nempe lunam, aut phosphorum, ut in deâ Syriâ sentit Lucianus; fortassè quia inter Astartem et ἀστέρας magnam esse vident similitudinem. Plerique Venerem esse putant, quæ à Sidoniis et Phœnicibus ac totâ Syriâ præcipuâ quâdam religione colebatur. Et quidem Adonidem Veneris amasium et Venerem ipsam in Libano coli, qui ad Tyrios pertinet et Sidonios, docet Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 21, ubi tradit in Libano esse effigiem Veneris plorantis Adonidem. Et quidem cùm multæ sint Veneres, aut ejusdem Veneris cognomenta plurima, eam, quæ Adonidi nupsit, Astartem nominari docet; illius verba mox producemus. Veneris varia fuerunt nomina, varius cultus, varia species, varia ministeria, atque ideò neque uno nomine, aut formâ, neque uno sacrificiorum ritu ab omnibus colebatur. Palæstini sub figurâ piscis illam coluerunt, appellâruntque Atergatem, seu decreto, et Hebraico nomine Dagon, ut nos pluribus ostendimus lib. 1 Regum cap. 5, ubi de Dagone pluribus. Vide Lilium Gyraldum Syntagmate 13, ubi plura de variâ Veneris formâ, religione ac nomine. Et (ne multùm morer in re non ad-

modùm necessariâ), audi quid Cicero de Venere dixerit lib. 3 de Naturâ deorum, quàm sit multiplex et consentaneè ad naturam variam, cui varia item ministeria respondent, quàm varius esse debeat religiosus cultus. Sic autem ille : « Venus prima cœlo et die nata, « cujus Elide delubrum videmus ; altera spumâ « procreata, ex quâ et Mercurio Cupidinem « secundum natum accepimus ; tertia Jove « nata et Dione, quæ nupsit Vulcano ; sed ex « eâ et Marte natus Anteros dicitur ; quarta « Syriâ Tyroque concepta, quæ Astarte vocatur, « quam Adonidi nupsisse traditum est. » Cùm autem variæ essent Astartæ, sicut et Veneres, res etenim est eadem, diversa nomina, illam Astarten coluisse dicitur Salomon, quam colebant Sidonii, et ex eâ gente duxisse uxores, quarum sive studio, sive libidini obsecundare voluit.

Quia verò Astaroth in sacris litteris nonnunquàm invenimus, quod singularis *Astarte* pluralem esse numerum existimamus, de hâc etiam voce aliquid observemus necesse est. Et primùm puto aliquando hoc nomen in plurali numero idolum significare singulare, nempe Venerem, seu Astarten, quod fieri aliquando solet dignitatis gratiâ, ut docet, multisque confirmat Pagninus lib. 2 Instit. c. 4. Quomodò Deum verum, cùm unus sit, *Elohim* appellamus, in plurali numero, et *Adonim* pro uno ponitur Domino etiam creato, licet sit in numero multitudinis. Quod viri principes sæpè faciunt, dùm dicunt : *Nos el rey,* et similia. Sic lib. 1 Regum cap. ultimo, vers. 10, Saülis arma dicuntur à Philistinis suspensa in templo Astaroth ; et lib. 4 Regum cap. 23, v. 13, templum, quod hìc dicitur ædificatum Astarte, ædificatum traditur à Salomone Astaroth. Nisi dicamus unâ tantùm formâ à Palæstinis et Sidoniis coli Venerem, seu Astartem ; nam, ut varias sustinet personas et officia, sic eadem in eodem fano variis potuit efformari modis, et variis pro supplicum votis sollicitari sacrificiis.

Sed existimo in Scripturâ Astaroth in numero multitudinis significare deas ; nullum tamen certum deorum definiri aut genus, aut nomen. Id autem ideò mihi fit verisimile, quia sæpè in Scripturâ sacrâ hæc duo conjuncta deprehendo, *Baalim* et *Astaroth.* Ut autem Baalim illorum idolorum sunt nomina, quæ virili, sic etiam Astaroth eorum, quæ sexu notamus distinguimusque femineo. Quasi hoc dicendi genere significare voluerint Hebræi, nullum esse numen apud gentiles, quod infidum et mobile Israelitarum ingenium ad suam religionem et sacra non asciverit. Notum est autem ex Hebræorum idiomate, feminei ac masculini generis conjunctione multitudinem atque universitatem rerum significari. Quo sensu dicimus aliquem genuisse filios et filias, id est, numerosam sobolem suscepisse. Et Salomon Eccles. 2, vers. 8 : *Cantores* et *cantatrices* conjunxit, quibus omnia genera musicorum expressit, quæ duo in eam omninò significationem in Scripturâ sacrâ sæpè conjunguntur. Plura nos exempla produximus ad illud Isai. cap. 3 : *Auferet à Jerusalem et à Juda validum et fortem.* Ubi in originali linguâ duo hæc inveniuntur *validum* et *validam.* Cùm ergo coluisse dicuntur Hebræi Baalim et Astaroth, omnia gentium numina complexi dicuntur. Quod item faciunt sæpè profani, qui ad eumdem usum deos deasque advocant, cùm aliquid moliuntur difficile, aut illorum fidem testantur et implorant. Cur verò Astaroth pro deabus omnibus sumatur, illa videtur esse ratio, quia cùm Venus esset multiplex et multinomia, multarum obtinebat munus et nomen. Adde quòd hæc solùm sub hæc tempora in femineo sexu nota erat forsitan Hebræis, et hæc à finitimis populis, ut opinor, sub illo sexu sola colebatur in numero plurali, propter varios usus, quos delusa gentilitas afferre existimabat. Neque, credo, aberraret plurimùm à vero, qui Palæstinas deas, quarum Ovidius meminit lib. 4 Fastorum, has Veneres, seu Astaroth fuisse existimaret. Licet non nemo contra putet. Sic autem ibi Ovidius :

Sæpè Palæstinas jurat adesse deas.

Hæc mea conjectura, alii meliùs, opinor, sed hæc fortassè non omninò abs re.

De Moloc, qui et Melchon, non minùs res est dubia. Quidam Jovem esse putant, eo adducti argumento, quòd Jupiter appellatur deorum pater, et hominum rex. Moloc autem, seu quod idem est, Melchoti, à radice *malac*, idem est, quod rex. Alii Mercurium, plerique Saturnum esse credunt. Mihi id maximè placet, quod probavi priùs in commentariis super Acta ad illud cap. 7 : *Suscepisti tabernaculum Moloc.* Quæ verba sumpsit ibi Stephanus ex Amos cap. 5. Ubi idem probavimus iterùm. Ubi ergo diximus Moloc esse solem, qui rex est astrorum, sicut apud Jeremiam cap. 7, luna vocatur regina cœli, Hebr. *Melaca.* Plura utroque loco adduximus, quæ ad hanc cogitationem videntur esse non levia. Inde pete, neque enim illa sæpiùs iteranda sunt.

Chamos deus est præsertim Moabitarum,

licet illud Ammonitæ ad suam quoque religionem asciverint, ut liquet Judic. 11, v. 24, Jerem. 48, v. 13. Quis autem iste sit Chamos, obscurum est. Quidam Priapum esse arbitrantur, alii Bacchum. Sanè deus aliquis fuisse videtur, cujus sacra sic fuerint impura atque execranda, ut nonnisi in tenebris illa obiri potuerint, usque adeò illa visu fuerunt turpia, usque adeò ingenuis oculis indigna. Deductum videtur nomen à Græcâ voce Κῶμος, quæ ebrietatem et comessationem significat, à quibus omnis provenit intemperantia. Neque novum est ut Hebraicæ voces ab origine Græcâ deducantur : cùm enim à Græcis multa libaverint, qualia fuerunt quæ ad gentilicam religionem pertinent, nihil mirum si ab illis dicamus sumpsisse etiam vocabula. Exempla nos adduximus in Danielem ad cap. 3, v. 4, in nostris Commentariis, ubi omnia instrumenta musica, quibus ad adorandam auream Nabuchodonosoris statuam excitabatur populus, quia ex Græciâ, ut apparet, in Babylonem adducta à Græcâ origine modico flexu derivata sunt. Sic in Testamento novo plures inveniuntur Latinæ voces, quas Romani cum rebus (quarum illæ sunt signa) in Judæorum provinciam intulerunt. Quales sunt, *prætorium*, *sudarium*, *census*, *flagellum*, *titulus*, *coloniæ*, *macellum* et alia plura. Quare nihil mirum si ἀπ τοῦὸ κώμοῦ vox Hebraica, seu Moabitica Chamos videatur esse deducta. Qualia fuerint dei Comi sacra, quàm juventuti ad omnem intemperantiam in nocturnis conventibus licentiam occasionemque præbuerint, vide Philostratum in Imaginibus.

Vers. 7. — Tunc ædificavit Salomon fanum Chamos, etc. Si Chamos erat idem Moabitis deus, qui Græcis Comus, qui nocturnis congressibus ad omnem turpitudinem facultatem præbebat, satis intelligitur, quam Israelitis pestem Salomon invexerit. Ædificavit fanum; imò potiùs omnis intemperantiæ commune diverticulum. Hoc autem fanum non longè aberat à Jerusalem, constructum scilicet in monte Olivarum, quem vallis Cedron non admodùm latè à Jerusalem discludit, ita ut impium delubrum, diversoriumque libidinum, templum Domini, opus videlicet religiosum et augustum ex adverso respiceret. Construxisse autem videtur non unum tantùm fanum, ubi deorum simulacra locaret multa, quod fecerunt aliquando gentiles, qui domum unam diis gentilium multis voluerunt esse communem; sed plura fana pro diversorum deorum religione ac numero. Quod indicat illud lib. 4 Reg. cap. 23, v. 14. Ubi sic de Josiâ, qui omnem impietatem è patriis finibus aboleri voluit : *Excelsa quoque, quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem montis offensionis, quæ ædificaverat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, et Chamos offensioni Moab, et Melchon abominationi filiorum Ammon, polluit rex.* Ut autem multa hìc dicuntur excelsa, sic etiam multa videntur ædificata delubra. Neque est improbabile juxta fana, seu altaria religionis alienæ plantatos quoque à Salomone lucos, juxta gentilium familiarem ac penè legitimum morem. (1)

(1) Disce hìc, quàm cavendæ sint feminæ; amor earum enim est insuperabilis, et quidvis licet pretiosissimum et scelestissimum ab amasiis extorquet; fuge ergo illas, quia nec sapientior es Salomone, nec fortior Samsone, nec sanctior Davide, qui omnes per feminas ceciderunt. Sapienter Eucher. hìc : « Admonendi « sunt, inquit, quibus hoc seculum prospera- « tur, qui nullis adversitatibus hujus mundi « feriuntur, quòd Salomon post acceptam sa- « pientiam usque ad idololatriam cecidisse de- « scribitur, quia nihil in hoc mundo, prius- « quàm caderet, adversitatis habuisse memo- « ratur. »

Et S. Bernard. lib. 2 de Consider. ad Eugenium, sub finem : « Adverte, ait, quàm rarus « semper extiterit, qui non vel modicè in pro- « speritate animum relaxaverit à sui custodiâ « et disciplinâ. Quando hoc incautis non fuit « ad disciplinam, quod ignis ad ceram, quod « solis radius ad nivem vel glaciem? Sapiens « David, sapiens Salomon fuit; sed blandien- « tibus nimis secundis rebus alter ex parte, « alter ex toto desipuit. Magnus qui incidens « in adversa, non excidit vel parùm à sapientiâ. « Nec minor cui præsens felicitas arrisit, non « irrisit. Quanquàm faciliùs inveneris qui sa- « pientiam retinuerunt contrariâ sibi fortunâ, « quàm qui propitiâ non perdiderunt. »

(Corn. à Lap.)

« Il semble assez prouvé, dit Voltaire, que « les Juifs n'avaient point encore de culte fixe « et déterminé..... Il était fort indifférent que « Salomon adorât un dieu sous le nom de Cha- « mos, de Moloch ou de Jéhovah. » Quelle preuve convaincante! Salomon, séduit dans sa vieillesse par des femmes étrangères qu'il a prises contre la loi, en vient enfin jusqu'à adorer leurs dieux : *donc les Juifs n'avaient point encore de culte fixe et déterminé.* Mais n'était-ce pas au culte de Jéhovah que Salomon avait élevé le magnifique temple de Jérusalem, bien des années avant de se prostituer au culte de Chamos et de Moloch? Henri VIII, roi d'Angleterre, emporté par une passion semblable à celle qui aveugla le plus sage des rois, a rompu avec Rome, s'est fait chef de la religion dans ses états, a ouvert, contre son gré, la porte à une multitude de sectes, au milieu desquelles on ne peut plus reconnaître la majesté de la religion de Jésus-Christ; donc,

VERS. 8. — ATQUE IN HUNC MODUM FECIT UNIVERSIS UXORIBUS SUIS ALIENIGENIS. Præter Sidonias, Ammonitidas, Moabitidasque concubinas, fuerunt etiam aliæ alterius religionis et provinciæ non paucæ, ut Idumææ, Hethææ, Ægyptiæ et aliarum, quas non nisi obscurè et confusè Scriptura designat, in quibus uxores pro patriæ, religionisque more sua obirent sacra, et immolarent victimas. Quod etiam fecit Salomon, ut constat ex v. 5, ubi hæc peregrina numina coluisse traditur; tametsi aliqui exili adducti fundamento dubitent, quia non putant Salomonem usque adeò perfricuisse frontem, aut à mente commotum, ut in illis monstris aliquid putaverit esse divinum. Quid senserit Salomon, an aliquid illi mentis prioris reliquum fuerit, non laboro: illud scio, his feminis copulatum esse Salomonem amore ardentissimo, et illius cor aversum, et depravatum: amorem autem illum id consequebatur, ut quibuscumque posset modis illis blandiretur, quod faciunt viri nimis uxorii et deliri, maximè senes, ubi in amatoriam amentiam inciderunt, qui neque curant quid ratio, sive honestas, quid pudor, aut utilitas exigant, dummodò suæ sibi libidini satisfaciant. Quare illud mihi videtur plusquàm verisimile, constructa à Salomone fuisse plura delubra pro diis quos Idumæi coluerunt, et Ægyptii, et nationes aliæ; si modò Salomon ex aliis nationibus sui thalami voluit habere consortes. Quæ autem Salomon idola coluerit, et quæ illorum cultui forent ex gentili ritu consentanea, ut adolere thura, immolare victimas, tenent communiter Patres.

Sed de Salomonis mente non eodem omnes modo loquuntur. Quidam errorem excludunt ab illius mente, et cultum illum à depravatâ tantùm, atque vesanâ libidine profectum esse putant. Sic sanè Augustinus de Civitate lib. 14, cap. 11, qui in eo Adamum, Aaronem et Salomonem in suo peccato similes esse dicit, quòd illi omnes ad aliorum preces, seu studia id admiserunt, quod nefas esse omninò cognoscebant; quare sapientiam non amisit Salomon, cùm ad illam peccatorum abyssum demersus est, sed illum libido, quæ præceps est et temeraria, scientem videntemque in interitum abjecit voluntarium. Sic autem Augustinus: « Sicut Aaron erranti populo ad idolum « fabricandum non consensit inductus, sed « cessit obstrictus, nec Salomonem credibile « est errore putâsse idolis esse serviendum, « sed blanditiis femineis ad illa sacrilegia fuisse « compulsum, ita credendum est illum virum « (nempe Adamum) suæ feminæ uni, homi- « nem homini, conjugem conjugi, ad Dei le- « gem transgrediendam, non tanquàm verum « loquenti fuisse seductum, sed in sociali ne- « cessitudine paruisse. Non enim frustra dixit « Apostolus: *Adam non est seductus, mulier « autem seducta est.* » Idem clariùs, lib. 11 de Genesi ad litteram cap. 42: « Fecit quod scie-

avant ce schisme funeste, les Anglais *n'avaient point de culte fixe et déterminé!*

« Salomon, disent d'autres incrédules, vou- « lut avoir un sérail nombreux; rendu plus « éclairé par son commerce avec les étrangers, « il leur accorda l'exercice libre de leur reli- « gion; il fit même bâtir pour les Juifs des tem- « ples particuliers où ils pouvaient, suivant la « loi, rendre leurs hommages à Dieu avec moins « de dépenses qu'à Jérusalem. » En vertu de la tolérance, voilà Salomon réconcilié avec les incrédules; malgré ses perfidies, ses assassinats, son sérail, son idolâtrie, ce fut un prince *éclairé*, et par conséquent un grand roi. Cependant un philosophe moderne s'est fortement récrié sur le nombre de ses femmes.

Non seulement Salomon accorda aux étrangers le libre exercice de l'idolâtrie, mais il la pratiqua lui-même. Il offrit de l'encens aux divinités des Sidoniens, des Moabites, des Ammonites, et leur bâtit des temples. Mais il est faux qu'il en ait bâti de particuliers pour les Juifs; la loi le défendait, et l'histoire n'a jamais dit un mot de ces temples particuliers.

« Cette conduite, ajoutent les incrédules, « déplut beaucoup aux prêtres et aux prophè- « tes; il y a tout lieu de croire que, s'ils avaient « pu, ils n'auraient pas laissé Salomon jouir « si long-temps de la couronne et de la vie. » Pour calomnier les prêtres avec au moins une ombre de vraisemblance, il ne faudrait pas leur imputer des crimes qu'ils n'ont pas pu commettre. Puisque Salomon a régné quarante ans et n'a été infidèle au Seigneur Dieu d'Israël que dans sa vieillesse, il est évident que les prêtres ont été intéressés à le laisser jouir long-temps de la couronne et de la vie. « On « les accuse de l'avoir décrié et menacé de la « vengeance divine, à cause de sa tolérance; « mais, puisque le règne de Salomon fut long « et heureux, Dieu ne prit point de part à la « colère de ses ministres. » Ce règne fut long et heureux, parce que Salomon ne s'égara que sur la fin de sa vie. Les prophètes ne le décrièrent point; ils lui reprochèrent en face non *sa tolérance*, mais son idolâtrie; ils le menacèrent de la colère divine: elle ne tarda pas à éclater. Les liens de la religion une fois rompus, les cœurs des sujets se détachèrent peu à peu du monarque, son autorité s'affaiblit. Dieu, qui seul pouvait le juger et le punir, ne tarda pas à lui dénoncer ses vengeances, et à appesantir sur lui-même le bras qui devait frapper sur sa maison les plus terribles coups. La haine d'Adad, prince iduméen, le ressentiment de Razon, roi de Syrie, la révolte de Jéroboam en furent les effets. *Dieu approuva donc l'intolérance de ses ministres.* (Duclot.)

« bat non esse faciendum, ne suas, quibus de-
« peribat, atque diffluebat, delicias contrista-
« ret. » Ita tenet Abulens. quæst. 15, qui cùm dixisset tam Salomonem, quàm ejus uxores idola coluisse, id tamen asserit fuisse discriminis, quia uxores in idolis divinum aliquid esse credebant; at Salomon, cùm nihil ibi divinum, imò neque vivum agnosceret, ne quid negaret feminarum votis, divinos illis honores impendit.

Alii sapientiam putant excidisse Salomoni, atque ideò non externum solùm, sed etiam internum exhibuisse cultum existimatur peregrinis diis. Ita indicat August., lib. 17 de Civitate, c. 8 : « Attendat et aspiciat Salomonis domum
« plenam mulieribus alienigenis colentibus deos
« falsos, et ipsum ab eis regem aliquando sapien-
« tem in eamdem idololatriam seductum atque
« dejectum. » Et lib. 3 de Doctrinâ christ., c. 21. Idem apertè Gregor. lib. 12, Moral. c. 12 :
« Qui priùs, inquit, templum Deo construxerat,
« assiduitate libidinis etiam perfidiæ substra-
« ctus idolis construere templa non timuit,
« ut assidua carnis petulantia usque ad carnis
« perfidiam perveniret. » Et clariùs in Pastor. p. 3, art. 27; D. Prosper Aquitanus de Prædicationibus cap. 27; Basilius ad Chilonem ex cordatissimo adolescente vecordem dicit factum in senectute Salomonem. Bernardus hoc idem sæpè docuit Epist. 129 : « Si cautela Samson,
« et si Salomonis devotio perseverantiam reti-
« nuisset, nec is profectò privaretur sapientiâ,
« nec ille viribus. » Isidorus lib. de Vitâ et Morte sanctorum, c. 33; Ambrosius Apolog. 2 pro David. cap. 6 et 7. Sanè res est dubia, neque quid sequar definitum aliquid habeo; magis tamen eò propendet animus, ut putem non tam seductum errore Salomonem, quàm feminarum illecebris scientem et videntem in idololatriam abductum. Quod sanè affirmare debent, qui putant post peccatum, peractamque pœnitentiam Ecclesiastem à Salomone fuisse compositum; qui certè pauci non sunt. Vide Pinedam in præfatione in Eccles. cap. 3. In eo etenim lib. cap. 2, v. 9, dixit de seipso Salomon : *Sapientia perseveravit mecum.* Sed sanè dubium est, an hic liber fuerit post hæc tempora à Salomone compositus. Negat profectò Bellarminus cardinalis, lib. 1 de Verbo Dei, cap. 5.

Vers. 9. — Qui apparuerat ei secundò. Bis Dominus apparuit Salomoni, admonuitque ne diis adhæreret alienis, aut aliâ ingrederetur viâ ab eâ, quam ipse ostendisset, quamque ante vestigiis ejus pater impresserat, minatus, si contra faceret, tam ipsi, quàm illius generi gravia detrimenta. Semel cap. 3, v. 15, in Gabaon, iterùm cap. 6, v. 5. Cùm autem Salomon usque adeò à propositâ viâ declinâsset, ut ad vanum et execrabilem idolorum cultum defluxisset, apparuit tunc tertiò, aut certè per prophetam enuntiavit, dividendum esse regnum, quod posteri integrum retinerent, si ipse audientem præberet divinæ legi, et traditæ à Deo vivendi formæ aurem : id verò concedendum esse Davidis meritis, ne jacturam illam regni Salomon in diebus suis subiret, sed filius qui in regnum defuncto patre proximè succederet. (1)

(1) Vers. 11. — Dixit Dominus Salomoni : Quia habuisti hoc apud te; ita te gessisti. Hebræus : *Quia hoc fuit tecum;* quia reum te criminis constituisti; vel quia id cepisti consilii, cùm invitis licet omnibus, quæ pro te gessi, eò devenisti, ut me desereres, ego vicissim te deseram, etc. Hæc exprobrata sunt Salomoni, cùm tertiò illi Deus apparuit post crimen admissum; sive Dei jussu hæc illi indicta sunt per Ahiam prophetam, vel alium quempiam, quanquàm multò probabiliùs Deus per se locutus videtur. (Calmet.)

Dieu parla à Salomon après sa chute par quelqu'un de ses prophètes, et peut-être par celui dont on a déjà parlé, nommé Ahias. Il lui reprocha son extrême infidélité, et lui déclara qu'il donnerait son royaume à son serviteur, pour le punir de sa révolte contre son Dieu. Mais il n'y a rien de plus étonnant, que de voir ce prince demeurer sourd et muet à cette voix de tonnerre d'un Dieu irrité si justement contre lui. Et l'insensibilité qu'il fait paraître, a quelque chose d'aussi surprenant que sa chute même. David, son père, n'eut pas plutôt entendu Nathan lui reprocher son péché, qu'il s'écria dans un saint transport de douleur : *Peccavi Domino.* J'ai péché contre le Seigneur. Mais pour lui, lorsqu'on le menace que son royaume sera divisé, et qu'un de ses serviteurs sera élevé au lieu de son fils sur son trône, il ne témoigne aucun repentir, ni même aucun sentiment. Ne peut-on pas dire qu'une telle impénitence irrita Dieu davantage que les excès mêmes où tomba ce prince?

Cependant qui n'admirera ses miséricordes infinies? en exerçant sa justice, il ne peut point oublier sa bonté, et lorsqu'il punit le fils, il a soin de se souvenir du père. Le nom de David l'arrête. La mémoire d'un roi pénitent a le pouvoir de modérer sa juste colère dans la vengeance de cet autre roi impénitent. Ainsi il réserve deux tribus à la postérité de Salomon en considération de David, son père, à qui il avait promis d'établir éternellement son trône sur Israël; ce qui néanmoins ne se devait accomplir réellement qu'en la personne de Jésus-Christ, qui a reconnu David pour son père selon la chair. (Sacy.)

Vers. 12. — Propter David, meritorum pii hujus regis rationem habens. Quo ego virum illum prosecutus sum, amorem ad posteros

Vers. 13.—Sed tribum unam dabo filio tuo. Certum est ex duodecim tribubus decem à Davidicâ domo recessisse, et duce Jeroboam constituisse regnum novum Israel, duas tamen stetisse in antiquâ religione ac fide, quæ regnum constituerunt Juda, quæque neque à templo, neque à Davidico genere defecerunt. Hæ verò fuerunt Juda et Benjamin, quod varia Scripturæ sacræ loca testantur; 3 Regum 12, cùm præcessisset solam tribum Juda adhæsisse Roboamo, statim subditur : « Venit autem Roboam Jerusalem et congregavit universam « domum Juda, et tribum Benjamin. » Et 2 Paralip. cap. 11, de Roboam dicitur : *Imperavit super Judam et Benjamin.* Et cùm decem tribus dicantur sæpè à Davidis familiâ et templo separatæ, necesse est, ut duæ in antiquâ fide et religione permanserint.

Sed cur hoc loco una tantùm tribus dicitur Salomonis filio relinquenda? Nam hoc eodem cap. v. 31, dixit Ahias propheta Jeroboam Dei nomine : *Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus; porrò una tribus remanebit ei.* Et cap. sequente v. 20 : *Nec secutus est quisquam domum David præter tribum Juda solam.* Et 4 Reg. cap. 17 : *Iratusque est Dominus vehementer Israeli, et abstulit eos à conspectu suo, et non remansit nisi tribus Juda tantummodò.* Alii aliter sentiunt conanturque hunc nodum, qui non parùm impeditus est, dissolvere; mihi illud placet, quod visum est super Zachariam ad illud cap. 2, v. 7 : *O Sion, fuge.* Notum est ex lib. Judic. cap. 20 et 21, tribum Benjamin sic fuisse concisam, ut ex eâ sexcenti tantùm viri relicti fuerint, conjuratâ in illius exitium totius Israelitici populi multitudine, absumptis omnibus civitatibus ac viculis incendio, quibus ad illum usque rerum articulum abundabat. Quare, cùm tribus aliæ et civibus abundarent et urbibus, hæc verò his omnibus fuerit spoliata, et propter flagitium illud immane haberetur ignobilis, nullo jam communi hominum existimatione habebatur in numero. Quocirca sub illud tempus, quo hæc scripta sunt, sic audiebat illa tribus malè, sic censebatur inter alias ignobiles, ut eo se nomine Saül 1 Regum 9, regno se judicaret indignum. *Numquid*, inquit, *non filius Jemini ego sum* (id est, Benjaminita) *de minimâ tribu Israel?* etc. *Quare ergo locutus es mihi sermonem istum?* Hinc existimo exiguam illam tunc et obscuram tribum vulgo Hebræorum amisisse nomen, et sumpsisse à nobilissimâ tribu, cui se propter vicinitatem adjunxerat, et cui templum, et civitas ipsa Jerusalem regia, quo tempore ista contigerunt, fuêre communia, ut pluribus ostendimus ad proximè citatum Zachariæ locum. Et licet tempore Salomonis tribus illa olim propè exstincta frequens esset, non civibus solùm, sed etiam urbibus; quia tamen antea eò redacta est, ut tribus dici non debuerit, cum cognatis aliis tribubus comparata, retinebat antiquum nomen. Quod in aliis rebus, etiam mutato priori statu, fieri videmus, vocabaturque eodem nomine quo alia copiosior nobiliorque familia, à quâ videbatur in idem genus et nomen adoptata. Neque id proprium tribui Benjamin, ut in suâ tenuitate nomen acciperet à posteriori tribu, sed commune cum aliis. Nam cùm ex aliis quoque tribubus plurimi sese adjungerent ad tribum Juda ante captivitatem per Assyrios, et cum eâdem tribu plurimi quoque ab exilio rediissent, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis in Oseam, ad illud, cap. 1, v. 11 : *Et congregabuntur filii Juda, et filii Israel pariter et ponent sibimet caput unum.* Omnes tamen relicto gentilitio nomine, vocati sunt Judæi.

Vers. 14. — Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Adad Idumæum (1). Historia

ejus extendam. Datam illi fidem meam de te liberare volo, quanquàm indignum te præbuisti, in quem beneficia mea ulteriùs conferam. (Calmet.)

(1) Adad Idumæus, de quo hic, adolescens erat è regio Idumæorum genere, qui in Ægyptum ab armis Davidis, subactâ Idumæâ, perfugerat. Cùm David, duce copiarum Abisai, ingentem victoriam retulisset, cæsis decem millibus Idumæorum, misit eò Joabum, mares omnes Idumæos trucidare jussum. Adad discrimen evasit, subductus in Ægyptum; cùm autem amorem regis illius sibi conciliâsset, et uxorem ibi duxit, et sedem fixit. Sed post Davidis et Joabi mortem, is Idumæam repetens, inter primos auctores turbarum adversùs Salomonem, fuit. Quâ ratione turbas ciere incœperit, accuratè non tradit Scriptura; se verisimillimum est, virum hunc avitæ regioni restitutum sub exordium regni Salomonis, quietum tamdiù mansisse, quamdiù Salomon invisum se immodicis vectigalibus populo non reddidit, neque senio et idololatriâ in omnium contemptum venit. Tunc Adad conspiratione inter Idumæos excitatâ, jugum Hebræorum excutere statuit. Sed res illi pro voto cessisse non videtur, cùm Idumæi subditi regibus Juda diù etiam post Salomonem usque ad regnum Jorami manserint.

Apud Septuaginta inferiùs legimus, Adad, sive ut illi appellant, *Ader, graviter affecisse Israelem, et regnâsse in terrâ Edom.* Hâc tamen de re ne verbum quidem in textu Hebræo.

satis est ab historico sacro dilucidè proposita, sed in illâ quædam expedienda, in quibus hærere possit curiosus lector. Debellavit David Idumæos, ut habes 2 Reg. cap. 8, v. 14, illosque sibi reddidit vectigales, adhibuitque custodes, qui Idumæos in officio ac fœdere continerent. Nihil fermè aliud habemus de Idumæis à Davide subactis, neque alio loco audimus, aut de semestri morâ, quam Joab posuit in Idumæâ, dùm sepeliret mortuos, et omnes ex Idumæo semine masculos occideret. Quare hìc aut divinandum est, aut obscuris agendum conjecturis. Mihi non displicet quod Cajetanus hoc loco conjectat, insurrexisse videlicet Idumæos in custodes illos, quos David eorum regioni præposuerat, et cùm superiores essent numero, eos interemisse. Tunc autem reversum esse Joab, ut sepulturæ mandaret occisos, et ne iterùm aliquid molirentur hostile, sustulisse omne masculinum genus; neque minùs semestri morâ in eo opere peragendo consumpsisse; eo verò tempore ereptum esse Adad Idumæi regni legitimum hæredem inimicorum ferro, et ad Ægypti regem confugisse, à quo benignè exceptus est, et talia consecutus humanitatis officia, qualia hìc tradit sacer historicus. Quod videtur paulò post accidisse ab Idumæâ subjugatâ, et ab imposito militari præsidio, cùm nondùm ex Idumææ finibus excessisset David: id enim indicat illud: *Cùm enim esset David in Idumæâ, et ascendisset Moab princeps militiæ, ad sepeliendos eos qui fuerant interfecti, et occidisset omne masculinum in Idumæâ*, etc., *fugit Adad ipse.*

Tradit Josephus, Aderum, cùm domùm redire cuperet, vix audito Davidis ac Joabi obitu, prohibitum fuisse à socero suo Pharaone; sed diù post, rebus Salomonis in deterius vergentibus, quòd ipse in crimen ruens abdicatus fuisset à Deo, Aderum institisse iterùm apud Pharaonem, ut copia sibi daretur redeundi, quam denique ab illo impetravit. Cùm tamen, ait Josephus, nihil commovere potuisset in eâ provinciâ apertæ defectionis vi, ob ingens Hebræorum præsidium omnia occupantium, Ader lectis secum viris, qui rebus novis studebant, in Syriam profectus, socium se dedit *Razaro*, vel Razoni, uti appellatur in Hebræo, qui à Domino suo Adarezero deficiens, ducem se prædonum manui exhibuerat. Amicitiæ igitur fœdere cum illis conjuncto, Ader partem Syriæ occupavit, in quâ imperium adeptus, ditionem Salomonis excursionibus infestam effecit. E nostris scriptoribus quidam censent, Pharaonem pacem composuisse inter Adadum et Salomonem, ex eoque et assensum impetrâsse, ut Adad vectigali imperio in Idumæâ potiretur, sed pertæsum ejus servitutis Adadum, sub exitum regni Salomonis excusso jugo, in illum defecisse. Suspecta sunt hæc omnia, utpote nullo Scripturæ testimonio fulta; atque ignorare præstat ea quæ scire non possumus, quàm fabulis et ad arbitrium confictis historiolis veritatem obruere. (Calmet.)

« Ce Razon, roi de Syrie, dit Voltaire, qui « fit tant de peine à Salomon pendant tout son « règne en Judée, démontre évidemment que « l'auteur sacré se contredit grossièrement, « quand il dit que Salomon régna de l'Euphrate « à la Méditerranée. » Razon, roi tributaire dans la Syrie, depuis que David avait vaincu Adarézer, son prédécesseur, se souleva contre Salomon, après que celui-ci se fût livré à l'idolâtrie, dans un âge déjà avancé, et depuis ce temps-là, Razon ne cessa de causer de l'embarras à ce prince pendant les dernières années de son règne; s'ensuit-il de là qu'avant cette révolte Salomon ne régnait pas paisiblement depuis l'Euphrate jusqu'à la Méditerranée? (Duclot.)

Rab. Salomon citatus à Lyrâ ad illud lib. 2 Reg. cap. 8: *Fecit quoque sibi David nomen*, et tenet Lyra ibidem, et hoc loco clariùs, sepeliisse Joab non Israelitas ab Idumæis occisos, sed Idumæos ipsos, quos Israelitæ paulò ante victores occidissent, et eam ob rem magnum à pietate Davidem consecutum esse nomen, quòd hostes noluerit honore carere sepulturæ. Quod ideò mihi minùs probatur, quia si hoc Israelitæ præstare voluissent Idumæis parentale officium, non illud distulissent in aliud tempus, ita ut redire debuerit Joab, ut illos sepulturæ mandaret, neque illorum gravis odor sustineri posset, neque, si Israelitarum abfuisset pietas, ipsi paterentur Idumæi contribules suos insepultos jacere, cùm illud ipsa horreret natura, et ab illorum pestilenti habitu maximum toti populo parari posset exitium. Adde quòd non aptè duo ista conveniunt, et piè à Davide, et illo præcipiente, à Joab Idumæorum terræ mandari cadavera, et eodem tempore masculinam illorum sobolem aboleri. Quare illud videtur longè verisimilius, cùm nondùm ex Idumæorum finibus excessisset David, extinctos fuisse custodes in præsidio relictos, et statim à Joab revocatum Hebræorum exercitum, à quo recentes mortui honorem consequerentur sepulturæ, et qui relicti fuerunt ex Idumæo semine, ne quid rursùs tentarent hostile, de medio tollerentur: hæc mea conjectura est. (1)

(1) Vers. 15. — Et ascendisset Joab ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti. Probabile est, quod censet Cajetanus, tunc accidisse, ut præsidiarii Davidis relicti in Idumæâ à se subactâ, post ejus obitum cæsi sint ab Idumæis, itàque Joab ivisse eò ad illos sepeliendos, et ad vindicandam illorum necem; unde omnes Idumæorum masculos occidisse, exceptis fortè

Vers. 21. — Cumque audiisset Adad in Ægypto dormiisse David cum patribus suis, et mortuum esse Joab principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me, ut vadam in terram meam. Mansit diù apud Pharaonem Adad, sic ab eo tractatus indulgenter, ut nunquàm in illo paternam humanitatem, aut providentiam requireret. Cùm autem è vivis excessisse cognosceret Davidem regem, et principem militiæ Joab, quorum propter acceptam plagam, vel ipsum horrebat nomen, nullâ aliâ ratione (ut apparet, et meditatur Abulensis, quæst. 25), adductus, nisi patriæ desiderio (cujus dulcis est memoria, his maximè, qui in illâ aliquando honorem sunt experti et florentem fortunam), petiit sibi redeundi facultatem à Pharaone, quam, licet ægrè ferente rege, tandem obtinuit. De Adad nihil habemus aliud, neque constat quâ in re Salomonis rationibus fuerit adversatus. Hoc videtur satis verisimile antequàm Salomon recessisset à Deo, aut molitum esse nihil Adad, aut certè in suis conatibus nullum habuisse fortunatum exitum. Neque, credo, promovisset magnum aliquid, etiamsi pacificum ante Salomonis regnum bello tentaverit, quia Idumæa, quod acceperat à Davide servile jugum, nunquàm excussit, aut regem constituit usque ad tempora Joram, de quo lib. 2 Paralip. cap. 21, v. 8: *In diebus illis rebellavit Edom, ne esset subditus Judæ, et constituit sibi regem.* Et iterùm v. 10: *Attamen rebellavit Edom, ne esset sub ditione Juda usque ad hanc diem.* Hæc è sacro atque canonico textu videntur sumi posse. Septuaginta aliquid hic habent, quod non benè cùm vulgato, aut hebraico textu consentit. *Graviter*, inquiunt, *affecit Israel, et regnavit in terrâ Edom.* Unde hæc sumpserint Septuaginta non video. Suspicor hunc locum apud Septuaginta esse corruptum et ex historiâ Razon, quam in Septuaginta versione non habemus (quæ, ut puto, temporum injuriâ, aut scriptorum negligentiâ periit) aliquid esse admixtum prorsùs alienum.

Vers. 23. — Suscitavit quoque ei Deus adversarium Razon. Historia hæc, ut modò dicebamus, non est apud Septuaginta. Quæ sanè obscura est, et variè à variis declaratur et texitur; quia sacer etiam textus ad varias patet explicationes. Hanc ego præcipuam ex omnibus amplector, quam ex parte tradidit Josephus, et ex eo Dionysius, Lyra et Abulensis. Et primùm dicam quid mihi magis videatur consentaneum textui, deinde quam de reliquo communem habeam cum aliis sententiam. Existimo primùm quo tempore David lib. 2 Regum cap. 8, gravi vulnere concidit Adarezer regem Soba, fugisse Razon illius servum, et in ipso congressu deseruisse dominum suum, vel ut privatas ulcisceretur injurias, vel quia alias ob causas, quæ variæ sunt atque frequentes inter servos et dominos, in dominum erat graviter animatus. Quare nactus opportunitatem, in quâ suum dolorem consolari, aut jam ante concepto animi furori satisfacere potuit, quo tempore cum hoste congrediendum fuit, illum in mediis periculis perfidiosè deseruit. Et adhuc studio vindictæ ad ulteriora progressus, latrones sibi adduxit, audax hominum genus, et laboris patiens, quorum ipse dux factus sub illud tempus quo malè à Davide domini sui jactabatur fortuna, illum insectatus est. Hoc videtur admittere, imò et expetere textus ipse, qui ad alias cogitationes et sensus non admodùm facilem se præbet. Hic ergo Razon cum illo suo latronum numeroso grege incertis vagabatur sedibus, et agendis hinc inde prædis sylvestrem et vagam vitam utcumque sustentabat. Sicut David cùm sibi à Saülis offensione caveret, incertis errabat vestigiis, et sibi ac suis ex obviis, aut indagatis prædis de victu rebusque necessariis providebat. Donec Salomone turpiter lapso, et in fœdâ peccatorum colluvione demerso, excitavit illum Dominus, ut hostile aliquid contra Salomonis pacem ac dignitatem auderet. Quare cùm David eam Syriam, cujus caput est Damascus, sibi fecisset vectigalem, illique militarem præposuisset custodiam, quod onus etiam subiit meliori Salomonis tempore, illam occupavit Razon, et illius, consentiente populo, constitutus est rex. Cùmque jam, et viribus, et opibus magis esset confirmatus, Israeliticos fines turbavit et afflixit omnibus diebus Salomonis, nimirùm ex quo defecit à Deo ad finem

parvulis, qui excipiuntur lege Deuter. 20, 14. (Corn. à Lap.)

Vers. 18. — Cum surrexissent de Madian, venerunt in Pharan. Adad cum suis recepit sese primò in Madian ad occidentem maris Mortui; sed minùs tutum sibi locum ratus, iter suscepit in Ægyptum, atque pertransiens Pharan, duces itineris cœpit, quibus viam monstrantibus, tandem in Ægyptum venit. Madian est ad occidentem, Pharan ad meridiem Idumææ.

Terram delegavit, in alimoniam, ait Josephus. Provinciam aliquam administrandam illi dedisse, censet Vatablus. Sed Diodoro Siculo auctore, scimus reges Ægypti certam quamdam soli portionem in regione possedisse, de quâ decernebant in aliorum commodum pro arbitrio. Prædia erant regii juris. (Calmet.)

usque vitæ. Hâc historiâ ad Scripturæ filum, ut reor, informatâ expleri puto textum, neque video quid sit à veritate alienum, vel à litterâ violenter extortum. A quâ sententiâ parùm recedunt Lyra, Dionysius, Abulensis, Cajetanus. Quod verò sequitur, etiam habet, quod explorato opus est.

Vers. 25. — Et hoc est malum Adad, et odium contra Israel. Hunc locum sic exponit Josephus, cui plures alii aut omninò, aut ex parte subscribunt, lib. 8, cap. 2: « Aderus « (sic à Josepho appellatur Adad) impetrato à « suo rege comitatu ad Idumæam revertitur, « et cùm non posset gentem suam ad defectio- « nem à Salomone perpellere, eò quòd validis « præsidiis impositis in officio contineretur, « nec liceret impunè res novas ibi moliri, pro- « fectus inde in Syriam se contulit, ubi cùm « incidisset in quemdam Razarum (sic vocat « Razon) qui desciverat à Sophenæ rege Adia- « zaro, et eas terras cum latronum manu po- « pulabatur incursionibus, societatem cum « homine iniit, cujus ope occupatâ eâ parte « Syriæ rex declaratus, Israelitarum ditionem « crebrò irrumpendo, vivo adhuc Salomone, « rapinis omnia miscebat et cædibus. » Hæc Josephus, à quo non recedunt nisi perquàm modicè illi qui supra, qui exponunt illud malum quod Razon intulit Hebræis, et illud odium, quo illos ad mortem usque Salomonis prosecutus est, esse Adad. Neque enim tam sæviret Razon in Israelitas, nisi Adad illi ad eorum exitium stimulos admoveret. Neque mihi hæc cogitatio displicet. Alii sic accipiunt, ut eodem tempore duo hostes contra Salomonem sint excitati, Razon et Adad, quod quidem verum est. Ita tenent Vatablus, Emmanuel Sâ, et in explicatione secundâ Cajetanus. Pineda in Salomone prævio lib. 7, cap. 22, et in hunc locum Mariana, qui nihil penè in eâ cogitatione differunt. In priorem ergo cogitationem magis propendeo, quia minùs habet quod suppleat aut distorqueat.

Vers. 26. — Jeroboam quoque filius Nabath, Ephratæus. Hic tertius fuit hostis, quem ex genere Israelitico ad plectendum Salomonis scelus excitavit Deus. Qui licet nullum attulerit Salomone vivente damnum rei Israeliticæ, ast sollicitum habuit Salomonem, et illius turbavit pacem, cùm cavendum sibi putaret ab hoste domestico, qui omnia noverat regis consilia, cuique gravia aliquando negotia commendaverat. Neque exiguum illud supplicium videri potuit, quod oritur à metu, licet nullum exinde sequatur incommodum. Miserum enim est plenos sollicitudinis somnos ducere, et in rebus etiam tutis insidias suspicari, neque perturbationis habere minùs in pace atque otio, quàm si esset aliquis in acie. Quàm gravis esset à metu dolor, quàm tristes angustiæ, habes Sapient. cap. 17, ad finem, ubi quàm miserè à metu torquerentur Ægyptii, eleganter exprimitur.

Vers. 27. — Et hæc est causa rebellionis adversus eum, quia Salomon ædificavit Mello. Hebræi, quibus id videtur esse studio, ut nova quotidie somnient, eaque nobis pro oraculis venditent, aliam tradunt causam hujus rebellionis: dicunt enim, ut refert hic Lyra, Jeroboamum filium esse Semei, quem in regni exordio interfecit Salomon, et hunc eumdem esse qui Nabath; cùm autem mater quotidie paternam cædem in filii memoriam revocaret, ut eum in illius vindictam inflammaret, occasionem arripuit Jeroboam, ut, malè Salomone vexato, suum ac viduæ matris dolorem consolari posset. At unde in hanc cogitationem venerunt Hebræi? quia mater Jeroboami vidua esse dicitur, qualis tunc erat uxor Semei, si modò tunc superstes. O præclara conjectura! ac si una tantùm esset vidua in copioso illo Israelis populo! Neque considerârunt miselli Ephratæum fuisse Jeroboam, non Benjaminitam, et magis esse notum Semei nomen quàm Nabath. Quare vocandus potiùs fuit Semei filius, cujus antea frequens mentio, quàm Nabath, cujus tunc primùm nomen auditum est. Et quidem si Jeroboamus filius esset Semei, hæc potiùs rebellionis causa adducenda fuit, quàm ædificatum esse Mello.

Sed est adhuc dubium, cur propter ædificatum Mello tantoperè fuerit indignatus Jeroboamus, ut manum levaverit contra Salomonem? Quidam non putant Jeroboamum indidignatum fuisse contra Salomonem, sed Salomonem potiùs contra Jeroboamum, quòd ab ipso liberiùs reprehenderetur, quòd ædificâsset Mello: reprehensiones autem licet officiosas et justas, viri potentes, eo maximè tempore, quo intemperanter suis cupiditatibus indulgent, injuriæ loco ponunt. Sic Emmanuel Sâ. Sed est commune, et, ut opinor, certum, hanc offensionem et indignationem esse Jeroboam: sed quomodò ædificatio Mello et coæquatio voraginis odium in Salomonem excitaverint, obscurum est.

Josephus lib. 8, cap. 2, licet paulò obscuriùs, rationem tamen videtur indicare: « Cùm

« patre, inquit, orbatus adolescens adhuc à « matre educaretur, Salomon, animadversâ « ejus generosâ indole, præfert eum fabricæ « murorum, quando Hierosolymam mœnibus « cingebat. Ejus operis curam tantâ solertiâ « gessit, ut rex comprobatâ hominis industriâ « præmio dignum ducens, eum Joseph tribui « præficeret. » Ut autem murorum ille curam suscepit, verisimile etiam est implendæ quoque voraginis suscepisse negotium, quia illud etiam publicum erat opus, et civitatis non ornamentum tantùm, sed egregium fortassè munimentum. Quod indicat Josephus lib. 15, cap. 14, et colligitur non obscurè ex lib. 2 Paralip. cap. 32, v. 5, ubi inter civitatis propugnacula numeratur : « Ezechias, inquit, « ædificavit, agens industriè, omnem murum, « qui fuerat dissipatus, et extruxit turres de- « super, et forinsecùs alterum murum, instau- « ravitque Mello in civitate David, et fecit « universi generis armaturam. » Nôrat igitur Jeroboamus quantùm esset laboris et sumptuum positum in complendâ ædificandâque voragine. Cùm autem, ut supra diximus c. 9, v. 15, eo in loco pro filiâ Pharaonis ædificata esset ambitiosa quædam domus, quæ mille populo commoditates et usus auferebat (quia area illa non procul erat à templo, in quâ populus convenire, et ibi commodè expectare poterat sacrificii tempus), tulerunt omnes graviter ædificatam esse aream, quæ effecta fuerat ex impletâ voragine, et Ægyptiæ feminæ cum tanto civitatis incommodo datam esse sive ambitioni, sive libidini. Tulit autem hoc omnium ægerrimè Jeroboamus, tum quia homo qui publica curabat, ferebat molestè publicum opus privatæ alicujus voluptati servire. Adde quòd cùm constitutus esset super tributa domûs Joseph, novas quotidiè querimonias audiebat eorum qui immodicis gravarentur vectigalibus, quæ exigebat rex nimis uxorius, qui res curabat magis muliebres, quàm publicas. Cùm enim septingentas haberet reginas, quas tractare debuit pro regiâ majestate delicatè ac lautè, et trecentas concubinas, quæ aliquid quotidie novum efflagitant, et nisi impetrent, injuriam sibi fieri queruntur, quibus negare nihil jam aut vellet, aut auderet homo omnino fatuus, et feminarum totus alligatus imperio, multa, ut est verisimile, neque immeritò, in regis jam perversos mores jactabant, quem non tantùm videbant in summâ intemperantiâ esse projectum, sed etiam usque adeò illius imperium esse tyrannicum, ut subditorum exhauriret opes, et sanguinem exsugeret. Hinc oritur, ut omnes quorum Jeroboamus videtur esse princeps, conquesti fuerint apud Roboamum paterni loci atque majestatis hæredem, quòd pater durum imposuisset jugum. Quocirca ex communi dolore justâ indignatione conceptâ aliquid secum contra Salomonem meditabatur adversum, quod non videtur Salomonem latuisse, maximè postquàm Ahias Silonites diviso pallio decem illi regni partes attribuit, quando vivente Salomone fugit in Ægyptum. Fuit ergo rebellionis origo primùm excitata ab oppletâ et adæquatâ voragine Mello, cui lubens præfuit Jeroboam, cùm videret aream ex vasto illo vallis profundissimæ hiatu relictam magno reipublicæ futuram esse usui, quam deinde ereptam populo, et feminæ deliciis peregrinæ attributam tulit quàm molestè. Hæc videor conjectare posse non abs re, neque parùm consequenter ad textum; sed conjectare tantùm, non asserere. (1)

Vers. 29. — Factum est igitur in tempore illo, ut Jeroboam egrederetur de Jerusalem, et inveniret eum Ahias Silonites propheta in via. Egressus fuerat hoc tempore Jeroboamus, ut Josephus putat lib. 8, cap. 2, ut regio fisco quæstoriam operam navaret, stipatus, ut apparet, ut tam gravem personam decebat, è ministerio forensi non exiguo atque vulgari comitatu, sicut indicat hoc loco Josephus. « Ad « quam (nempe quæstoriam provinciam) dùm « Hierosolymis egressus iter faceret, obviàm « ei fit propheta nomine Ahias Silunte oppido « oriundus. Is salutatum eum paulò de viâ se- « duxit in rus quoddam divertens, in quo nemo « alius aderat. » Hic autem propheta fuit de

(1) Vers. 28. — Constituerat eum præfectum super tributa universæ domus Joseph. Jam alibi animadvertere licuit, Vulgatam appellare sæpè tributa operas illas vectigales seu publicas, quæ regis jussu imperabantur. Hebræus ad litteram : *Præfecit eum omni oneri domus Joseph*, tribuum scilicet Ephraim et Manasse. De præfecturâ copiarum ex decem tribubus collectarum exponit Josephus. Legimus alibi Salomonem ad opera sua publica ex Israelitis neminem coegisse. Sed facilè labentibus regni sui annis, aliam agendi rationem secutus est; scimus enim, tum opus Mello defectionis causam populo præbuisse, tum Salomonem gravissimis oneribus populum oppressisse. *Jus regis* illud erat, ut subditos agrorum ac vinearum suarum culturæ, tum et aliis operibus ruris et urbis addiceret. Reges etiam non tributa quidem, sed subsidia à subditis suis exigebant. Hæc erant igitur onera Israelitarum. *Super onera hæc omnia domûs Ephraim et Manasse* Jeroboamus constitutus erat. (Calmet.)

Silo, ubi aliquando fuerat tabernaculum, quique Salomonis gesta Scripturæ mandavit, ut habes lib. 2 Paral. cap. 9, ad finem.

Vers. 30. — Apprehendensque Ahias pallium suum novum, quo coopertus erat scidit in duodecim partes (1). Prophetæ non solùm verbis, sed etiam rebus futura portendebant, quæ eò magis inhærent animo, sicut etiam infiguntur memoriæ. Sic jussus est Oseas uxorem ducere fornicariam; sic Isaias nudus incedere; et Jeremias catenis oneratus obire civitatem; Ezechiel assumere peregrinantis habitum, in latus dormire, civitatem in latere describere à Chaldæis obsessam; et Zacharias modò sumere duas pastoris virgas, modò pastoris stulti instrumenta portare. Sic modò Ahias, ut doceat dividendum esse regnum, quod tunc primùm initurus erat Roboamus, regnum, inquam, novum, pallium sumpsit novum, quo tunc primùm uti cœperat, illudque in tot dividit partes, quot erant in eo regno principes familiæ, et ex earum numero decem tradidit Jeroboamo, reliquas duas pro Roboami posterorumque regno reservavit. Quomodò verò una tribus relinquenda dicatur pro Davidicâ familiâ, cùm tamen duas obtinuerit, quas duæ pallii scissuræ portendebant, diximus paulò ante ad v. 13. (2)

(1) Ahias, par cette figure d'un manteau neuf qu'il coupa en douze parts, et dont il donna dix parts à Jéroboam, nous marquait peut-être la funeste division qui arrive dans une âme, lorsque du royaume de Jésus-Christ, qu'elle était auparavant, elle devient, par une idolâtrie spirituelle, dont celle de Salomon était une image, comme déchirée en autant de parts qu'il y a de passions différentes qui l'assujétissent au démon. Tant qu'elle est attachée à Dieu par la piété, elle est une, et non divisée. Mais dès le moment qu'elle se sépare de ce Dieu unique, qui la mettait à couvert sous sa protection toute puissante, comme sous le manteau neuf du prophète, elle fait partie de ce royaume divisé, qui a pour roi le démon même, et qui, comme l'assure Jésus-Christ, ne peut subsister. C'est de cette âme qui a rejeté son Dieu, ainsi que fit Salomon, qu'il est dit dans l'Evangile, *que le royaume de Dieu lui sera ôté, pour être donné à un autre qui en produira les fruits.* (Sacy.)

(2) Vers. 31. — Tolle tibi decem scissuras, ut per hoc cognoscas *te* sub Roboam è duodecim tribubus Salomonis regno sublaturum, et tibi arrogaturum decem tribus Israel, ut mox explicat Ahias.

Symbol., hæ decem scissuræ significabant regnum decem tribuum in decem familias sibi invicem succedentes, fore scindendum, ac decies dividendum, ait Rupert. Hic enim fuit ordo et successio regum Israel sive decem tribuum. Primam scissuram decem tribuum à duabus fecit Jeroboam. « Hujus filium, ait Ru« pertus lib. 5, cap. 4, nomine Nadab, percussit Baasa. Hæc secunda Israel scissura regni « est. Ejusdem Baasa filium Hela occidit Zam« bri, regnavitque pro eo. Zambri se in palatio « incendit obsidente Amri, qui et pro eo re« gnavit. Post hunc regnavit Achab, et post « eum filius ejus Ochozias, et post eum frater « ejus Joram. Sed istum occidit Jehu, regna« vitque pro eo usque ad quartam generatio« nem. Quintum ab illo percussit Sellum, regna« vitque pro eo. Sed et istum percussit Mana« hem, regnavitque pro eo. Filium quoque « hujus Phacei iam percussit Phacee filius Ro« meliæ, regnavitque pro eo. Sed et contra « istum conjuravit Ozee, percussitque eum et « interfecit, regnavitque pro eo. Contra istum « ascendit rex Assyriorum et transtulit Israel « in Assyrios. Hæc decima fuit scissura. Nam « in Jeroboam prima, in Baasa secunda, in « Zambri tertia, in Amri quarta, in Jehu « quinta, in Sellum sexta, in Manahem septima, « in Phacee filio Romeliæ octava, in Ozee « nona, in rege Assyriorum, qui divisos à « Deo et David rege suo, divisit etiam loco, « transferendo in Assyrios, rectè computatur « decima. »

Tropol. Jeroboam primus schismaticus notat hæreticos, qui Ecclesiam suam hæresi discindunt, ac præsertim principes, qui ut regnum sui regis orthodoxi invadant, hæresim inducunt ac hæreticos in auxilium vocant, uti fecit Jeroboam (idem factum vidimus in Belgio), qui idcircò regnum perdidit, uti Deus hic ei prædicendo comminatur. Hinc appositè, ait Angelomus: « *Jeroboam* Hebr. interpretatur, « *dijudicans populum.* Nam et hæretici dijudi« care populum videntur, cùm erroris sui se« quacem faciunt. » Tunc enim fit illud: *Tolle tibi decem scissuras.* Sic et Rupertus lib. 5, cap. 5; Eucher., Beda et alii.

Vers. 32. — Porro una tribus (Juda cum Benjamin sibi associata) remanebit ei, scilicet Salomoni, puta Roboam Salomonis filio et successori. (Corn. à Lap.)

(1) *Je donnerai une tribu à son fils, afin qu'il demeure toujours à mon serviteur David une lampe qui luise devant moi dans la ville de Jérusalem.* Tous les interprètes expliquent de la postérité royale et éclatante de David cette *lampe* dont il est parlé ici, et que Dieu témoigne vouloir toujours conserver, afin *qu'elle luise devant lui dans Jérusalem.* Mais cette promesse de Dieu ne paraît avoir été accomplie qu'en la personne de Jésus-Christ, puisqu'il est certain que la race de David n'a pas régné fort long-temps sur Israël, et que d'ailleurs la plupart même des rois ses descendants se sont rendus par leurs crimes très-indignes d'être regardés comme cette lampe qui devait toujours luire devant Dieu dans Jérusalem. C'a été donc proprement de Jésus-Christ, fils de David, qu'il fut dit alors qu'il devait être la lampe et la lumière de Jérusalem, c'est-à-dire, de l'Eglise. C'est lui dont le saint vieillard Siméon dit depuis *que Dieu l'avait destiné pour être exposé à la vue de tous les peuples, pour être la lumière des nations et la gloire d'Israël.* C'est lui enfin qui a été reconnu par toute la

perfidiâ, et abjuratæ religionis, et profundissimæ libidinis immani flagitio, ut oblivisceretur meritorum Davidis, et promissionis illius imperii, quod in ejus domo æternum futurum ante prædixerat. Quare, ut maneret aliquod monumentum tanti principis, tamque divini nominis studiosi, extare voluit in civitate, quam sibi ex omnibus præcipuam elegit, regium decus in posterorum aliquo, qui unum et clarum Davidis nomen in omni memoriâ conservaret. Quomodò *lucerna, scintilla,* et similia sumantur pro liberis, maximè cùm sunt in dignitate, qui parentis famam perire non sinunt et memoriam, diximus pluribus lib. 2 Reg. cap. 14, ad illud : *Quærunt extinguere scintillam meam.* Ubi etiam ostendimus Davidi à Domino promissam esse lucernam, quæ nimirùm nomen illius splendidum posteritati conservaret.

Vers. 38. — Si igitur audieris omnia, quæ præcepero tibi, etc. Sicut Saüli primùm, deinde Salomoni regnum promisit Dominus fidele, id est, stabile, si tamen à divinæ legis custodiâ non deficerent, sic etiam promittit Jeroboamo Israelitici, id est, decem tribuum fidele stabileque imperii solium, si modò illud instituat vivendi genus, quod in Davide videt sibi, et in aliis regibus propositum, tanquàm optimam regnandi atque vivendi formam. Addit præterea, si quis Salomonis filius, aut alii posteri contra ipsius regnum hostile aliquid meditentur, et quam deberi sibi hæreditatem putabant, vindicare quoquo modo, ac repetere studeant, Jeroboami potiùs quàm aliorum partes suscepturum; id enim existimo valere illud : *Et affligam semen David super hoc,* id est, si tibi eam ob rem molestiæ aliquid facessere voluerint. Quod sanè fecit, et eodem tempore, quo Salomon Jeroboamum de medio tollere voluit, qui incolumis ab ejus manibus evasit in Ægyptum, et postea cùm Roboamum, qui exercitum contra Jeroboamum, antequàm se in regno confirmaret, conscripserat, quem referre jussit gradum, et ne novum regem insectaretur edixit.

Porrò de hoc Ahiâ prophetâ Silonite tradit Epiphanius ex Hebræorum, ut reor, traditione de vitâ prophetarum in Ahiâ, quòd Salomoni prædixerit Deum aliquando futurum adversarium, quod item dixit Isidorus in lib. de Vitâ atque Obitu sanctorum, qui ait ab Ahiâ dictum esse Salomoni ejus animum à mulieribus esse pervertendum, et quòd aliquid simile Jeroboamo prædixerit. Sic autem ibi Epiphanius : « Increpavit Jeroboam, quòd suscepto olim « principatu dolo et fraudulenter esset acturus « cum Domino. Visum namque suis apparuit « oculis par boum pessumdare populum, inque « sacerdotes impetum facere. Cæterùm vaticinatus est Salomoni futurum, ut muliebre « genus eum alienaret à Domino. Item ingenuè « dixit ad Jeroboam : *Te par buccularum avertet « olim à Domino, et erit in servitute tuâ pro- « pago.* » (1)

terre pour le vrai héritier du royaume de David, selon que l'ange le déclara à la Sainte-Vierge en ces termes : *Le Seigneur lui donnera le trône de David, son père, et il régnera éternellement sur la maison de Jacob.* (Sacy.)

Vers. 40. — Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam, qui surrexit, et aufugit in Ægyptum ad Sesac (2). Sicut postquàm Salomone regno vitâque defuncto, suum in decem tribubus consecutus est Jeroboamus, stultè egit et impiè conflatis vitulis, quos pro diis objecit aut timido aut seducto populo, sic etiam nunc Salomone vivente insipienter egit, et parùm cautè, dùm studium suum obtinendi regni, aut oblatum à Domino regnum pluribus aperuit è populo, quos adversùs Salomonem mutavit, à quo jam ipsi antea animos habebant alienos, ut putat Josephus ; aut certè

(1) Vers. 39. — Verumtamen non cunctis diebus. Reluctantibus licet principum domûs Davidicæ criminibus, adhuc tamen Dei misericordia domum illam non deseruit. Messias ex eâ radice germinaturus tutam ab excidio efficiebat. (Calmet.)

Deus tam seriò Jeroboam inculcat veram suî religionem et cultum, quia prævidebat eum schisma facturum à Deo et templo propter regnum, cùm tamen Deus vellet per eum schisma à Salomone in Dei cultu factum resarcire. At cur Deus id præsciens nihilominùs eum regem constituit? — Resp. ut puniret populum, eique impio similem, scilicet impium daret regem, æquè ac jam ante eidem dederat impium Saülem, ait Rupert., et ex eo Salianus. Populus enim jam magnâ ex parte erat corruptus, tam regis imitatione, quàm propriâ malitiâ, ad quam eum pellexit otium, deliciæ, et rerum omnium abundantia. Volens ergo Deus castigare populum impium, dedit regem Jeroboam, qui populi cupidinibus et desideriis ad idola colenda obsequeretur, itàque tot calamitatum, et tandem extremi excidii eidem fieret causa, juxta illud Job. 34, 30 : *Qui regnare facit hypocritam* (id est, impium) *propter peccata populi.* (Corn. à Lap.)

(2) Interpretum plures hunc Sesacum cum Sesostride rege Ægypti, apud Herodotum felicibus expeditionibus celebri, miscent. Hucusque Scriptura reges Ægypti Pharaonis nomine, id est, regis, innuit. Sesac primus omnium proprio nomine exprimitur. (Calmet.)

evulgavit quid sibi dictum foret ab Ahia; quod ne ullo modo contingeret tantoperè caverat propheta, dùm illum à turbâ segregat, et in solitarium locum deducit. Cùmque nôsset de regno ad se nihil Salomone divo pertinere; sed postquàm ad ejus filium paternum devenisset imperium, antevertit sic negotium illud, quod oporteret maximè tectum esse, et adeò non obscurè, ut Salomon ipse manifestè cognoverit. Quare voluit sibi ac posteris interfecto Jeroboamo consulere, quod fecisset omninò, nisi maturâ fugâ in Ægyptum profectus Salomonis se subduxisset potentiæ, et armatum furorem declinâsset. In quo apparet quàm Deus fideliter promissa compleat, cùm tantam Salomonis potentiam et regias manus, quæ longæ sunt et plurimæ, continuerit, ne quid adversari possent Jeroboami consiliis, et regem Ægypti, qui aut Salomonis socer erat, aut uxoris frater, sic in Jeroboamum affecerit, cùm tamen illius fugæ causam non ignoraret, ut amicè susceperit, atque ita protexerit supplicem suum, ut nihil toto illo tempore, quod non videtur fuisse exiguum, subierit, sive ab apertâ vi, sive ab occultis Salomonis insidiis.

Quis fuerit iste rex Sesac incertum est, an socer, an levir Salomonis. Socer communiter existimatur appellari Vaphres. Hic Sesac fortassè est ille, qui ab Herodoto et Diodoro Sebacus nominatur. Sanè apud Jeremiam cap. 25, v. 26, Babylon appellatur Sesac. Sed, ut in nostris Commentariis diximus ad illum locum, nomen illud artificio quodam Hebræis familiari, litterarum transmutatione fit.

Vers. 41. — Reliquum autem verborum Salomonis, etc., scripta sunt in libro Verborum dierum Salomonis. Quis sit liber verborum dierum, diximus in Prolegomenis horum librorum Regum, § 1. In illo autem libro plura scripta sunt, quàm habemus in lib. 3 Reg. aut in 2 Paralip. Ex quibus fortassè sumpta aliqua, quæ nobis tradiderunt Hebræi aut docuerunt Patres, quale est quod de Ahiâ Silonite dicebat Epiphanius. Et quod Chaldæus tradidit in Canticis cap. 8, ad illud : *Vinea mea coram me est.* Ubi dicit Ahiam prophetam, quia de regni divisione egit cum Jeroboamo, quæsitum esse à Salomone ad mortem; illum autem ut regium furorem declinaret, abiisse in Ægyptum : illa autem reliqua, quæ in his libris commemorata non sunt, sicut etiam illa, quæ nunc habemus, scripserunt viri quidam eo valdè nomine insignes, quòd omnes fuerunt prophetæ. De quibus lib. 2 Paralip. cap. 9, v. 29 : *Reliqua autem opera Salomonis priorum et novissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, et in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo videntis contra Jeroboam.*

Vers. 43. — Dormivitque Salomon cum patribus suis (1). *Dormire,* ex usu idiomatis Hebræi, idem est quod, *mori,* quia somnus mortis est imago, et qui in sepulcro jacet, ille in sepulcro requiescere, aut dormire dicitur, et sepulcrum ipsum requies nonnunquàm appellatur, et quod polyandrium ab aliis, aut commune vocatur sepulcrum, illud à Græcis κοιμητήριον, et à Latinis cœmeterium dicitur, quod idem valet, quod *dormitorium.* Hoc sensu, credo, Salomon dormiisse traditur, id est, vitâ functus, sicut etiam parentes ipsius, qui jam è vitâ decesserunt. Nam licet ille dicatur dormire cum parentibus, qui in parentum sepulcrum, quod est etiam toti familiæ commune, illatus est, tamen cùm in civitate David fuerit tumulatus, ubi unus tantùm pater conditus erat, potiùs dicendum fuit in singulari, cum patre, quàm cum patribus, in plurali numero, sepultus.

Hic alii de Salomonis spirituali vitâ disputationem longam instituunt, illamque tractant accuratè valdè, quod ego quoque facere insti-

(1) De hoc versu hæc habet Cahen (Bib.) : « 2 Chron. chap. 9, v. 30 et 31, la mort de Salomon est racontée, mais il n'y est nullement « question de sa faiblesse pour les femmes, ni « de son idolâtrie, parce que, dit Abarbanel, « Esra (Esdras) n'avait pour objet que de faire « l'éloge de Salomon, mais non de le blâmer. « Si un écrivain sacré a tant de *partialité,* faut-« il s'étonner si l'on ne trouve pas toujours de « l'impartialité dans les historiens profanes ! »

Mirum est è memoriâ Cahenis excidere in Paralipomenis ea vulgò tantùm contineri quæ omissa in aliis libris sunt, aut eadem sed breviùs, multisque spoliata circumstantiis. Non ideò igitur de Salomonis in mulieres effusâ libidine, deque turpi ejus in idololatriam lapsu tacet libri Paralipomenon auctor, quasi ejus laudi aliquid detrahere timeret, sed quia id suo scribendi proposito minùs congruere existimabat. (Editores.)

De Salomonis pœnitentiâ multa fabulantur Hebræi, eum nempe quinquies per plateas Jerusalem pœnitentiæ causâ trahi voluisse, et cum quinque virgis seu virgarum manipulis venisse in templum, ibique à legisperitis postulâsse ut verberaretur, sed illis renuentibus manum mittere in Christum Domini, à seipso acriter flagellatum fuisse, regnoque, se abdicâsse. Id legitur apud Bedam in fine tomi 7, in fragmento quodam, cui titulus est : *De Salomone judicium,* quod venerabilis Patris nomini suppositum, et in ejus opera intrusum crediderim. Addunt Rabbini, Salomonem scipione nixum, ostiatim mendicâsse, et in circulis et compitis Hierosolymorum clamâsse : *Ego Salomon fui olim rex super Israel.*

(Natalis Alexander.)

tueram, paraveramque quæ in eâ quæstione magis videbantur opportuna. Sed cùm ab aliis hæc non indiligenter disceptari cernerem, à quibus lector, quod videretur magis ad veritatem, edoceri posset. Neque præterea aliquid in re tantâ haberem, in quo animus veritatis indagator acquiesceret; imò quod ad utramlibet cogitationem firmum haberet fundamentum, aut conjecturam gravem, abstinendum mihi duxi ab eâ disceptatione, quam usque adeò contemplabar ancipitem, ut non haberem, quò magis propenderet assensus. Nam si ab auctorum numero, et auctoritatis pondere momenta consideret, æquum utrilibet cogitationi inest ab auctorum numero, et Scripturæ sacræ auctoritate momentum. Auctores, qui pro utrâlibet cogitatione certant, æquales penè sunt numero, sanctitate, doctrinâ; rationes in utramlibet partem non admodùm premunt. Quæ citantur ex Scripturâ sacrâ testimonia, si diligenter expendas, in alios sensus trahi possunt. Ea non invita, et magis fortassè ad Scripturæ non infrequentes usus consentaneè. Quid ergo faciam in re conjecturali, ubi infirmæ sunt, et dubiæ conjecturæ? Adeat lector, si, quod alii senserunt, nôsse vult, inter alios Martinum de el Rio in præfatione ad Cantica, Sebastianum Barradas tomo 1, lib. 5, cap. 9; Pinedam in Salomone prævio, lib. 8, cap. 1, qui omnes acriter pro Salomone certant, et quæ alii in utramque partem congresserunt diligenter et expenderunt accuratè.

Sub hæc Salomonis tempora, id est, ad annum mundi 4160, floruerunt antiquissimi poetæ et musici, ut tradit Genebrardus in suo Chronico, ex Eusebio lib. 10 Præp. cap. 3: Linus, Philammon, Tamyras, Amphion, Orpheus, Musæus, Demodocus, Phœnius, Epimenides Cretensis, et quædam ex Sibyllis. Sed reverà id Eusebius non dicit, sed tantùm viris, qui hìc ab Eusebio, et Genebrardo nominantur, superiorem fuisse Moysem. Hoc tempore à Tyrrheno quodam Pyræo inventa tuba, ut auctor est Plinius lib. 7, cap. 56. In Salomonis tempus incidisse Homerum docet Cyrillus Alexand. lib. 7 contra Julianum; apud Latinos regnabat sextus rex Sylvius Æneæ Sylvii filius. His temporibus Homerum et Hesiodum floruisse, et à Didone ædificatam esse Carthaginem ex aliorum sententiâ docet Eusebius in Chronico.

CAPUT XII.

1. Venit autem Roboam in Sichem; illùc enim congregatus erat omnis Israel ad constituendum eum regem.

2. Atverò Jeroboam filius Nabath, cùm adhuc esset in Ægypto profugus à facie regis Salomonis, auditâ morte ejus, reversus est de Ægypto.

3. Miseruntque et vocaverunt eum. Venit ergo Jeroboam et omnis multitudo Israel, et locuti sunt ad Roboam, dicentes:

4. Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis; tu itaque nunc imminue paululùm de imperio patris tui durissimo et de jugo gravissimo quod imposuit nobis, et serviemus tibi.

5. Qui ait eis: Ite usque ad tertium diem, et revertimini ad me. Cùmque abiisset populus,

6. Iniit consilium rex Roboam cum senioribus qui assistebant coram Salomone patre ejus cùm adhuc viveret, et ait: Quod datis mihi consilium, ut respondeam populo huic?

7. Qui dixerunt ei: Si hodiè obedieris

CHAPITRE XII.

1. Alors Roboam vint à Sichem, *dans la tribu d'Ephraïm*, parce que tout Israel s'y était assemblé pour l'établir roi.

2. Mais Jéroboam, fils de Nabath, qui était encore dans l'Égypte, où il s'était réfugié dans la crainte qu'il avait du roi Salomon, ayant appris la mort de celui-ci, revint de ce pays,

3. Parce qu'on lui avait envoyé des gens pour le faire revenir. Jéroboam vint donc avec tout le peuple d'Israel trouver Roboam, et ils lui dirent:

4. Votre père nous avait chargés d'un joug très-dur; diminuez donc maintenant quelque chose de l'extrême dureté du gouvernement de votre père et de ce joug très-pesant qu'il avait imposé sur nous, et nous vous servirons.

5. Roboam leur répondit: Allez, et dans trois jours revenez vers moi. Le peuple s'étant retiré,

6. Le roi Roboam tint conseil avec les vieillards qui étaient auprès de Salomon, son père, lorsqu'il vivait encore, et il leur dit: Quelle réponse me conseillez-vous de faire à ce peuple?

7. Ils lui répondirent: Si vous écoutez maintenant ce peuple, et que vous leur cédiez,

populo huic, et servieris, et petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis diebus.

8. Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, et adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo et assistebant illi,

9. Dixitque ad eos: Quod mihi datis consilium, ut respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: Levius fac jugum quod imposuit pater tuus super nos?

10. Et dixerunt ei juvenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loqueris populo huic qui locuti sunt ad te dicentes: Pater tuus aggravavit jugum nostrum; tu releva nos; sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.

11. Et nunc pater meus posuit super vos jugum grave: ego autem addam super jugum vestrum; pater meus cæcidit, vos flagellis: ego autem cædam vos scorpionibus.

12. Venit ergo Jeroboam et omnis populus ad Roboam die tertiâ, sicut locutus fuerat rex, dicens: Revertimini ad me die tertiâ.

13. Responditque rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant,

14. Et locutus est eis secundùm consilium juvenum, dicens: Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro; patre meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.

15. Et non acquievit rex populo, quoniam aversatus fuerat eum Dominus, ut suscitaret verbum suum quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Jeroboam filium Nabath.

16. Videns itaque populus quòd noluisset eos audire rex, respondit ei dicens: Quæ nobis pars in David? vel quæ hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua, Israel; nunc vide domum tuam, David. Et abiit Israel in tabernacula sua.

17. Super filios autem Israel, quicumque habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam.

18. Misit ergo rex Roboam Aduram,

en vous rendant à leur demande et en leur parlant avec douceur, ils s'attacheront pour toujours à votre service.

8. Mais Roboam, n'approuvant point le conseil que les vieillards lui avaient donné, voulut consulter les jeunes gens qui avaient été nourris avec lui, et qui étaient toujours près de sa personne,

9. Et il leur dit: Quelle réponse me conseillez-vous de faire à ce peuple, qui est venu me dire: Adoucissez un peu le joug que votre père a imposé sur nous?

10. Ces jeunes gens, qui avaient été nourris avec ce prince, lui répondirent: Voici la réponse que vous ferez à ce peuple, qui est venu vous dire: Votre père a rendu notre joug très-pesant; et vous lui parlerez en ces termes: Le plus petit de mes doigts est plus gros que le corps de mon père.

11. Mon père, *à ce que vous dites*, a imposé sur vous un joug pesant, et moi je le rendrai encore plus pesant; mon père vous a battus avec des verges, et moi je vous châtierai avec des scorpions.

12. Jéroboam vint donc avec tout le peuple trouver Roboam le troisième jour, selon que Roboam le leur avait dit: Revenez me trouver dans trois jours.

13. Et le roi répondit durement au peuple; et, abandonnant le conseil que les vieillards lui avaient donné,

14. Il leur parla selon que les jeunes gens le lui avaient conseillé, et leur dit: Mon père vous a imposé un joug pesant, mais moi je le rendrai encore plus pesant; mon père vous a battus avec des verges, mais moi, je vous châtierai avec des scorpions.

15. Et le roi ne se rendit point à la volonté du peuple, parce que le Seigneur s'était détourné de lui *dans sa colère*, pour vérifier la parole qu'il avait dite à Jéroboam, fils de Nabath, par Ahias, Silonite.

16. Le peuple, voyant donc que le roi n'avait point voulu les écouter, commença de dire: Qu'avons-nous de commun avec David? quel héritage avons-nous avec le fils d'Isaï? Israël, retirez-vous dans vos tentes; et vous, David, veillez maintenant à votre maison. Israël se retira donc dans ses tentes, *et secoua le joug de Roboam.*

17. Mais Roboam régna sur tous les enfants d'Israël qui demeuraient dans les villes de Juda *et sur la tribu de Benjamin.*

18. Le roi Roboam envoya ensuite Aduram,

qui erat super tributa; et lapidavit eum omnis Israel, et mortuus est. Porrò rex Roboam festinus ascendit currum, et fugit in Jerusalem.

19. Recessitque Israel à domo David usque in præsentem diem.

20. Factum est autem cùm audisset omnis Israel quòd reversus esset Jeroboam, miserunt et vocaverunt eum congregato cœtu, et constituerunt eum regem super omnem Israel; nec secutus est quisquam domum David, præter tribum Juda solam.

21. Venit autem Roboam Jerusalem, et congregavit universam domum Juda et tribum Benjamin, centum octoginta millia electorum virorum bellatorum, ut pugnarent contra domum Israel, et reducerent regnum Roboam filio Salomonis.

22. Factus est autem sermo Domini ad Semeiam virum Dei, dicens :

23. Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda, et ad omnem domum Juda et Benjamin, et reliquos de populo, dicens :

24. Hæc dicit Dominus : Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel; revertatur vir in domum suam; à me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, et reversi sunt de itinere, sicut eis præceperat Dominus.

25. Ædificavit autem Jeroboam Sichem in monte Ephraim, et habitavit ibi; et egressus inde ædificavit Phanuel.

26. Dixitque Jeroboam in corde suo : Nunc revertetur regnum ad domum David,

27. Si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini in Jerusalem; et convertetur cor populi hujus ad dominum suum Roboam regem Juda, interficientque me, et revertentur ad eum.

28. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, et dixit eis : Nolite ultra ascendere in Jerusalem; ecce dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti.

29. Posuitque unum in Bethel et alterum in Dan.

qui avait la surintendance des tributs, *pour les exiger;* mais tout Israël le lapida, et il mourut. Le roi Roboam se hâta de monter sur son char, et s'enfuit à Jérusalem.

19. Et Israël se sépara de la maison de David, comme il l'est encore aujourd'hui.

20. Tous ceux d'Israël ayant entendu dire que Jéroboam était revenu, l'envoyèrent querir, et le firent venir dans une assemblée générale, où ils l'établirent roi sur tout Israël. Et nul ne suivit la maison de David, que les seules tribus de Juda *et de Benjamin.*

21. Roboam, étant venu à Jérusalem, assembla toute la maison de Juda et la tribu de Benjamin, au nombre de cent quatre-vingt mille hommes de guerre choisis, afin qu'ils combattissent contre la maison d'Israël, et qu'ils réduisissent le royaume sous l'obéissance de Roboam, fils de Salomon.

22. Alors le Seigneur adressa sa parole à Séméias, homme de Dieu, et lui dit :

23. Parlez à Roboam, fils de Salomon, roi de Juda, à toute la maison de Juda et à la tribu de Benjamin, et à tout le reste du peuple, et dites-leur :

24. Voici ce que dit le Seigneur : Vous ne vous mettrez point en campagne, et vous ne ferez point la guerre contre les enfants d'Israël, qui sont vos frères; que chacun retourne en sa maison, car c'est moi qui ai fait ceci. Ils écoutèrent la parole du Seigneur, et ils s'en retournèrent, selon que le Seigneur le leur avait commandé.

25. Or, Jéroboam rebâtit Sichem sur la montagne d'Ephraïm, et il y établit sa demeure; et étant sorti de là, il bâtit Phanuël.

26. Jéroboam dit cependant en lui-même : Le royaume retournera bientôt à la maison de David,

27. Si ce peuple va à Jérusalem pour y offrir des sacrifices dans la maison du Seigneur; le cœur de ce peuple retournera alors vers Roboam, roi de Juda, son seigneur; et ils me tueront, et retourneront à lui.

28. Et, après y avoir bien pensé, il fit deux veaux d'or, et il dit au peuple : N'allez plus à l'avenir à Jérusalem; Israël, voici vos dieux qui vous ont tiré de l'Egypte.

29. Il les mit, l'un à Béthel et l'autre à Dan, *aux deux extrémités du royaume;*

30. Et factum est verbum hoc in peccatum; ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan.

31. Et fecit fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.

32. Constituitque diem solemnem in mense octavo, quintâ decimâ die mensis, in similitudinem solemnitatis quæ celebrabatur in Juda. Et, ascendens altare, similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quos fabricatus fuerat; constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum quæ fecerat.

33. Et ascendit super altare quod exstruxerat in Bethel, quintâ decimâ die mensis octavi, quem finxerat de corde suo; et fecit solemnitatem filiis Israel, et ascendit super altare ut adoleret incensum.

30. Ce qui devint un sujet de *scandale et* de péché; car ce peuple allait jusqu'à Dan pour y adorer ce veau.

31. Il fit aussi des temples dans les hauts lieux, et il y établit pour prêtres les derniers du peuple, qui n'étaient point enfants de Lévi.

32. Il ordonna aussi qu'on célébrerait un jour solennel dans le huitième mois, le quinzième du même mois, pour répondre au jour solennel qui se célébrait en Juda *au septième mois;* et il montait lui-même à l'autel érigé à Béthel, pour sacrifier aux veaux qu'il avait fait faire; et il établit dans Béthel des prêtres des hauts lieux qu'il avait bâtis.

33. Le quinzième jour du huitième mois, qu'il avait fait *solennel,* à sa fantaisie, il monta à l'autel qu'il avait bâti dans Béthel; et il fit faire une fête solennelle aux enfants d'Israël, et monta à l'autel pour y offrir de l'encens.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Venit Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis Israel ad constituendum eum regem. Defuncto Salomone ejus loco successit Roboam, quem unum masculum ex tantâ feminarum colluvione susceperat, illumque prorsùs indignum regno, utpote cui mens inesset tarda, et ingenium ad bonas disciplinas et ad sanum de republicâ consilium indocile. De quo: *Et reliquit post se* (nempe Salomon) *de semine gentis stultitiam, et imminutum à prudentiâ, Roboam, qui avertit gentem consilio suo.* Et lib. 2 Paral. cap. 13, v. 7, rudis esse dicitur, et corde pavido. Duas præterea filias suscepisse dicitur Salomon lib. 3 Reg. 4, v. 11 et 15, Tapheth, et Basemath, quarum matres non nominantur, quia fortassè indignæ, quarum extaret nomen. Roboam natus esse dicitur matre Ammonitide, quæ Naama dicebatur 3 Reg. 14, v. 21. Quoto anno Salomonis genitus fuerit, diximus supra cap. 3, ad principium. Quòd si, ut docet Hieronymus, et cum eo non pauci, duodecimo Salomonis anno natus est Roboam, nihil mirum si minùs fuerit aut confirmatus viribus, aut ingenio præditus, cùm omnes, qui ad opus conjugale ætate parentum nondùm maturâ geniti sunt, aliquid habeant aut in corpore, aut in animo infirmum et exile, quasi natura ulcisci velit parentum præproperam intemperantiam, qui, se non jubente, aliquid aggrediuntur, quod ipsa non probat. Ita penè Hieronymus, epist. 132 ad Vitalem: « Ex quo perspicuum est homines à « parvâ ætate libidini deditos immaturâ eorum « sobole demonstrari, quòd etiam eo tempore « peccare cœperint, quod natura non patitur. »

Hinc igitur Roboam profectus est in Sichem, postquàm parenti, ut est verisimile, de more parentavit; in quo munere regio more atque apparatu præstando, aliquid temporis consumptum esse oportuit. Eò convenit totus Israel ut regem illum pro patre constitueret, qui ad id negotii Jeroboamum advocavit, cujus judicium et prudentiam rebus administrandis jampridem fuerat expertus. Et de verbis fortassè Ahiæ Silonitæ nonnihil audierat. Ille autem cùm certior esset factus de Salomonis morte, cujus causâ in Ægyptum abierat, rediit statim in patrium solum, et cum aliis simul ad locum venit, ubi de rege aut eligendo, aut renuntiando illa cogebantur comitia. (1)

(1) Vers. 2. — Jeroboam, audita morte ejus, reversus est de Ægypto. Quæ causa Jeroboamum impulerit, ut in Ægyptum fugeret, satis constat. Vir erat ingenio seditioso, inquieto, qui populum adversùs principem suum sollicitabat. Cùm Salomon in vincula illum dare tentâsset, ut vitâ illum, et se metu solveret, fugit in Ægyptum. Sed post regis obitum, fautores Jeroboami, quos sibi iste comparaverat in tribubus Ephraimi et Manasse, quibuscum occultam et perpetuam amicitiam detinuerat, monuerunt illum, opportunum redeundi tempus adesse. Reversus est igitur domum, venitque invitatus ad conventum Sichem, ubi inter primos auctores fuisse vi-

Vers. 4. — Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis (1). Sub extrema, ut reor, tempora Salomonis imperii immania hæc tributa imposita fuerunt, quæ duas ob causas ferre non poterat attritus populus, et supra vires novis quotidie exactionibus exhaustus. Quare orat novum regem Roboamum, si modò velit habere populum obsequentem sibi, aliquid adimat de pondere, quod lassi et attriti popularium humeri sustinere non possunt. Tulerant Salomonis imperio subjecti populi ad illud usque tempus extremum Salomonis impositum vectigal, tum quia minùs grave, tum quia ad templi fabricam, et Israelitici imperii præsidium et ornamentum, et ad alios communes et publicos usus conferebatur. At sub extrema tempora, cùm suas potiùs spectaret delicias delirus senex, et feminarum, quibus erat supra modum addictus, usibus non semper honestissimis extortas à populo divitias impenderet (quomodò enim aliter cum regio fastu septingentas reginas, fastidiosum et delicatum genus, et trecentas concubinas aleret?) ferre non potuit immanes illos et impudentes sumptus, atque ideò de abjiciendo, aut saltem allevando pondere deliberat; neque aliter Roboami subeundum esse jugum, nisi illi id detrahat quod vivente patre fuerat importabile. De immoderato vectigalium pondere, quàmque subditos lasset et alienet, multi multa dicunt. Unum tu vide Philonem Judæum lib. de Creatione principum sub finem. Ubi cùm causam quæreret, cur præceptum fuit à Domino, Numer. 22, versiculo 9, ne vinea altero seratur semine, inter alias hanc extremam addit: « Ne bonus, « inquit, ager prematur onere gravissimo vexa- « tus vel serentium, plantantiumque operis in « orbem redeuntibus, vel duplicatâ feracitate « fructuum. Satis enim est si Dominus ex suo « prædio tributum exigat annuum, sicut rex « à suâ ditione. Qui verò plura tributa conatur « imponere subditis, non facit officium princi- « pis, sed avari et pugnantis cum naturæ legi- « bus. Quapropter quicumque colonus nimis ad « rem attentus inter arbusta seminat, potest « objurgari his verbis legislatoris: Cur sævior « es regibus civitates regionesque debellanti- « bus? illi prospicientes futuro tempori suis « parcunt provincialibus, contenti uno tributo « annuo, ne subjectos citò redigant ad extre- « mam inopiam: vos autem cùm ex eodem « fundo colligatis ex vere hordeum atque triti- « cum, in æstate fructus, arborem duplici cum « tributo gravatam opprimitis, fieri non po- « test, quin exhaustus deficiat, quemadmodùm « athleta, cui respirare non datur, ac vires « colligere, ut certamen redintegret. » Sic sanè fit cùm subditi nimis à principibus avarè vexantur, ex quibus si sanguinem exprimas, neque vitam invenies, à quâ usum aliquem sperare possis, neque habebunt postea quid tibi in posterum impendant, neque si habeant, facient, nisi coacti. Vide Cassiodorum libro quarto variarum Histor. capite 38, ubi hâc de re latè et benè, et Nazianzenum oratione 9, ad Julianum, sub finem, ubi illum à tributorum gravi onere deterret, ubi inter alia planè gravia hæc scribit, nihil esse gravius et acerbius impositum homini propter parentis primi originalem culpam, quàm quòd hominibus cogitur dependere tributum. Et tandem Julianum admonet, ut videat quod tributi populo sibi subdito velit impositum; quia idem illi Deus miserorum ultor imponet. « Quo modo, inquit, alios « descripserimus in libro rationum et censûs, « eodem ipsi quoque describemur. Hanc de- « scriptionem si facilem et accommodam expe- « riri cupis, fac te commodum nobis et huma- « num præbeas. »

Vers. 5. — Ite usque ad tertium diem, et revertimini ad me. In hoc prudenter se gessit Roboam, quòd non nisi meditatò atque con-

detur petitionum populi, et fax seditionis, in familiam Davidis. Textus Hebræus planè contrarium Vulgatæ sensum reddere videtur; ita enim sonat: *Ipse habitavit in Ægypto, miseruntque et vocaverunt eum.* In Paralipomenis legimus: *Reversus est Jeroboam de Ægypto, et miserunt* (Israelitæ), *et vocaverunt eum* ad conventum. Totum discrimen ex unâ litterulâ petitur. Credibile est autem, ætate S. Hieronymi libros Regum et Paralipomenon hâc in re inter se convenisse. Quæ litteræ exprimunt *rediit*, eadem ex aliâ radice sonant etiam, *mansit*.

(Calmet.)

(1) Absoluto templo, Salomon sumptibus immodicis et odiosis sese implicavit, ut domûs suæ fastum promoveret, luxum uxorum suarum expleret, atque urbem Jerusalem ornaret. Hinc æmulatio et simultas tum urbium, tum tribuum cæterarum. Animadvertere licuit, occasionem defectionis Jeroboamo præbuisse *Mello*, quod princeps ille ædificandum, seu potiùs aggestâ humo per viros è tribubus Israelis obstruendum suscepit. Vectigales ejusmodi operæ, additæ mulctis atque tributis, *jugum* hoc durissimum, de quo populus hìc queritur, constituebant. Nullibi equidem in Scripturâ satis apertè constat, Israelitis mulctas et tributa indicta fuisse; ea enim imperabantur tantùm gentibus superatis atque subjectis. Nomen *tributum*, cùm de Israelitis agitur, uti jam animadversum est, innuit operas vectigales, quæ ab illis exigebantur.

(Calmet.)

sultò populis infensiùs incitatis respondere voluit. Assumpsit igitur secum tridui spatium ad deliberandum, quo exacto conventus illos hominum redire jussit. Interim et quid populus velit impartitur illis, quos eâ de re consultos voluit, et eorum in eâ re tam gravem sententiam exquirit.

Vers. 7. — Si hodie obedieris populo huic, erunt tibi servi omnibus diebus (1). Prudens sanè fuit seniorum consilium, quorum in rebus dubiis prudentiâ usus erat Salomon. Id enim usu plerùmque evenit, ut ex primo congressu atque sermone, quasi è facie cognoscamus illius quocum agere volumus, mores et ingenium. Ut autem facies et forma prima illorum quos antea non novimus, commendatio est; et oratio ex arte et prudenter instituta in ipso exordio sibi benevolentiam et gratiam ab illis conciliat, à quibus postea aliquid majus obtinere vult; sic prudentis est hominis in primo congressu atque aditu aliis non se præbere morosum aut difficilem, ut deinde illos sibi difficiles et morosos non habeat, sed obsequentes et gratos. Hoc igitur fuit seniorum consilium, ut bonum de se rex novus specimen præberet, et populi precibus non iniqua postulantis annueret, quò in posterum ad alia quæ sæpè incurrunt gravia atque molesta obsequentem haberet.

Vers. 8. — Adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo, et assistebant illi. Usitatum olim fuit, neque nunc alieni sunt ab hâc consuetudine principes, ut filiis quos optimis disciplinis informari student, alios adjungant coætaneos, qui eisdem dent operam disciplinis et studiis, et dùm alii alios in eo litterario atque ingenuo pulvere superare contendunt, invigilent diligentiùs, neque torpere sinant, et ante suum tempus senescere ingenium, quod illis studiis liberalibus excultum, magnos reipublicæ fructus sperabatur allaturum. Exemplis abundamus illorum qui filiis suis coætaneos adhibuêre pueros, qui iisdem cum filiis instruerentur disciplinis et modis, qui deinde magnos usus attulêre reipublicæ. Sic sanctus Thomas opere de regimine principum libro 4, capite 1, quod Ægyptiis usitatum esse tradit. Sanè id fecisse Sesostrem Ægyptium regem, scribit Diodorus libro 2, capite 1, qui quotquot infantes in totâ Ægypto eodem quo filius die nascerentur, adsciri jubebat, et cum filio pariter educari. Sed in eo iste rex errabat vehementer, quòd nullo de luctu coætaneos infantes congregabat, et in eo statu in quo nullius cognosci posset indoles et ingenium: nam id maximè primùm exploratum oportuit. Neque enim quidquam magis nocet teneræ adhuc et rudi ætati, quàm illorum consuetudo atque usus familiaris, à quorum naturâ malâ aliquid principis moribus insolesceret, qui tanquàm mollis cera facilè fingitur accipitque quamcumque formam, quam illi imprimere volueris, quodque pejus est, illam quàm diutissimè, imò ad extremum usque halitum conservat. Difficilè enim, ut ait Hieronymus ad Lætam, eraditur quod rudes anni perbiberunt, neque lanarum conchylia ad pristinum candorem revocari possunt. Accedit quòd illos amamus magis, illorumque consiliis libentiùs acquiescimus, quibus à rudioribus annis assuevimus, et quomodò adolescit, et confirmatur ætas, eodem etiam modo confirmatur et crescit amicitia. Sanè non tam facilè abduceretur Roboam juniorum consiliis cum tanto rerum suarum detrimento, nisi diuturnam cum illis consuetudinem habuisset. Quâ in re miror Salomonis sapientiam, qui cum his adolescentulis unicum filium in spe natum tanti imperii convivere permisit, quorum esset tanta in consiliis audacia tanta in deliberando ac tam præcipitata

(1) Audi S. Hieron., epist. 62, episcopi cujusdam clementiam in subditos celebrantem: « Amari, inquit, parens et episcopus debet, « non timeri. Antiqua sententia est: *Quem metuit quis, odit; quem odit, periisse cupit.* Unde « et in nostris litteris, cùm initia parvulorum « in timore consistant, perfecta dilectio foras « mittit timorem. Non quæris monachos tibi « esse subjectos, et ideò magis subjectos habes. « Tu offers osculum, illi colla submittunt; ex« hibes militem, et ducem impetras; quasi « unus in pluribus es, ut sis unus ex pluribus. « Citò indignatur libertas si opprimitur. Nemo « plus impetrat à libero quàm qui servire non « cogit. Novimus canones ecclesiasticos, non « ignoramus ordines singulorum, et lectione et « quotidianis exemplis multa didicimus, multa « usque ad hanc ætatem experti sumus. Qui « scorpionibus cædit, et lumbis patris habere « se putat digitos crassiores, citò regnum man« sueti David dissipat. Certè Romanus populus « ne in rege quidem superbiam tulit. Dux ille « Israelitici exercitûs, qui decem plagis affli« xerat Ægyptum, et ad cujus imperium cœ« lum et terra et maria serviebant inter cun« ctos homines, quos tunc terra generavit « mansuetissimus prædicatur, et ideò per qua« draginta annos obtinuit principatum, quia po« testatis superbiam lenitate et mansuetudine « temperabat. Lapidabatur à populo, et pro la« pidantibus rogabat, quia potiùs deleri ipse vult « de libro Dei, ne commissus sibi grex pereat: « cupiebat enim illum imitari Pastorem, quem « sciebat etiam errantes oves suis humeris por« taturum. *Pastor*, inquit, *bonus, ponit animam « suam pro ovibus suis.* » (Corn. à Lap.)

temeritas. Hieronymus ad Lætam de institutione filiæ: « Habeat et in discendo socias, qui« bus invideat, quarum laudibus mordeatur: « non objurganda est, si tardior sit, sed lau« dibus excitandum est ingenium, ut et vicisse « gaudeat, et victa doleat. » Et paulò altiùs de puellarum moribus, quæ filiæ assiduæ futuræ sunt: « Procul sit ætas lasciva puerorum, ipsæ « puellæ et pedissequæ à secularibus consortiis « arceantur, ne quod malè didicerint, pejus « doceant. » Hanc curam habuisse videtur Philippus Macedo, qui rudiori ætati Alexandri filii illos addidit socios, qui deinde illi in re bellicâ magno fuerunt usui, dignique habiti, in quos jam moriens amplissimi imperii molimina divideret. De quibus Machab. lib. 1, c. 1, v. 7 : *Et post hæc decidit in lectum, et cognovit quia moreretur. Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à juventute, et divisit illis regnum suum cùm adhuc viveret.*

Vers. 10. — Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei (1). Hæc absque dubio proverbialis est hyperbole, quâ significamus inter aliquos maximum esse discrimen. Quid enim majus, quid fortius in homine, quàm dorsum aut lumbi, ut alii legunt, quid in membris aut minus, aut infirmius minimo ac auriculari digito? Quare si quis grossiorem minimum haberet digitum alicujus dorso, ille planè gigantæam diceretur habere molem, respectu illius, qui nihilò esset pomilione procerior, aut qui cum elephante comparatus instar diceretur formicæ. Hujus proverbialis hyperboles usum nobis explicuerunt Septuaginta, qui sic hunc locum converterunt: *Parvitas mea crassior est lumbo patris mei.* Clariùs Chaldæus : *Debilitas mea fortior est robore patris mei.* Similis est illa proverbialis comparatio Judic. 8, v. 2 : *Melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer.* Similia apud profanos occurrunt multa. Virgil. eclog. 1, de Româ :

Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit urbes,
Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.

An Roboamus his verbis usus fuerit ad populum non solùm plenis cujusdam stolidæ insolentiæ, sed etiam in parentis nomen ignominiosis, incertum est : tantùm enim habemus respondisse aggravandum esse jugum, et à se populum multò quàm à patre duriùs esse tractandum. Sed est verisimile quo erat mentis stupore, sicut dixit alia omnia, quæ ab adolescentibus acceperat, sic etiam hæc verba non omisisse. Quid autem spectârit Roboamus aut adolescentes illi, dùm tantoperè Salomonem inferiorem esse dicunt, non est cur anxiè investigemus. Viri enim leves, inexperti, gloriosi, quique audaces non tam esse quàm videri volunt, quid dicant non admodùm priùs meditantur, quia id tantùm agunt, curantque, ut ad omnia existimentur impavidi.

Vers. 14. — Pater meus cæcidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. Hic etiam dicendi modus proverbialis est, quo etiam duriùs significatur supplicii genus. Flagellum nihil habet aliud præter ictum, quo caro pulsatur, quod plerùmque fit è materiâ vitili aut lentâ, quæ neque carnem concerpit ac dividit, sed tantùm tundit relinquitque vibices ac livorem; quare est lorum, aut taurea, aut certè virga, non quidem dura, quæ dùm impingitur non vibratur ac flectitur, sed lenta, quale vimen est, aut palmas è vite, aut lentus quarumdam arborum ramus, quæ ideò à Latinis appellantur flagella. Virgil. lib. 2 Georg. :

Neve inter vites corylum sere ; neve flagella
Summa pete, aut summas definge ex arbore plantas.

Columella lib. 3, cap. 10, de Vitibus : « Non « debet ultimum flagellum quasi fœcundum « observari, etiamsi plurimùm afferat, siqui« dem loci ubertate in fructum cogitur, sed id « sarmentum quod mediâ vite situm. » Quare vites, quas in militum capita frangebant olim centuriones, flagella dici possunt, et ab his fortassè nomen acceperunt, quæ ex corio fiunt et ex taurorum pelle, seu nervo, quæ taurea nominantur; aut etiam quæcumque scutica, quæ ex tortis funibus, aut aliâ tortili materiâ conficiuntur.

Scorpius aliquid habet, idque omninò atrocitatis horribilis, aculeos nempe, et in scorpionis caudæ similitudinem curvos; quales

(1) Id est, totâ corporis crassitie. Vulgaris et thrasonica locutio. Textus Vulgatæ in 2 Par. 10, 10, legit : *Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei,* vel lateribus patris mei. Perinde est sive dicatur *lumbis*, sive *corporis crassitie* patris mei. Hebræus idem est utrobique. *Digitum* non exprimit. Lumbi vel renes indicant robur. Symmachus : *Minimum membrorum meorum majus est corpore patris mei.* Josephus et Syriacus cohærent Vulgatæ. Phrasi hâc usum fuisse Roboamum, cùm populum allocutus est, non legimus quidem, sed nisi verba, sensum certè expressit : *Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro.* (Calmet.)

hami sunt et unci, qui sic pulsant ac verberant, ut etiam lacerent et concerpant corpora. Dicuntur autem scorpiones, quia sic aduncis horrent et armantur aculeis, sicut scorpius, caudâ incurvâ videlicet et acutâ. Sunt autem plantæ quædam spinosæ, quarum rami aduncis hisce stimulis instructi sunt, quales rubi, rosaria, ziziphi. Hinc etiam puto lora quæ hujusmodi aculeis instructa, et quasi hamata sunt, scorpiones appellari. His porrò hoc nomen esse datum existimo ad horrorem, quia ut timemus scorpionis ictum, quoniam cum vulnere venenum quoddam mortiferum infundit; sic etiam hamata lora, aut aculeatas virgas, quarum vulnus videtur esse mortiferum. Deinde hoc nomen assiduas videtur significare atque intentare plagas ad scorpii similitudinem, quia semper vulnera meditatur et mortem. De quo Plinius lib. 11, cap. 26 : « Semper cauda in ictu est, nulloque momento « meditari cessat, ne quando desit occasioni. » Quibusdam visum est scorpiones esse lora, quæ plumbatæ dicuntur, sed omninò errant. Scorpiones enim aduncis instruuntur aculeis, plumbatæ plumbeis pilis, seu globulis.

VERS. 15. — ET NON ACQUIEVIT REX POPULO, QUONIAM AVERSATUS FUERAT EUM DOMINUS, UT SUSCITARET VERBUM SUUM (1) QUOD LOCUTUS FUERAT IN MANU AHIÆ. 2 Par. c. 10, v. 15, paulò aliter : *Erat enim voluntas Dei, ut compleretur sermo ejus, quem locutus fuerat per manum Ahiæ.* Plus apud insipientem regem valuerunt inflata et stulta adolescentum verba, quàm matura senum et opportuna consilia, atque ideò duriùs

(1) Hebræus : *Et causa* (vel defectio) *fuit à Domino, ut suscitaret verbum suum.* Permisit Deus, ut stultè adeò se gereret Roboamus, denegatâ illi sapientiâ et intellectu, quo prævenire posset ac impedire defectionem Jeroboami. Ita res omnes et causas disposuit, ut ab eventu fides impleretur oraculi per Ahiam prophetam ad Nabati filium prolati.

(Calmet.)

Roboam ne se rendit point à la volonté du peuple, parce que le Seigneur s'était détourné de lui dans sa colère, pour vérifier la parole qu'il avait dite à Jéroboam par Ahias, Silonite. On ne se peut guère imaginer un plus grand aveuglement que celui de Roboam, cet héritier présomptif de la couronne de Salomon. Il sait que son père, quelque rempli de sagesse qu'il eût été, avait toujours eu des vieillards près de sa personne pour les consulter, et il refuse lui-même, étant jeune et sans expérience, de se conduire par leurs avis. Il aime mieux consulter les jeunes gens qui avaient été nourris avec lui, et préférer leur conseil à celui des autres, parce qu'il était plus conforme à la vanité de ses pensées, et qu'il flattait davantage son ambition. Et ce malheur lui arrive, comme le remarque l'Ecriture, *parce que le Seigneur s'était détourné de lui dans sa colère.* Car un homme, dit un ancien Père, que Dieu abandonne, est comme un vaisseau au milieu des mers sans pilote et sans gouvernail. *Homo enim quem Deus derelinquit, est tanquàm navis sine gubernatore.* « Qui ne tremblera, s'écrie « saint Augustin, dans la vue de ces redoutables jugements, par lesquels Dieu fait dans « les cœurs des méchants mêmes tout ce qu'il « lui plaît, en leur rendant néanmoins ce qu'ils « méritent pour leurs pechés? Roboam, fils de « Salomon, rejette l'avis salutaire des vieillards « qui lui conseillaient de ne point traiter le « peuple avec dureté; et il suit plutôt le sentiment des jeunes gens comme lui, en répondant avec menaces à ceux à qui il devait « parler doucement. D'où venait cela, sinon « de sa propre volonté ? Et cependant c'est ce « qui fut cause que la volonté de Dieu irrité « contre Salomon s'accomplit par la séparation « des dix tribus qui quittèrent Roboam, et qui « s'établirent un autre roi, ainsi qu'il l'avait « prédit par la bouche du prophete Ahias. « *Unde hoc, nisi proprià voluntate? Sed hinc ab « eo recesserunt decem tribus Israel, et alium regem sibi constituerunt, ut irati Dei voluntas « fieret, quod etiam futurum esse prædixerat.* » Un autre Père fait encore la même remarque, et témoigne que la réponse de Roboam, tout extravagante qu'elle était, servit à faire accomplir la parole très-équitable que Dieu avait prononcée contre Salomon. C'était la dévotion de ces grands évêques de considérer ainsi et d'adorer dans tous les divers événements du monde la sagesse et la justice de la conduite de Dieu à l'égard des hommes, en faisant voir que de quelque mauvaise volonté qu'ils fussent poussés, ils ne pouvaient néanmoins rien exécuter dont il ne tirât sa gloire, comme il a paru d'une manière si éclatante dans l'occasion du plus grand de tous les crimes, c'est-à-dire de la mort du Fils de Dieu, dont il fit naître le plus grand de tous les biens, qui fut le salut de l'univers.

Que si l'on déplore avec raison les malheurs d'un prince qui, pour avoir refusé d'écouter l'avis le plus sage des vieillards, fut cause de la ruine de son état, on peut bien dire qu'il n'est qu'une image d'un autre malheur sans comparaison plus déplorable, qu'on voit arriver souvent dans l'Eglise, lorsque les avis de ceux qui doivent être regardés comme les anciens conseillers du vrai Salomon, et qui se tiennent inviolablement attachés à la sagesse de son éternelle vérité, sont rejetés, et que l'on préfère en même temps à ces anciens Pères de l'Eglise des sentiments qui peuvent flatter davantage la cupidité et l'ambition des hommes, mais qui les mettent en grand danger d'être privés pour jamais de la part qu'ils pouvaient prétendre au royaume d'Israël. C'est ce qui fait dire à un grand saint, qu'entre deux sortes de personnes qui nous persécutent, la langue trompeuse de celui qui flatte est plus cruelle que la main meurtrière de celui qui tue. *Duo sunt genera persecutorum, vituperantium et adulantium. Plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris.*

(Sacy.)

accepit populum, dimisitque potiùs oneratum minis et injuriis, quàm oratione leni et benevolâ ad excipiendum novum regis imperium delinitum. Id autem ideò factum esse dicitur, quia Deus voluit illud impleri, quod paulò ante per Ahiam Silonitem Jeroboamo promiserat. Quomodò hæc et similia, quæ in Scripturâ sacrâ occurrunt, intelligenda sint, disputant theologi scholastici 1-2 S. Thomæ q. 1, 79; vide ibi Gabrielem Vasquez disp. 129, et Franciscum Suarium opusc. de Auxiliis lib. 2, cap. 2, n. 20. Quorum hæc est communis, veraque sententia, non quidem positivo influxu in errorem illum, et insipientes voces à Deo Domino impulsum esse Roboam, sed labi permissum, ut id quod Jeroboamo promiserat, impleretur.

Vers. 16. — Quæ nobis pars in David, vel quæ hæreditas in filio Isai? Eadem propè verba dixit Seba filius Bochri, cùm populum à Davidis dominatu seditiosè seduxit. A quo fortassè nunc Israelitæ sumpserunt verba, quibus seipsos ad secessionem hortabantur. Sic autem Seba lib. 2 Regum c. 20, v. 1 : *Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai. Revertere in tabernacula tua, Israel.* Quomodò hæc dicendi forma sit penè solemnis atque legitima illis, qui ab alio separantur, ita ut cum illo nihil velint esse commune, sicut cùm connubialis dissolvitur nexus, aut cùm ab aliorum congressu, indicto anathemate, separamur, quæ nos pluribus ostendimus ad locum citatum ex lib. 2 Reg. et in nostris Commentariis super Acta, ad illud cap. 8 : *Non est tibi pars neque sors in sermone isto.* Quibus verbis Petrus à fidelium communione Simonem abscidit; *sors* autem, et *hæreditas* idem omninò sunt. Ex eo loco pete. Cur autem hìc David potiùs, quàm Roboam à tumultuante populo nominetur, duplex causa est, aut quia David patronimicè sumitur pro ipsius nepote Roboam, sicut etiam pro Christo sumitur, qui ab illius semine profectus est, apud Ezechielem cap. 34, v. 23 : *Suscitabo super eum pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David.* Ubi nos de hoc loquendi genere copiosè; seu certè quod satis mihi videtur verisimile, modus ille, quo Seba populum à Davidis imperio abduxit, in proverbium abierat, quod sæpè contingit, quando verba quædam illustria sunt, atque ideò populus ad superiora respectans, non nominavit Roboamum, sed Davidem, quia in aliâ secessione sub eâdem verborum formâ nominatus fuerat David.

Vade in tabernacula tua, Israel; nunc vide domum tuam, David. Hæc verba illius sunt, qui dato libello repudii ab uxore divertit, qui uxori dicit : *Tuas tibi res habeas.* Quasi dicat: Tua tibi cura, ego mea mihi curabo : neque enim ampliùs mihi tecum erit negotii quidquam. Id enim valet: Habeat Israel sua tabernacula à Davide quàm longissimo intervallo distincta; neque David habeat cum Israele communem domum, aut familiare commercium.

Vers. 17. — Super filios autem Israel, quicumque habitabant in civitatibus Juda regnavit Roboam (1). Quomodò etiam super Benjamin regnaverit, et tamen una tantùm tribus Juda illi dicatur esse relicta, diximus supra, cap. 12, v. 13.

Vers. 18. — Misit ergo rex Roboam Aduram, qui erat super tributa, et lapidavit eum omnis Israel. Nondùm Roboam excesserat ex Sichem, ubi proximè habuerat universi Israelis infausta comitia, et quasi cum bonâ gratiâ benevolum dimisisset populum, ut expeditas haberet rationes vectigales, quæstorem misit maximum, cui commissum ante fuerat de pecuniâ procurandâ negotium. Abulensis q. 11, docet quibusdam visum esse eo consilio missum Aduram ad populum, qui nondùm in sua tabernacula decesserat, ut tributum exigeret antiquum, aut etiam fortassè novum imponeret : ut eâ ratione subditorum exploraret animos, quos non putabat tam citò ac facilè recusaturos imperium, quod antea subierant.

(1) Tota ditio Juda mansit in fide Roboami, rexitque ille Israelitas omnis tribûs Juda, atque advenas aliarum tribuum, qui eò migraverant. Regnavit etiam in Benjamin, ac in partem ditionis Simeonis et Levi. Denique quisquis Israelitarum detrectavit conscium se præbere cultûs vitulorum Jeroboami, recipientes sese in ditionem Juda, cæteris Roboami subditis accesserunt. Post Roboamum qui successerunt reges, e corrasis Israelitici imperii partibus, pomeria sua dilatârunt. Ita Abia Jeroboamo eripuit urbes Bethel, Ephronem et Jesanam cum agro suo. Sub Asâ Israelitæ è tribu Ephraim, Manasse et Simeonis, magno numero sedes transtulerunt in ditionem Juda. Ex quo factum est, ut regnum Juda decimam, vel duodecimam partem totius Israelis multùm superârit; quin et sic acceptus Juda, nec opibus nec viribus reliquo Israeli ferè concedebat. Quare Roboamus statim ab exordio regni sui cogit sub signa, ut Israelitas rebelles reducat, exercitum centum octoginta millium selectissimorum. Deinde verò Abia exercitum habet quadringentorum millium, ejusque filius Asa ferè sexcentorum millium. Josaphat filius Asæ ducebat in prælium undecies centena ac sexaginta millia.

(Calmet.)

Quod ideò illi quicumque sint existimârunt, quia missus est Aduram, qui erat super tributa, qui sanè non videbatur aptus ut sedaret populum, et ad Roboami observantiam traduceret, cùm hoc hominum genus, qui vectigalia tractant, odiosum esse soleat, et magis aptum ad excitandas, quàm ad comprimendas seditiones. Imò, ut notavit glossa hìc, Aduram cum aliis adolescentibus consilium dedit Roboamo, ut jugum populo durius imponeret. Huic porrò cogitationi favet quòd Aduram lapidatus dicitur à populo, quod sanè non videbatur esse passurus, si verbis uteretur lenibus ad placandum, non autem de vectigalibus ageret, ut populum lacesseret. Quòd si ita est, stultè nimis fecit Roboam, neque cogitavit nondùm maturam esse vindemiam, neque ex acerbâ uvâ quidquam exprimi posse præter dolorem viscerum et stuporem dentium. Neque est improbabile aliter sensisse atque consuluisse senes, quorum melius erat de re communi in dubio illo rerum articulo consilium, sed vicisse juvenum sententiam, cui Roboamus ante paruerat. Qui timidi animi esse judicabant, et regii nominis prorsùs indignum, inanium populi vocularum rationem habere ac timere vacuas rerum umbras, quæ puerorum sunt ludicra potiùs quàm vera virorum ac metuenda terricula. Quòd si armatos populus animos habeat, et manus etiam objiciat armatas, tamen illius spiritus velle comprimere, et niti etiam contra impetum fluminis, opus esse regio nomine dignum. Quare tributa exigat, quæ patri quondam populus solitus esset dependere, quod si libentes solvere recusent, ab invitis extorqueat. Hâc igitur aut simili adolescentum oratione permotus, illius rei ergo misit Aduram, quasi ad subditum populum et ad omnia obsequia paratum, quem communi conspiratione lapidibus oppressit Israel universus.

Sed est communis, et, ut ego reor, vera sententia, eo consilio missum Aduram, ut sedaret populum, doceretque longè alium futurum esse regem, quàm verba illa imperiosa ac dura præ se ferebant; cùm tamen populus in regem esset hostiliter infensus, lenioribus verbis non est delinitus, qui priùs duris fuerat exulceratus. Hujus sententiæ est Josephus, Abulensis, supra, Lyra et alii fermè omnes, qui in libros Regum ediderunt commentaria.

Porrò rex Roboam festinus ascendit currum et fugit in Jerusalem. Adhuc Israel et Roboam erant in Sichem, quia nondùm erant dissoluta comitia, quia aut populus sperabat aliquid æquum obtinere se posse à rege novo, neque ipse rex spem abjecerat retinendi populi in officio ac fide. At ubi rex lapidatum vidit Aduram, qui regiam repræsentabat personam ac nomen, injuriam sibi factam interpretatus est, et seipsum in suo sive quæstore, sive legato interfectum putabat, ut dicit Josephus lib. 8, c. 3. Et veritus ne ipse in caput suum odium experiretur populare, conscenso curru quàm potuit velocissimè Hierosolymam rediit, ut se populari furori subduceret, et de communi re securè magis ac accuratè decerneret. (1)

(1) Vers. 19. — Recessitque Israel a domo David, usque in præsentem diem. Quæres, an decem tribus licitè fecerint schisma, seque separârint à Roboam, qui erat legitimus regni hæres, et Salomonis successor? Respondet Abulensis id licitè eos fecisse, quia ipsi, inquit, liberi erant. Roboam verò volebat eos in servitutem redigere; poterant ergo ab eo recedere: populus enim vel respublica regem creans illi dat imperium et jus regendi; ergo illa idipsum ei potest auferre vel minuere, si is eo abutatur in populi perniciem: populus enim non absolutè, sed certis conditionibus se principi regendum tradit, quas si princeps non servat, potest eum abdicare. Hæc Abulensis. de quibus alibi dicendum. Veriùs dicas, id factum esse de voluntate et decreto Dei, ut patet versu 24.

Præclarè monet principem Tacitus lib. 4 Annal.: « Dura, inquit vectigalia populo non « imponant; nimia enim in exigendo tri- « buto severitas, et nimium ipsum tributum « impositum movet subditos frequenter ad « seditionem. » (Corn. à Lap.)

C'est ici encore une preuve de la vérité que saint Augustin nous vient de représenter touchant cette souveraine sagesse de Dieu, qui fait servir à l'exécution de ses ordres adorables la volonté, toute criminelle qu'elle est, des hommes et des démons. Car quoique Dieu, comme le remarque saint Jérôme, fût en colère contre Salomon, il ne faut pas croire que cette colère de Dieu, toute juste qu'elle était, justifiât cette conduite d'Israël, qui viole tout d'un coup l'obéissance qu'il devait à Roboam, à cause de la dureté avec laquelle il leur avait répondu. Ils devaient, avant toutes choses, dit ce saint docteur, consulter Dieu, comme la loi même les y obligeait, et savoir de lui, par la bouche de ses prophètes ou de ses prêtres, si c'était sa volonté qu'ils établissent, comme ils firent, un autre roi parmi eux. *Nec statim, quia Deus Solomoni iratus est, idcircò Israel benè suscepit regem; debuerat enim, juxta legis præcepta, interrogare Dominum, an vellet hoc fieri.* Car, comme il dit encore admirablement, il fallait que le Fils de l'homme fût trahi, mais malheur à celui par qui il devait être trahi! *Nam et de Salvatore dicitur, quòd oporteat quidem tradi Filium hominis; sed væ illi per quem tradendus sit!* Les Israélites donc

Vers. 20. — Factum est autem cum audisset omnis Israel, quod reversus esset Jeroboam, miserunt, et vocaverunt eum. Venerat, ut vidimus, cum aliis è populo ad comitia in Sichem Jeroboamus, tanquàm princeps omnium, qui de constituendo rege deliberaturi convenerant. Neque opus fuisset illum per nuntios advocare, quia verisimile est ex illo conventu non recessisse, cùm res adhuc publica foret turbata, et prudentium hominum indigeret consilio, quorum ille tunc princeps habebatur. Quòd si ille jam excesserat, quod ita fortassè contigit, per legatos revocatus est, ut de se populi universi judicium audiret ; aut certè si nondùm abierat à suo tabernaculo, accersitus est legatione publicâ, quasi imperium susceptùrus, quo Roboamus omninò censebatur indignus. Cætera ad versum 25, obscura non sunt : tantùm enim continent voluisse Roboam à populo jam alieno obtinere vi, quod officiis ac benevolentiâ non poterat : cùmque ex duabus tribubus quæ illi ex toto Israele relictæ fuerunt, exercitum copiosum collegisset, revocatus est à Semeiâ prophetâ, à quo audivit decretum esse à Domino, ut decem tribus Jeroboamo servirent. Quibus verbis à priori consilio abductus, exercitum dissolvit, et aliter atque à principio statuerat, regni Israelitici servatas sibi reliquias composuit. (1)

étaient criminels et ingrats de secouer de la sorte l'obéissance qu'ils devaient au petit-fils de David, et de traiter avec insulte la mémoire de ce prince qui devait leur être si vénérable. Mais Dieu, qui tire le bien du mal même, et qui exerce sa justice, quand il lui plaît, par le ministère des méchants, dont la mauvaise volonté lui déplaît toujours, se servit de cette révolte d'Israël pour punir l'impiété de Salomon et la vanité de Roboam. (Sacy.)

« Ces mots, dit Voltaire : *Tout Israël se « sépara de la maison de David, comme il en est « séparé encore aujourd'hui*, prouvent que l'au- « teur écrivait très-long-temps après l'événe- « ment..... S'il n'était qu'un homme ordinaire, « on pourrait douter de tout ce qu'il raconte. » Un historien qui aurait écrit 40 ou 50 ans après le schisme de Jéroboam, ne pouvait-il pas bien dire alors : *Dans ce temps commença la séparation d'Israël d'avec Juda, que nous voyons subsister aujourd'hui ?* Ce texte ne prouve autre chose, sinon que le royaume d'Israël subsistait lorsque l'auteur écrivait ; or, il n'a subsisté que 260 ans en tout ; par conséquent cet écrivain, ayant vécu nécessairement durant cet intervalle, n'a pas pu être très-éloigné du temps des événements qu'il raconte, et a pu en être très-voisin. Il mériterait donc, à ce titre, d'être regardé comme un témoin instruit, n'eût-il été *qu'un homme ordinaire*. (Duclot.)

(1) Vers. 21. — Venit autem Roboam Jerusalem, et congregavit universam domum Juda et tribum Benjamin, centum octoginta millia electorum virorum bellatorum....

« Roboam, dit Voltaire, vint avec cent qua- « tre-vingt mille soldats choisis.... pour com- « battre contre la maison d'Israël.... Un misé- « rable roitelet, de la dixième partie d'un petit « pays barbare, pouvait-il avoir une armée de « cent quatre-vingt mille combattants ? »

C'est vouloir faire illusion que de comparer des corps de troupes disciplinées que nos monarques mettent en campagne, et qu'ils entretiennent au loin, avec cette multitude d'habitants des états anciens, qui prenaient les armes dès qu'ils étaient convoqués. On rassemblait des armées prodigieuses, en cas de besoin, dans très-peu de temps, ce qui était facile dans des pays de médiocre étendue. Dès qu'on n'avait plus besoin de l'armée, chacun s'en retournait dans sa maison. (Duclot.)

Vers. 22. — Semeias. Nomen prophetæ sub regno Roboamis celebris. Scripsit ille historiam rerum hujus principis, et posquàm Sesac rex Ægypti in ditionem Juda irrupit, Deus per Semeiam denuntiavit regi, virisque principibus, merito perfidiæ ipsorum sese illos manibus ejus regis tradidisse. Sed cùm rex Juda justitiam Domini agnovisset, Semeias ejus nomine spopondit futurum, ut regnum ejus à Sesaco penitùs non everteretur, sed ipsum mansurum Sesaco subditum, ut expertus nosceret, quantùm esset discriminis inter Dei atque hominis servitutem. Intelligere ex his licet, quanta esset Semeiæ auctoritas in Judâ ; illo enim loquente, rex cum centum quadraginta millium exercitu cogitur arma ponere, denuntiante prophetâ, omnia quæcumque acciderant, consilio et providentiâ Numinis contigisse. (Calmet.)

« La révolte des dix tribus sous Roboam, « disent les incrédules, fut l'ouvrage des pro- « phètes du Seigneur, qui voulaient se venger « de Salomon sur son fils. En effet, le prophète « Ahias avait prédit à Jéroboam qu'il régnerait « sur dix tribus, et lorsque Roboam voulut « réduire les rebelles, le prophète Séméias dé- « fendit aux soldats de marcher contre leurs « frères. » Les impôts et les travaux dont Salomon avait chargé ses sujets, et que Roboam refusa de diminuer, furent la véritable cause de la révolte de Jéroboam et des dix tribus; les prêtres ni les prophètes n'y eurent aucune part. Lorsqu'ils ne disent rien contre un gouvernement trop dur, on les accuse de fomenter le despotisme; s'ils appuient les plaintes du peuple, on leur reproche de souffler le feu de la sédition. Seméias empêcha une guerre civile, on lui en fait un crime ; s'il l'avait conseillée, on le rendrait responsable du sang répandu. Venons aux reproches faits à Ahias : 1° ses censeurs supposent que sa prédiction fut faite à Jéroboam après la mort de Salomon; c'est une fausseté : Salomon vivait encore. Si ce prophète ne fut qu'un fanatique, comment put-il prévoir que Roboam monté sur le trône rebuterait le peuple; que le peuple se mutinerait; que dix tribus, ni plus ni moins, secoueraient le joug et se donneraient un autre roi ? Jéroboam conçut alors si peu le dessein de parvenir à la royauté qu'il se sauva en Egypte, et qu'il n'en revint qu'après la mort de Salomon.

2° Dieu lui-même avait révélé à Salomon ce qui arriverait après sa mort; Ahias, ne fit que confirmer cette prédiction. Si Salomon n'en profita pas pour donner de salutaires leçons à son fils, il fut coupable; mais ce n'est point au prophète qu'il faut en imputer la faute.

3° Il paraît que Jéroboam lui-même n'entra pour rien dans la sédition. Il est dit que les villes mécontentes s'en retournèrent chacune chez elles; que Roboam ayant envoyé un de ses officiers pour les ramener à l'obéissance, elles le lapidèrent; que le roi lui-même s'enfuit de Sichem à Jérusalem; qu'ensuite les tribus ayant appris que Jéroboam était de retour d'Egypte, elles lui envoyèrent des députés, le firent venir dans leur assemblée et l'établirent roi d'Israël : ce fut donc de leur propre mouvement qu'elles le choisirent, et non point par l'instigation du prophète.

4° Les prophètes, loin de souffler le feu de la discorde à cette occasion, empêchèrent la guerre et l'effusion du sang. Séméias défendit aux sujets de Roboam de combattre contre leurs frères, et la guerre n'eut pas lieu; la conduite de cet autre prophète ne l'a pas mis à l'abri des reproches des incrédules; ils l'ont accusé d'avoir confirmé les rebelles dans leur schisme. Quel triomphe pour eux s'ils pouvaient citer un seul prophète qui eût excité le peuple à se soulever contre son souverain! Jéroboam, loin de suivre les leçons d'Ahias, fit tomber les Israélites dans l'idolâtrie. Aussi, lorsqu'il envoya son épouse deguisée pour consulter le même prophète sur la maladie de son fils, Ahias, quoique devenu aveugle, la reconnut avant même qu'elle eût parlé; il lui annonça sans ménagement la mort prochaine de cet enfant, et les châtiments terribles du Seigneur.

5° Si les prophètes avaient été des imposteurs et des fanatiques, ils auraient flatté et ménagé les souverains. Au contraire, ils ne cessaient de leur reprocher leurs crimes, de leur prédire des châtiments, et ils bravaient la mort pour exécuter les ordres de Dieu. Imputer à ces saints personnages les maux qui sont arrivés à des princes impies, c'est vouloir qu'ils aient été la cause de leur perversité; qu'on cite un seul roi qui se soit mal trouvé de les avoir écoutés.

« Malgré les remontrances des prophètes, « continuent nos adversaires, Jéroboam établit « l'idolâtrie dans Israël : ces inspirés n'avaient « donc pas prévu l'avenir; ils eurent beau me- « nacer, Jéroboam régna vingt-deux ans, et « fut toujours en guerre contre le royaume de « Juda. Il y a tout lieu de croire que les pro- « phètes mécontents se rejetèrent du côté de « son adversaire. Ces guerres civiles furent « atroces et cruelles, parce que c'étaient des « guerres de religion, dont les prophètes fu- « rent toujours les auteurs. » D'abord on ne peut accuser Séméias d'avoir été l'auteur de la guerre, puisqu'il l'empêcha. D'un autre côté, Roboam fut *tolérant*, et laissa régner l'idolâtrie parmi ses sujets. Les prophètes n'eurent donc pas lieu d'être plus contents de lui que de Jéroboam. Que les guerres continuelles entre les rois d'Israël, presque tous idolâtres, et les rois de Juda, qui souvent tolérèrent l'idolâtrie, aient été des guerres de religion, toujours excitées par les prophètes, c'est une fausseté palpable qui n'a pas le moindre fondement dans l'histoire. Parce que Salomon et d'autres rois furent idolâtres, parce que plusieurs contractèrent des mariages illégitimes, les incrédules concluent que la religion juive n'était pas encore fixée, ou que les lois de Moïse n'existaient pas encore; mais a-t-on jamais imaginé que des crimes *commis malgré les lois*, soient une preuve de *la nullité des lois?* Les prophètes n'ont cessé de menacer les prévaricateurs des châtiments annoncés par la loi. Jéroboam fut puni par la destruction de sa race, et Roboam par la guerre que lui fit le roi d'Egypte, qui pilla le temple.

« Il est étonnant, disent les incrédules à « l'occasion de ce dernier événement, que « Dieu consentît que les idolâtres sacriléges lui « ravissent les riches offrandes dont la loi des « Hébreux le montre si avide. » Non seulement Dieu y consentit, mais il le voulut pour exécuter la menace qu'il avait faite à Salomon. Loin de paraître avide d'offrandes, Dieu, en cent endroits, réprouve celle des méchants, des hypocrites, d'un peuple qui veut allier son culte avec celui des idoles. Un de nos critiques l'avoue, et se réfute lui-même. Et c'est là le grand crime que les sophistes de nos jours ne peuvent pardonner ni à Moïse, ni aux prophètes, ni à plusieurs rois des Juifs : ils n'ont pas voulu *tolérer* l'idolâtrie, cette religion si commode et si humaine, qui permettait la prostitution, les débauches contre nature, l'intempérance et la crapule, les sacrifices de sang humain, etc. : c'étaient des *fanatiques*, des *furieux*, des *forcenés*. Mais les rois idolâtres étaient *tolérants*, c'étaient des *sages*; les prêtres du paganisme ne forçaient personne à embrasser leur culte, c'étaient des hommes *respectables*; les prophètes des faux dieux prêchaient l'indifférence des religions, c'étaient les *bienfaiteurs du genre humain*. Si les Juifs avaient pu se résoudre à faire de même, ils auraient été les *premiers* de tous les peuples. Leur histoire dit qu'ils n'ont été malheureux que quand ils ont été idolâtres : c'est *une fable*. Achab et Jézabel étaient intolérants, puisqu'ils faisaient massacrer les prophètes du Seigneur : *ils ont bien fait*, ces hommes dangereux doivent être exterminés. Les Perses, les Grecs, les Romains, les Turcs n'ont pas été plus tolérants que les Juifs : *cela ne fait rien*; il est permis aux païens d'être intolérants quand il leur plaît, cela n'est défendu qu'aux Juifs et aux Chrétiens.

Tel est exactement le résultat des idées des philosophes modernes. Ils ont fait l'apologie de tous les rois idolâtres, de Jéroboam, d'Achab, de Jézabel, etc., et ils ont accablé de calomnies tous les rois pieux, Joas, Ezéchias, Josias, Josaphat, etc. (Duclot.)

Vers. 24. — *Vous ne ferez point la guerre contre les enfants d'Israël, qui sont vos frères; car c'est moi qui ai fait ceci.* On fait sur cela une difficulté considérable, qui est de savoir si toutes les fois qu'une chose nous arrive par la volonté de Dieu, nous ne devons point travailler en aucune sorte à en être délivrés. Et un savant homme (Estius) y répond en disant que si cela était vrai absolument, il faudrait souscrire au paradoxe de Luther, qui prétend que l'on ne doit point combattre les Turcs, lorsqu'ils entrent dans les terres des Chrétiens, à

Vers. 25. — Ædificavit autem Jeroboam Sichem, et habitavit ibi (1). Jam ante fuerat ædificata Sichem, alioquin non ibi Roboamus provinciales conventus habuisset ; ædificata tamen dicitur à Jeroboamo, quia illam munivit et ornavit : ex usu autem Scripturæ id fieri dicitur, quod amplificatur et augetur : quo modo Babylonia Dan. 4, ædificata dicitur à Nabuchodonosore, cùm tamen multis ante seculis esset ædificata, quia illam ornavit multis ædificiis luculentis et splendidis, et magno civium numero locupletavit. Quod ideò fecisse videtur, ut splendorem et nomen conciliaret urbi, in quâ ipse rex à populo fuisset constitutus, et quia ad suam tribum pertinebat, quam aliis prælatam esse desiderabat ; tum etiam quia, cùm fines attingeret alieni regni, magnoperè expediebat adversùs quotidianas inimicorum irruptiones esse munitam.

Vers. 26. — Dixit Jeroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad domum David, si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo Domini. Timebat homo callidus Jeroboam, nisi suo sibi regno maturè caveret, futurum, ut aliquando gens quæ à Davidicâ familiâ discesserat, ad eam mutato consilio revocaretur. Videbat enim in Roboami potestate templum esse, in quo offerri tantùm sacrificia licebat ; sciebat à lege universos ex Israelitico semine juberi ter annis singulis templum obire, quod suis rationibus videbat incommodare quamplurimùm. Amor enim templi omnium augustissimi, quotquot orbis habuit, et religio tanta atque munditiis, tam loci quàm eorum quæ ipsi viderant, fierique audiebant continenti penè studio ab ordine Levitico, caperent sine dubio tunc animos alienos, et amare facerent regem et familiam quam tunc odissent, solvereturque regnum, quod tunc à tumultuante atque seditioso populo constitutum est. Quare statuit omninò avocandum esse populum à templo ; et quia durum erat avocare à religioso cultu, cui à multis seculis ante assuevisset, in suis quoque finibus templum ædificare constituit, et novos ibi deos conflare, ad quos populus religionis gratiâ conveniret. Rem quidem tentavit magnam, perfecit tamen homo callidus; quo verò id tentaverit modo, videndum est.

Josephus lib. 8, cap. 3, orationem adducit, quâ Jeroboamus populum ad suum votum et sententiam perpulit, quam cuivis promptum est legere. Cyrillus ad illud cap. 7 Oseæ, v. 3: *In malitiâ suâ lætificaverunt regem ; omnes adulterantes*, etc. Artificium ostendit quo Jeroboamus populum decepit, eòque deduxit ut vitulos coleret, quos pro vero Deo in suâ editione supposuit. Nam cùm dixisset in timore fuisse Jeroboamum, ne seditione factâ à populo, qui ægrè ferret antiquam religionem everti, et cum Ægyptiis sordibus commutari, vel occide-

cause que ce serait résister à la volonté de Dieu, qui se sert de ces ennemis de notre foi pour nous punir de nos péchés. Il est sans doute, ajoute-t-il, que c'est Dieu qui afflige tous les hommes, de quelque manière qu'ils soient affligés ; mais il ne s'ensuit nullement que quoiqu'un chrétien soit obligé de supporter patiemment ces afflictions, comme lui venant de la part de Dieu, il ne puisse et ne doive même user de tous les moyens légitimes qui seront en son pouvoir, pour s'en délivrer. On en peut voir une infinité de preuves dans l'Ecriture. Mais l'exemple seul de David persécuté par Absalom suffit pour nous en convaincre. Car il est certain que le fils se souleva contre son père, pour le punir, par un secret jugement de Dieu, du double crime de l'adultère et de l'homicide qu'il avait commis. David reconnut lui-même la justice de cette conduite de celui qu'il avait si outrageusement offensé. Mais, quoiqu'il s'humiliât profondément en la présence de Dieu, et qu'il portât cet état avec toute la patience et la douceur d'un roi vraiment pénitent, ainsi qu'il le fit paraître à l'égard de Séméï, il ne laissa pas d'envoyer ses troupes contre ce fils révolté, et d'user même de tous les moyens que la prudence lui put inspirer, afin d'arrêter les suites funestes d'une guerre si dangereuse. Et tant s'en faut qu'il s'opposât en cela à la volonté de Dieu, qu'elle seconda même tous ses desseins, et le rendit victorieux de son fils.

Lors donc qu'il est dit ici que Dieu défendit par son prophète à Roboam et aux deux tribus de Juda et de Benjamin, *de faire la guerre contre Israël, parce que c'était lui-même qui avait fait tout cela*, il voulait leur faire entendre, non seulement que cette révolte d'Israël était arrivée par un secret jugement de sa justice contre Roboam et Salomon, mais encore que c'était un arrêt fixe et irrévocable que le royaume des dix tribus fût transféré à Jéroboam. Ainsi Roboam et le peuple qui le suivait, ne doutant plus de la volonté de Dieu, qui décide souverainement des états, selon qu'il lui plaît, quitta les armes, ne pouvant pas s'opposer à ce décret du Tout-Puissant. (Sacy.)

(1) Dejecerat hanc urbem Abimelech filius Gedeonis, ante trecentos quinquaginta octo annos. Substitit ibi diù Jeroboam, regni initio, donec tandem sedem transtulit constituitque Thersæ, ubi pariter et reges ejus successores, usque ad conditam ab Amri Samariam consederunt.

Phanuel, urbs erat transjordanina, ad torrentem Jaboc. Arcem hanc à Gedeone in bello Madianitico eversam Jeroboamus vallavit, restituitque. Porrò Phanuel arx erat, quæ totius ditionis transjordaninæ possessionem illi asserebat. (Calmet.)

retur, vel (quod idem esse putabat) exturbaretur à regno, sumpsit quosdam, qui tacitè se in populi insinuarent animos, et quasi fermentum malitiæ ad vitulorum cultum callidè disponerent. Sic autem illic Cyrillus: « Cùm « esset (Jeroboam) vulpes, à dolo præsidium « petiit. Multos ex Israel summittit jactantes, « dicentesque ipsis vitulum conflandum, et « novos dies festos ac proprios inducendos, « atque ipsum à rege contendendum; ubi popu- « lum ad hoc perquàm paratum atque propen- « sum, et hujus rei suasoribus astipulari, unà- « que ipsis gaudere didicit, coactâ concione « palam promulgavit adorationem vitulis aureis « impertiendam, et diem festum octavi men- « sis decimum quintum sanxit, sicut scriptum « legimus lib. 3 Reg. c. 12. Hæc tunc Jeroboa- « mo dicente laudabat populus, et exclamabat: « Hæc est dies regis. Idem et nobis erit propo- « situm. Et aliis quibusdam hujusmodi laudi- « bus eum recreabat. » Hæc Cyrillus. De Jeroboamo quoque explicat Hieronymus hunc Oseæ locum in eamdem propè sententiam, licet obscuriùs. Vide quæ nos ad illum locum in nostris Commentaris adduximus. (1)

(1) Vers. 27. — Si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini, in Jerusalem. Timuit Jeroboam ne populus, vadens Jerusalem ad templum, rediret pariter ad regem Roboam regnantem in Jerusalem, diceretque: Volumus adhærere Jerosolymæ et templo, ergo et regi ejus Roboam; hinc jussit ne quis adiret Jerusalem et templum, sed ut in Dan et Bethel vitulis à se erectis omnes sacrificarent. Videbatur hoc ejus consilium politicè prudens, et ad regnum suum statumque politicum tuendum salutare; sed reverà fuit imprudens et perniciosum, statumque et regnum ejus prorsùs labefactavit et evertit. Hoc enim ei comminatus erat Deus, *in cujus manu sunt omnium jura regnorum*, et ita conugit: nam quia Jeroboam ad schisma regni sui tuendum, fecit schisma pariter in religione et fide, idcircò *deleta est* universa ejus *domus* et familia *de superficie terræ*, ut dicitur cap. 13. Regnavit enim ipse 22 annis duntaxat cum multis doloribus et incommodis. Successit ei filius Nadab, qui vix per biennium regnavit, et à servo suo Baasâ regno et vitâ privatus est, qui mox omnem familiam Jeroboam adeò extinxit, ut ne unus quidem ex eâ fuerit superstes, uti jam ante idipsum ei per Ahiam prophetam Deus comminatus fuerat; quæ omnia patent 3 Reg. 15, v. 25 et seq. Fuit ergo ipse stolidus æquè ac impius, quòd Deo promittenti stabilitatem regni in posteris suis, si sibi soli serviret, non crediderit. Esto enim populus ejus ivisset in Jerusalem adoratum Deum in templo, tamen Deus populum ipsi subjectum et obedientem fecisset, impedivissetque ne ad Roboam rediret; hoc enim expressè ei promiserat, ac mille modos id præstandi in mente et manu habebat. Talia ferè sunt consilia politicorum et Machiavellistarum (quorum iste Jeroboam clarissimum est exemplar), qui religionem faciunt servire politiæ, et talem fidem et religionem amplectuntur, qualem regno vel obtinendo, vel retinendo, vel augendo, aliisque scopis sibi propositis putant aptiorem. Etsi enim eorum consilia initio videantur speciosa et utilia, tamen plerùmque successu temporis maximis difficultatibus principes involvunt, et eis perniciem afferunt, ita disponente divinâ Providentiâ, quæ omnibus hominum consiliis dominatur. Audiant ipsi Nazianz. in laudem S. Athanasii orat. 21: « Constantius imperator, in- « quit, de tribus in morte doluit: primò quòd « propinquis suis necem intulisset; secundò, « quòd Julianum Apostatam imperatorem no- « minâsset; tertiò, quòd novis fidei dogmati- « bus studuisset, simulque cum his vocibus è « vitâ discessit. Princeps enim religionem ro- « borando, ab eo quoque roboratur. » Jeroboam in schismate secuti sunt Donatistæ, de quibus S. Aug. epist. 171: « Donatistæ, ait, episcopum con- « tra episcopum ordinaverunt; altare contra « altare erexerunt, (idque) in civitate Carthagi- « nensi, in capite Africæ, » sicut Jeroboam erexit altare contra altare.

Denique veram religionem, Deique cultum et pietatem, regni et reipublicæ esse fundamentum docet S. Aug. lib. 1 de Civit. et seq.; S. Ambr. de fide, ad Gratian.; S. Cyrillus ad reginas; quin et philosophi. Audi Platonem lib. 4 de Legibus.: « Ante omnia Deum invo- « cemus, ut civitatem nostram stabiliamus, « obsecremusque ut nos exaudiat, et nobis « propitius sit atque benignus, ad nos veniat « et leges ipse nos doceat, nostramque civita- « tem adornet. » Et Mercurium Trismegistum apud Rhodig. lib. 9, c. 19: « Est hominis men- « sura ante omnes religio, quam sequitur bo- « nitas; ea demùm tunc videtur esse perfecta, « si etiam cupiditatem omnium alienarum re- « rum despectui habeat virtute munita. Unus- « quisque pietate, religione, prudentiâ, cultu et « veneratione Dei clarescit, quasi oculis verâ « ratione perspectâ, et fiduciâ credulitatis suæ « eatenùs inter homines præstans, quatenùs « astra reliqua sol luminis majestate agnosci- « tur præcellere. » Pythagoræ sententia est, accedendo ad Deum effici unumquemque optimum. Xenophon. lib. 8 Pædiæ Cyri, Cambysem filio suo Cyro ad Astiagen avum proficiscenti, ita loquentem facit: « Hoc unum præci- « puè commendo, idque tanquàm pretiosum « thesaurum à patre donatum in tuâ memoriâ « perpetuò recondi cupio: Dei esto amicus, in « eumdem pius, nihilque aggrediaris nisi Dei « numine implorato; imbecilla enim est et he- « bes mortalium natura, nil Dei sapientiam « latet; omnia ex sententiâ iis cedunt, quibus « illa præstò est. » Quæ paterna admonitio tam altè filii animo insedit, ut non absque admiratione passim lectoribus inculcet Xenophon, quâ pietate Cyrus deos coluerit, et quo studio ac diligentiâ operam dederit, ut eos votis, precibus, sacrificiis placaret. Cicero Orat. de aruspicum repub.: « Quam, inquit, volu- « mus, licet P. C. ipsi nos amemus, tamen nec « numero Hispanos, nec robore Gallos, nec « calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec « denique hoc ipso hujus gentis ac terræ do-

VERS. 28. — ET EXCOGITATO CONSILIO, FECIT DUOS VITULOS AUREOS (1). Septuaginta δαμάλεις

« mestico nativoque sensu Italos ipsos ac Lati-
« nos, sed pietate ac religione atque hâc sa-
« pientiâ, quòd deorum immortalium numine
« omnia regi gubernarique perspeximus, omnes
« gentes nationesque superavimus. » Valerius Maximus lib. 1, c. 1 : « Omnia, ait, post reli-
« gionem ponenda semper nostra civitas duxit,
« etiam in quibus summæ majestatis conspici
« decus voluit; quapropter non dubitârunt sa-
« cris imperia servire; ita se humanarum re-
« rum futura regimen existimantia, si divinæ
« potentiæ benè atque constanter fuissent fa-
« mulata. » Et eodem in loco : « Non mirum
« igitur si pro ejus imperio augendo custo-
« diendoque pertinax deorum indulgentia sem-
« per excubuit, quod tam scrupulosâ curâ par-
« vula quoque momenta religionis examinare
« videtur, quia nunquàm remotos ab exactissi-
« mo cultu cæremoniarum oculos habuisse
« nostra civitas existimanda est. »

Porrò omnia præcepta regibus danda his duobus concluduntur : Memento quòd es homo ; memento quòd est Deus, judex et vindex. Prius ad refrenandam eorum potentiam, posterius ad voluntatem pertinet. (Corn. à Lap.)

(1) In imaginem Cherubim expressos fuisse vitulos censuit Moncæus, contenditque Jeroboamum eò tantùm spectâsse, ut colendas Israelitis proponeret imagines illis persimiles, quæ arcam fœderis protegebant. Certum constituit cum aliis planè multis, in simulacris Cherubim bovis figuram cæteris præstitisse ; sed nos in Exodo 32, 4, demonstrare conati sumus, Cherubim nullam habuisse certam atque constantem figuram.

ECCE DII TUI, QUI TE EDUXERUNT DE TERRA ÆGYPTI. Hebræum *Elohim* sonat deos vel idola ; sæpè tamen pro Deo vero usurpatur. Hinc asserendi locus Moncæo et Grotio datus est, Jeroboamum vitulos aureos ita proposuisse, ut de inducendâ in populum idololatriam nimè cogitaret. Illud tantùm conabatur, ut proponeret colendum eumdem, qui in templo Jerosolymitano, Deum, quique ita concipiebatur, quasi Cherubim insideret. Quis enim, inquiunt, in mentem inducat, Israelitas statim è cultu veri Dei in idololatriam transisse? Accusant illos frequenter prophetæ de adoptato cultu Baalis, Astaroth, Moloch, et aliorum vicinarum gentium numinum ; sed religionem vitulorum aureorum ne verbo quidem reprehendunt. Vitio Scriptura vertit Jeroboamo tantùm schisma illud, ex quo ad idololatriam viam paravit. Vitulos hosce eodem titulo donat princeps, quem sibi verus Deus frequentissimè vindicat : *Qui eduxerunt te de terrâ Ægypti.* Denique prophetæ in ditione Israelis agentes, quique veri Dei religionem non abjecerant, nunquàm tamen omnes illos principes totumque regnum ut idololatriæ addictum horruerunt, quanquàm ubique cultus aureorum vitulorum regnabat. *Usquequò claudicatis in duas partes?* Exprobrat Elias Israelitis : *Si Dominus est Deus, sequimini eum ; si autem Baal, sequimini illum.* Verum igitur Israelitarum Deum proposuerant sibi Israelitæ in utroque hoc simulacro. Hæc succurrunt ad excusandam utcumque idololatriam Jeroboami ac decem tribuum Israelis, convertunt in genere femineo, id est, *vitulas*, quod etiam fecit Josephus, quos secuti sunt

Sed facilè hæc explodunturi. Si cultus aureorum vitulorum in deserto impius erat et idololatricus, si Deus illum severissimè puniit, quis aureos vitulos Jeroboami ab impietate et idololatriâ censeat immunes? Quæcumque enim ad excusandum Jeroboamum ejusque subditos afferri possunt, hæc pariter Aaronem atque Israelitas in deserto purgant. Annon Scriptura vitulos illos traducit nomine deorum alienorum et conflatilium ? *Fecisti tibi deos alienos et conflatiles, ut me ad iracundiam provocares ; me autem projecisti post corpus tuum ;* quæ verba sunt Ahiæ prophetæ ad uxorem Jeroboami. Nec vera sunt quæ de silentio prophetarum versantium in regno decem tribuum, probante cultum vitulorum, objiciuntur. Gravibus illos verbis castigat Osee : *Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariæ... et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel.* Et alibi : *Projectus est vitulus tuus, Samaria... et in aranearum telas erit vitulus Samariæ.* Quoties Scriptura Jeroboamum accusat de perducto Israele in errorem et in peccatum, atque à Domino defectionem ! *Separavit Jeroboam Israel à Domino, et peccare eos fecit peccatum magnum.* Cùm verò imaginem principis impii exhibere vult, incedere illum ait in viis Jeroboami, qui Israelem in peccatum induxit. Frustra igitur ab iniquo hoc principe crimen amoliris. Aureorum vitulorum cultum nullibi probat Scriptura ; neque conscios se illius exhibuerunt prophetæ, qui vitam in ditione Israelis egerunt. Quin et conati sunt pro viribus removere ab eâ superstitione populum, omnique tempore impium hunc cultum impiis cultoribus exprobrârunt. Abfuerant ab eâ superstitione sacerdotes Domini, qui et cum religiosissimis quibusque Israelitis à ditione Jeroboami secessêre. (Calmet.)

Et après y avoir beaucoup pensé, il fit deux veaux d'or, etc. Cet excès de Jéroboam paraît plus inconcevable en quelque sorte que celui même de Salomon. Car on conçoit plus facilement ce que peut l'amour excessif des femmes sur l'esprit d'un homme, et il est moins étonnant que Salomon s'y étant abandonné par un effet de la fragilité de la nature, et par une suite presque inévitable de cette grande affluence de toutes sortes de délices et de biens dont il jouissait, se soit dévoué à leurs sentiments, et leur ait voulu complaire jusqu'à quitter Dieu, puisqu'Adam lui-même l'abandonna pour plaire à sa femme. Mais ce qui paraît absolument incompréhensible, c'est que Jéroboam, à qui le prophète avait déclaré que *le Seigneur déchirerait le royaume entre les mains de Salomon, parce qu'il l'avait abandonné, et lui en donnerait à lui-même dix tribus,* songe à s'assurer la possession de ces dix tribus que Dieu lui avait données, en abandonnant Dieu comme avait fait Salomon, et regarde comme une grande politique, pour affermir sa couronne, ce qui l'avait fait perdre à ce prince même, à qui on l'ôtait pour la lui donner. Ce n'est point l'emportement d'une passion ardente qui le pousse à cet excès : il le fait par un conseil prémédité, et, comme parle l'Ecriture, *après y avoir beaucoup pensé.* C'est ce qui fait dire à

plurimi ex antiquioribus Patribus, ut Clemens Romanus, lib. 8, Const. cap. 52; Tertullianus lib. contra Judæos cap. 1; Epiphanius de Prophetarum vitâ in Joam prophetâ; Theodoretus hìc q. 42. Quâ de re nos pluribus ad illud Oseæ c. 10, v. 5 : *Vaccas Bethave coluerunt habitatores Samariæ*. Ubi etiam in genere femineo enuntiantur, qui à vulgato millies in masculino appellantur vituli. Ego primùm vitulos fuisse puto, quam ad rem, si mihi defuisset alia, Vulgati auctoritas satis esset ad fidem. Sed hoc planè docet textus ipse Hebraicus : *Sene agle Zaab*, ubi duæ sunt notæ masculini generis. Atqui dices : Cur Vulgatus, cùm de vitulis à Jeroboamo conflatis esset sermo apud Oseam, genus adhibuit femineum? Respondet Hieronymus irrisionis gratiâ vitulos vocatos fuisse vaccas, quod in omni, credo, idiomate familiare est. Cùm enim aliquem ignavum aut mollem significare volumus, id muliebri compellatione facimus. Sic Numanus apud Virg. I. 9, dùm Trojanis imbecillitatem exprobrat, et ignaviam, non Phryges appellat, sed Phrygias, sicut etiam Homerus Iliad. 8, Ἀχαΐδας vocat, non Ἀχαιοὺς. Et Isaias, cap. 3, v. 12 : *Mulieres dominatæ sunt eis*. Ut ergo Deus ostendat à vitulis nihil sperari posse magnum et opportunum, non *vitulos* vocat, aut *tauros*, in quibus constantia expectatur et robur, sed *vaccas* aut *vitulas*, quæ imbelles sunt et facilè deficiunt.

Sed quæret curiosus aliquis, cur Septuaginta vitulas expresserunt : quod item hoc loco fecit Josephus. Ribera ad locum Oseæ, de quo proximè, multis docet, et satis eruditè, neque vitulum quem antea conflaverunt Hebræi ad montem Sinai, neque duos alios quos ad illius imitationem finxit Jeroboam, aliquod masculini sexûs habuisse signum, cùm tantùm essent expressa vitulorum capita, ex quibus non magis vitulos quàm vitulas fuisse conjectes. Fecisse autem Jeroboam plures vitulos aut vitulas ad antiquissimi vituli exemplar, ex eo fit probabile, quia iisdem verbis usus est in illorum dedicatione Jeroboam in hoc lib. 3 Reg. c. 12, v. 28, quibus parentes olim ad montem Sinai alterum dedicârunt Exod. c. 32, v. 8; uterque enim dixit : *Ecce dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti;* quia verò alicui durum videri poterat tantùm vitulorum expressum esse caput, sicut viro cuidam docto visum est, cui ego difficilè persuadere potui; ideò mihi hoc accuratiùs explorandum est. Ita docet Hieronymus super Oseam cap. 7, in primis verbis : *In eremo vituli conflaverunt caput, atque dixerunt : Isti sunt dii tui, Israel.* Et cap. 11, v. 13, ad illud : *Et ego quasi nutritius Ephraim.* « Cùm « peccâssent, inquit, et fecissent sibi vituli ca- « put, dedi locum pœnitentiæ. » Augustinus ad illud Psal. 73 : *Dedisti eum escam populis Æthiopum :* « Ipsum, ait, caput vituli in ignem « misit et exterminavit. » Ambrosius, lib. 1 de Pœnit. cap. 8 : « Moyses rogavit, quando vi- « tuli caput fidei immemores adoraverunt. » Lactantius lib. 4, cap. 10 : « Cùm Moyses dux « Hebræorum ascendisset in montem, atque « ibidem quadraginta diebus moraretur, au- « reum caput bovis, quem vocant Apim, quòd « eos signo præcederet, figurârunt. » Idem Rupertus in illud Amos 5 : *Numquid hostias.* Et in eadem verba Beda Actor. 7. Cùm ergo Jeroboam ad hujus vituli similitudinem duos alios conflâsset, verisimile est duo potiùs capita, quàm tota vitulorum corpora ex auro formâsse. Quod etiam Septuaginta confirmant, qui cùm de vitulis hisce loquuntur, non vitulos, sed vitulas appellant hìc, ubicumque de vitulis sermo est, quas vocant δαμάλεις, illis semper genus attribuunt femineum. Idem facit Josephus lib. 8 Antiq. c. 3, ubi sæpè vitulas appellat aureas. Sed cur, si tantùm caput expressit, vituli à vulgato in masculino genere dicuntur?

Mihi non videtur difficilis solutio, cùm eo habitu efformari potuerint, ut licet caput tantùm esset expressum, nihilominùs in eo torvitas aut vis appareret masculina. Ut enim experientia docet, aliquid est in fronte ac totâ facie tauri, quod in vaccæ fronte ac facie non videmus. Unde qui nudum tauri caput videret, non difficilè cognosceret esse taurum. Adde quòd frequenter in Scripturâ vituli vocantur, non vitulæ, quæ mihi ratio gravissima est. Cur ergo vitulus olim ab Hebræis ad montem Sinai, et postea à Jeroboam in Dan et Bethel expres-

un savant théologien (Estius), qu'il était de la dernière folie à ce prince, après qu'il avait reçu ce royaume de la main de Dieu qui le lui avait promis, de s'imaginer qu'il le devait affermir par un moyen aussi impie que celui qu'il prit de proposer à son peuple des veaux d'or pour les adorer, comme si le même Dieu qui le lui avait donné, n'aurait pas pu le lui conserver. C'est cet homme cependant que Dieu a choisi pour régner sur les dix tribus d'Israël ; mais il l'a choisi dans sa fureur. Et qui osera, après un exemple si terrible, souhaiter encore d'être élevé en autorité sur les autres, puisque cette élévation même peut être souvent un effet de la colère de Dieu, ou au moins la cause d'une chute très-funeste ? (Sacy.)

sus fuerit, rationem affert S. Clemens Romanus lib. 6 Constitut. c. 20, et Lactantius nuper, quia Apis bos colebatur ab Ægyptiis, cujus effigies frequens erat apud ipsos.

Ecce dii tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Hæc eadem verba dixerunt Hebræi cùm ab Aarone aureus conflatus est vitulus, Exod. 32, v. 8, quæ verba usurpavit Jeroboam ad antiquissima illa secula respectans, sicut ad alia tempora respectantes, qui à Davidicâ familiâ recessêre, dixerunt : *Quæ vobis pars in David?* etc. Quo loco parùm videtur cautè se gessisse Jeroboamus, cùm memoriam excitavit vituli, quem damnatum à Domino, et ejus causâ multa populum pertulisse infortunia, ignorare poterat nemo. Quare nisi cum pietate mentem quoque exuissent, facilè intelligere potuissent in vitulis nihil esse divinum. Conflavisse autem ex metallo, aut è ligno, saxove finxisse aliorum deorum simulacra, quæ populo religioso cultu veneranda proposuit, habemus ex lib. 2 Paral. cap. 11, v. 15 : *Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum, et dæmoniorum vitulorumque quos fecerat.* Quo artificio, cùm ex eo populo alii in alios gentium deos essent propensi, omnium animos diverso deorum cultu sibi devinxit, et à veri Dei religione distraxit.

Vers. 29. — Posuitque unum in Bethel, et alterum in Dan (1). Noverat Jeroboamus molestum esse populo ter in anno ex universis Israelis finibus, quantumcùmque longè à Jerosolymâ distarent, ad unum tantùm locum religionis gratiâ convenire ; à quâ molestiâ ut populum liberaret, rationem iniit, licet impiam, non tamen suis rationibus importunam. Designavit enim duo loca eo situ atque ordine inter alias imperii Israelitici regiones, ad quæ cum minori labore atque impendio accedere possent, quicumque diem et locum sacrum vellent obire. Alterum posuit in Dan, quæ est ad aquilonarem regionem terræ promissionis : alterum in Bethel, quæ ad meridionalem spectat plagam, et pertinet ad tribum Ephraim, aut certè tunc erat ab Ephraimitis occupata. Quæ sit Bethel, et quo priùs nomine vocata, habes Genes. c. 21. Cur cùm vitulus, qui in Dan tam fuerit ab Hebræis cultus, neque in eo minùs impietatis, quàm in illo qui positus erat in Bethel, in hunc tamen quàm in illum divinæ intorqueantur minæ, et sæpiùs et duriùs, diximus in nostris Commentariis ad locum nuper citatum ex Oseâ. Nova autem illa non tam religio, quàm infamia sic affecit leviculum, facilèque commutabile Hebræorum ingenium, ut neque locorum intervalla, neque viarum asperitas retardârint hominum studia, quominùs ab extremis meridianæ plagæ finibus ad Dan usque aquilonarem terminum terræ promissionis peregrinationem religionis ac voti causâ susceperint. Illud enim videtur indicare illud vers. 30 : *Et factum est verbum hoc in peccatum : ibat enim populus adorandum vitulum usque in Dan,* quasi dicat: Ex longinquo loco, etiam ex Bethel. Solent enim homines, qui pii videri volunt, et religionis quam susceperunt, amantes, dissita procul fana, aut religionis gratiâ, aut novitatis studio, frequenter invisere.

Et fecit fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi. Ne filii Israel, quos retinere secum voluit Jeroboamus, antiqua sacrificia desiderarent, quæ priùs obiri audierant in tabernaculo, et proximè multò majora viderant in Salomonis templo, illorumque imaginem quamdam et umbram esse voluit in vitulorum idolorumque delubris, quæ construxit ad gentilium morem in lucis excelsisque locis. Elegit autem sacerdotes de extremis populi, id est, de fæce plebis, cùm ex Levitico genere nemo vellet illud nefarium sacrificii genus obire, et alii qui aliquo essent in numero, vile putarent munus illud, et nomen sacerdotale, quod apud gentes videbant nullo esse, aut certè exiguo in pretio. Porrò qui ex genere erant sacerdotali, et assueti templo, nullo modo sunt passi aut adorari vitulos et alia dæmoniorum monstra, quæ à Jeroboamo fabricari noverant, aut carere templo, ubi honestum illi ministerium obibant, et unde ad domesticos sumptus abundè suppetebat. Quare omnes excessêre ex decem tribuum finibus, etiamsi cum civitatibus à Josue pro levitico ordine quondam assignatis suburbana prædia, et alia commoda à lege constituta relinquerent. Quare coactus est Jeroboamus ad alias tribus pro deligendo, constituendoque sacerdotio confugere, ex quibus cùm recusarent alii, qui mediocri etiam conditione censebantur, extremos elegit, id est, quibus erat in populo vilis et extrema conditio.

Quòd autem sacerdotes à Jeroboamo, vitulorumque impiâ veneratione recesserint, et ad Roboam templique ministeria redierint,

(1) Septuaginta in manuscripto Alexandrino, et S. Cyrillus in Osee, legunt Jeroboamum è vitulis hisce aureis alterum constituisse in Galgalis, alterum in Dan, pro *Bethel* et *Dan*. (Calmet.)

constat ex lib. 2 Paral. c. 11, v. 13 : *Sacerdotes autem et Levitæ, qui erant in universo Israel, venerunt ad eum* (nempe Roboam) *relinquentes suburbana et possessiones suas, et transeuntes ad Judam et Jerusalem, eò quòd abjecisset eos Jeroboam, et posteri ejus, ne sacerdotio Domini fungerentur.* Quæ verba sic accipio, licet aliter censeat Abulensis q. 19 : Quia sacerdotes viderunt sibi per Jeroboamum non licere templum adire Jerosolymitanum, sicut antea fecerant, quod non putabant, quando à Davidis familiâ defecerunt, quare statuerunt potiùs deserendum esse Jeroboamum et commoda quæ in civitatibus à Josue pro suâ familiâ destinatis habuêre parata, quàm templum et sacerdotale ministerium, quod, cùm vitulis diisque aliis gentilicis præstare nollent, ex aliis tribubus Jeroboamus sacerdotes assumpsit. Ita penè Lyra in hunc locum. Quòd autem è Levitarum ordine vitulis, idolisque sacrificaverint, permittente utique, imò et jubente Jeroboamo, constat ex Ezechiele, c. 44, v. 10, ubi Levitæ, qui secuti sunt Jeroboamum et errores Israel, et idolis sacrificârunt, à nobilioribus sacrificiorum ministeriis arcentur : *Sed et Levitæ qui longè recesserunt à me in errore filiorum Israel,* etc., *pro eo quòd ministraverunt illis in errore idolorum suorum, et facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis, idcircò levavi manum meam super eos.* Vide quæ nos in eum locum.

Cùm autem viri Israelitæ, qui noverant ex uno tantùm ordine Levitico sacerdotes sumi oportere, illud consilium tanquàm novum et iniquum horrerent, ad illos orationem habuit artificiosam et callidam Jeroboamus, quâ sedavit animos, et illud non esse à pietate atque religione avitâ alienum persuasit. Quam Josephus aut veram attexuit, aut verisimilem affinxit, ubi post alia dixit : « Nec deerunt sacerdotes et Levitæ ex vobis per me designati, « ne quid Leviticam tribum, et Aaronis progeniem desideretis. Ergo quicumque ex vobis « sacerdotium ambit, vitulum et arietem Deo « mactet, quo ritu ferunt etiam primum sacerdotem Aaronem creatum esse. His verbis « populum decepit auctor ei factus patriæ deserendæ religionis. » Hæc Josephus. (1)

(1) Vers. 30. — Factum est verbum hoc in peccatum, in causam peccati; vel crimen fuit maximum coram Domino. Non immeritò reputaverimus, primam hanc Jeroboami idololatriam malorum omnium, quæ contigerunt Israeli, gravissimum fuisse, et exemplum ob appendices suas, omnium quotquot unquàm fuerint, perniciosissimum. Quædam enim mala sunt, quorum perniciosi effectus vel intra certos fines continentur, vel corriguntur; sed idololatria Jeroboami non alium habuit exitum, quàm dispersionem et captivitatem decem tribuum; quin et meritò affirmaverimus, crimen illud secutum illos esse in exilium, ac longam illam malorum seriem, quâ hodiè usque onerantur, innexuisse. Vituli Jeroboami captivi cum cultoribus suis adducti sunt; nec tamen ideò ad puram et sinceram legum Domini obedientiam transire Israel voluit. Illorum pars in paganorum superstitiones degeneravit; pars verò per varia temporum intervalla repetens Judæam, conjunxit se Judæ, et in unum cum illo populum coivit. Qui illis successerunt, sedesque illorum occupârunt, Samaritani, originem à Jacobo alienam ducebant : gens erant à cultu et fœdere Domini abborrens.

Vers. 31. — Fecit fana in excelsis. Audacter loca religiosa multiplicavit, nihil minùs curans, quàm ut cultum populi ad unicum Numen cogeret; quin et utile futurum id censuit, ut oblivionem induceret Israelitis avitæ religionis, animosque ab Hierosolymâ et templo Domini alienaret. Animadversum est in versiculo sequenti, in ipsâ Bethel constituisse edita hæc loca, à populo frequentanda, religione utique inconditâ et superstitiosâ, quanquàm in eâdem urbe vitulus aureus jam ad cultum stabat. Hebræus fert tantùm : *Fecit domum,* vel templum *excelsorum;* quod commodè accipi posset de templo in Bethel excitato, in sedem vitulorum aureorum. Id autem innuitur v. 32, iis verbis : *Constituit in Bethel sacerdotes excelsorum quæ fecerat.* Sed legimus capite sequenti, v. 33, stetisse templa in editis locis sparsim per urbes regni Samariæ; quæ nos ad priorem sententiam revocant.

Et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi. Sacerdotes et Levitæ, qui fortè versabantur in tribubus Jeroboamo subditis, coacti sunt migrare in ditionem Roboami; impediebantur enim à rege Israelis, ne ministerio sacerdotali Domino fungerentur : *Eò quòd abjecisset eos Jeroboam et posteri ejus, ne sacerdotio Domini fungerentur.* Constat tamen, è Levitis quosdam perseverâsse in regno Jeroboami, atque in apostasiam turpissimè declinâsse : *Sed et Levitæ, qui recesserunt à me in errore filiorum Israel, et erraverunt à me post idola sua.*

Reddi posset Hebræus : *Elegit indiscriminatim è populo sacerdotes, nihil curans utrùm genus è Levi referrent.* Ad litteram : *Accepit sacerdotes de extremis populi.* Sæpiùs alibi animadvertimus phrasim originalem designare, ex quorumdam sententiâ, principes et optimates populi; ex aliis verò, fæcem populi, atque homines è vulgo. Denique juxta alios valet : Assumpsit indiscriminatim offerentes sese quoscumque; cui postremæ interpretationi favent quæ sequuntur : *Quicumque volebat, implebat manum suam,* atque se in sacerdotium ingerebat. (Calmet.)

Vers. 32. — Constituitque diem solemnem in mense octavo, quintadecima die mensis, in similitudinem solemnitatis, quæ celebrabatur in Juda. Sicut apud Hebræos sive ex Dei præ-

scripto, sive ex religiosâ consuetudine ac voto, stata erant, atque legitima tempora, in quibus præcipuæ quædam solemnitates celebrabantur majori quâdam religione, sic etiam in suâ novâ atque fucatâ religione, Jeroboamus certos voluit atque solemnes dies majori quâdam esse celebritate venerandos, in quibus octavi mensis decimam quintam constituit diem. Non video quodnam festum Hebræorum in octavi mensis decimamquintam diem incurrat, ut eo die ad Hebræorum similitudinem in suâ hæresi Jeroboamus aliquam solemniorem celebritatem institui voluerit. Video tamen in Hebræorum kalendario quosdam esse dies, in quibus dedicationes celebrabantur tabernaculi Moysis, templi Salomonis, et purgati et renovati templi à Machabæis, quæ dicuntur *encænia;* atque ideò suspicor constituisse Jeroboamum ad decimum quintum diem mensis octavi dedicare aureos vitulos, et illorum altaria, ita ut quotannis dies ille rediret festivus et sacer: aut fortassè aliud festum instituit, quale obiri soleret in Jerusalem, ut Azymorum, Tabernaculorum, Pentecostes. Ut libet, accipe.

Et ascendens altare similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat. Licet priùs aureos conflaret vitulos Jeroboamus, non tamen illis videtur primùm altaria construxisse, sed aliis idolis, quæ in lucis, et excelsis collocârat. Ibi sacerdotes quoque designati fuerant ex populi fæce, qui sanè videntur fuisse non pauci, quando ex illo numero selegit aliquos, qui sacris præessent in Bethel, augustissimo omnium atque notissimo sacrario, pro vitulorum religioso cultu constitutis. Id enim, ut opinor, valet illud, quod additur proximè: *Constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum quæ fecerat.*

Vers. 33. — Et ascendit super altare, quod extruxerat in Bethel (1). Cùm novis illis sacris conciliare vellet auctoritatem Jeroboamus, ipse voluit esse illorum sacrificiorum antistes, ut regium nomen cum sacerdotali sociaret. Illum autem decimum quintum diem de corde suo finxisse dicitur, quia neque lex erat ulla, quæ diem illum aut aliquâ religione sanctum ostenderet, aut aliquâ superiorum temporum memoriâ consignaret. Sed suo arbitratu diem illum ex omnibus elegit, in quo impiæ aræ victimarum sanguine redundarent, et vitulorum nomen cum symphoniâ et plausu clariùs resonaret.

Licet ad extremum addere ex lib. 2 Paralip. cap. 11, quod ad hanc historiam pertinet, de vitulorum sacris et novâ religione in Israeliticam gentem introductâ; quam licet amplexati fuerint plurimi, fuerunt tamen non pauci qui illam detestati sunt. De sacerdotibus et penè toto ordine Levitico diximus paulò ante ex hoc ipso cap. 11, v. 13; de aliis agitur v. 16, qui eo numero relictis suis possessionibus amore patriæ religionis ad Roboamum sese applicuerunt, ut maximoperè auxerint illius vires: *Sed et de cunctis tribubus Israel, quicumque dederant cor suum, ut quærerent Dominum Deum Israel, venerunt in Jerusalem ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum, et roboraverunt regnum Juda et confirmaverunt Roboam.* Sed non diu perstiterunt in

Et sacerdotes de extremis populi; q. d.: Non ex tribu Levi, ut statuerat Deus, sed ex quâlibet aliâ vilissimos homines constituit sacerdotes suorum vitulorum et idolorum. Ita profanantes religionem, profanant cætera omnia. Sed id decebat vilissimos vitulos, ut vilissimos haberent sacerdotes. Fuit ergo hoc justum Dei judicium. Sic et hæretici hoc ævo ministros suæ hæresis insipientis constituerunt cerdones, sutores, apostatas, et quisquilias hominum. Dignum tali patellâ operculum.

Sanè Aristot., ex mero lumine naturæ et philosophiæ l. 7 Politic., c. 9, præcipit, ut homines viles non constituantur sacerdotes, propter honorem qui religioni et majestati divinæ debetur.

Vide ergo unum eumdemque utrobique spiritum diaboli, qui quia contemptor sacrorum, ea omnia ad vilitatem traducit, ut irrideat et omnibus irridenda proponat, utque eos sensim deducat ad atheismum, ut nihil credant, negentque animæ immortalitatem, gehennam et omne numen, uti hoc ævo multos hæreticos fieri videmus atheos, ut sapienter advertit et annotavit Card. Hosius.

Audi Tertull. lib. de Præscript. adversùs hæreticos, c. 41: « Ordinationes eorum temerariæ, leves, inconstantes: nunc neophytos « collocant, nunc seculo obstrictos, nunc « apostatas nostros, ut gloriâ eos obligent, « quia veritate non possunt. Nusquàm faciliùs « proficitur, quàm in castris rebellium, ubi « ipsum esse illic, promereri est. Itaque alius « hodiè episcopus, cras alius; hodiè diaconus, « qui cras lector; hodiè presbyter, qui cras « laicus: nam et laicis sacerdotalia munera « injungunt. » (Corn. à Lap.)

(1) Et ascendit super altare ut adoleret incensum. Vide hic ut Jeroboam ex uno peccato schismatis, labatur in profundum scelerum. Arrogat enim hic sibi non tantùm regnum, sed et pontificatum, seseque facit pontificem et caput Ecclesiæ. Nam ut pontifex, adolet incensum, festa instituit, sacerdotes consecrat, fana ædificat. Ita Josephus. Quare in Jeroboam rectè torqueas illud Senesii episcopi epist. 101 ad Pylæmenem: « *Aliâ ratione « in foro verè ditescere non licet, nisi cuncta et « divina et humana jura confundas, et pro inge- « nuo veterator evadas.* » (Corn. à Lap.)

suscepto consilio, ac fide : nam tertio anno postquàm ad sacra paterna rediissent, ipsi quoque à Davidis viâ et avitâ religione defecerunt, ut clariùs constat capite sequenti, ubi

CAPUT XIII.

1. Et ecce vir Dei venit de Juda in sermone Domini in Bethel, Jeroboam stante super altare et thus jaciente ;

2. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, et ait : Altare, altare, hæc dicit Dominus : Ecce filius nascetur domui David, Josias nomine, et immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, et ossa hominum super te incendet.

3. Deditque in illâ die signum, dicens : Hoc erit signum quòd locutus est Dominus : Ecce altare scindetur, et effundetur cinis qui in eo est.

4. Cùmque audisset rex sermonem hominis Dei, quem inclamaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens : Apprehendite eum. Et exaruit manus ejus quam extenderat contra eum ; nec valuit retrahere eam ad se.

5. Altare quoque scissum est, et effusus est cinis de altari, juxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone Domini.

6. Et ait rex ad virum Dei : Deprecare faciem Domini Dei tui, et ora pro me ut restituatur manus mea mihi. Oravitque vir Dei faciem Domini, et reversa est manus regis ad eum, et facta est sicut priùs fuerat.

7. Locutus est autem rex ad virum Dei : Veni mecum domum ut prandeas, et dabo tibi munera.

8. Responditque vir Dei ad regem : Si dederis mihi mediam partem domûs tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto ;

9. Sic enim mandatum est mihi in sermone Domini præcipientis : Non comedes panem, neque bibes aquam, nec reverteris per viam quâ venisti.

10. Abiit ergo per aliam viam, et non est reversus per iter quo venerat in Bethel.

11. Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel ; ad quem venerunt filii sui, et narraverunt ei omnia opera quæ

tam Roboamus quàm totus Israel defecisse dicuntur à divinâ lege. Alia sunt in hoc capite de Roboamo, quæ suis locis commodiùs exponemus.

CHAPITRE XIII.

1. En même temps un homme de Dieu vint de Juda à Béthel, par l'ordre du Seigneur, lorsque Jéroboam était près de l'autel et qu'il y brûlait de l'encens ;

2. Et il s'écria contre l'autel, en parlant ainsi de la part du Seigneur : Autel, autel, voici ce que dit le Seigneur : Il naîtra dans la maison de David un fils qui s'appellera Josias, et il immolera sur toi les prêtres des hauts lieux qui t'encensent maintenant, et brûlera sur toi les os des hommes.

3. Et en même temps, pour preuve de ce qu'il prédisait, il ajouta : Voici ce qui fera connaître que le Seigneur a parlé : L'autel va se rompre, et la cendre qui est dessus se répandra par terre.

4. Le roi, ayant entendu ces paroles que l'homme de Dieu avait prononcées à haute voix contre l'autel qui était à Béthel, étendit sa main de dessus l'autel, et dit : Qu'on l'arrête. Et en même temps la main qu'il avait étendue contre le prophète se sécha, et il ne put plus la retirer à lui.

5. L'autel aussitôt se rompit en deux, et la cendre qui était dessus se répandit, selon le miracle que l'homme de Dieu avait prédit par le commandement du Seigneur.

6. Alors le roi dit à l'homme de Dieu : Offrez vos prières au Seigneur votre Dieu, et priez-le pour moi afin qu'il me rende *l'usage de* ma main. Et l'homme de Dieu pria le Seigneur, et le roi retira sa main à lui, et elle devint comme elle était auparavant.

7. Le roi dit encore à l'homme de Dieu : Venez dîner avec moi dans ma maison, et je vous ferai des présents.

8. L'homme de Dieu dit au roi : Quand vous me donneriez la moitié de votre maison, je n'irai point avec vous, et je ne mangerai point de pain, ni ne boirai d'eau en ce lieu-ci ;

9. Car le Seigneur, en me donnant cet ordre, m'a fait ce commandement : Vous ne mangerez point là de pain, et n'y boirez point d'eau, et vous ne vous en retournerez point par le même chemin que vous êtes venu.

10. Il s'en alla donc par un autre chemin, et il ne retourna pas par le même qu'il avait pris pour venir à Béthel.

11. Or il y avait un vieux prophète qui de-

fecerat vir Dei illâ die in Bethel, et verba quæ locutus fuerat ad regem narraverunt patri suo.

12. Et dixit eis pater eorum : Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filii sui viam per quam abierat vir Dei qui venerat de Juda.

13. Et ait filiis suis : Sternite mihi asinum. Qui cùm stravissent, ascendit,

14. Et abiit post virum Dei, et invenit eum sedentem subtùs terebinthum, et ait illi : Tune es vir Dei qui venisti de Juda? Respondit ille : Ego sum.

15. Dixitque ad eum : Veni mecum domum, ut comedas panem.

16. Qui ait : Non possum reverti neque venire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto,

17. Quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini, dicens : Non comedes panem, et non bibes aquam ibi, nec reverteris per viam quâ ieris.

18. Qui ait illi : Et ego propheta sum similis tuî ; et angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens : Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem et bibat aquam. Fefellit eum,

19. Et reduxit secum : comedit ergo panem in domo ejus et bibit aquam.

20. Cùmque sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum ;

21. Et exclamavit ad virum Dei qui venerat de Juda, dicens : Hæc dicit Dominus : Quia non obediens fuisti ori Domini, et non custodîsti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus,

22. Et reversus es, et comedisti panem et bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in sepulcrum patrum tuorum.

23. Cùmque comedisset et bibisset, stravit asinum suum prophetæ quem reduxerat.

24. Qui cùm abiisset, invenit eum leo in viâ, et occidit ; et erat cadaver ejus projectum in itinere ; asinus autem stabat juxta illum, et leo stabat juxta cadaver.

meurait à Béthel, à qui ses enfants vinrent raconter toutes les œuvres que l'homme de Dieu avait faites ce jour-là à Béthel ; et ils rapportèrent à leur père les paroles qu'il avait dites au roi.

12. Leur père leur dit : Par où s'en est-il allé? Ses enfants lui montrèrent le chemin par où l'homme de Dieu qui était venu de Juda s'en était allé.

13. Et il dit à ses fils : Sellez-moi mon âne. Après qu'ils l'eurent sellé, il monta dessus,

14. Et s'en alla après l'homme de Dieu, qu'il trouva assis sous un térébinthe, et il lui dit : Êtes-vous l'homme de Dieu qui êtes venu de Juda ? Il lui répondit : Je le suis.

15. Venez, lui dit-il, avec moi dans ma maison, pour manger du pain.

16. L'homme de Dieu lui répondit : Je ne puis retourner ni aller avec vous, et je ne mangerai point de pain, ni ne boirai d'eau en ce lieu-ci ;

17. Car le Seigneur, en me parlant lui-même, m'a donné cet ordre : Vous ne mangerez point de pain, et ne boirez point d'eau en ce lieu-là, et vous ne retournerez point par le chemin où vous serez allé.

18. Cet homme lui répondit : Je suis moi-même prophète comme vous, et un ange est venu me dire de la part du Seigneur : Ramenez-le avec vous dans votre maison, afin qu'il mange du pain et qu'il boive de l'eau. Il le trompa ainsi,

19. Et l'emmena avec lui. L'homme de Dieu mangea du pain dans sa maison et il but de l'eau.

20. Et lorsqu'il était à table, le Seigneur fit entendre sa parole au prophète qui l'avait ramené.

21. Et *ce prophète* cria à l'homme de Dieu qui était venu de Juda, et dit : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que vous n'avez pas obéi à l'ordre du Seigneur, et que vous n'avez point gardé le commandement que le Seigneur votre Dieu vous avait fait,

22. Et que vous êtes revenu en ce lieu, où vous avez mangé du pain et bu de l'eau, quoique Dieu vous eût ordonné de n'y point manger de pain, et de n'y point boire d'eau, votre corps ne sera point porté au sépulcre de vos pères.

23. Après que l'homme de Dieu eut bu et mangé, *le vieux prophète* sella son âne pour le prophète qu'il avait ramené.

24. Et comme l'homme de Dieu était en che-

25. Et ecce viri transeuntes viderunt cadaver projectum in viâ, et leonem stantem juxta cadaver. Et venerunt, et divulgaverunt in civitate in quâ prophetes ille senex habitabat.

26. Quod cùm audisset propheta ille qui reduxerat eum de viâ, ait : Vir Dei est, qui inobediens fuit ori Domini, et tradidit eum Dominus leoni, et confregit eum et occidit, juxta verbum Domini quod locutus est ei.

27. Dixitque ad filios suos : Sternite mihi asinum. Qui cùm stravissent,

28. Et ille abiisset, invenit cadaver ejus projectum in viâ, et asinum et leonem stantes juxta cadaver ; non comedit leo de cadavere, nec læsit asinum.

29. Tulit ergo prophetes cadaver viri Dei, et posuit illud super asinum, et reversus intulit in civitatem prophetæ senis ut plangeret eum.

30. Et posuit cadaver ejus in sepulcro suo ; et planxerunt eum : Heu, heu, mi frater !

31. Cùmque planxissent eum, dixit ad filios suos : Cùm mortuus fuero, sepelite me in sepulcro in quo vir Dei sepultus est ; juxta ossa ejus ponite ossa mea.

32. Profectò enim veniet sermo quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Bethel, et contra omnia fana excelsorum quæ sunt in urbibus Samariæ.

33. Post verba hæc non est reversus Jeroboam de viâ suâ pessimâ, sed è contrario fecit de novissimis populi sacerdotes excelsorum ; quicumque volebat implebat manum suam, et fiebat sacerdos excelsorum.

34. Et propter hanc causam peccavit domus Joroboam, et eversa est, et deleta è superficie terræ.

min pour s'en retourner, un lion le rencontra et le tua : et son corps demeura étendu dans le chemin ; l'âne se tint auprès de lui, et le lion demeura auprès du corps.

25. Des gens qui passaient par là virent son corps étendu dans le chemin et le lion qui se tenait près du corps, et ils vinrent le publier dans la ville où ce vieux prophète demeurait.

26. Ce prophète, qui l'avait fait revenir de son chemin, l'ayant appris, dit : C'est un homme de Dieu qui a été désobéissant à la parole du Seigneur, et le Seigneur l'a livré à un lion, qui l'a mis en pièces et l'a tué selon la parole qu'il lui avait dite.

27. Et il dit à ses fils : Sellez-moi mon âne. Après qu'ils l'eurent sellé,

28. Il s'en alla, et il trouva le corps mort étendu dans le chemin, et l'âne et le lion qui se tenaient près du corps ; le lion ne mangea point du corps mort, et ne fit point de mal à l'âne.

29. Le prophète prit donc le corps mort de l'homme de Dieu, le mit sur son âne, et, s'en retournant, il le rapporta dans la ville où il demeurait, pour le pleurer.

30. Il mit le corps dans son sépulcre, et ils le pleurèrent en disant : Hélas ! hélas, mon frère !

31. Après qu'ils l'eurent pleuré, il dit à ses fils : Quand je serai mort, ensevelissez-moi dans le même sépulcre où repose l'homme de Dieu, mettez mes os auprès de ses os ;

32. Car ce qu'il a prédit de la part du Seigneur contre l'autel qui est à Béthel, et contre tous les temples des hauts lieux qui sont dans les villes *du royaume* de Samarie, arrivera très-certainement.

33. Après ces choses, Jéroboam ne revint point du déréglement de sa voie toute corrompue ; mais il prit au contraire des derniers du peuple pour en faire les prêtres des hauts lieux. Quiconque le voulait remplissait sa main, et devenait prêtre des hauts lieux.

34. Ce fut là le péché de la maison de Jéroboam, et c'est pour cela qu'elle a été détruite et exterminée de dessus la terre.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Et ecce vir Dei venit de Juda in sermone Domini, Jeroboam stante super altare, et thus jaciente. Vixdùm novus sacerdos, et sacrorum antistes Jeroboamus sacrificale ministerium adierat, cùm adolere pararet thura, et vitulis, quibus aptius fuisset fœnum, libamenta quædam sacrificali ritu diffunderet, insonuit Juda fulmen, quod turbavit illud sacrificale nefarium sacrificium, et gravi regem pavore concussit, et vulnere sauciavit. Venit enim propheta Domini, qui gravia minatus est Jeroboamo, et quò illis major inesset fides, quæ minacibus edixerat verbis præsenti portento confirmavit.

De hoc prophetâ varia produnt historici atque interpretes. Tertullianus contra Psychi-

cos, c. 12, Sameam vocat, Epiphanius Joam in lib. de morte prophetarum in Joam. Sed communior est opinio vocatum esse Addo, quod, meo judicio, liquet apertè ex lib. 2 Par. c. 9, v. 29 : *In visione quoque Addo videntis contra Jeroboam filium Nabath.* Hunc porrò quidam patrem esse putant Zachariæ. Nam Zacharias c. 1, suæ prophetiæ filius dicitur Addo : sed hi errant omninò : neque enim, ut in eo loco Zachariæ docet Hieronymus, idem est nomen, quo hic et quo ille nominatur : hic enim dicitur יעדי *ichdi,* ille עדו *Ghido.* Item quia inter illum Addo et Zachariam interjecti sunt 480 anni, et eò plus, quod eo seculo duæ hominum ætates non implerent.

Vers. 2. — Et exclamavit contra altare in sermone Domini, et ait : Altare, altare, hæc dicit Dominus : Ecce filius nascetur domui David Josias nomine, etc. Licet hæc verba præcipuè petant Jeroboamum et sacerdotes, qui illius imperio operam sacrificalem vitulis impendebant, verba tamen contra altare, cui nihil erat mentis et sensûs, diriguntur : tum quia in illo futurum erat signum, de quo mox; tum quia in eo immolandi sacerdotes, qui vitulis aut immolârunt victimas, aut incenderunt odores. Adde quòd cùm res est ejusmodi, ut graves in animis excitentur affectus, res inanimatæ aut advocantur testes, aut audiunt de se formidandum aliquid, quod tamen hominum aut scelus ostendit immane, aut supplicium intendit horribile. Vide quid nos supra lib. 2, c. 1, ad illud : *Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniat super vos.*

Hæc porrò impleta sunt à Josiâ, qui sacerdotes in eo trucidavit altari, in quo ipsi impias immolârunt victimas, et ossa aliorum in eodem altari igne combussit, in quibus verisimile est multa illorum sacerdotum fuisse, qui sub Jeroboamo in vitulorum munus obierunt sacerdotale. Hæc omnia latè persecutus est sacer historicus lib. 4 Regum c. 23, quæ nos ubi ad eum locum ventum fuerit, pluribus explicabimus. (1)

(1) Immolabit super te sacerdotes excelsorum. Non satis disertè legitur in historiâ Josiæ immolatos ab eo principe fuisse super altaria aureorum vitulorum sacerdotes excelsorum. Constat tamen, regem hunc evertisse quidquid erat sacrorum idolis monumentorum, templa, idola, lucos, altaria, eaque pariter sparsis mortuorum ossibus polluisse, curâsse autem potissimum, ut everteretur ac frangeretur altare ab Jeroboamo erectum in Bethel, illudque profanâsse crematis ibi ossibus pseudoprophetarum, è sepulcris illorum in monte

Vers. 3. — Ecce altare scindetur, et effundetur cinis, qui in eo est. Non facilè illa saltem apud invitos auditores consequuntur fidem, quæ longo post tempore dicuntur habitura exitum, nisi præsenti aliquo signo confirmentur, et eo consilio Isaias cap. 7, cùm nasciturum diceret Emmanuelem ex virgine, quod non nisi multis exactis seculis futurum fuit, signum exhibuit præsens, duorum regum et regnorum interitum, à quibus et sibi et suis extrema omnia metuebat Achaz, ut nos eo loco pluribus ostendimus. Accepturus videbatur propheticas minas Jeroboamus tanquàm nugaces, et quasi ab inani cerebro, et quasi nunquàm essent habituræ pondus. Quare præsens à prophetâ signum accepit, quod illum de re tantâ dubitare non sineret, nempe altare illud recens è firmo, ut apparet, et benè compacto lapide, disjiciendum esse statim, et effundendos ex eo cineres, in quos ligna in eo congesta, et victimas in eo combustas ignis redegisset. Quod sanè statim propheticam liberavit fidem: discissum enim altare dispersit cineres, simul atque propheta minacem illam orationem habuit.

Vers. 4. — Apprehendite eum; et exaruit manus ejus (1), quam extenderat contra eum. Non tulit superbus rex tam liberam prophetæ vocem, quæ excitandæ novæ atque impiæ religionis studium tam reprehendisset audacter, tamque infelicem denuntiaret. Quare non solùm voce jubet apprehendi prophetam, sed ut primùm et quàm acriter fiat, manu significat extensâ atque minaci : neque ipse, ut erutis. Quis tamen sibi persuaserit, tantâ sapientiâ, pietate et religione principem superstites reliquisse sacerdotes et pseudo-prophetas, contra apertum hoc oraculum, cui asserendam ab eventu fidem totam Josias susceperat? Quin et in eodem capite legimus, regem illum, cùm ad urbes Samariæ venisset, ubi templa erant in locis editis consecrata, *fecisse eis secundùm omnia opera quæ fecerat in Bethel, et occidisse universos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi, super altaria, et combussisse ossa humana super ea.* Certò igitur constare arbitramur, Josiam vivos sacerdotes numinum, et mortua pseudo-prophetarum lipsana in altari veteri combussisse. (Calmet.)

(1) Audi S. Chrysost. homil. 4 in verba Isaiæ : « Christus, inquit, cùm ipse quidem in « faciem colaphis cæderetur, in servum qui « colaphum impegerat, nihil durius fecit; Je- « roboam verò cùm extentâ manu conaretur « apprehendere prophetam à quo coarguebatur, manus illius exaruit; per hæc te eru- « diens, ut quæ tibi invehuntur cum mansue- « tudine feras; quæ verò in Dominum inge- « runtur, multâ cum vehementiâ ulciscaris. » (Corn. à Lap.)

credo, infensas abstinuisset manus, nisi violari religionem timeret interruptis sacrificiis, quibus, quasi esset pontifex maximus, operam daret. Sed Deus, qui legatos à se ministros immunes ab omni injuriâ esse vult, sicut humani principes suos ab omni tuentur ignominiâ, quia sibi ipsis fieri interpretantur injuriam, non est passus audacem illam manum impunitam abire : statim enim atque superbam illam vocem offensionis plenam emisit, exaruit, ut erat vel ad plagam intenta, vel ad aliam aliquam injuriam elevata, ita ut neque contrahere posset illam, ad omnem jam usum prorsùs inutilem.

Vers. 6. — Et ait rex ad virum Dei : Deprecare faciem Domini Dei tui. Vexatio dedit intellectum regi, cui sanam mentem impotens dominandi libido sustulerat, et verum Deum esse confessus est, cujus paulò ante religionem prodiderat. Atque ideò jam mitior, jam minùs quàm proximè superbus et tumens orat prophetam, ut suam apud Deum sanitatem procuret, ut manus jam inutilis et mortua ad priores vires et usus revocetur. Quod tandem assecutus est ; neque tamen ideò animum deposuit antiquum, aut ad mentis sanitatem rediit ; sed, ut habes ad finem capitis, in novam illam impietatem non minùs quàm antea graviter incubuit. (1)

(1) Reversa est manus regis ad eum. Nervi ejus stupidi et rigentes, laxati demùm naturali loco restituti sunt. Brachium, quod rex adversùs prophetam extenderat, naturalem modum statumque recepit. Haud immeritò miramur, cur Deus usum manuum restituerit impio huic, qui neque animum neque gesta mutavit. Porrò restitutâ valetudine magis magisque inexcusabilis efficiebatur, et novo eo argumento convincendus erat de veritate oraculorum hujus prophetæ, simul autem et fallaci cultu quem instituerat. Non semper Deus redditâ corporis valetudine, sanitatem menti restituit. Prodigia non semper interiorum auxiliorum satellitio, quibus animus tandem expugnetur, stipantur. Frequenter signa solummodò sunt, quibus Dei gloria hominibus patefiat. E decem leprosis à Jesu Christo curatis unus tantùm reversus est, ut promeritas gratias medico suo rependeret. Electionem Saülis quæ non prodigia commendârunt? nihilò tamen seciùs, quis fuit infelicis hujus principis exitus? Quoties Achaz Numinis patrocinium expertus est? quam verò ille vitæ rationem tenuit? Quoties Pharao expertus est Domini vim, plagis Ægypti liberatus? post hæc autem omnia, quantâ animi pertinaciâ obduruit? (Calmet.)

Causam (hujus sanationis) dat S. Ambros. lib. 2 de Virgin., ad finem : « Rogavit, inquit, « veniam, statimque manus ejus, quæ aruerat « sacrilegio, sanata est religione. Tam matu- « rum in uno misericordiæ divinæ et indigna- « tionis exemplum extitit, ut sacrificanti su- « bitò dextera adimeretur, pœnitenti venia « daretur. » (Corn. à Lap.)

Vers. 7. — Veni mecum domum, ut prandeas, et dabo tibi munera. Alius jam est à seipso Jeroboam, quando prophetæ, cujus modò vocem tam impatienter acceperat, et prandium condicit, et munera promittit. Sed sicut Deus ex impiis et contaminatis manibus non accipit munus, sed potiùs execratur et horret, ut graviter ipse Isai. cap. 1, pluribus ostendit ; sic etiam suorum manibus ab hujusmodi donis continentiam indixit. Quare præcisè propheta sibi quidquam accipiendum esse negat, non solùm de manu Jeroboam, sed etiam de omnibus, quotquot erant in eo loco, nempe Bethel, quod erat religionis illius novæ primum maximumque sacrarium, etiamsi maximarum rerum jactura esset subeunda. Neque aliam causam adducit propheta bonus et fidelis, nisi quia illud habebat in mandatis à Deo ; quæ una ratio iis qui piè atque sapienter de rebus cogitant, instar multarum est ; imò ubi hæc adfuerit, reliquæ nihil debent habere momenti. Hoc exemplo Cyprianus utitur, ut probet catholicis cum schismaticis nullum futurum esse commercium, lib. 1, epist. 6, quæ est ad Magnum. « Tanta, inquit, indignatio Domini extitit adver- « sùs illos qui schisma fecerant, ut etiam cùm « homo Dei ad Jeroboam missus esset, qui ei « peccata sua exprobraret, atque ultionem fu- « turam prædiceret, panem quoque apud illos « edere, et aquam bibere vetaretur. Quod cùm « non custodiisset, et contra præceptum Do- « mini prandisset, statim divinæ censuræ « majestate percussus est, ut inde regrediens « impetu ac morsu leonis necaretur in itinere. « Et audet quisquam dicere aquam Baptismi « salutarem, et gratiam cœlestem communem « cum schismaticis esse posse, cum quibus nec « terrestris cibus, nec secularis potus debet « esse communis? » Quæ verba in omnes hæreticos non minùs commodè conveniunt.

Vers. 9. — Nec reverteris per viam qua venisti (1). Difficile est statuere cur Deus prophetæ

(1) Non comedes panem, neque bibes aquam, nec reverteris per viam qua venisti. Jusserat hoc prophetæ Deus ad detestationem idololatriæ, ut ipso facto ostenderet Bethelitas idololatras adeò esse detestabiles, et à Deo quasi excommunicatos, ut nullam fidelibus cum eis cibi vel potûs, imò nec viæ communionem habere velit. Jussit ergo eum in reditu aliam inire viam, quasi via in Bethel ob ejus idola esset polluta et execranda, nec ullo modo revisenda. Adeò severè verò vetuit Deus ei comedere in Bethel, ut, si à Jeroboam conjectus

jusserit, ne per illam regrederetur viam, per quam esset ingressus. Neque enim apparet, quid hæc viarum diversarum ratio ad Jeroboami, et ad illorum qui cum eo consenserant, ignominiam faciat, aut certè ad prophetæ securum et expeditum reditum, cùm ignoraret nemo per quam viam esset regressus, cùm in ipsâ meridianâ luce, eo nimirùm tempore, quo Jeroboamus operam suis navaret sacrificiis, non gustato pane ab urbe recesserit. Neque sanè falsi prophetæ filii viam per quam esset reversus ignorârunt, quando parentem ad reducendum illum deduxerunt. Ego primùm puto, ut voces ipsæ sonant, per aliam viam prophetam jussum esse reverti : quod et ipse primùm fideliter præstitit, qui non eâdem quâ venerat viâ reditum parabat in patriam. Nihilominùs ego proverbiale hic aliquid intueor : hoc enim dicendi modo significare solemus constantiam, firmumque progressum in eo, quod semel arripuimus; et contra, cùm aliquis inconstanter aliquid facit, et sine successu, ille retrorsùm rediisse dicitur, aut per viam quâ ierat fuisse reversus. Multa nos in eam sententiam adduximus lib. 2, cap. 1, ad illud : *Sagitta Jonathæ nunquàm rediit retrorsùm, et gladius Saül non est reversus inanis.* Ubi hanc sententiam multis confirmavimus exemplis, quibus adde illud Isai. cap. 37, v. 29, de Sennacherib, qui sine ullo successu vilis et pudibundus reversus est. *Reducam te in viam per quam venisti* ; et statim v. 34 : *In viâ quâ venit, per eam revertetur.* Juxta hæc ego putabam sic hâc dicendi formâ prophetæ à Domino commendari constantiam, ne minis terreatur, neque ullo modo à commendato sibi negotio deficiat, aut in eo peragendo languescat : sicut illi faciunt, qui aut adducti promissis aut exanimati minis retrorsùs abeunt. Quod quidem propheta cùm principio præstitisset egregiè, ad extremum defecit : cùm enim victor excessisset è Bethel, rediit tamen eòdem repetitis vestigiis, et in civitate à Deo propter novam illam religionem invisâ cibum sumpsit. Propter quod, opinor, idem supplicium subiisset interfectus à ferâ, etiamsi nullum gustâsset cibum, quia retrogressus eamdem esset viam non obsequendo remensus, quam proximè egressus obediendo calcaverat.

Vers. 11. — Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel. Hic senex, licet tunc habitaret in Bethel, erat tamen è Samariâ, unde ad vitulorum, altarisque dedicationem, quò sibi à Jeroboamo gratiam iniret, profectus est. Sanè lib. 4 Paralip. cap. 23, v. 28, venisse dicitur de Samariâ. Licet autem hic malus fuerit, fuit tamen propheta verus, per quem aliquando locutus est Deus; ita tenent, licet obscurè, Lyra, Cajetanus, Abulensis q. 138. Theodoretus verum appellat prophetam, et bonum. « Cùm enim, inquit, prophetam alium deduxit, « ut secum comederet in Bethel, non ideò fecit « ut eum deciperet, et in malum induceret; « sed quia ex eo quod à filiis audierat, virum « sanctum esse cognoverat, ab illo benedictio- « nem voluit accipere. »

Ego primùm cum aliis fermè omnibus verum existimo esse prophetam, quia, ut constat infra, vers. 29, verbum propheticum accepit à Deo, quo prophetæ, qui contra Domini præceptum reversus è viâ cibum gustavit, futurum interitum esse prædixit, et v. 32, verum dixit esse futurum, quod propheta sanctus contra aram Bethel et templa à Jeroboamo constructa vaticinatus est. Existimo item cum aliis plurimis hominem esse sceleratum et callidum (neque novum est ut mali etiam homines spiritum habeant prophetiæ, ut Balaam) sceleratum quidem, quia cùm sciret prophetam alium habuisse à Domino præceptum, ne quid gustaret in Bethel, repeteretque viam, quam ante decurrisset, decepit tamen hominem parùm cautum, et plus satis credulum, et primùm in peccatum, deinde in corporalem mortem induxit.

Cur autem prophetam decipere voluerit, varii varia cogitant. Abulensis q. 12, opinatur malum istum prophetam voluisse nutantem jam Roboami animum in priori sententiâ confirmare : cùm enim Dei minas accepisset, illasque altari subitò disrupto, et cineribus ex eo defluentibus confirmatas vidisset, de mutando consilio abolendisque vitulis cogitabat, quæ res magno prophetam illum emolumento privaret. Quare voluit prophetæ, id est, divino vaticinio fidem detrahere, et dolosæ nugacita-

fuisset in carcerem, debuisset potiùs mori fame, quàm cibum à Bethelitis oblatum sumere. Figura hæc erat ecclesiasticæ censuræ et excommunicationis, quâ Ecclesia vetat cum excommunicatis communicare et cibum sumere, ut illi bonorum consortio exclusi confundantur et resipiscant. Ita S. Cyprian. epist. 75; Lucifer Calarit. lib. de non conveniendo cum hæreticis, et ex iis Rupertus lib. 5, c. 6, et Abul. hic, q. 8. Quare hoc eis maleficium non est, sed beneficium, uti fuit ipsi Jeroboam, de quo Josephus : « Rex, ait, miratus viri continen- « tiam, eò magis de se cœpit esse sollicitus, ex « iis quæ viderat et audierat, parùm felicem « rerum suarum exitum augurans. »

(Corn. à Lap.)

tis arguere, ne quid apud regem jam fluctuantem in priori sententiâ ponderis haberet. Quod tunc facilè se consecuturum sperabat, si adeò aliquo modo duriùs affectus videretur; atque ideò studuit, ut præceptum à Deo impositum de non repetendâ viâ aut gustando cibo, violaret, quia id non credebat abiturum impunè. Idem penè historia Scholastica, quæ etiam addit, egisse prophetam illum malum cum Jeroboamo, ne sibi persuaderet, quòd obriguisset manus, aut disruptum fuisset altare, et effusi cineres, accidisse divinitùs : illud enim ex eo provenisse, quòd brachium lassâsset sacrificando : hoc verò, quia tantum pondus altare sustinere nequierit. Glossa hæc eadem adducit, magis tamen explicata. « Iste, inquit, pseudo-« propheta princeps erat sacerdotum, et valdè « à rege colebatur tanquàm divinus : timens « autem, ne per sermonem viri Dei rex ab ido-« lorum culturâ recederet, et se tanquàm ma-« leficum interficeret, excogitavit ut virum Dei « deciperet, satis acutè agens, ut dùm transgre-« deretur præceptum Dei, illius iram incurre-« ret, sicut postea fecit, cùm magis homini « quàm Deo credidit. At per hoc monstraren-« tur esse falsa, quæ prædixit, sicque regi per-« suadere posset, sicut fecit. » Reliqua ad vers. 20, obscura non sunt. (1)

(1) Vers. 18. Fefellit eum. Hebræus ad litteram : *Mentitus est ei.* Decepit mendacio. Dolone malo, an tantùm præposterâ humanitate? Dissidium est sententiarum de dotibus impiis vel bonis hujus prophetæ. Illud constat, virum hunc nimis leviter fidem viro ignoto hæc postulanti addixisse. Æquumne erat jussionem apertam assertamque deserere, ut ignoto, incertum quod sibi oggereretur, oraculo obtemperaret? Vaticinium quodlibet, repugnans verbo et voluntati Dei, nonnisi à malo principio petitur : *Licet angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquàm quod evangelizavimus vobis* (præterquàm quod certum à Deo tenetis), *anathema sit.* Tunc autem, si aliàs unquàm, probandi sunt spiritus. (Calmet.)

Vers. 19. — Reduxit secum; comedit ergo panem in domo ejus. Peccavit hic propheta, quia nimis facilè et temerè credidit alteri prophetæ mentienti Deum revocâsse suum præceptum ei datum de non comedendo in Bethel; debuisset enim magis eum, ejusque oraculum suo contrarium examinare. Cùm enim Deus ipse ipsimet clarè jussisset non comedere in Bethel, non debebat credere alteri prophetæ, dicenti Deum hoc præceptum revocâsse. Poterat enim et debebat cogitare : Deus mentiri nequit; hic homo mentiri et fallere potest; cur ergo Deo meo relicto credam homini mendaci? cur pro certo incertum et dubium amplectar? Certò enim mihi constat, Deum absolutè mihi vetâsse comedere in Bethel; quare hic homo dicens contrarium à Deo esse decretum, utique de fraude et de mendacio suspectus est. Nam, ut

Vers. 20. — Cumque sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam, qui reduxerat eum (1). Vixdùm ad negatam sibi men-

notat Abul., Deus omnia quæ præceptis ejus supervenire possunt, prævidet et præcogitat. Quare in ejus præceptis non est utendum interpretatione et epiikiâ; secùs est in mandatis hominum, qui omnia futura prævidere nequeunt, ideòque patiuntur epiikiam.

Fuit tamen hoc ejus peccatum veniale duntaxat, quia prophetam credidit esse veracem, non mendacem. Unde ob peccatum à leone quidem occisus est; sed corpus ejus quasi sancti à leone integrum intactumque servatum est. Ita S. August., mox citandus, Eucherius, Angelom., Cajet., Salianus, Serarius et alii. (Corn. à Lap.)

(1) Textum originalem ita reddunt quidam : *Fuit verbum Domini ad prophetam quem reduxerat* (quem vir de Bethel reduxerat), *et exclamavit ad virum Dei qui venerat de Juda.* Ad hunc Deus clamavit, hunc allocutus est, non alterum ariolum è Bethel. Hunc sensum exigere videtur Hebræus hic et in v. 26, nec aliter dictum accipiunt Josephus, Syriacus, Arabs, Junius, Tremellius et Castalio. Quin et ipse pariter S. Hieronymus, Septuaginta, Chaldæus, et vulgò interpretes in hanc sententiam reddunt verba textûs versiculi 22. Quæ si interpretatio admittatur, ruit statim potissimum argumentum eorum, qui viro huic è Bethel dotem asserunt genuini prophetæ, quanquàm alioqui moribus facilè corruptissimi. (Calmet.)

Et lorsqu'ils étaient assis à table, le Seigneur fit entendre sa parole au prophète qui l'avait ramené, etc. On ne peut manquer d'être surpris en voyant que Dieu découvre à celui-là même qui avait trompé son saint prophète, de quelle manière il le punirait à cause de sa désobéissance. Mais, comme dit saint Grégoire-le-Grand, il était dans l'ordre de sa divine justice, que son serviteur ouît prononcer l'arrêt de sa mort de la même bouche qui l'avait séduit, pour lui faire violer le précepte de vie qu'il avait reçu. *Benè ex ejus ore mortis sententiam accepit, cujus seductione à vitæ præcepto deviavit.* D'ailleurs il semble que Dieu, en révélant à ce vieux prophète ce qui devait arriver, voulut lui faire connaître à lui-même, et comme lui reprocher le crime qu'il avait commis. Ou bien, sans avoir égard à sa tromperie, il se servit de l'organe de sa bouche, comme il avait fait autrefois de celui d'un animal, pour déclarer sa volonté. Et il parut effectivement alors que c'était Dieu qui parlait lui-même par la bouche de ce vieux prophète, puisqu'après que cet imposteur avait engagé son confrère dans la désobéissance, il l'en reprend avec la même autorité que s'il n'avait eu aucune part à son péché : *Parce que vous n'avez pas obéi à la parole du Seigneur,* lui dit-il, *et que vous êtes revenu en ce lieu pour y manger, quoique Dieu vous eût commandé de ne le pas faire, votre corps, après votre mort, ne sera point porté au sépulcre de vos pères.* C'était lui qui l'avait fait revenir. C'était lui qui par un mensonge l'avait trompé et comme forcé de manger chez lui. Et c'est lui qui s'élève maintenant avec tant de force pour lui reprocher

sam accubuerat nimiùm simplex propheta, cùm Dominus felle oblatos illi cibos aspersit : percussit enim illum non minùs acerbo vaticinio, quàm quo ipse paulò antea Jeroboamum et altare concusserat. Deus enim seni licet malo, vero tamen prophetæ revelavit peccâsse prophetam alium, dùm repetit viam, quam egressus jam fuerat emensus, et cibos capit in urbe idololatride, quam ipse eo nomine exosam habuerat, ideòque illi durum subeundum esse supplicium, quod his verbis expressit : *Non inferetur cadaver tuum in sepulcrum patrum tuorum.* Quasi diceret, non illum perventurum in patriam ad quam tunc moliebatur reditum, sed in medio cursu moriturum. Et ita prorsùs accidit : nam cùm paululùm à loco recessisset, ubi sumpto cibo indictum sibi mandatum violaverat, immisso inobedientiæ vindice leone, interfectus est.

Hic paulisper immorari libet, quo pudore, vel animo senex ille prophetes severum illud supplicium denuntiare potuit homini simplici, quem ipse fallaci blandimento, imò et fallaci vaticinio deceperat, qui nullo modo redeundum sibi esse dixerat, idque usque adeò consilio præstiterat offirmato, ut neque precibus neque muneribus ab ipso rege superari potuerit, imò neque modicè inflecti à priori constantiâ. Sanè mirum est potuisse in eo reprehendendo crimine, cujus auctor ipse videbatur fuisse, leviter mutire, cùm non minùs in sua quàm in alterius viscera aculeos reprehensionis adigeret. Sed fecit Dei mandatum, ut homo ille scelestus, et, ut supra ex multorum sententiâ dicebamus, idololatra has omnes difficultates perrumperet, et in alieno scelere suum proderet scelus. Hic ego vivum quoddam simulacrum intueor eorum qui pro suggesto id in aliis carpunt, quod à suis moribus nequeunt ullo modo depellere : quod quidem insignis videtur audaciæ, ne dicam impudentiæ argumentum. Nihilominùs si Deus jubeat reprehendi scelera, quæ maximè aut grassantur aut nocent in republicâ, licet ipse suo se cum aliis gladio compungat, subire debet pudorem illum, qui non potest non esse gravissimus, ne suo sibi muneri desit ac fidei. (1)

VERS. 24. — QUI CUM ABIISSET, INVENIT EUM

sa faute. Ne peut-on pas dire en un sens très-véritable, que Dieu nous traçait en la personne de cet imposteur une image de la conduite du démon même, qui après s'être transformé, comme celui-ci, en un ange de lumière, pour tromper les hommes, leur insulte le premier, lorsqu'il les a fait tomber, et leur représente toute la rigueur de la justice de Dieu, pour les jeter dans le désespoir ? (Sacy.)

(1) VERS. 22. — NON INFERETUR CADAVER TUUM IN SEPULCRUM PATRUM TUORUM. Ingens utique viro Hebræo supplicium. Morieris extra domum tuam, et avito sepulcro privaberis. Offert se vetustas peculiarium sepulcrorum jure proprio possessorum, atque hæreditate ad posteros transmissorum, in sepulcro Saræ, quod Abraham erogato pretio emit. Animadvertere etiam licet sollicitudinem Hebræorum pro sepulturâ cum patribus suis communi obtinendâ exemplo Jacobi, cujus lipsana ex Ægypto in Chanaanitidem translata sunt; et in precibus, quibus Josephus fratres suos obtestatus est, ut ex Ægypto reduces ossa sua in eamdem regionem transferrent. (Calmet.)

VERS. 23. — STRAVIT ASINUM SUUM PROPHETÆ. Latini quidam codices ferunt : *Stravit asinum suum propheta*, propheta reductus. Sed Hebræus, Chaldæus, et Septuaginta notant, asinum hunc à domino non sibi, sed alteri stratum fuisse. Pedestris venisse videtur, pedestris etiam reversurus, nisi vecturam asini, senior propheta commodâsset. (Calmet.)

S. Brigidæ lib. 5 Revel., inter 14, q. 1, quærenti, cur subinde justi malâ morte, injusti bonâ morte moriantur, Christus respondit : « Quandoque justis flebilis exitus contingit ad « majus eorum meritum, ut qui semper per « vitam in virtutibus fuêre solliciti, per mortem « contemptibilem liberi evolent ad cœlum, » atque exemplum affert hujus prophetæ à leone occisi.

ASINUS AUTEM STABAT JUXTA ILLUM, ET LEO STABAT JUXTA CADAVER, quasi custos cadaveris viri sancti, æquè ac asini ipsius; quare prædo factus est prædæ suæ custos. Hic ergo Deus prophetæ sanctitatem ostendit; nam, ut ait Theodor., « eum honoravit post mortem, quia « occisorem (leonem) ei induxit custodem; « hâc quidem ratione honorans ut prophetam, « illâ verò puniens ut transgressorem, et eos « qui nunc sunt terrens, ut ne parva quidem « Dei mandata despiciant. » Pergit Theodor., et post eum Procop., ex hoc loco ostendere quantam Deus corporum sanctorum habeat curam, ut etiam leones eis custodes apponat. Leo ergo, qui fuit carnifex vivi, factus est defensor mortui, ut qui pro inobedientiâ cæsus cernebatur, pro pœnitentiâ salvus crederetur. Ita Lyran.; pœnitens enim pro culpâ mortem à Deo immissam patienter excepit.

Audi S. August. lib. de curâ pro mort., cap. 7 : « Hactenùs enim voluit Dominus servum « suum plectere, qui non suâ contumaciâ « spreverat præceptum ejus implere, sed alienâ « decipiente fallaciâ obedire se credidit, quando « non obedivit. Neque enim putandum est ita « fuisse interemptum morsu bestiæ, ut ad « supplicium tartareum ejus deinde anima « raperetur, quandoquidem ipsum ejus corpus, « idem leo qui acciderat custodivit, jumento « etiam, quo vehebatur, illæso, et simul cum « illâ immani ferâ intrepidâ præsentiâ ad sui « domini funus astante. Quo mirabili signo « apparet, hominem Dei coercitum potiùs tem- « poraliter usque ad mortem, quàm punitum « esse post mortem. » (Corn. à Lap.)

LEO, ET OCCIDIT (1). Hoc fuit inobedientiæ supplicium, neque leviter timere debent, quibus Dei voluntas levis est. Sanè multa levia videntur homini, dùm humanam adhibent trutinam, quæ si ad divinam regulam expendat, aut pondere exploret sanctuarii, levia non sunt. Sanè qui Deo in omnibus placere student, nihil exiguum esse statuunt, si modò, quantùmcumque modicè, à divinâ voluntate recesserint. Quare Deum à Deo fugiunt, dùm in suis sibi studiis obsequuntur, aut tempestatem metuunt, qualem Jonas subiit, aut ceti stomachum, ubi triduò durum et sepulcro simile nactus est hospitium, aut certè ne in statuæ modum obrigescant, quod accidit uxori Loth. Certè Deus à seipso minatur homini rebelli, quique suo abducitur, non à divino regitur arbitratu, quod huic prophetæ in ipsâ viâ, per quam, Deo prohibente, redierat, accidit à leone. Sic enim ille Oseæ c. 13, v. 7 : *Et ego eis quasi leæna, sicut pardus in viâ Assyriorum.*

Multa peccata, quæ venialem gradum non excedunt, corporali morte fuisse punita non solùm humanâ historiâ, sed etiam canonicâ docemur. Peccavit quidem Moyses ad Aquas contradictionis, ut est communis sanctorum opinio, venialiter : ita Abulensis in cap. 20 Numer. quæst. 14; ibidem Cornelius; et tamen ob eam culpam è conspectu terræ promissionis, ad quam multis ante annis cum incredibili labore contenderat, quam salutare potiùs quàm adire potuit, jubente Domino » mortuus est. Venialiter quoque peccâsse existimatur uxor Loth, et tamen in statuam salis conversa est. Nec ille graviùs videtur peccâsse qui percutere prophetam noluit infra cap. 20, v. 36, et tamen à leone occisus esse dicitur. Sic ergo hic propheta venialem videtur admisisse culpam, cùm à graviori illum multa liberent; quia deceptus ab eo quem prophetam putabat, et à Deo habuisse mandatum, ut ipsum ad sumendum cibum è viâ reduceret; quia sciebat Deum aliquando mutare aut moderari quod priùs præcepisset, pro rerum opportunitate, quia non spontè videtur perfectus, sed quasi vi adductus, cùm priùs quoad potuit, recusârit, obtendens quod aliter esset imperatum à Deo. Ita sanè putat Cajetanus, et Abulensis indicat q. 19, ubi parvum dixit existimari peccatum, et cùm q. 15, ostendisset multis peccâsse prophetam, qui cùm oppositum haberet in mandatis à Deo, debuit diligentiùs examinare senis illius verba, in quibus aliquid fraudis latere poterat, et Deum ipsum orando, aut aliâ ratione consulendo sciscitari quid factum esse vellet; in q. tamen 16, culpam illius multis extenuat. Idem ex veniali culpâ tenet Cornelius à Lapide in c. 19 Gen., ubi tam uxoris Loth, quàm hujus prophetæ venialem fuisse dicit inobedientiam. Dionysius aut lethale peccatum fuisse dicit, aut veniale crassum. Hoc certè dixit Cassianus non obscurè collatione 7. Nam cùm c. 25, docuisset viros sanctos corporaliter traditos esse Satanæ, et gravia passos in corpore propter peccata le-

(1) Eucher. et Angelom. addunt morale documentum, neminem se alicujus virtutis æstimare debere, licet quid fortiter gesserit; nam hic propheta permissus est labi et occidi, qui gloriabatur se regem Jeroboam contempsisse et increpâsse. Simile exemplum S. Eremitæ ob levem culpam à Deo lethali morbo percussi, et tamen multa miracula patrantis recenset Cassianus collat. 7, c. 26. (Corn. à Lap.)

L'homme de Dieu étant en chemin pour s'en retourner, un lion le rencontra et le tua; l'âne se tint auprès de lui, et le lion demeura aussi proche de son corps. Les sens de l'homme sont effrayés lorsqu'ils envisagent ce prophète rencontré et tué en même temps par un lion. Mais si l'on juge de cette peine corporelle par ce que dit l'Evangile, qui nous assure qu'on n'a pas sujet de craindre beaucoup la mort du corps, on ne pourra regarder ce châtiment de l'homme de Dieu comme quelque chose de fort terrible. « Car il ne faut pas nous imaginer, « dit saint Augustin, que son âme, après la « mort de son corps, ait été condamnée par la « justice de Dieu au feu de l'enfer, puisque le « même lion qui le tua, le garda après sa « mort, sans toucher à l'âne qui avait servi à le « porter, et qui demeura sans crainte auprès « de son maître avec cette bête si furieuse. « Ce miracle, ajoute-t-il, fait connaître que « l'homme de Dieu fut plutôt châtié temporel- « lement par cette mort corporelle, qu'il ne fut « puni après sa mort par le feu des supplices « éternels. *Quo mirabili signo apparet, hominem « Dei coercitum potiùs temporaliter usque ad « mortem, quàm punitum esse post mortem.* » Saint Grégoire pape, parlant du péril qui accompagne les meilleures actions, à cause de la vanité secrète qu'elles peuvent inspirer à ceux qui ne regardent pas assez d'où leur vient toute leur force, rapporte l'exemple de ce serviteur de Dieu, qui fut trompé par l'imposture de ce vieux prophète; et il dit que ce fut peut-être quelque complaisance intérieure qu'il eut en lui-même, pour avoir généreusement préféré l'ordre du Seigneur à ce que le roi demandait de lui, qui le fit tomber ensuite dans le piége de cet imposteur, et que Dieu le permit ainsi, afin que cette surprise où il tomba, le pût convaincre qu'il n'avait point résisté à la prière de Jéroboam par sa vertu propre, mais par celle de Dieu même. *Quia forsitan apud semetipsum tacitus, pro præceptis dominicis regem se contempsisse gloriabatur, prophetæ falsi verbis deceptus est, ut disceret quia nequaquàm propriæ fortitudinis fuerit, quòd regis verbis restitisset.* (Sacy.)

vissima, statim cap. 26 et 27, exempla produxit optima aliquorum, qui propter peccata usque adeò levia, ut vix in illis maculam venialem agnoscas, gravibus tamen tam à dæmone, quàm à dolorum acerbitate et fœditate morborum affecti sunt incommodis, quibus occisi à leone prophetæ exemplum annumeratur. Lege utrumque caput, et disces quàm non sint contemnenda illa quæ homines levia esse putant, venialia, quando Deus illa, cùm tamen id agat misericorditer, tantâ severitate castiget.

Hic etiam explorare libet, an hic propheta cum corporali ac temporariâ, spiritualem etiam et æternam mortem subierit. Quòd si venialis illa culpa fuit, quod maximè putabamus esse probabile, non est dubitationi locus; sin autem lethalem ex eo facto maculam contraxit; tamen cùm admonitus jam esset à prophetâ sene, et mortem jam impendere proximè suspicari posset, credibile est agnovisse culpam, et de violato mandato divino salutarem concepisse dolorem. Quo modo idcumque contigerit, quærimus, an gratus Domino, id est, liber à mortali culpâ à vivis excesserit. Nemo, quem ego viderim, damnatum esse affirmat; æternam obtinuisse salutem Gregorius asserit lib. 4 Dialog. cap. 24. Et ex ipso in Glossâ Rabanus, Angelomus, Eucherius, qui dicunt peccati inobedientiam pœnas dedisse occcisum prophetam à leone, neque aliquid præterea ex eâ culpâ purgandum reliquisse. Sic autem eo loco Gregorius : « Vir Dei contra Samariam missus, « qui per inobedientiam in itinere comedit, « hunc leo in eodem itinere occidit. Sed statim « illic scriptum est, quia stetit leo juxta asinum, « et non comedit leo de cadavere. Ex quâ re « ostenditur, quòd peccatum inobedientiæ in « ipsâ fuerit morte laxatum, quia idem leo, « quem viventem præsumpsit occidere, con- « tingere non præsumpsit occisum. Qui enim « occidendi ausum habuit, de occisi cadavere « comedendi licentiam non accepit, quia is qui « culpabilis in vitâ fuerat, punitâ inobebientiâ « erat jam justus ex morte. Leo ergo, qui priùs « peccatoris vitam necaverat, custodivit post- « modùm cadaver justi. » Hæc Gregorius, quo argumento etiam adducitur Theodoretus q. 42, et Cassianus collat. 7, de quâ nuper.

Accedit quòd lib. 4 Regum cap. 23, in sepulcro hujus prophetæ aliqua multis post seculis inventa sunt signa, quæ eximiam illius viri sanctitatem ostenderent, quæ fecerunt, ut Josias cùm sepulcra omnia quæ erant in Bethel, disjicere vellet, et quæ in illis essent ossa, comburere, hujus tamen sepulcro pepercerit, quia in eo aliquid vidit eximium, cujus rationem habendam esse duxit. Illud ergo existimo fuisse titulum seu monumentum, ut ex illo loco 4 Regum constat, quod posuit senex ille propheta, qui sibi cum prophetâ alio commune sepulcrum esse voluit. Neque illi malè cessit consilium illud, quo id consecutus est, ne ossa sua effoderentur à tumulo, et sicut alia omnia per ludibrium et dedecus in vitulorum altari solverentur in cineres. Sed Hebræi, quorum unus est Rabbi Salomon illius cogitationis auctor et princeps, affirmant, sed planè Rabbinicâ fide, in eo tumulo, in quo duo prophetarum corpora jacuerant, res apparuisse longè diversas, quæ duorum prophetarum merita diversa et conditionem dissimilem ostenderent. In eo enim sepulcri, seu speluncæ latere (nam speluncæ formam habent Hebræorum sepulcra, maximè illa in quibus potentiorum hominum cadavera conduntur) ubi prophetæ scelerati et senis jacebant ossa, spinæ nascebantur, et fœtentes herbæ : atverò, ubi alterius ossa condebantur, herbæ germinaverant pulchræ, suaviter olentes, quibus nimirùm è sacris ossibus suavis quidam et sacer odor adhæserat.

Addo ad extremum quod de hoc prophetâ, quem leo extinxit, scribit Chrysostomus in psalmo 3; obscuriùs tamen ibi videtur agere atque confusiùs, dùm duorum prophetarum opera in uno videtur prophetâ conjungere. « Quemadmodùm, inquit, canis aut quælibet « fera, quam homo beneficiis cicuravit, sibique « in omnibus obsequentem reddidit, si vultum « simulet alienum, aut proprium mutet et « obscuret, fuligine puta, aut cœno, aut colore « non proprio, non minùs illum allatrat, « morsuque appetit domesticus canis, aut la- « cerat mansuefactus leo, quàm si esset alie- « nus; sic, inquit Chrysostomus, quia propheta « iste per inobedientiam vultum fuligine fœda- « verat, non agnovit leo tanquàm dominum « suum, atque ideò tanquàm alienum interfecit. « Longè aliter, inquit, sese leones habuêre « cum Daniele, cùm tamen essent in lacu « famelici, quia in eo talem invenerunt speciem « et vultum, qualem venerari et osculari jussi « sunt; neque enim mutaverat aut fœdaverat « faciem fuligine peccati, sicut hic propheta, « qui vultui priùs puro ac candido inobedientiæ « stercus aut cœnum aspersit. » Porrò veniale peccatum sicut cœnum esse aut fuliginem, quibus facies deturpatur et horret, docet S. Thom. 3 p. quæst. 8, art. 2, ad 3.

Vers. 28. — Non comedit leo de cadavere, neque læsit asinum. Si, quod dixit Gregorius supra, inobedientiæ peccatum morte laxatum atque purgatum est, quid impedit hoc loco meditari cadaveri restitutam esse speciem et colorem quem inobedientiæ priùs fuligo fuscaverat, atque adeò illius cadaver leo attingere non est ausus, quem vivum extinxerat. Ex hoc apparet non casu leonem occurrisse, sed immissum à Deo, quandoquidem abstinuit à prædâ, neque famem prophetæ aut asini carnibus exaturare permissus est. Mansit igitur juxta cadaver leo, non tanquàm prædator ut laceraret, sed tanquàm custos, ut servaret integrum sepulturæ, neque nocuit asino, ut esset qui mortuum referret illum quem ad illum locum vivum adduxerat. (1)

Vers. 30. — Et planxerunt eum : Heu, heu, mi frater ! In planctu exequiarum significatur honor, qui spectari solet in feralibus facibus, et atrâ veste, licet gemitus audiatur nullus, aut nullæ oboriantur lacrymæ, ut diximus in nostris Commentariis ad illud Actuum c. 8 : *Curaverunt Stephanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum.* Vide eâ de re Hieronymum ep. 25 ad Paulam. Erat porrò familiaris apud Hebræos lugendi forma : *Heu, heu, mi frater!* et aliæ similes, ut : *Væ frater, et væ soror, væ inclyte, et væ Domine.* De quibus nos pluribus super Jeremiam, ad illud c. 22, v. 18 : *Non plangent eum, væ frater, et væ soror; non concrepabunt ei, væ Domine, et væ inclyte.* Et cap. 34, ad illud v. 5 : *Væ Domine, plangent te.* Quæ loca omninò vide.

Vers. 31. — Sepelite me in sepulcro, in quo vir Dei sepultus est (1). Quo id consilio fecerit senex ille et veterator propheta, ostensum est nuper, nempe ne ossa sua simul cum impiorum ossibus extraherentur è tumulo, et abirent in cineres ; quod propheta alius sanctus prædixerat, de cujus propheticâ fide et eventu futuro non dubitavit. Et sanè quod destinârat animo, consecutus est : ut enim prophetæ sancti ossa loco mota non sunt, sic etiam nec alia quæ in eumdem tumulum cum illis illata sunt. Tumulum autem illustrem esse arbitror, quando post tot secula integrum et notum fuit. Cùm enim homo esset locuples, et potens senex ille propheta, utpote familiaris Jeroboamo et magno apud illum loco, et sibi vellet cum alio prophetâ communem esse tumulum, haud dubiè curavit ut in illo præter cætera aliquid appareret eximium. (2)

(1) Vers. 29. — Tulit ergo prophetes cadaver viri Dei, ut honorificè sepeliret et de more plangeret, præsertim, quia ipse necis ejus per mendacium fuerat causa. Unde ex sequentibus liquet, prophetam hunc fuisse fidelem et pium, qui per præposteram hospitalitatem seduxerat prophetam. Quare Josephus l. 8 Antiq. c. 3, valdè à narratione S. Scripturæ discrepat et aberrat, dùm ait quòd pseudopropheta hic regem Jeroboam minis et miraculis prophetæ territum volentemque ab idolis resipiscere, in idololatriâ confirmârit, ac miracula prophetæ apud eum elevârit et confutârit. « Aiebat enim, inquit Josephus, præ lassitudine « manum ejus obtorpuisse, dùm altari inferret « victimas, ac deinde post quietem, vigorem « pristinum recepisse. Altare quoque recentis « etiam tum structuræ, quòd tot ac tantarum « victimarum molem non ferret, disruptum « concidisse. Postremò vatis mortem indicat, à « leone esse necatum ; adeò nihil divinum, nec « in vitâ, nec in verbis ejus fuisse. His dictis « regi persuasit, et mentem ejus à Deo et jus- « tis ac piis operibus in totum aversam, in « extremam impietatem præcipitavit. In tan- « tum enim posthàc contra omne jus ac fas de- « bacchatus est, ut nihil aliud quæreret quàm « quomodò in dies magis ac magis semetipse « novis sceleribus superaret. » Verùm hæc à narratione S. Scrip. in seq. aliena sunt et quasi contraria.

Et reversus intulit in civitatem prophetæ senis, id est, in civitatem suam, puta in Bethel, ut patet v. 32 ; ipse enim erat *propheta senex*, qui eum suo mendacio seduxerat, ideòque eum à leone occisum sepelivit et planxit. (Corn. à Lap.)

(1) *Quand je serai mort, ensevelissez-moi dans le même sépulcre où repose l'homme de Dieu,* etc. Le dessein qu'eut ce vieux prophète, lorsqu'il prit le soin d'ensevelir honorablement le corps de celui qu'il avait trompé, et qu'il donna ordre qu'on l'enterrât lui-même auprès de ce corps, était, comme le remarque saint Augustin, l'espérance qu'il avait que l'on pourrait épargner ses os, lorsque le temps serait arrivé, selon la prédiction de l'homme de Dieu, que Josias, roi de Juda, déterrerait les os des morts, et les brûlerait sur les autels consacrés aux idoles. C'est aussi ce que l'on vit arriver plus de trois cents ans après, lorsque ce prince défendit que l'on touchât au sépulcre où le serviteur de Dieu, qui avait prédit ces choses si long-temps auparavant, était enterré. Ce qui fut cause qu'on ne toucha point non plus aux os de celui qui l'avait trompé. « Ainsi, dit « saint Augustin, ce vieux prophète, par un « sentiment très-naturel, qui fait que *nul homme* « *n'a jamais haï sa chair*, eut soin de pourvoir « à la sûreté de son corps après sa mort, lui « qui n'avait pas appréhendé de tuer son âme « par le mensonge durant qu'il vivait. *Affectu* « *illo quo nemo unquàm carnem suam odio habuit,* « *providerat cadaveri suo, qui occiderat menda-* « *cio animam suam.* » (Sacy.)

(2) Vers. 32. — Contra omnia fana excelsorum, quæ in urbibus Samariæ. Quî id fieri potuit, cùm Samaria nondùm staret, neque adhuc regnum decem tribuum regni Samariæ nomen accepisset ? De rebus agit sacer historicus pro statu ætatis suæ. Non ignorabat uti-

Vers. 33. — Post verba hæc non est aversus Jeroboam de via sua pessima (1). Satis hæc videbantur gravia, ut Jeroboam à priori consilio atque perfidiâ deducerent; sed sanè ea est apud malè institutos aut constitutos animos ambitionis potentia, ut prosternat omnia, et rebus naturâ fortissimis fortitudinem adimat. Pugnabat in Jeroboami animo regnandi libido cum Dei minaci vaticinio, cum metu mortis, cum aliis denique, quæ natura hominis horret et damnat : at sicut illa telum esset futile et plumbeum, neque graviores petitiones haberent, quàm inanes stipulæ, sic ab ambitionis injustâ potentiâ superata sunt. Quomodò quidam putaverint, neque fortassè malè, titubantem Jeroboami animum à malo hoc prophetâ propter privata commoda in suâ perfidiâ confirmatum, diximus paulò ante, et notavit apertè Josephus lib. 8, c. 3. Cùm enim longam orationem apud regem habitam retulisset, et quomodò nugator esset potiùs quàm propheta ille, quem magni alicujus sceleris reum occidisset leo, tandem addit : « His dictis, regi persuasit, « et mentem ejus à Deo, et justis ac piis ope- « ribus in totum aversam in extremam impie- « tatem præcipitavit. »

Quicumque volebat implebat manum suam, et fiebat sacerdos excelsorum. Tam longè aberat Jeroboamus, ut ad meliorem mentem et frugem rediret, ut magis se ad omnem impietatem projiceret. Quare ex novissimis, id est, ex plebis fæce sacerdotes excelsorum constituit : imò et permisit, ut quicumque vellet, sacerdos fieret; neque opus erat, ut aliis initiatus fieret sacerdos, sed suâ quisque auctoritate ad sacrum illud, imò et immane ac execrandum ministerium reddebatur idoneus, quisque sibi suam manum implebat, neque ab alio expectabat legitimam sacrificandi potestatem.

Quid sit, *implere manum*, et quomodò significet consecrare aliquem, et idoneum facere sacerdotali atque sacrificali ministerio, diximus in nostris Commentariis super Ezechielem fusè, ad illud c. 43, v. 26 : *Et implebunt manum*, etc. Qui dicendi modus in Scripturâ sacrâ frequens est, ut ibi ostendimus. Exod. 28, v. 41, et c. 29, v. 9, et v. 35, ubi Vulgatus legit, *initiare*, aut, *consecrare manus*, Hebr. est *male iad*, id est, implere manum, neque ab Hebraico idiomate abstinuit Vulgatus. Nam Judic. 17, v. 5, et v. 12, hæc eadem verba ad significandam consecrationem adhibuit. Et clariùs Ezechias lib. 2 Par. c. 29, v. 31, ubi sic ad sacerdotes : *Implêstis manus vestras ; Domino accedite, et offerte victimas.* Quæ dicendi forma etiam rebus accommodatur inanimatis, quæ ad divinum cultum consecrantur, ut de altari consecrato dixit Ezechiel loco proximè citato. Ratio nominis obscura est. Cajetanus in c. 17 Jud. ignorare se dicit : duas tamen invenit ex sacerdotum consecratione et ministratione desumptas. Altera est, quia in consecratione manus illinuntur oleo ; altera, quia manu capiunt aut victimas, aut libamenta; utroque modo manus plenæ videntur dici posse. Idem Abulensis q. 41. Ego aliam rationem putabam non ineptam, cùm viderem, quæ perfecta sunt, appellari interdùm plena, idque non infrequenter, quia consecratæ manus perfectæ sunt novo dignitatis auctoramento, ideò in consecratione impletas manus appellari pu-

que, Samariam ab Amri conditam fuisse, quinquaginta annis post Jeroboamum, cùm ejus urbis conditum ipse litteris mandaverit ; se tamen ad captum præsentium lectorum accommodavit. Eodem fortè consilio scribit, ariolum è Bethel *venisse de Samariâ*, quanquàm nulla adhuc hujus nominis erat urbs, saltem nota et celebris. Hic igitur vel è Sichem moverat, ubi tunc agebat Jeroboamus, vel contulerat se in Bethel, jussu ejusdem principis, cujus deinde successores appellationem regum Samariæ adoptârunt. (Calmet.)

(1) *Après ces choses, Jéroboam ne revint point du déréglement de sa voie toute corrompue*, etc. La conduite si différente que Dieu tint sur ce roi impie et sur Addo, son prophète, mérite bien d'être un peu pesée. Ce dernier tombe dans une faute de surprise où l'engage l'imposture d'un autre prophète. Et Dieu l'en punit aussitôt après, en lui envoyant un lion qui le tue dans le chemin. Le premier, au contraire, commet volontairement, et *après y avoir beaucoup pensé*, le plus grand de tous les crimes, en établissant l'idolâtrie dans le milieu d'Israël, par le principe d'un pur intérêt, et dans une vue toute politique. Et Dieu ne se hâte point de le punir, le laissant jouir en apparence du fruit de son impiété. Il châtie ainsi assez ordinairement dès ici-bas par des peines temporelles les fautes de ses serviteurs, et il semble pardonner en cette vie aux plus grands pécheurs, purifiant les uns par ces châtiments passagers, pour les rendre dignes de son héritage, et n'épargnant pour un temps les autres, qu'afin de les réserver à des peines infinies, comme des victimes, dit un ancien, que l'on engraisse pour être immolées éternellement à sa justice. Qu'heureuses donc sont ces salutaires corrections de la main miséricordieuse du Seigneur, qui n'assure jamais davantage, dit saint Grégoire, le salut de ses élus, que lorsqu'il semble les abondonner en les frappant ! *Unumquemque electum suum tunc magis erudiendo custodit, cùm quasi percutiens deserit.* Mais que terrible, au contraire, est cette indulgence apparente d'un Dieu irrité, qui n'épargne les impies durant quelque temps, que pour les punir éternellement ! (Sacy.)

tabam. Plura de hâc re in nostris Commentariis in Ezechielem, quæ tu vide. (1)

(1) Vers. 34. — Et propter hanc causam peccavit domus Jeroboam, peccatum grande idololatriæ, quia scilicet vitulos aureos erexit, ad eosque adorandos compulit totum populum, et (idcircò) eversa est et deleta de superficie terræ, quasi de terrâ funditùs abrasa, ut nemo ex eâ remaneret superstes, uti patet cap. seq. vers. 10.

Nota hic veram causam interitûs et excidii familiarum etiam regalium, qualis fuit Jeroboam, esse idololatriam, hæresim et scelera cætera ex eâ consequentia, idque toto hoc libro, et quarto sequenti, per exempla omnium regum Israel, qui Jeroboam in idololatriâ vitulorum æquè ac in regno secuti sunt, ostenditur. Ubi mira eorum cæcitas liquet, quòd cùm audirent hasce Dei minas, ac reipsà eas in Jeroboam cæterisque antecessoribus suis impleri viderent, ipsi tamen quasi dementati, eorum idololatriam secuti sint, ideòque ipsi pariter cum suis familiis à Deo excisi sint. (Corn. à Lap.)

CAPUT XIV.

1. In tempore illo ægrotavit Abia filius Jeroboam.

2. Dixitque Jeroboam uxori suæ : Surge, et commuta habitum ne cognoscaris quòd sis uxor Jeroboam; et vade in Silo, ubi est Ahias propheta, qui locutus est mihi quòd regnaturus essem super populum hunc.

3. Tolle quoque in manu tuâ decem panes et crustulam et vas mellis, et vade ad illum : ipse enim indicabit tibi quid eventurum sit puero huic.

4. Fecit ut dixerat uxor Jeroboam, et consurgens abiit in Silo, et venit in domum Ahiæ. At ille non poterat videre, quia caligaverant oculi ejus præ senectute.

5. Dixit autem Dominus ad Ahiam : Ecce uxor Jeroboam ingreditur ut consulat te super filio suo qui ægrotat; hæc et hæc loqueris ei. Cùm ergo illa intraret et dissimularet se esse quæ erat,

6. Audivit Ahias sonitum pedum ejus introeuntis per ostium, et ait : Ingredere, uxor Jeroboam; quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nuntius.

7. Vade, et dic Jeroboam : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Quia exaltavi te de medio populi, et dedi te ducem super populum meum Israel.

8. Et scidi regnum domûs David, et dedi illud tibi, et non fuisti sicut servus meus David, qui custodivit mandata mea et secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo;

9. Sed operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatiles, ut me ad iracundiam

CHAPITRE XIV.

1. En ce temps-là Abia, fils de Jéroboam, tomba malade ;

2. Et Jéroboam dit à sa femme: Levez-vous; changez d'habits, et qu'on ne connaisse point que vous êtes femme de Jéroboam : Allez à Silo, où est le prophète Ahias, qui m'a prédit que je régnerais sur ce peuple.

3. Prenez avec vous dix pains, un tourteau, et un vase plein de miel, et allez vers lui; car il vous fera connaître ce qui doit arriver à cet enfant.

4. La femme de Jéroboam fit ce qu'il lui avait dit. Elle s'en alla à Silo, et vint en la maison d'Ahias, qui ne pouvait plus voir, parce que ses yeux s'étaient obscurcis à cause de son grand âge.

5. Le Seigneur dit donc à Ahias: Voici la femme de Jéroboam qui vient vous consulter sur son fils qui est malade ; vous lui direz telle et telle chose. Comme la femme de Jéroboam entrait et dissimulait qui elle était,

6. Ahias, à son arrivée, entendit le bruit qu'elle fit en marchant, et il lui dit : Entrez, femme de Jéroboam; pourquoi feignez-vous d'être une autre que vous n'êtes? Je dois vous annoncer une mauvaise nouvelle.

7. Allez, et dites à Jéroboam : Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Je vous ai élevé du milieu des Israélites, et je vous ai établi chef de mon peuple d'Israël;

8. J'ai divisé le royaume de la maison de David, et vous l'ai donné; et vous n'avez point été comme mon serviteur David, qui a gardé mes commandements, et qui m'a suivi de tout son cœur en faisant ce qui m'était agréable;

9. Mais vous avez commis plus de mal que tous ceux qui ont été avant vous, et vous vous êtes fait des dieux étrangers et jetés en fonte pour irriter ma colère, et vous m'avez rejeté derrière vous.

provocares, me autem projecisti post corpus tuum :

10. Idcircò ecce ego inducam mala super domum Jeroboam, et percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, et clausum et novissimum in Israel; et mundabo reliquias domûs Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum.

11. Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes : qui autem mortui fuerint in agro, vorabant eos aves cœli, quia Dominus locutus est.

12. Tu igitur surge, et vade in domum tuam; et in ipso introitu pedum tuorum in urbem morietur puer.

13. Et planget eum omnis Israel, et sepeliet; iste enim solus inferetur de Jeroboam in sepulcrum, quia inventus est super eo sermo bonus à Domino Deo Israel, in domo Jeroboam.

14. Constituit autem sibi Dominus regem super Israel, qui percutiet domum Jeroboam in hâc die et in hoc tempore;

15. Et percutiet Dominus Deus Israel sicut moveri solet arundo in aquâ, et evellet Israel de terrâ bonâ hâc quam dedit patribus eorum, et ventilabit eos trans flumen, quia fecerunt sibi lucos ut irritarent Dominum;

16. Et tradet Dominus Israel propter peccata Jeroboam, qui peccavit et peccare fecit Israel.

17. Surrexit itaque uxor Jeroboam, et abiit; et venit in Thersa, cùmque illa ingrederetur limen domûs, puer mortuus est.

18. Et sepelierunt eum, et planxit eum omnis Israel, juxta sermonem Domini quem locutus est in manu servi sui Ahiæ prophetæ.

19. Reliqua autem verborum Jeroboam, quomodò pugnaverit et quomodò regnaverit, ecce scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel.

20. Dies autem quibus regnavit Jeroboam viginti duo anni sunt, et dormivit cum patribus suis. Regnavitque Nadab filius ejus pro eo.

21. Porrò Roboam filius Salomonis re-

10. C'est pourquoi voilà que j'accablerai de maux la maison de Jéroboam ; et je ferai mourir *dans la maison* de Jéroboam jusqu'aux animaux, jusqu'à celui que l'on conservait précieusement, et jusqu'au dernier *de sa famille* qui se trouvera dans Israël, et je nettoierai tous les restes de la maison de Jéroboam, comme on a coutume de nettoyer le fumier jusqu'à ce qu'il n'en reste plus.

11. Ceux de *la maison de* Jéroboam qui mourront dans la ville seront mangés par les chiens, et ceux qui mourront à la campagne seront mangés par les oiseaux du ciel, car le Seigneur a parlé.

12. Allez-vous-en donc, et retournez en votre maison; et au moment où vous mettrez le pied dans la ville, l'enfant mourra.

13. Et tout Israël le pleurera et l'ensevelira; c'est le seul *de la maison* de Jéroboam qui sera mis dans le tombeau, parce que le Seigneur Dieu d'Israël a trouvé quelque chose de bon en lui *seul* dans la maison de Jéroboam.

14. Et déjà le Seigneur s'est établi un roi sur Israël qui ruinera la maison de Jéroboam en ce jour et en ce temps.

15. Le Seigneur Dieu frappera Israël comme le roseau qu'agite l'eau ; et il arrachera Israël de cette terre si excellente qu'il a donnée à leurs pères, et il les dispersera au-delà du fleuve *de l'Euphrate*, parce qu'ils se sont fait de grands bois pour irriter le Seigneur contre eux.

16. Et le Seigneur livrera *en proie* Israël à cause des péchés de Jéroboam, qui a péché et qui a fait pécher Israël.

17. La femme de Jéroboam s'en retourna donc, et vint à Thersa, *où Jéroboam faisait sa résidence;* et lorsqu'elle mettait le pied sur le seuil de sa maison, l'enfant mourut.

18. Il fut enseveli ensuite, et tout Israël le pleura, selon que le Seigneur l'avait prédit par le prophète Ahias, son serviteur.

19. Le reste des actions de Jéroboam, ses combats et la manière dont il régna, sont écrits dans le livre des Annales des rois d'Israël.

20. Le temps du règne de Jéroboam fut de vingt-deux ans. Il s'endormit ensuite avec ses pères; et Nadab, son fils, régna en sa place.

21. Cependant Roboam, fils de Salomon, régnait sur Juda. Il avait quarante-un ans

gnavit in Juda. Quadraginta et unius anni erat Roboam cùm regnare cœpisset; decem et septem annos regnavit in Jerusalem civitate, quam elegit Dominus ut poneret nomen suum ibi ex omnibus tribubus Israel. Nomen autem matris ejus Naama, Ammonitis.

22. Et fecit Judas malum coram Domino, et irritaverunt eum super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis suis quæ peccaverunt;

23. Ædificaverunt enim et ipsi sibi aras et statuas et lucos super omnem collem excelsum et subter omnem arborem frondosam.

24. Sed et effeminati fuerunt in terrâ, feceruntque omnes abominationes gentium quas attrivit Dominus ante faciem filiorum Israel.

25. In quinto autem anno regni Roboam, ascendit Sesac rex Ægypti in Jerusalem.

26. Et tulit thesauros domûs Domini et thesauros regios, et universa diripuit, scuta quoque aurea quæ fecerat Salomon.

27. Pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, et tradidit ea in manum ducum scutariorum et eorum qui excubabant ante ostium domûs regis.

28. Cùmque ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea qui præeundi habebant officium, et postea reportabant ad armamentarium scutariorum.

29. Reliqua autem sermonum Roboam et omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda.

30. Fuitque bellum inter Roboam et Jeroboam cunctis diebus.

31. Dormivitque Roboam cum patribus suis, et sepultus est cum eis in Civitate David. Nomen autem matris ejus Naama, Ammonitis. Et regnavit Abiam filius ejus pro eo.

lorsqu'il commença de régner, et il régna dix-sept ans en la ville de Jérusalem, que le Seigneur avait choisie dans toutes les tribus d'Israël pour y établir son nom. Sa mère s'appelait Naama; elle était Ammonite.

22. Et Juda, *à son exemple,* fit le mal devant le Seigneur; et ils l'irritèrent par les péchés qu'ils commirent, plus que leurs pères ne l'avaient irrité par tous leurs crimes;

23. Car ils se construisirent aussi des autels, et se firent des statues et des bois profanes sur toutes les collines élevées et sous tous les arbres touffus.

24. Il y eut aussi dans leur pays des efféminés; et ils commirent toutes les abominations de ces peuples que le Seigneur avait détruits à la vue des enfants d'Israël.

25. Aussi, *dès* la cinquième année du règne de Roboam, Sésac, roi d'Egypte, vint à Jérusalem, *qui lui ouvrit ses portes.*

26. Et il enleva les trésors de la maison du Seigneur et les trésors du roi, et pilla tout: il prit aussi les boucliers d'or que Salomon avait faits,

27. En la place desquels le roi en fit faire d'airain; et les mit entre les mains de ceux qui avaient soin des boucliers et de ceux qui veillaient à la porte de la maison du roi.

28. Et lorsque le roi entrait dans la maison du Seigneur, ceux qui devaient marcher devant lui portaient ces boucliers, et les reportaient ensuite au lieu destiné à garder les armes.

29. Le reste des actions de Roboam et tout ce qu'il a fait est écrit dans le livre des Annales des rois de Juda.

30. Et il y eut toujours *inimitié et souvent* guerre *ouverte* entre Roboam et Jéroboam.

31. Et Roboam s'endormit avec ses pères; et il fut enseveli avec eux dans la ville de David. Sa mère, qui était Ammonite, s'appelait Naama. Et Abiam, son fils, régna en sa place.

COMMENTARIUM.

Vers. 1.— In tempore illo ægrotavit Abia filius Jeroboam (1). Quo tempore morbus hic accidit, incertum: nam accidisse tunc, cùm hæc quæ proximè dicta sunt de prophetâ à leone

(1) In codicibus Septuaginta hæc historia non legitur hoc loco, supplevitque interpres ex Theodotione, seu ex veteri alio Græco interprete. Sed post ea verba: *Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Revertatur vir in domum suam; à me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, et reversi sunt de itinere, sicut eis præceperat Do-*

perempto, durum videtur, neque illud, *in tempore illo*, quod idem videtur tempus designare, admodùm illi cogitationi favet. Certum est enim, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis super Danielem, ad illud cap. 12 Dan. v. 1 : *In tempore autem illo consurget Michael*, has voces, *tunc, in illo tempore, in diebus illis*, et similia adhiberi in sacris litteris sine ullo ad superiora respectu. Quod docuit Theophylactus in cap. 3 Matth. et Euthymius in idem caput; Augustinus in lib. 2 de consensu Evang. cap. 6, ubi ostendit quomodò cùm Matth. cap. 3, actum esset de Christi infantiâ, de reditu nempe ex Ægypto post Herodis mortem, statim dicitur in principio cap. 4 : *In diebus autem illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto.* Idem docuit Chrysostomus, hom. 77 in Matth., et hom. 26 in Acta, et iterùm hom. 10 in cap. 4 Matth., cujus hic verba referam, quia valdè in hanc sententiam opportuna. « Mos, inquit, Scripturarum est, et utique « celeberrimus, uti his verbis : *In diebus illis*, « non solùm cùm ad præteritam narrationem « aliud tempus adjungitur, verùm etiam cùm « illa narrantur, quæ post multorum annorum « spatia contigerunt. Sed Dominus cùm in Oli- « veti monte resideret, et accedentes ad eum « solliciti discipuli de captivitate Jerusalem, « deque ipsius sciscitarentur adventu (et certè « nostri, quàm grandi hæc medio dividantur) « cùm de urbis subversione dixisset, jamque « ad dicendum de mundi fine transiret, *tunc*, « inquit, hæc, vel illa erunt : dicendo autem, « *tunc*, non utique tempora, quæ plurimùm « erant discreta, conjunxit, sed illud tantum- « modò, quo eventura erant, tempus notavit, « dicens : *In diebus illis*. Non enim quasi con- « tinuò hæc secutura monstraret, hic posuit, « illis, inquit, diebus, in quibus ista contige- « runt. »

minus; post verba, inquam, hæc, deducta ex capite 12, 24, editio Græca Romana longam additionem inserit, è variis collectam rebus passim per Scripturam sparsis, novis quibusdam adjectis, alibi non legendis. Damus hic totum hoc additamentum, Italicis characteribus indicantes ea, quæ nonnisi in Græco reperias : « Rex Salomon dormivit cum patri- « bus suis, et regnavit Roboam filius ejus pro « eo, *cùm filius esset sex et decem annorum*, « *cùm regnum ipse adivit; et duodecim annis* « *regnavit in Jerusalem, et nomen matris ejus* « *Naanan, filia Ana, filii Naas, regis filiorum* « *Ammon.* Et erat homo in monte Ephrem, « servus Salomonis; et nomen ejus Jeroboam, « *filius mulieris fornicariæ, cui nomen Sarira*; « et dedit eum Salomon in principem scytalæ « (super tributa) super onera domûs Joseph. « *Et ædificavit Salomoni ipsam Sarira.* Et fue- « runt ei triginta currus equorum. Hic ædifi- « cavit arcem in oneribus domûs Ephrem; hic « conclusit civitatem David, et erat elevans se « super regnum, et quærebat Salomon inter- « ficere; et timuit, et fugit ipse ad Susacim « regem Ægypti, et fuit cum eo, donec mor- « tuus est Salomon; et audivit quia mortuus « est Salomon, *et locutus est in aures Susacim,* « *dicens : Dimitte me. Et dixit ei Susacim : Pete* « *aliquam petitionem, et dabo tibi. Et Susacim* « *dedit ipsi Jeroboam Ano sororem Theceminæ* « *seniorem uxoris suæ, ei in uxorem. Hæc fuit* « *magna in medio filiarum regis, et peperit ipsi* « *Jeroboam Abiam. Et dixit Jeroboam ad Susa-* « *cim : Omninò dimitte me, et abibo. Et exiit* « *Jeroboam de Ægypto, et venit in terram Sa-* « *rira, quæ in monte Ephrem, et congregavit ibi* « *sceptrum Ephrem, et ædificavit vallum.* Et « ægrotavit puer ejus ægrotatione validâ valdè; « *et ivit Jeroboam interrogare de puero,* et dixit « ad Ano uxorem suam : Surge, vade, inter- « roga Deum de puero, si vivet de infirmitate « hâc. Et homo erat in Selom, nomen ei Achia; « *et hic erat filius sexaginta annorum, et verbum* « *Domini cum eo.* Et dixit Jeroboam ad uxorem « suam : Surge et sume in manu tuâ *homini* « *Dei* panes, et collyridas *filiis ejus*, et uvam, « et vasculum mellis. Et surrexit mulier, et « sumpsit in manu suâ hæc omnia ipsi Achia.» (In textu Græco nihil legitur de mutatione vestium, de quâ in Hebræo et Vulgatâ.) « Et « factum est, veniente eâ in civitatem ad Achia « Selonitem, *dixit Achia ad puerum* suum (vel « ad filium suum) : *Exi nunc in occursum Ano,* et « dices ei : *Intra et noli stare; quoniam hæc dicit* « *Dominus : Dura ego immitto super te.* Et in- « travit *Ano* ad hominem Dei; *et dixit ei* Achia: « *Ut quid attulisti mihi panes et uvam, et colly-* « *ridas, et vasculum mellis? Hæc dicit Dominus:* « *Ecce tu abibis à me, et erit, ingrediente te ci-* « *vitatem in Sarira, et puellæ tuæ egredientur tibi* « *in occursum, et dicent tibi : Parvulus est mor-* « *tuus.* Quoniam hæc dicit Dominus : Ecce ego « exterminabo de Jeroboam mingentem ad pa- « rietem; et erunt mortui Jeroboam in civi- « tate, comedent canes; et mortuum in agro « comedent volatilia cœli : et parvulus plan- « getur : *Væ Domine!* quia inventum est in eo « verbum bonum de Domino. Et abiit mulier, « postquàm audivit : et factum est ut intravit « in Sarira, et parvulus mortuus est. *Et exiit* « *vociferatio in occursum. Et ivit Jeroboam in* « *Sicima, et congregavit illùc tribus Israel. Et* « *ascendit illùc Roboam filius Salomon. Et ver-* « *bum Domini factum est ad Samœam Enlami,* « *dicens : Sume tibi vestimentum novum, quod* « *non intravit in aquam, Et scinde illud duode-* « *cim scissuras, et dabis Jeroboam, et dices ei :* « *Hæc dicit Dominus : Sume tibi decem scissuras* « *ad induendum te. It sumpsit Jeroboam, et dixit* « *Samœas : Hæc dicit Dominus : Super decem* « *tribus Israel regnabis.* Et dixit populus ad « Roboam filium Salomonis : Pater tuus aggra- « vavit jugum super nos, *et aggravavit escas* « *mensæ suæ.* Et nunc allevabis super nos, et « serviemus tibi. » Et cætera quæ deinceps sequuntur in capite 12, 5, 6, etc. Post hæc, redit textus ad v. 25 capitis 12 : *Ædificavit Jeroboam Sichem in monte Ephraim.* (Calmet.)

Juxta quam regulam non necesse est statim, atque propheta dicitur esse occisus, morbus acciderit filii Jeroboami, et quæ hoc capite filo continenti narrantur. Fortassè illud, *in illo tempore*, postrema verba refert præcedentis capitis, ut putat Abulensis quæst. 1, quasi dicat: Cùm impius esset, et idololatra Jeroboam, accidit ut ægrotaret ejus filius Abia. Ego de tempore nihil habeo certum affirmare; illud mihi penè certum est longè post hæc tempora contigisse filii Jeroboami morbum et interitum, quod item putat Abulens. quæst. 1. Nam prophetæ interitus non longè aberat à decem tribuum imperio diviso, neque hoc ab eo tempore, in quo diviso pallio ab Ahiâ Silonite Jeroboamo decem tribus assignatæ fuerunt: at eo tempore non videtur admodùm ætate progressus Ahias, quando in agrum egressus est, utique solus, ut Jeroboamum solum conveniret, remque totam absque arbitris secretò doceret: at quando de filii morbo à Jeroboamo consultus est, jam usque adeò senex erat, ut præ senectute videre non posset, quod provectæ admodùm ætatis argumentum est.

Vers. 2. — Dixitque Jeroboam uxori suæ (1): Surge et commuta habitum. Nòrat, aut certè prudenter conjectare poterat, infensum sibi esse Ahiam Silonitem, à quo de imperio dissecto vaticinium acceperat, quia ipse gentilicos sibi fabricâsset deos, et ad illorum cultum magnam Israelitici seminis partem adduxisset. Atque ideò id maximè curavit homo cautus et solers, ne propheta cognosceret, cujus esset filius, de cujus valetudine petebatur oraculum, et quis ille foret qui valetudinis eventum nôsse vellet. Et ideò artificio singulari usus est: allegavit enim uxorem, ut prophetam de sui filii morbo consuleret, quod fieri posset patris occultato nomine, sub hâc nimirùm interrogatus formâ: «Quære à Domino, an filius meus, « qui graviter nunc à morbo jactatur, ab illo « sit liberandus. » Ubi certus proponebatur ægrotus, quia certa mater; neque tamen patris audiebatur nomen. Id verò per nullum alium commodè discere potuisset, quia nemo certum aliquem proponere posset ægrotum, parentum suppresso nomine. At quia periculum erat, ne uxor cognosceretur Jeroboami, quod neque illi tutum foret in regione tunc temporis non admodùm in Jeroboamum affectâ, quia non omnibus illius consilium probabatur, neque aliquid à prophetâ fortassè audiret opportunum atque benignum, fecit ut illa habitum et incessum mentita, aliam se esse simularet. Quare regiam abjecit pompam et comitatum, plebeiam se finxit, et unam è multis, ut de infimæ plebis adolescentulo sciscitari existimaretur oraculum. Hoc videtur fuisse Jeroboami consilium, ut ex parte conjectat Abulensis q. 2 ad q. 5.

Vers. 3. — Tolle quoque in manu tua decem panes et crustulam. Hoc quoque signum erat feminæ plebeiæ ac rusticæ, quæ secum ea portat munera, quæ petuntur è rure, et quæ ad rusticas delicias comparari solent. Quis enim crederet illam esse reginam, quæ panes affert et modicùm mellis, quorum hoc ultrò ipsa affert sylva, illi in tenui etiam familiâ deesse non solent. Pro *crustulâ*, Septuaginta posuêre, *collyria*. Chaldæus *placentas*, Hebr. *nebukim*, quæ vox punctatum aliquid significat, aut certè artificio aliquo pistorio, aut lineis aut variis rerum formis impressum, quod ad suas delicias adhibent rustici; quas Hispanorum vulgus *tortas pictas* appellat, translatio Hispanica *roscas* reddit. Dicuntur autem *crustulæ*, aut etiam in genere neutrali, *crustula*, quia tenues plerùmque sunt panes ad tabellarum, seu crustarum similitudinem, quæ ut ab artifice manu formas accipit varias, sic etiam opere dulciario aliquid habet admixtum, quod palatum mulceat et oblectet; qualia sunt quæ *artolagana* dicuntur, aut similæ oleo frixæ. Certè crustula in neutrali genere aliquod habet secum irritamentum gulæ, quæ pueris porrigi solent, ut plorare desinant, aut ut ad honestum aliquod studium alliciantur. Sic Horatius lib. 1 Satyr. 1:

Ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere prima.

Quomodò autem ad prophetas, virosque principes ignobilior turba aliquid afferre soleret officii atque obsequii gratiâ, diximus lib. 1, cap. 9, ubi Saül cùm adhuc privatam vitam ageret, munera quædam obtulit Samueli.

Vers. 4. — Abiit in Silo. Silo in tribu erat Ephraim, ex quâ natus Jeroboamus, et quæ in illius tunc erat potestate. Nihilominùs puto minùs in contribulem Jeroboamum affectos Silonitas, quia secum Ahiam haberent, qui causam Dei ageret contra Jeroboamum et vitulos; et quia cùm ibi diu tabernaculum fuisset et arca, à verâ religione ad gentilicam insaniam difficiliùs potuerunt abduci. Atque

(1) Hanc uxorem Septuag. Roman. asserunt fuisse sororem reginæ Ægypti natu majorem, eamque vocant *Ano*; Lucifer Calarit., de Regibus apostaticis vocat *Annam*. Ita Serarius et Salianus. (Corn. à Lap.)

ideò expediit ut Jeroboami uxor habitum assumeret alienum, ne minùs tractaretur honestè, quàm regium nomen et dignitatem deceret.

QUIA CALIGAVERANT OCULI EJUS PRÆ SENECTUTE. Cæcitas quæ non ex morbo aliquo sed ex ætate provenit, satis indicat senectutem esse gravem, et ætatem longiùs esse progressam : unde supra colligebamus quàm plurimùm intercessisse temporis inter prophetam occisum à leone, et inter Ahiam Silonitem à Jeroboamo consultum. Reliqua ad v. 10, operam interpretis non desiderant. Tantùm enim, quò plus habeat acerbitatis reprehensio, collata à Deo in Jeroboamum commemorantur beneficia, et exprobratur ingratus animus, et usque adeò meritorum immemor et privatæ commoditatis amans, ut abjuratâ patriâ religione ac fide pro gratiis quas rependere debuit, gravem et ad illud usque tempus inauditam retulerit injuriam. (1)

VERS. 10. — ET PERCUTIAM DE JEROBOAM MINGENTEM AD PARIETEM, ET CLAUSUM ET NOVISSIMUM IN ISRAEL. Quid sit, *mingens ad parietem*, diximus lib. 1 Reg. cap. 21, v. 22, ad eadem propè verba : est enim descriptio canis, qui quo modo ab Hebræis, sic etiam ab Hispanis appellatur, *mastim*. Ibi ostendimus proverbialem esse formam, quâ significamus nihil ex alicujus opibus, seu familiâ futurum esse reliquum. In quo dicendi modo, sicut in aliis, qui attexuntur, quique eòdem spectant, sicut in aliis proverbiorum formis, aliquid inest hyperbolicum.

Quod statim subditur difficilius est, et sinè dubio proverbiale, quia et sæpiùs usurpatur in Scripturâ, et verba ipsa Hebraica cùm paria sint, et similiter cadentia, et sono quàm simillima, satis ostendunt vulgari sermoni fuisse familiaria. Sic autem Hebr., *asur vaazub*, quorum alterum, *clausum* significat, alterum, *derelictum*. Vulgatus hæc verba eodem modo conjuncta, non eodem semper modo conjungit. Hoc enim loco, *clausum* et *novissimum* reddidit, ut vides. Sicut etiam lib. 4, cap. 9, vers. 18, c. 21, v. 21, *clausum* et *ultimum*; lib. 4, cap. 14, v. 26, *clausos carcere et extremos ;* Deuteron. 32, v. 36, *clausi et residui*. Quid hæc verba valeant nemo dubitat, neque aliud significant, quàm nihil ex totâ possessione, aut domo quantùmcumque vile, seu pretiosum fuerit, quamtùmcumque custoditum et clausum, sive derelictum et abjectum, fore à prædatione, seu ab exitio reliquum. Hoc certum et notum ; illud obscurum, undenam fuerit desumpta metaphora. Mihi videbatur sumpta fuisse è re pecuariâ, ubi agni, v. g., et hœdi aut claduntur domi, aut certè non procul à domo abire permittuntur, ut sub vesperum claudantur, aut domi, aut intra septa, ubi fideli canum pastorumque custodiâ servantur. Sanè tenerum pecus noctu contineri domi, et nostris temporibus fieri videmus, et antiquis factum esse legimus. Imbecillum namque pecus, quod matres in pascuis assequi non valent, aut domi relinquitur, aut separatim non procul à domo pascitur, interdùm à puellis, quibus propter juvenilem petulantiam à domo longiusculè recedere tutum non est. Sic sanè Theocritus Idyl. 5, et ex eo Virg. eclog. 7 :

Quid facerem? neque ego Alcippem, neque Phyllida habebam,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Quod, credo, munus obibat Rachel, Gen. 29, et filiæ Jethro sacerdotis Madian, Exod. 2, quas patres viri honesti non paterentur abesse longiùs à suburbanis, unde domum facilè te-

(1) VERS. 6. — EGO AUTEM MISSUS SUM AD TE DURUS NUNTIUS, ut denuntiem filium, pro quo me consulis, moriturum et alias longè majores clades Dei jussu infligam, quia Jeroboam Deo fuit durus et refractarius; duro autem nodo durus quærendus est cuneus. (Corn. à Lap.)

VERS. 9. — FECISTI TIBI DEOS ALIENOS. Ita appellat aureos vitulos, quos populus veluti numina venerabatur supremo cultu, qualis nonnisi verum Deum decet. (Calmet.)

Vous avez fait plus de mal que tous ceux qui ont été avant vous, etc. Un savant homme (Estius) nous fait remarquer que la raison pour laquelle Dieu reprocha à Jéroboam d'avoir fait lui seul plus de mal que tous les autres, était que non seulement il avait abandonné, comme plusieurs, le culte de la véritable religion, mais qu'il avait travaillé, par un artifice et par une politique détestable, à le faire abandonner en même temps à tout le peuple ; ce qu'on a fait voir auparavant être un crime sans comparaison plus noir que celui de Salomon, que l'amour des femmes avait emporté et fait passer dans l'idolâtrie. Qui peut, en effet, pénétrer toute la profondeur de la malice d'un péché tel qu'était celui de ce prince, qui, après avoir été élevé sur le trône de Salomon par un pur effet de la volonté de Dieu, qu'il a reconnu lui-même, ne pensa plus qu'à s'assurer son royaume par la ruine de la véritable religion du Dieu de qui il avait reçu sa couronne ? Mais qu'il n'est que trop ordinaire de voir encore renouveler parmi nous en quelque sorte le crime de Jéroboam, lorqu'au lieu de faire servir à l'accroissement de la gloire de notre Dieu les différents dons de sa grâce qu'il a répandus sur nous, nous nous en servons, au contraire, pour nous élever contre lui, sinon par une idolâtrie extérieure et visible, au moins par celle d'un orgueil secret et d'une complaisance criminelle, voulant rapporter à nous-mêmes toute la gloire qui n'est due qu'à celui-là seul qui est nommé le Très-Haut! (Sacy.)

nerum pecus nocte jam impendente reducerent. Si hinc metaphoram deducas, sensus est facilis, eam futuram stragem, ut nihil maneat à periculo liberum, sive domi servatum et clausum, sive in agro derelictum, et extra claustra. Sicut cùm gravis ingruit tempestas, et hyemis inclementia durior, neque tenerum pecus effugit mortem, quod domi clauditur, neque robustum et grandius, quod extra domum stabulatur in locis apertis. Hispanus hæc eadem sub eâdem metaphorâ explicare solet, cùm universalem stragem exprimere vult : *No ha que dado roso ni velloso.* Accedit quòd vox Hebraica *mastim*, quæ, sicut apud Hispanos *canem* significat pastoralem, satis indicat rem hic notari pecuariam, quasi dicas, nihil è toto grege, neque canem quidem gregis custodem esse relinquendum.

Hæc mihi sententia omnium probaretur maximè, nisi viderem aliò incumbere frequentes alios, qui cùm varias adducant expositiones, unam tamen, quæ magis est communis ac verisimilis, ex omnibus producam. Duo sunt bonorum genera; altera quæ domi, altera quæ foris in agris possidemus. In illis numero pecunias, vasa, vestes, omnemque supellectilem, atque ornamenta domestica; in his agros, armenta, rem denique totam pecuariam et rusticam : illa clauduntur domi, et quasi in dominorum sinu servantur, hæc in agris cœlorum inclementiæ, latronum et bestiarum injuriis relinquuntur exposita; utrisque dicitur imminere strages, sive à temporum injuriâ, sive ab hostili manu. In hanc sententiam, ut refert Pagninus in radice *Azab*, exposuit Rab. Josephus illud Deuter. 32, vers. 36 : *Clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.* Hebr. : עצור ועזוב : *Non erant opes, quæ domi clauduntur, neque pecudes, quæ in agro relinquuntur.* Sic sanè hunc locum exponit translatio Hispanica : *Lo tesaurizado, y lo dexado en el campo.* Cùm autem parentum gratissima optimaque possessio filii sint, illi quoque hâc dicendi formâ auferendi dicuntur, quorum illi qui ita teneri sunt aut delicati aut imbecilli, ut externa curare non possint, continentur domi, vocarique possunt clausi, quia à parentum aspectu aut etiam complexu non recedunt; illi verò, qui foris agunt, relicti dicuntur, quia suis jam nituntur viribus, neque parentum sunt alligati custodiæ, quo modo pulli cùm adhuc implumes et molliculi sunt, continentur et clauduntur in nidulis, ubi parentum curâ sustentantur ; cùm autem ætate plumarum aliquid et roboris accessit, relinquuntur à patribus, et suâ se sustentant ac moderantur industriâ. Hi porrò etiam novissimi aut ultimi vocari non immeritò possunt, quia quod ad parentum attinet curam et indulgentiam, novissimo loco sunt. Denique hâc metaphorâ significatur pretiosissimum quodque atque vilissimum, quod quoquo modo pertineat ad Jeroboamum, fore perdendum. Hujusmodi aliæ proverbiales formæ, quæ significant nihil futurum esse reliquum, in Scripturâ sacrâ reperiuntur, quarum aliquas adduximus Isai. cap. 9, v. 14 : *Caput et caudam, incurvantem et refrenantem*, quod aliqui in eamdem sententiam ita legunt : *Ramum et juncum.* Quibus verbis indicat propheta summis atque infirmis, robustis atque tenuibus vastitatem indici.

Et mundabo reliquias domus Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum (1). Ex tantâ domo, quam Jeroboamus sibi ex decem

(1) Syriacus et Arabs aliter exponunt : *Quemadmodùm racemantur vites vineæ, absolutâ vindemiâ.* Rabbinorum quidam : *Ceu turbo omnia, in quæ inciderit, abripiens;* vel : *Ceu dens, qui escas conterit usque ad extremam contritionem.* (Calmet.)

Vers. 10. — *Je nettoierai tous les restes de la maison de Jéroboam, comme on a accoutumé de nettoyer le fumier, jusqu'à ce qu'il n'en reste aucune trace.* Cette expression, quoique basse en apparence, est très-digne de la majesté de Dieu. Car c'est de même que s'il nous disait que toute la gloire des plus grands princes du monde est devant lui comme de l'ordure et du fumier, lorsqu'ils imitent l'impiété de Jéroboam. Nous voyons dans l'Ecriture que les prières des saints montent devant Dieu, et qu'elles sont accompagnées de parfums, lorsqu'elles s'élèvent jusqu'à lui. Mais nous y voyons aussi que l'orgueil de ceux qui le haïssent monte toujours, et il monte comme une vapeur détestable dont l'impureté est en horreur à celui qui ne regarde que les humbles. L'impiété de Jéroboam et de toute sa famille était donc comme un fumier d'une horrible puanteur, que Dieu devait nettoyer par un effet rigoureux de sa justice, en exterminant cette maison, et n'en laissant aucune trace. (Sacy.)

Vers. 11. — Qui mortui fuerint in civitate, comedent eos canes; sub dio projecti jacebunt, sepulturâ asini sepelientur, ut alibi Scriptura loquitur. (Calmet.)

Vers. 12. — In ipso introitu pedum tuorum in urbem morietur puer, ut pateat à Deo per me mortem filio intentatam et immissam, ob tua et tui mariti idola, ideòque graviùs doleatis, quòd vestri filii fueritis quasi parricidæ. Sic Valens imperator morbum filio suo ob Arianismum immissum depulit per preces S. Basilii; at mox vocans Arianos ad eum visendum, eumdem perdidit.

Vers. — 13. Ille enim solus inferetur de

tribubus extruxerat, nullas dicit futuras esse reliquias. Quod quidem ita contigit, ut habes sequenti capite, vers. 29, ubi sic de Bassa : *Percussit omnem domum Jeroboam, non dimisit ne unam quidem animam de semine ejus, donec deleret eum.* In metaphorâ autem fimi seu stercoris, duo ego, quæ ad rem maximè faciunt, invenio. Alterum est Jeroboamum, qui valdè sibi in regiâ potestate et nomine placebat, quia religionem abjuraverat patriam, et magnam hominum multitudinem ad illam impietatem adduxerat, eodem apud Deum esse loco, quo stercus et fimus. Et sanè pluris æstimari non debent, qui quantùmcumque regio nomine ac majestate conspicui suo potiùs genio ac studiis obsequuntur, quàm divinæ serviunt voluntati ac gloriæ. Tales ergo reges à regno atque à vitâ movet, quasi quis fimum, qui graviter olet et indecorè fœdat, à domo rejicit. Quod viri potentes, quique aliis præsunt, si minùs divina meditentur, illisque ornandis atque promovendis studeant, de seipsis existimare debent, neque de se cogitare sublimiùs, quàm de luto ac fimo, quod ab aliis cum fastidio atque horrore calcatur.

Alterum est, hâc dicendi formâ in Scripturâ non infrequenti, omnimodam atque universam significari stragem, quæ nihil omninò relinquit intactum. Sic Ezechiel cap. 26, v. 4, cùm significare vellet extremam Tyri vastitatem, dixit : *Et radam pulverem ejus, et dabo eam in limpidissimam petram.* Isai. de Babylone, cap. 14: *Scopabo eam scopo terens.* Cùmque alia plerùmque ad summum neque eradi, neque converri soleant, quia in illis est aliquid, quod neque sit odoratum grave, neque ad aspectum fœdum, in fimo, quia utrumque tetrum habet et grave, ad extremum usque pulvisculum everri solet. Addo ad extremum in his videri speciem quamdam hypallages, in quâ adjuncto tribuitur, quod magis convenit subjecto. Sic Matth. 8, de leproso dicitur : *Statim mundata est lepra ejus*, id est, mundatus est à leprâ.

Jeroboam in sepulcrum, quia inventus est super eo sermo bonus a Domino. Aliqui putant filium hunc aliquid boni gessisse, ob quod meruerit apud Deum sepulturam, v. g., quòd fideles euntes in Jerusalem ad adorandum Deum in templo, ire permiserit. Ita Rabbini. Verùm filius hic erat puer, ut dictum est v. 12. Meliùs alii, non filii, sed alicujus domestici meritis id attribuunt; hoc enim significat *tò in domo Jeroboam*, q. d. : Aliqui è familiâ Jeroboam nonnulla bona fecerunt, ob quæ Deus eos remunerabitur hâc mercede, ut filius hic Jeroboam sepulturâ dignâ donetur. Ita Vatabl. (Corn. à Lap.)

Isai. 6 : *Peccatum tuum mundabitur*, id est, tu à peccato mundaberis. Sic ergo mundandæ dicuntur reliquiæ Jeroboami, sicut mundatur fimus, id est, mundandum esse regnum à Jeroboami reliquiis, non aliter quàm domus mundatur à fimo, cujus ab ancillâ sedulâ atque studiosâ munditiæ neque pulvisculus relinquitur in domo locuplete et lautâ.

Vers. 14. — Constituit autem Dominus sibi regem super Jerusalem, qui percutiat domum Jeroboam in hac die et in hoc tempore. Non diu stetit gloria domûs Jeroboami, quia neque ille stetit diu in fide, quam servare integram Deo debuit. Ex usu Scripturæ id fieri dicitur, quod futurum est brevi. Quo modo Christus dixit Matth. c. 9, de filiâ archisynagogi : *Non est mortua puella, sed dormit*, quæ brevi erat à mortuis excitanda. Et Christus, Joan. 17, v. 10, dixit se jam non esse in mundo, quia citò in mundo futurus non erat. Hinc fit ut *hodie* aliquando sumatur pro tempore quod ab hoc die proximè abest. Ut Zachar. cap. 9, v. 12 : *Hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi.* Ubi diximus, quod antecessit proximè, aut non diu post futurum est, existimari præsens, et per *hodie*, aut similem aliam vocem explicari. Non percussit rex à Domino pro Jeroboamo constitutus illius domum eo die, in quo Jeroboami uxor accepit à prophetâ vaticinium hoc durum. Quia tamen brevi illud erat complendum, ut cap. 15, statim apparebit, ideò eodem die dicitur habiturum exitum.

Vers. 15. — Et percutiet Dominus Deus Israel, sicut moveri solet arundo in aqua, et avellet Israel de terra bona hac (1). Duo hic propheta minatur Israeli, quia secutus est

(1) Quia fecerunt sibi lucos, puta sylvas arboribus consitas, umbrosas, amœnas et nemorosas, in quibus, more gentium, sua colebant idola, quibus hosce lucos dicabant. Unde in comessando, inebriando, fornicando serviebant Baccho et Priapo, ut patet cap. 15, v. 13. Causas alias lucorum affert Plinius lib. 12, c. 1 : « Hæc, ait, fuère quondàm numinum templa, « priscoque ritu simplicia rura ; etiam nunc « Deo præcellentem arborem dicant ; nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra, « quàm lucos et in iis silentia ipsa adoramus. « Arborum genera numinibus suis dicata, perpetuò servantur, uti Jovi esculus, Apollini « laurus, Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus, quin et Sylvanos Faunosque « et dearum genera sylvis, ac sua numina non « secùs ac cœlo attributa credimus. » Causas verò cur Deus lucos adeò vetuerit, recenset Philo, lib. de Monarch. : « Primò, inquit, « quoniam verum Dei templum non amœnitates postulat, sed severam castimoniam ; « deinde quia non est fas illùc importare quæ

Jeroboamum, et abjuratâ religione patriâ gentilicam professus (nam de fœdo ac brevi Jeroboami, et ipsius domûs interitu jam actum fuerat). Alterum est diu futurum in perpetuo quodam metu, et ab hoste vicino atque etiam longiori variè vexatum; atque ideò non leviùs agitatum iri perturbatione ac metu, quàm arundo concutitur aut carex seu juncus, qui in alveo nascitur torrentis, et magno impetu decurrentis aquæ, qui nunquàm non movetur, quia vis ei semper adjungitur externa, quæ nec puncto temporis illum quietum esse patitur. Eâdem aut certè non admodùm diversâ similitudine expressit Isaias capite 7, metum, quo Achaz rex Juda cum populo toto commotus est, cùm armatas contra se inimicorum acies imminere vidit : *Et commotum est cor ejus, et cor populi ejus, sicut moventur ligna sylvarum à facie venti.* Illud tantùm est discrimen, quòd illic arundo ab undis, hìc à ventis dicitur lignum in sylvis moveri. Alterum, ubi diu jactatus fuerit populus, quasi arundo à fluctibus et ventis, tandem à patriis finibus esse ad terras quàm longissimè dissitas abducendum, non secùs atque quercus, ubi sæpè fuerit à lignatoris percussa securi, et suo sæpè pondere nutaverit, tandem à suo stipite abscissa, aut à vento vehementiùs incitato stirpitùs avulsa, aut foco destinatur, aut vile cogitur subire ministerium. Quomodò variis Assyriorum appulsibus è suis sedibus ad alienas translatus fuerit Israel, suis locis dicemus. (1)

« faciunt ad virorem arborum, hoc est, brutorum et hominum excrementa; tertiò quia « sylvestris materiæ nullus est usus, cùm sit, « ut poetæ loquuntur, *telluris inutile pondus.* « Fructiferæ autem arbores parùm cordatos « et pios ab intentione animi, religioneque « sacris debitâ retraherent. Præterea condensa « sylvarum maleficis conveniunt, ex latebris « securitatem et insidiarum occasionem quæ- « rentibus; at patentia et oculis exposita loca, « quæ videri ab aliis, et videre alios possunt, « sacris maximè apta sunt et accommodata. » (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 16. — Et tradet Dominus Israel, hoc est, Israelem, puta decem tribus, in manus hostium, scilicet Assyriorum, propter peccata Jeroboam. Nota hìc quatuor plagas gravissimas, quibus Deus castigavit idololatriam publicam Jeroboam : primò enim prædicit filium ejus puerum moriturum; secundò, ipsum periturum cum omnibus posteris, idque cum infamiâ, ut careant sepulturâ, atque à canibus et feris lanientur; tertiò, regnum à Jeroboam ejusque familiâ ad alium regem transferendum; quartò totum populum in captivitatem abducendum. (Corn. à Lap.)

Qui peccavit, et peccare fecit Israel. Funestæ criminum impiorum principum appendices. Cæteros rapiunt in malum exemplo suo, atque in subditos justitiæ Dei severitatem provocant. Non ipsis unis pœna criminum suorum nocet, quemadmodùm nec soli ipsi peccârunt. Scelus enim insinuant in populi animos, cæterosque corruptione suâ inficiunt. *Plus exemplo, quàm peccato nocent.* Verissimè pronuntiat Lactantius : « Quoniam mores et vitia regis imitari « genus obsequii judicatur, abjecerunt omnes « pietatem, ne exprobrare scelus regis videren- « tur, si piè viverent. » (Calmet.)

Vers. 17. — Et venit in Thersa. Jam Jeroboam excesserat ex Sichem, ubi rex à populo salutatus fuerat, postquàm illam egregio opere munierat et abierat in Thersa, ubi stabilem Israelitici imperii sedem locaverat; ubi tamdiù stetit, donec ab Amri ædificata Samaria, et ad illam regni sedes translata est, infra cap. 16, vers. 24 et 29. Fuisse autem Thersa civitatem amœnitatis eximiæ, ex eo facile est conjectare, quia aliter non videbatur tanti imperii futura metropolis. Deinde, quia Cant. cap. 6, sponsæ pulchritudo cum Thersâ comparatur, quod sanè neque aptè neque prudenter fieret, nisi talem haberet venustatem et speciem, qualem eo loco meditatur sponsus. Ubi enim Vulgatus: *Pulchra es, amica mea, suavis,* Hebr. est, *sicut Thersa,* et ipsa docet nominis notatio deduci à radice *Ratsah,* quæ *velle* significat, aut *placere.* (1)

Vers. 20. — Dies autem, quibus regnavit Jeroboam, viginti duo anni sunt, et dormivit cum patribus suis, regnavitque Nadab filius ejus. Hæc per prolepsim dicta sunt, id est, ante illud tempus, in quo, quæ nunc dicuntur facta, contigerunt. Nam post hæc, ut habes cap. sequenti, bella gessit cum Abiâ, et regnum produxit usque ad annum primum regni Asa, qui tertius regnavit à Roboamo. Sed hìc finire voluit sacer historicus, quæ pertinerent ad Jeroboamum, ut quod reliquum erat ex gestis Roboami, ad finem usque pertexeret.

Vers. 21. — (2) Quadraginta et unius anni erat Roboam cum regnare cœpisset, decem et sep-

(1) Vers. 19. — Reliqua autem verborum (id est, factorum, est metonymia) Jeroboam, etc., scripta sunt in libro Verborum (factorum) dierum regum Israel, puta in annalibus, chronicis et diariis, in quibus scribebantur gesta regum populique Israel per singulos dies. Aliqui putant hunc librum esse librum Paralipomen., sed errant, quia hic liber citatur in libro Paralip.; quare ante librum Paralipom. æquè ac ante libros Regum (nam in iis hìc et alibi citatur) conscriptus est. Vide Abulens. proœm. in lib. Paralip. (Corn. à Lap.)

(2) Porro Roboam; finitis gestis Jeroboam primi regis Israel, transit ad gesta Roboam primi regis Juda.

Ut poneret nomen suum ibi. *Nomen,* id est, nominis sui cognitionem, fidem, cultum, ado-

TEM ANNOS REGNAVIT IN JERUSALEM. Ex hoc loco nonnulli colligunt à duodene Salomone genitum esse Roboamum, et quidem res esset certa, si à Salomone duodecimo ætatis anno regnum initum esse constaret Quâ de re nos suprà latiùs, cap. 3, non longè à principio.

NOMEN MATRIS EJUS NAAMA AMMONITIS. Ex alieno genere erat Roboami mater, quæ licet principio cùm ad legitimum Salomonis thalamum adducta est, abjuratâ patriæ religione, Israelitica sacra complexa est : fieri tamen potuit, imò et factum esse non est improbabile, ut Salomone jam infatuato et non obscurè favente religioni gentilicæ, ipsa ad religionem, quam repudiâsse videbatur (licet nunquàm fortassè animum deposuisset gentilicum) rediret. Quare illi difficile non fuit filio non admodùm intelligenti et cauto persuadere, ut quam ipsa à primis annis religionem hausisset, ipse maternis obsecutus precibus, cùm nullum jam sese ostenderet à parentis severitate periculum, amplecteretur. Cùm autem apud filios valere plurimùm soleat matris indulgentia mollior et voluntas licet non semper, neque ubique justissima, perfecit cum filio plus satis obsequenti et facili, ut religionem desereret, quam à magis sano parente quondam acceperat. Unde illa ausus est flagitia, de quibus statim, quæ admitteret ad animum nemo, in quo aliquid esset pudoris aut mentis. Hæc autem mater Ammonitis dicitur, quæ ex usu magis frequenti Scripturæ Ammonitis dici posset; et ita habent translationes recentes, et favet plurimùm in originali voce punctorum notatio.

VERS. 22. — ET FECIT JUDAS MALUM (1) CORAM DOMINO. Diximus supra cap. 12, ad finem, ex ordine Levitico quamplurimos, qui inter decem tribus erant dispersi, adhæsisse Roboamo, et alios non paucos ex aliis tribubus, quibus indicta à Jeroboamo religio displicuit; qui omnes cùm principio religionem colerent antiquam, sensim tamen ita cum suo rege defecerunt, ut post tres annos nihilò viderentur meliores Jeroboamo jam idololatrâ, et illius populo, qui penè nihil distabat à gentilico. De quibus lib. 2 Paralip. cap. 11, v. 17 : *Ambulaverunt enim in viis David et Salomonis annis tantùm tribus.* Post quos illa ediderunt flagitia, quæ statim commemorantur, qualia nempe illorum patres olim nihilò magis in religione stabiles admisêre. (2)

VERS. 24. — SED ET EFFEMINATI FUERUNT IN TERRA. Præter alia multa, quæ contra religionem aut commiserunt aut permiserunt scelera duæ reliquæ tribus, in quibus religio et pietas perseverâsse credebantur, ut excitâsse aras, sacrâsse lucos et impia gentilicæ vanitatis delubra, illud etiam addidêre vitæ jam omninò profligatæ monumentum, ut non tantùm feminarum (licet etiam hoc esset execrabile),

rationem æquè ac celebritatem, famam, gloriam, miracula, oracula, etc. In Jerusalem enim erat templum, sacerdotes, pontifices et prophetæ, qui populum in Dei fide cultuque instruerent et promoverent.

NOMEN AUTEM MATRIS EJUS NAAMA AMMONITIS, nimirùm soror aut filia Sobi, quem David loco Hanon bello victi regem Ammonitarum constituerat, qui proinde ut arctiùs sibi Davidem devinciret, petiit, ut Naama daretur uxor Salomoni filio Davidis, ut dixi 2 Reg. 17, 27. Concessit id David, eò quòd Naama ad Judaismum se converti velle diceret; sed Vatabl. et Emmanuel Sâ, aliique, suspicantur fictam et simulatam fuisse ejus conversionem, adeòque ipsam in corde mansisse gentilem, et deorum suorum cultricem; imò ad eorum cultum Roboam filium suum traduxisse, atque hanc fuisse causam invalescentis in Juda idololatriæ. Idcircò enim statim hìc subdit Scriptura : *Et fecit Judas malum coram Domino*, etc. *Ædificaverunt enim, et ipsi sibi aras, et statuas, et lucos.* Discant hìc principes quàm periculosum sit et Deo ingratum ducere filias infidelium vel hæreticorum, licet dicant se velle ad fidem converti : hoc enim dicunt ob spem regni vel principatûs, quia difficile est ut hæresim, quam à puero imbiberunt, seriò ex animo eradicent. (Corn. à Lap.)

(1) Puta idola, quæ antonomasticè vocantur *malum*, sive *peccatum*, quia ipsa summum sunt scelus. Roboam primis tribus regni sui annis cum suâ tribu Juda in fide et cultu veri Dei perstitit; sed iis elapsis, illam deseruit, variasque effeminatorum spurcitias permisit; quâ de causâ Deus in eum anno regni sui quinto immisit Sesac regem Ægypti, qui Jerosolymam cepit et spoliavit; causa idololatriæ fuit partim mater Roboam, puta Naama jam dicta, partim uxor Maacha. (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 23. — ÆDIFICAVERUNT SIBI ARAS SUPER OMNEM COLLEM EXCELSUM. Ante conditum templum et antequàm Dominus certum sibi locum destinâsset ad sacrificia et cultum populi altaria in editis locis tolerabantur, nec religioni ducebant viri quique pietate insignes, cùm ea sacrificiis frequentarent. Sed aræ illæ stabant plerùmque in locis insignibus, sive angeli alicujus per visum objecti, sive prodigii alicujus gesti memoriâ; sive quòd ibi arca Domini consederit, vel denique quòd locum illum propheta aliquis vel patriarcha oblatione sacrificiorum consecraverit. Sed posito templo, edita loca et erecta ibi altaria non aliter habenda erant ac profana; facultas omnis novas aras erigendi atque sacrificia offerendi in priscis altaribus cessavit. Sed Roboamus cum suis leges hasce omnes pessumdedit. Templum fermè desertum est, nova idolis altaria surrexerunt, consecrati sunt illis luci; passim erecta simulacra; superstitio atque idololatria latè per totam regionem inundavit. (Calmet.)

sed etiam masculorum prostibula, et quasi utriusque sexûs mercede prostituti emporia variis in locis constituerint. Quæ impudentia variis temporibus Hebræorum rempublicam inhonestè fœdavit. De quâ Isaias queritur cap 2, vers. 6, qui ad hæc fortassè tempora spectabat : *Et pueris alienis adhæserunt.* Hæc etiam pathicorum puerorum monstra fuerunt tempore Josiæ, quæ pius ille rex 4 Reg. cap. 29, sustulisse dicitur, quibus in ipso templo pro nefandâ illâ libidine erant destinata cubilia. Sic autem ibi v. 7, de Josiâ : *Destruxit quoque ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini.* Quod etiam Machabæorum tempore contigisse legimus lib. 2 Machabæorum cap. 4, v. 12, ubi sic de Jasone sacerdote summo : « Ausus est sub ipsâ arce gymnasium constituere, et optimos quosque epheborum in lupanaribus ponere. » Ubi vulgatus *effeminati,* Hebr. est, קדש *cades,* quæ vox scortum masculum, cynædeum, aut puerum meretricium sonat. Quare non placet, quod quidam apud Abulensem q. 35 existimârunt, quod ipse meritò confutat, in quibus est Lyra, qui dicunt effeminatos esse, qui ut sacerdotes, seu Corybantes esse possent deæ Phrygiæ, quæ Cybele, seu Berecinthia dicitur, sibi ipsis exsecuêre virilia, nisi dicamus hos etiam fuisse pathicos, quia cùm non possent adversam exercere, adversam consueverunt sustinere libidinem. Sed de hâc Corybantum infamiâ nihil, de alio prostituti corporis flagitio in Scripturâ sacrâ sæpiùs audimus; atque ideò, meo judicio, illa de Corybantibus cogitatio locum non habet.

Vers. 25. — In quinto autem anno regni Roboam ascendit Sesac rex Ægypti in Jerusalem, et tulit thesauros domus Domini (1). Sicut Salomonis impietatem Deus impunitam esse noluit, sic etiam neque Roboami filii, qui et ipse impius fuit. Et quia principum exempla, præsertim in malum, potentissima sunt, impietatem etiam in reliquas sibi tribus induxit. Contra hunc igitur misit Dominus Sesac regem Ægypti, qui conflavit exercitum et numero magnum, et bellico apparatu optimè instructum. Qui sic fuit in assumpto sibi negotio fortunatus, ut brevi secum thesauros omnes, et ornamenta sustulerit, quæ Salomon in templo Domini et in domo suâ collocârat; quæ et ponderis fuêrunt ingentis, et artificii atque operis eximii. In his numerantur aurea scuta, de quibus cap. 10, v. 16, pro quibus Roboamus ærea suffecit, quorum usum hic affert sacer historicus. Ex quo intelligimus aurea scuta, quæ Salomon excudi fecit, quem usum habuerint, nempe ut regem comitarentur cùm domum ingrederetur Dei ad ambitiosam regiæ majestatis ostentationem, non ut in acie militem munirent. Quare illa his tantùm tradebantur, qui ante domûs regiæ fores excubabant, qui regem in incessu publico præcederent; et cùm jam eo munere essent perfuncti, reddebant scutariorum præfecto, ut illa in armamentarium reduceret.

Qualis porrò apparatus regis Ægyptii fuerit, habes lib. 2 Paralip. cap. 12, et quomodò domum regiam, et templum spoliaverit, et reliqua, quæ ad hunc Ægyptiorum appulsum spectant. Sunt qui hunc Sesac Sesostrem esse dicant, de quo mira narrânt Ægyptii, ut auctor est Herodotus lib. 2, Diodorus Siculus lib. 2; ita Josephus lib. 8, cap. 4, ubi huic Sesac illa attribuit, quæ Herodotus Sesostri. Quod si verum est, gravissimam ab hoc Sesac, seu Sesostri ignominiam pertulit Roboamus, illamque suâ impietate atque stupore non indignam. Refert enim de Sesostri Herodotus, et eadem, ut apparet, Josephus de Sesac, si quando regem imbellem et timidum superâsset, erexisse tumulum ac monumentum, in quo muliebre potiùs aliquid appareret quàm virile, ut ostenderet posteris se cum muliere potiùs quàm cum viro habuisse certamen, quæ monumenta variis in locis erecta conspiciebantur. Quam ignominiam, ut opinor, non effugit Roboamus, si vera hæc sunt, qui timido fuit animo, ut habemus lib. 2 Paralip. cap. 13, v. 7 : *Roboam erat rudis, et corde pavido, nec potuit resistere eis.* Neque diù ac fortiter repugnavit Ægyptio; quare si quispiam aliud, hic dignus fuit, cujus memoria ad æternam ignominiam incideretur in saxis.

De hoc Sesostri alia quædam referunt histo-

(1) Qu'il y ait eu un *Sésostris,* ou qu'il n'y en ait jamais eu; que Sésac, qui pilla Jérusalem, soit ou ne soit pas *Sésostris,* ce sont des questions qui n'intéressent point la révélation; mais qu'un écrivain se joue du public jusqu'au point d'oser dire : « Ce qui ferait croire « que ce ne fut pas Sésostris qui pilla Jérusa- « lem, c'est qu'il ne pilla pas Sichem, Jéricho « et Samarie, car Hérodote dit qu'il pilla toute « la terre, » c'est comme si on prétendait qu'Alexandre ne conquit pas l'Asie, parce qu'il n'est pas dit qu'il ait conquis Nazareth et Bethléem. Ce qui met le comble à l'absurdité de cette plate observation, c'est que son auteur (Voltaire) a dit quelques pages plus haut qu'*alors Samarie n'existait pas, que Jéricho n'était qu'une masure, et que Sichem n'était pas rebâtie.* (Duclot.)

rici, quæ si passus est Roboamus, nihil ingenuo accidere potuit acerbius, nihil regiæ personæ indecorum et indignum magis. Eò etenim barbarus hic princeps insolentiæ processit, ut reges, quos armis superâsset, ad currum jungeret triumphalem, et eâ inusitatâ pompâ supra reges se esse, atque supra homines videretur. Hujus pompæ immanis planè, et barbaræ meminit Plinius lib. 33, cap. 2; Diodorus lib. 2; Lucanus lib. 10 :

Venit ad occasum, mundique extrema Sesostris,
Qui Pharios currus regum cervicibus egit.

Hæc ego vera esse non credo, quia horum nullum apparet in sacrâ Scripturâ vestigium, neque cum rege eâ ratione superato satis aptè conveniunt, quæ statim de Roboamo dicuntur, cujus parùm post hanc victoriam videtur aut potestas fracta, aut obscurata majestas. (1)

Vers. 29. — Reliqua autem sermonum Roboam, et omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda. Quæ sint hæc verba dierum, sive regum Juda, sive regum Israel, diximus in prolegomenis ad hos libros Regum. Ex quibus in libris Paralipomenon sumpta sunt plurima, quorum hic aliquid adducemus, ne quid desit ex Roboami historiâ, quod alio nobis loco referendum sit. Primùm ex cap. 11 lib. 2 Paral. habemus multas civitates muratas ædificâsse, id est, curâsse ut mœnibus cingerentur, quibus præposuit viros, qui illas tuerentur et regerent, curavitque ne horreis, quæ in singulis civitatibus extruxit, cibaria deessent ad vitam necessaria, neque in armamentariis scuta, atque hastæ. Uxores habuit decem et octo, et in his Maacha filiam Absalomis, ex quâ suscepit Abiam, quem ex omnibus suî loco regem suffecit, quia magis illum administrando regno putabat idoneum. Præter has, sexaginta concubinas habuit. Ex his porrò viginti octo suscepit filios, et filias sexaginta, et ad finem usquæ vitæ cum Jeroboamo pugnavit. Sed cùm hæc fecerit, in quibus aliquid videretur apparere consilii, non tamen ita suam, aut publicam rem administravit, ut evitaret rudis, aut stolidi nomen. Quod ipse etiam Abias objecit parenti, à quo appellatus est *rudis, et homo cordis pavidi.* Sed de illo gravius habemus judicium Eccles. c. 47, v. 27, ubi sic de Salomone : *Et dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam, et imminutum à prudentiâ Roboam, qui avertit gentem consilio suo.*

Quàm impiè vixerit Roboam, gentisque suæ mores non solùm malè vivendi permissâ licentiâ, sed etiam exemplo vitæ pessimo corruperit, paulò ante diximus ad versum 22. Neque videtur per idoneam pœnitentiam resipuisse : tum quia de illâ nihil habemus ex Scripturâ; tum etiam, quia obstinati in suâ iniquitate animi aliquod apparet in Scripturâ vestigium. Nam lib. 2 Paralip. cap. 12, v. 14, fecisse dicitur malum, neque de pœnitentiâ, aut quærendo Deo cogitâsse : *Fecit autem malum, et non præparavit cor suum, ut quæreret Dominum.* Quod esse extremæ impœnitentiæ non obscurum indicium in hunc locum Paralipomenon putat Abulensis quæst. 21. Hæc sunt quæ de Roboami vitâ ac moribus, rebusque gestis dicere habui. Alia omitto, quæ, quia leviora sunt, non puto, à nobis lector desiderabit. (1)

(1) Vers. 26. — Et tulit thesauros domus Domini, etc. Sesac diripuit Jerusalem, non tamen eam evertit, tum quia in Jerusalem inventa sunt opera bona pœnitentiæ, scilicet religionis, deprecationis, sacrificiorum, eleemosynarum, quibus viri pii eversionem deprecati sunt à Deo, 2 Paralip. 12, 12, tum quia rex Roboam videns Sesac vastare Judæam, cum suis resipuit, dicens : *Justus est Dominus,* ut dicitur 2 Paral. 12, 6, ubi et additur : *Cùmque vidisset Dominus, quòd humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam dicens : Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillùm auxilii, et non stillabit furor meus super Jerusalem per manum Sesac. Verùmtamen servient ei, ut sciant distantiam servitutis meæ, et servitutis regni terrarum;* quid scilicet intersit inter servire Deo, et servire homini puta Sesac regi. Deus enim suos servos ditat et exaltat; Sesac verò deprimit et spoliat. Denique ibidem de Roboam, v. 14, dicitur : *Fecitque malum, et non præparavit cor suum ut quæreret Dominum.* (Corn. à Lap.)

Vers. 27.— Tradidit ea in manum ducum scutariorium, nempe corporis custodum. Hebræus ad litteram : *In manu principum cursorum,* seu custodum corporis. Phrasis hæc, *in manu,* designat sæpè locum, atque in hunc sensum Aquila et Symmachus interpretantur. Clypeos hosce Roboamus posuit in aulâ principum, qui corporis custodibus præerant. (Calmet.)

Vers. 28. — *Lorsque le roi entrait dans la maison du Seigneur,* etc. Il paraît par là, dit un interprète, que Roboam n'avait pas entièrement abandonné le culte de Dieu, mais qu'il unissait, par un mélange de sacrilége, l'adoration du Seigneur avec celle des idoles, ce qui n'arrive que trop souvent dans l'Eglise, où l'on mêle aussi une apparence extérieure de religion avec toutes les passions à qui l'Apôtre a donné le nom d'idoles, lorsqu'il nomme l'attache criminelle que l'on y a, *une* véritable *idolâtrie.* (Sacy.)

(1) Vers. 30.— Fuit bellum inter Roboam et Jeroboam cunctis diebus. Non semper quidem in armis et inimicitiis perseveratum est. Scimus

CAPUT XV.

1. Igitur in octavo decimo anno regni Jeroboam filii Nabath regnavit Abiam super Judam.

2. Tribus annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Maacha filia Abessalom.

3. Ambulavitque in omnibus peccatis patris sui quæ fecerat ante eum, nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo, sicut cor David patris ejus.

4. Sed propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Jerusalem, ut suscitaret filium ejus post eum et statueret Jerusalem,

5. Eò quòd fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinâsset ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ Hethæi.

6. Attamen bellum fuit inter Roboam et Jeroboam omni tempore vitæ ejus.

7. Reliqua autem sermonum Abiam et omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda? Fuitque prælium inter Abiam et inter Jeroboam.

8. Et dormivit Abiam cum patribus suis, et sepelierunt eum in Civitate David. Regnavitque Asa filius ejus pro eo.

9. In anno ergo vigesimo Jeroboam, regis Israel, regnavit Asa, rex Juda;

10. Et quadraginta et uno anno regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Maacha, filia Abessalom.

11. Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, sicut David pater ejus.

12. Et abstulit effeminatos de terrâ, purgavitque universas sordes idolorum quæ fecerant patres ejus.

13. Insuper et Maacham matrem suam amovit, ne esset princeps in sacris Priapi et in luco ejus quem consecraverat; subvertitque specum ejus, et confregit simulacrum turpissimum, et combussit in torrente Cedron;

CHAPITRE XV.

1. La dix-huitième année du règne de Jéroboam, fils de Nabath, Abiam régna sur Juda.

2. Il régna trois ans dans Jérusalem. Sa mère se nommait Maacha, et était fille d'Abessalom.

3. Il marcha dans tous les péchés que son père avait commis avant lui; et son cœur n'était point parfait avec le Seigneur, son Dieu, comme l'avait été le cœur de David, son père.

4. Cependant le Seigneur, son Dieu, lui donna, à cause de David, une lampe dans Jérusalem, en suscitant son fils après lui pour soutenir Jérusalem,

5. Parce que David avait fait ce qui était droit et juste aux yeux du Seigneur, et que dans tous les jours de sa vie il ne s'était point détourné de tout ce qu'il lui avait commandé, excepté ce qui se passa à l'égard d'Urie, Héthéen.

6. Il y eut néanmoins toujours guerre entre Roboam et Jéroboam tant que Roboam vécut.

7. Le reste des actions d'Abiam et tout ce qu'il fit est écrit au livre des Annales des rois de Juda. Et il se donna une bataille entre Abiam et Jéroboam.

8. Après cela, Abiam s'endormit avec ses pères, et on l'ensevelit dans la ville de David. Et son fils Asa régna en sa place.

9. La vingtième année de Jéroboam, roi d'Israël, Asa, roi de Juda, commença son règne.

10. Il régna quarante-un ans dans Jérusalem.

enim, in exordio regni Roboamum prohibitum à Deo fuisse, ne moveret in Jeroboamum; et Abia ita depingit Roboamum: *Porrò Roboam erat rudis et corde pavido, nec potuit resistere eis*, nempe rebellibus. Neque tamen id prohibet, quominùs toto regni tempore simultas et dissidia utrumque hoc regnum inter se committerent, atque hostilibus sese mutuò simultatibus lacesserent, quanquàm nunquàm eò ventum est, quantùm scimus, ut aperto et justo bello utrinque decertaretur. Juda et Israel hostilibus sese et oculis et animis invicem insectabantur.

Vers. 31. — Dormivit Roboam cum patribus suis, ætatem agens octo et quinquaginta annorum, regni decem et septem. Princeps regimini parùm aptus, cui omnia deerant, sapientia, robur, religio; quorum loco erant ferocia, superbia, festinatio in consiliis. Laude aspergendus est aliquâ ex sollicitudine muniendi urbes ditionis suæ, atque armamentaria et cellaria condendi. Substitit primò in Sichem; deinde sedem Hierosolymam transtulit. Uxores habuit duodeviginti, concubinas sexaginta, è quibus duodetriginta filii, et filiæ sexaginta. Maacha filia Absalomi maximè chara fuit inter ejus uxores, cæterisque filiis Roboam præposuit Abiam, sibi ex Maachâ genitum, quem et regni successorem habuit. Roboami historiam litteris mandàrunt prophetæ Semeias et Addo. (Calmet.)

14. Excelsa autem non abstulit. Verumtamen cor Asa perfectum erat cum Domino cunctis diebus suis :

15. Et intulit ea quæ sanctificaverat pater suus et voverat in domum Domini, argentum et aurum et vasa.

16. Bellum autem erat inter Asa et Baasa, regem Israel, cunctis diebus eorum.

17. Ascendit quoque Baasa rex Israel in Judam, et ædificavit Rama, ut non posset quispiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Juda.

18. Tollens itaque Asa omne argentum et aurum quod remanserat in thesauris domûs Domini et in thesauris domûs regiæ, dedit illud in manus servorum suorum ; et misit ad Benadad filium Tabremon filii Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens :

19. Fœdus est inter me et te et inter patrem meum et patrem tuum : ideò misi tibi munera, argentum et aurum, et peto ut venias, et irritum facias fœdus quod habes cum Baasâ rege Israel, et recedat à me.

20. Acquiescens Benadad regi Asa misit principes exercitûs sui in civitates Israel; et percusserunt Ahion, et Dan, et Abel-Domum-Maacha, et universam Cenneroth, omnem scilicet terram Nephthali.

21. Quod cùm audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, et reversus est in Thersa.

22. Rex autem Asa nuntium misit in omnem Judam, dicens : Nemo sit excusatus. Et tulerunt lapides de Rama et ligna ejus quibus ædificaverat Baasa, et exstruxit de eis rex Asa Gabaa Benjamin et Maspha.

23. Reliqua autem omnium sermonum Asa, et universæ fortitudines ejus, et cuncta quæ fecit, et civitates quas exstruxit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda ? Verumtamen in tempore senectutis suæ doluit pedes.

24. Et dormivit cum patribus suis, et

Sa mère s'appellait Maacha, fille d'Abessalom.

11. Et Asa fit ce qui était droit et juste aux yeux du Seigneur, comme avait fait David, son père.

12. Il chassa de ses terres les efféminés ; il purgea *Jérusalem* de toutes les infamies des idoles que ses pères y avaient dressées.

13. Il ôta aussi l'autorité à sa mère Maacha, afin qu'elle n'eût plus l'intendance des sacrifices de Priape et du bois qu'elle lui avait consacré ; il renversa la caverne où il était honoré ; il brisa cette idole infâme, la brûla, *et en jeta les cendres* dans le torrent de Cédron.

14. Cependant Asa ne détruisit pas les hauts lieux. Et toutefois son cœur était parfait avec le Seigneur pendant tous les jours de sa vie.

15. Il porta aussi dans la maison du Seigneur ce que son père avait consacré à Dieu, l'argent et l'or, et les vases qu'il avait fait vœu de donner.

16. Or, il y eut guerre entre Asa et Baasa, roi d'Israël, tant qu'ils vécurent.

17. Et Baasa, roi d'Israël, vint en Juda, et bâtit *la forteresse de* Rama, afin que personne ne pût sortir ni entrer dans les états d'Asa, roi de Juda.

18. Alors Asa, prenant tout l'argent et l'or qui étaient demeurés dans les trésors de la maison du Seigneur et dans les trésors du palais du roi, les mit entre les mains de ses serviteurs, et les envoya à Bénadad, fils de Tabremon, fils d'Hézion, roi de Syrie, qui demeurait à Damas, et lui fit dire :

19. Il y a alliance entre vous et moi, comme il y en a eu entre mon père et le vôtre. C'est pourquoi je vous ai envoyé des présents, de l'argent et de l'or ; et je vous prie de venir, et de rompre l'alliance que vous avez avec Baasa, roi d'Israël, afin qu'il se retire de dessus mes terres.

20. Bénadad, s'étant rendu à la prière du roi Asa, envoya les généraux de son armée contre les villes d'Israël ; et ils prirent Ahion, Dan, Abel-Maison-de-Maacha, et toute la contrée de Cennéroth, c'est-à-dire toutes les terres de Nephthali.

21. Baasa ayant ouï cela, cessa de bâtir Rama, et s'en revint à Thersa.

22. Alors le roi envoya dans tout Juda, disant : Que tous, sans exception *viennent à Rama*. Et toutes les pierres et tout le bois que Baasa avait employés à bâtir Rama ayant été emportés, le roi Asa l'employa à bâtir Gabaa en Benjamin et Maspha.

sepultus est cum eis in Civitate David, patris sui. Regnavitque Josaphat filius ejus pro eo.

25. Nadab verò filius Jeroboam regnavit super Israel anno secundo Asa, regis Juda; regnavitque super Israel duobus annis.

26. Et fecit quod malum est in conspectu Domini, et ambulavit in viis patris sui et in peccatis ejus quibus peccare fecit Israel.

27. Insidiatus est autem ei Baasa filius Ahiæ de domo Issachar, et percussit eum in Gebbethon (quæ est urbs Philistinorum), siquidem Nadab et omnis Israel obsidebant Gebbethon.

28. Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio Asa regis Juda, et regnavit pro eo.

29. Cùmque regnâsset, percussit omnem domum Jeroboam; non dimisit ne unam quidem animam de semine ejus, donec deleret eum, juxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu servi sui Ahiæ Silonitis,

30. Propter peccata Jeroboam quæ peccaverat et quibus peccare fecerat Israel, et propter delictum quo irritaverat Dominum Deum Israel.

31. Reliqua autem sermonum Nadab et omnia quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

32. Fuitque bellum inter Asa et Baasa, regem Israel, cunctis diebus eorum.

33. Anno tertio Asa, regis Juda, regnavit Baasa filius Ahiæ super omnem Israel in Thersa, viginti quatuor annis.

34. Et fecit malum coram Domino, ambulavitque in viâ Jeroboam et in peccatis ejus quibus peccare fecit Israel.

23. Le reste des actions d'Asa, et toutes les entreprises où il signala sa valeur, tout ce qu'il fit, et les villes qu'il bâtit, tout cela est écrit au livre des Annales des rois de Juda. Il eut une grande maladie aux pieds dans sa vieillesse.

24. Et il s'endormit avec ses pères, et fut enseveli avec eux dans la ville de David, son père. Et Josaphat, son fils, régna en sa place.

25. La seconde année d'Asa, roi de Juda, Nadab, fils de Jéroboam, commença de régner sur Israël; et il régna deux ans.

26. Il fit le mal devant le Seigneur, et il marcha dans les voies de son père et dans les péchés qu'il avait fait commettre à Israël.

27. Mais Baasa, fils d'Ahias, de la maison d'Issachar, lui tendit des embûches et le tua près de Gebbéthon, qui est une ville des Philistins, que Nadab et tout Israël assiégeaient alors.

28. Baasa tua donc Nadab, et régna en sa place, la troisième année du règne d'Asa, roi de Juda.

29. Baasa, étant devenu roi, tua tous ceux de la maison de Jéroboam : il n'en laissa pas vivre un seul de sa race jusqu'à ce qu'il l'eût exterminée entièrement, selon que le Seigneur l'avait prédit par Ahias, Silonite, son serviteur.

30. *Et ceci arriva* à cause des péchés que Jéroboam avait commis et qu'il avait fait commettre à Israël, et à cause du péché par lequel ils avaient irrité le Seigneur, Dieu d'Israël.

31. Le reste des actions de Nadab, et tout ce qu'il fit, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

32. Et il y eut une guerre entre Asa et Baasa, roi d'Israël, tant qu'ils vécurent.

33. La troisième année d'Asa, roi de Juda, Baasa, fils d'Ahias, régna sur tout Israël, dans Thersa; et son règne fut de vingt-quatre ans.

34. Et il fit le mal devant le Seigneur, et il marcha dans la voie de Jéroboam et dans les péchés qu'il avait fait commettre à Israël.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Igitur octavo decimo anno regni Jeroboam, filii Nabath, regnavit Abiam. Regnavit Jeroboamus, ut capite 14, versiculo 20 diximus, viginti duos annos, quare quatuor annos antequàm ille regno defungeretur et vitâ. Cujus cùm tres annos tantùm durârit dominatus, consequens est, ut post Abiæ mortem, uno anno Jeroboamus Israeliticum tenuerit imperium. Quomodò verò dicatur nihilominùs duobus annis regnâsse post Abiæ mortem, dicemus statim ad versicul. 19. Quare toto vitæ tempore hostem habuit vicinum et acerrimum, quocum penè continenter, sicut ante patet, bellum gereret.

Vers. 2. — Nomen matris ejus Maacha, filia Abessalom (1). Multi nomen illud duobus pu-

(1) « L'auteur sacré, dit Voltaire, dit que « la reine Maacha était mère du roitelet Abia,

tant esse commune, et negant hunc Abessalom esse Davidis filium, qui aliter vocatur Absalom. Sanè Absalom dicitur libro 2 Paralipomenon capite 11, versiculo 21, ubi hæc Maacha filia dicitur Absalom. Mihi penè certum est Abessalomem, seu Absalomem istum filium esse Davidis. Sic enim Scriptura de Absalome loquitur, quasi homine notissimo, cùm nullam addat notam, quæ illius genus, seu ordinem manifestet; quia nempe ex libro secundo satis erat non solùm contribulibus, sed etiam alienis ac remotissimis notus. Et facit quòd Absalomis mater filia regis Gessur Maacha dicebatur : quare causam aliquam habuit Absalom, cur idem filiæ nomen indiderit. Hoc nomen antea lib. 2 Reg. cap. 14, v. 27, filiæ Absalomis putabamus esse proprium, nam ibi Thamar appellatur, quod existimabamus esse cognomentum illi à populo propter eximiam pulchritudinem impositum : sicut etiam putabamus uxorem Joachim appellatam esse Susannam propter pulchritudinem; Susanna enim lilium vocatur; et Esther Edissam, quæ vox myrtum valet, utraque autem planta speciosissima est. Sic ergo Maacha Absalomis filia propter egregiam speciem Thamar est à populo nominata, quæ vox palmam significat. Et eadem fortassè de causâ soror etiam Absalomis, quam oppressit Amnon, Thamar est appellata, cùm aliud nomen priùs habuerit à parentibus inditum. Alius fuit Abessalom, et alia Maacha illius filia, de quâ statim.

Vers. 3. — Ambulavit in omnibus peccatis patris sui. Id penè solum habemus de Abiâ, et quòd toto vitæ tempore, quod sanè fuit exiguum, nempe triennii, bellum gessit cum Jeroboamo. Libro porrò 2 Paral. c. 23, oratio refertur gravissima, quam habuit Abias, tum ad suos, quos ad aciem adduxerat, tum ad illos, qui contra eum cum Jeroboamo ex adverso constiterant. Quâ suos sic excitavit, ut à Deo sperarent summa omnia, à quo inimici defecerant impiè atque inverecundè; et tandem insignem victoriam obtinuerint, in quâ ex Jeroboami exercitu quingenta hominum millia desiderata sunt. Quâ clade sic fuerunt decem tribus attritæ, ut per multos annos contra cognatas tribus nihil tentaverint hostile. Hæc in illo cap. 13.

Vers. 4. — Sed propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam. Dignus erat Abias propter vitam ad Roboami potiùs impii, quàm ad Davidis piissimi exempla, institutam, quem Dominus extingueret, neque ex stirpe pessimâ ullum germen pullulare pateretur, sed tam illi fuit Davidis jucunda memoria, et tam fidelis illi facta promissio, ut lucernam, id est, præclaram sobolem indulserit scelerato nepoti, nempe Asam, de quo statim multa, et lib. 2 Paralipomenon cap. 14, 15 et 16. Quid sit lucerna, et cur filii vocentur lucerna parentûm, diximus supra cap. 11, vers. 36, et latiùs lib. 2, cap. 14, ad illud : *Quærunt extinguere scintillam meam.* Neque unum filium tantùm suscepit Abias, qui lib. 2 Paralip. c, 13, vers. 21, ex quatuordecim uxoribus viginti dicitur habuisse filios, et sexdecim filias.

Vers. 5. — Eò quòd fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ (1). Quomodò

« et ensuite il dit qu'elle était mère du roitelet « Asa. » Il n'est point impossible qu'il y ait eu plusieurs femmes qui aient porté le nom de *Maacha*. Il paraît même que c'était le nom que portaient les filles aînées des rois de Gessur. La mère d'Absalom s'appelait déjà de même. Suivant les exemplaires grecs, cette difficulté disparaît; ils nomment *Maacha* la mère d'Abia, et *Ana*, la mère d'Asa. Les manuscrits hébreux sur lesquels ils ont été faits, portaient donc, aux versets dixième et treizième du chapitre quinzième du troisième livre des Rois, *Ana*, et non *Maacha*. (Duclot.)

(1) *David ne s'était point détourné tous les jours de sa vie de tout ce que le Seigneur lui avait commandé, excepté ce qui se passa touchant Urie.* On demande comment l'Ecriture dit ici que David avait toujours fidèlement pratiqué les préceptes du Seigneur, hormis en ce qui s'était passé à l'égard d'Urie, puisqu'il l'offensa en tant d'autres occasions, comme dans le dénombrement du peuple, qui fut suivi d'une punition si sevère; dans le jugement injuste qu'il rendit contre Miphiboseth, et dans la cruelle résolution qu'il avait prise de tuer toute la famille de Nabal, pour le refus qu'il lui avait fait de l'assister. Sur quoi un savant théologien, Estius, et les autres interprètes, disent que le Saint-Esprit a parlé ici seulement des deux crimes de l'adultère et de l'homicide que commit David, parce qu'ils étaient absolument inexcusables, aussi bien devant les hommes que devant Dieu, au lieu que les autres pouvaient bien en quelque sorte s'excuser humainement, comme ce qu'il fit à Miphiboseth, sur la faiblesse de l'esprit de l'homme, qui se laisse quelquefois surprendre par la malice des méchants; le dénombrement du peuple, sur ce que d'abord il ne crut point offenser Dieu, et qu'il ne sentit le remords de sa conscience, comme parle l'Ecriture, qu'après son péché; et enfin la vengeance qu'il voulait prendre de Nabal, sur l'extrême brutalité de cet homme, qui, sans le moindre respect pour David, s'était emporté avec les derniers excès contre lui. Mais il faut avouer aussi que la grande humilité et la pénitence si parfaite de ce prince couvrait alors tellement

cùm alia David peccata commiserit, in causâ tamen Uriæ tantùm declinâsse dicatur à præceptis Domini, diximus lib. 1 Reg. cap. 45, à numero 49, neque aliquid succurrit novi, quod addamus. Attamen bellum fuit inter Roboam et Jeroboam omni tempore vitæ ejus. Jam hoc tempore, quo agitur de regno Abiæ, extinctus fuerat Roboam : quare ergo sacer historicus nunc bellorum meminit, quæ toto vitæ tempore inter Roboamum et Jeroboamum commissa sunt? Aliqui putant Roboamum patronymicè pro Roboamide poni, id est, pro Abiâ, qui Roboamo patre natus est. Est enim hoc et apud sacros, et apud profanos scriptores frequentissimum, ut absque ullâ mutatione patronymicè parentùm nomina pro filiorum nominibus usurpentur. Quo modo Dardanus pro Dardanide, Danaus pro Danaïde, et Teucri, et Troes millies pro illis, qui à Teucro et Troe propagati sunt. In sacris sæpè Christus Israel dicitur, et David, quia Davidis, et Israelis filius fuit. Vide quæ nos pluribus in nostris Commentariis super Acta, ad illud capitis 7, versiculo 16 : *Quod emit Abraham pretio argenti*, ubi hoc ipsum Roboami adduximus exemplum. Vide item nostros Commentarios super Ezechielem cap. 34, versiculo 23, ad illud, *servum meum David*. Neque hæc mihi explicatio displicet. Sed est fortassè alia commodior, si ita accipias, quia Davidis Domino accepta merita, et grata memoria, concessit illi lucernam in Israel, id est, posteros, qui regnum tenerent Israeliticum, sed nihilominùs illorum errata noluit esse etiam

aux yeux de Dieu tout le mal qu'il avait fait, qu'il semble que l'Ecriture ne parle même qu'avec peine des deux plus grands crimes qu'il eût commis. Elle relève toujours, au contraire, la droiture de son cœur, et ne manque point de le proposer partout comme ayant été parfait devant le Seigneur, parce qu'en quelques péchés qu'il soit tombé, il est revenu si parfaitement à Dieu, a lavé ses crimes avec tant de larmes, et en a été pénétré toute sa vie d'un si vif regret, et d'un souvenir si sensible, qu'il a, pour le dire ainsi, forcé le Seigneur d'oublier tous ses péchés pour ne plus envisager que sa pénitence et l'ardeur de son amour. C'est ce qui doit être d'une grande consolation pour tous ceux qui, ayant suivi David dans ses crimes, l'imitent ensuite dans la ferveur et dans la sincérité de sa pénitence. *Si secutus es errantem*, disait autrefois saint Ambroise à Théodose-le Grand, *sequere pœnitentem*. (Puisque vous avez péché comme David, faites aussi pénitence comme il l'a faite.) Ce sera alors que Dieu, oubliant tous vos péchés, ne se souviendra plus que des vertus par lesquelles vous effacerez à ses yeux toutes vos impuretés passées. (Sacy.)

dùm regnum obtinerent, impunita. Nam Roboam quamdiù vixit, nunquàm habuit pacatum imperium, cùm à Jeroboamo quotidianis vexaretur insultibus; et idem etiam accidit Abiæ, qui exiguum illud tempus, in quo cum potestate fuit, non habuit à bello, vel à sollicitudine vacuum. In hanc porrò explicationem libentiùs abeo, quia frustra priori loco actum esset de Abiâ Roboamitide, cùm statim de illo in eamdem sententiam futurus esset sermo. (1)

Vers. 9. — In anno ergo vigesimo Jeroboam, regis Israel, regnavit Asa, rex Juda. Usitatum est in Scripturâ sacrâ, ut annus incœptus aut omittatur interdùm, aut sumatur pro completo, ex quo fit ut non idem in Scripturâ earumdem rerum adhibeatur numerus. Anno decimo octavo Jeroboami regnâsse dicitur Abias, et ejus imperium fuisse triennale. Quare finitum fuisse oportuit anno vigesimo primo Jeroboami, si tres integros Abiæ tribuamus imperio. Sed aut decimus octavus annus Jeroboami imperfectus fuit, et connumeratus Abiæ pro pleno, aut vigesimus imperfectus, quasi plenus foret, datus est Asa. Quare verum est à decimo octavo Jeroboami anno triennale fuisse regnum Abiæ, et à vigesimo inchoâsse regnum Asa.

Vers. 10. — Nomen matris ejus Maacha filia Abessalom. Sicut mater Abiæ Maacha dicebatur Abessalomis filia, sic etiam idem nomen habuit uxor Abiæ, et mater Asa, quæ etiam patrem habuit, qui vocabatur Abessalom, qui sanè ab aliis fuêre diversi, licet utrisque fuerit

(1) Vers. 6. — Bellum fuit inter Roboam et Jeroboam, omni tempore vitæ ejus. Suspicantur plures, nomen Roboami irrepsisse pro Abiam, vel saltem Roboamum usurpari hic pro ejus familiâ et successoribus; quemadmodùm sæpè nomina David, Israel, et Abraham posita leguntur pro principibus familiæ Davidicæ, ac posteris Israelis et Abrahami, uti apud profanos scriptores Dardanus, Danaus, Teucer sunt illorum successores. Sed hanc solutionem nulla necessitas urget; constat enim, Roboamum et Jeroboamum mutuas fovisse simultates; quod ut animadverteretur, res ipsa poscebat. Vetus erat simultas et domestica. Legimus in Paralipomenis historiam cruenti prælii inter Asam et Jeroboamum, in quâ victor Asa hostium quingenta millia cæcidit. Id autem fregit adeò superbiam Israelitarum, ut nihil majoris momenti in Judam movere diù valuerint. (Calmet.)

Vers. 7. — Fuitque prælium inter Abiam et inter Jeroboam. Illud enarratur fusè 2 Paralip. 13, ubi dicitur Abiam in aciem eduxisse 400 millia, Jeroboam verò 800 millia, cùmque hi, utpote plures, illos cingerent, ipsos invocâsse Deum, ac ejus ope ex 800 millibus cæcidisse 500 millia. (Corn. à Lap.)

commune nomen. Exempla in Scripturâ sacrâ habemus quàmplurima. Duæ fuêre matres Mariæ nomine, quæ duos habuêre filios ejusdem nominis, quorum alter Jacobus Alphæi, alter Zebedæi filius vocabatur. Duo item fuêre Salathieles, qui duos item Zorobabeles genuerunt.

VERS. 12. — ET ABSTULIT EFFEMINATOS DE TERRA, PURGAVITQUE UNIVERSAS SORDES IDOLORUM, QUÆ FECERUNT PATRES EJUS (1) In patribus Salomonem, Roboamum, et Abiam intellige, qui à Salomonis tempore jam infatuati in omne se turpitudinis genus effuderunt. Qui fuerint effeminati, paulò ante diximus. Sordes, quæ terram Israelitidem infecerunt, aut fuerunt à libidine ubique venali, aut ab idolorum cultu nefario : utraque enim dicuntur contaminâsse terram cap. 14, v. 22 et 23 : hæc autem omnia, cùm primùm potuit, sustulit Asa, fecitque ut neque religionis impiæ, neque libidinis nefariæ ulla manerent in civitate vestigia.

VERS. 13. — INSUPER ET MATREM SUAM MAACHAM AMOVIT, NE ESSET PRINCEPS IN SACRIS PRIAPI (2).

Hanc Maacham ex genere puto natam esse gentilico. Sicut etiam fuit Maacha, ex quo David suscepit Absalomem. Hæc autem Maacha filia fuit Tholmai, regis Gessur, in quâ regione videtur illud nomen esse familiare. Hæc igitur Maacha juxta morem patrium idolorum sacris non solùm interfuit, sicut aliæ mulieres è turbâ, sed etiam præfuit, tanquàm illorum sacrorum princeps et antistes. Ubi vulgatus *in sacris Priapi*, Hebræus tantùm habet, *ne domina esset, seu princeps*, neque quicquam aliud addit. Fortassè tempore Hieronymi aliquid erat aliud, quod ad inverecunda Priapi sacra pertineret. Veram, et magis expressam hujus loci sententiam habemus lib. 2 Paral. cap. 15, v. 16, ubi eadem omninò verba sunt in Hebraico textu : *Sed et Maacham matrem Asa regis ex augusto deposuit imperio, eò quòd fecisset in luco simulacrum Priapi.* Neque dubium est hanc feminam ex augusto loco fuisse dejectam propter idoli fabricam, et illius sacris præfuisse, quorum ipsa fuisset auctrix, ut

(1) « On ne sort point de surprise, dit Voltaire, quand on voit des priapes adorés par « la maison de David, et par les enfants de « Jacob ; y a-t-il une plus forte preuve que la « religion judaïque ne fut jamais fixée, jusqu'au temps d'Esdras ? » Dans tous les temps et en tous lieux il s'est trouvé des apostats de la religion que professaient leurs pères et leurs frères ; s'ensuit-il de là que dans aucun temps et dans aucun pays il n'y a jamais eu de religion fixe et déterminée ?

« Quant aux jeunes Sodomites chassés par « le roi Abia et par le roi Aza, il est étonnant « qu'il y eût encore de ces gens-là, après le « terrible exemple de Sodome et de Gomorrhe. » Il n'y a rien là de plus étonnant que de voir tant de voleurs, de malfaiteurs, d'assassins, malgré les exemples sévères qu'on en fait continuellement. (Duclot.)

(2) Vertunt alii : *In sacris Panos*, qui sylvestre erat numen, terrorem injiciens, unde nomen, *terror panicus*. Persuasum habuisse videtur Seldenus, infames illos ritus *Phalli* et *Ithyphalli* nomen accepisse ex *Miphlezeth*. Illud certè constat, nomen *Phalli* derivari ex *Phalaz*, radice τοῦ *Miphlezeth*. Cùm autem Astarte vel Asera, quæ in turpibus lucis colebatur, et cui pariter hoc, quidquid esset, Miphlezeth consecratum erat, Adonidi nupta esset, planè credibile est, ritus hosce turpes illud habuisse turpissimum, quòd veluti in pompam deferrentur obscœna illa, quæ in festis Bacchi delata fuisse ab Ægyptiis, narrat Herodotus.

Nec prætereundum hic ducimus, Septuaginta et S. Hieronymum non semper sibi constare in versione Hebræi *Miphlezeth*, neque hic neque in Paralipomenis. Porrò in Hebræo legimus, *Asam amovisse matrem suam ab herâ* (à dignitate reginæ); quippe quæ fecerat Miphlezeth luco (vel Asera). *Et succidit*, addit Scriptura, *Miphlezeth ejus, et combussit ad torrentem Cedron.* Septuaginta : *Amovit matrem suam, ne esset hera, quia fecerat conventum in luco suo, et excidit Asa speluncas*, vel cavos recessus ejus. Et in 2 Par. 15, 16 : *Matrem suam removit, ut non esset ministra Astartæ, et concidit idolum.* Una igitur eademque vox redditur *conventus* vel cœtus, seu turpius etiam aliquid, *specus* et *idolum*. Hinc jure collige, vocis hujus significationem satis exploratam non esse, quemadmodùm neque satis comperta Græcis interpretibus videtur. (Calmet.)

Aza ôta l'autorité à sa mère Maacha, etc. Dieu, qui semblait presque avoir abandonné son peuple, à cause de son impiété, ne laisse pas de susciter, selon l'expression de l'Ecriture, *une lampe à David*, son serviteur, c'est-à-dire, un héritier de sa piété aussi bien que de sa couronne, en la personne d'Aza, petit-fils de Roboam, qui *fit*, selon que l'assure le Saint-Esprit, *ce qui était droit et juste aux yeux du Seigneur, comme David, son père.* On ne peut surtout louer assez, dit un ancien Père, la sainte générosité et le zèle tout divin qui lui ayant fait préférer ce qu'il devait au Seigneur à ce qu'il semblait que la nature et le respect pour sa mère exigeât de lui, le porta à la dépouiller de l'autorité dont elle abusait pour faire régner l'idolâtrie dans ses états. Il ne craignit point de la choquer en brisant et en brûlant l'idole infâme qu'elle adorait, parce qu'il savait qu'il ne pouvait faire un plus agréable sacrifice à Dieu, ni rendre même à cette princesse un plus grand service, que de mettre en poudre une statue dont le démon se servait pour la tromper, et que c'est dans ces rencontres où l'on doit, comme les saints Pères nous l'ont depuis enseigné, fouler aux pieds toute la tendresse naturelle qui s'oppose à ce que l'on doit à son Créateur. *Per calcatum perge patrem.* (Sacy.)

hoc loco habet vulgata translatio Hebraicè pro *Priapi* verbum *miphleseth*, quæ idolum significat, quod observantiam erga se, atque terrorem excitat, et ideò fortassè Hieronymus Priapum reddidit, quia ille est custos hortorum, et aviculas terret, et latrones specie quâdam flagitiosâ arcere existimatur. Neque leve Hieronymo argumentum fuit, quòd statim simulacrum illud fuisse dicitur turpissimum; quod de nullo magis, quàm de Priapo affirmari potest. Sanè Priapum appellari formidinem dixit Horatius lib. 1, Satyr. 8, apud quem sic Priapus: *Deus inde ego furum, aviumque maxima formido.* Huic igitur idolo, quodcumque sit, lucum dicitur consecrâsse Maacha, cui ne præesset, sicut antea, prohibuit filius.

Subvertitque specum ejus, et confregit simulacrum turpissimum, et combussit in torrente Cedron. Impura quædam gentilium sacra in locis fiebant subterraneis, aut certè sic abditis et obscuris, ut in illis quodvis exerceri posset impurum, quæ non tam sacraria debuerint, quàm libidinis appellari diverticula. Talis hìc videtur fuisse specus, in quo digna Priapo sacra peragi solita non est improbabile. De sacris Priapi vide Abulens. quæst. 11. Unde intelligi potest quàm fuerit pudica Abiæ uxor, eademque mater Asa, cùm præesse voluerit impurissimis sacris, et illud opus, et suâ auctoritate, et suæ impurissimæ vitæ exemplo fovere; quàmque ab omni puritate et pietate alienus fuerit Abias, qui ab uxore, eâdemque reginâ talia institui, atque administrari permiserit. Torrens Cedron adjunctus erat Hierosolymæ, in quo confractum atque redactum in cineres fuit simulacrum illud inverecundum Priapi; quod sanè ligneum fuit, et fortassè ficulneum, quale fuit illud de quo Horatius supra. Quod item fecit Josias libro quarto Regum capite vigesimo tertio, versiculo sexto, quia has hujusmodi immunditias combussisse dicitur in convalle Cedron. Ex quo colligere mihi videor simulacrum esse in urbe regiâ, quæ cùm sit totius regni cor et caput, argumento est regnum totum, quod quasi corpus à corde et capite sensum habet et vitam, esse corruptum. Neque fortassè erraret qui in templo, quod sibi Dominus proprium elegit domicilium, collocatam Priapi turpissimam imaginem crederet, sicut alias variis temporibus locatas esse legimus. Vide quæ hâc de re in nostris Commentariis super Ezechielem adduximus. Sanè lib. 4 Regum cap. 23, fuisse traduntur in templo deorum simulacra, effeminatorum ædiculæ, et quæ in excelsis et lucis destinari solent religioni gentilicæ.

Vers. 14. — Excelsa autem non abstulit. Excelsa dicuntur altaria, seu delubra in præaltis montibus excitata, quæ vanis idolorum sacris serviebant, et quæ religionis ergo statis temporibus habuerunt, qui gentilicis se moribus imbuerant. Hoc verò peccatum Asa cum multis aliis regibus commune fuit, qui cùm alia sustulissent sive lustra religionis impiæ, sive lenocinia, ab excelsis tamen manus alioqui religionis vindices abstinuerunt, aut quia ausi non sunt magnæ populi in eàm religionem intenti multitudini repugnare, aut quia quod fiebat in montibus occultum, non existimabatur grandem populo allaturum perniciem. Sed videtur dicendum cum Abulensi quæst. 10, et quæst. 13 et 14, abstulisse Asa excelsa omnia, succidisse lucos, et evertisse religionis gentilicæ impura sacraria, ut habemus libro 2 Paralipomenon cap. 14, versiculo secundo: *Subvertit altaria peregrini cultûs, et excelsa, et confregit statuas, lucosque succidit.* Reliquit tamen fana quæ ad montem Olivarum fabricaverat Salomon, quæ multis post annis diruit Josias lib. 4 Reg. c. 23.

Cor Asa perfectum erat cum Domino omnibus diebus suis. Non satis cum his videtur consentire, quod de Asa traditur libro secundo Paralipomenon, capite 16, versiculo decimo, ubi de eo ea narrantur, quæ nemo posset à peccato vindicare, ut quòd prophetam, qui à Domino regi adversa nuntiaverat, in nervum compegerit, quòd de populo, dùm suo obsequitur furori, multos occiderit. Huic ergo objectioni respondeo peccâsse quidem Asa, quod negabit nemo; non tamen defecisse à Deo, et ad idola colenda defluxisse, et quoad hanc partem videri cum Deo ambulâsse perfectè; ita Abulensis, quæst. 18. Quo modo Eccles. 49, versiculo quinto, præter Davidem, Ezechiam et Josiam omnes dicuntur peccavisse, quia videlicet non coluerunt gentium simulacra: nam Davidem peccâsse, idque non leviter sacræ produnt historiæ. In horum autem numerum non venit Asa, quia excelsa non abstulit, quod fecerunt alii tres, sed reliquit ubi homines sacrificiis nefariam operam darent in fanis, ut diximus, à Salomone constructis; illa verò non diruit Ezechias, ut putat Abulensis quæst. 15, quia suo tempore illa fana non erant populis scandala, quia tunc in illis fiebat nihil in idolorum cultum, sicut cùm regnaret Asa, et longo post tempore Josias, quæ eam ob causam subvertenda curavit.

Vers. 15. — Et intulit ea quæ sanctificaverat pater suus, et voverat in domum Domini. Incertum est quænam fuerint, quæ priùs sanctificaverat, seu voverat Abias, in cultum videlicet, et sumptus sacrificiorum, seu templi. Abulensis quæst. 17 conjectat eo tempore vovisse, id est, sanctificâsse, et destinâsse templo ea quæ filius postea religiosè præstitit, cùm dimicandum fuit cum Jeroboamo eo prælio, in quo Israelis vires attritæ sunt, et fracti insolentes antea Jeroboami spiritus. Et quando hìc agendum conjecturis, Abulensis conjectura mihi non displicet. Quæ porrò fuerint hæc vota, habemus 2 Paralip. cap. 15, v. 18, ubi sic de Asa : *Eaque quæ voverat pater suus, intulit in domum Domini, argentum, et aurum, vasorumque diversam supellectilem.*

Vers. 16. — Bellum autem erat inter Asa et Baasa, regem Israel, cunctis diebus eorum. Ex quo ab Abiâ, factâ illâ ingenti Israelis strage, attenuatæ sunt inimicorum vires, cessatum est à bellis multis annis, neque quidquam intentatum est ab Israele contra Asam ad annum usque 36 imperii illius, ut habes libro secundo Paralipomenon capite 15, versiculo 19 : *Bellum verò non fuit usque ad trigesimum quintum annum regni Asa;* et statim capite 36, in principio : *Anno autem trigesimo sexto regni ejus, ascendit Baasa, rex Israel, in Judam.* Ex hoc autem tempore non ausi sunt Israelitæ quidquam contrà duas tribus Juda adversum moliri : at ausi sunt Æthiopes anno Asa decimo ex libro 2 Paralipomenon capite 14, quos debellavit exitu felicissimo, Deo pro ipso dimicante, de quâ victoriâ planè prodigiosâ, cùm ad illum locum venerit commentatio, fusiùs agemus.

Sed hærent hìc interpretes, dùm non vident quomodò Baasa rex Israel cum Asa rege Juda congredi potuerit, anno illius trigesimo sexto, cùm multo ante illud tempus interierit. Quod ex eo liquet, nam Baasa regnum cepit Israel anno tertio Asa, neque supra annos 24 regnum produxit, ut constat ex hoc ipso capite v. 33; quare decessit anno Asa 27, nempe novem annis ante annum in quo dicitur longum cum Asa bellum suscepisse. Multa hìc fingunt et meditantur interpretes. Lyra in lib. 2 Paralip. cap. 16, trigesimum sextum annum, in quo bellum Baasa tentâsse dicitur Asam, non numerat à regno Juda primùm inito, sed à victoriâ, quam de Zara rege Æthiopum consecutus est, cujus ea posset ostendi ratio, quia cùm tunc gloriam apud omnes obtinuisset eximiam, tunc se primùm regnare putavit, quando visus est dignus imperio. Hanc opinionem Lyra optimè confutat : Abulensis in illud capitis Paralip. 16, quæst. 3, et Dionysius ibidem. Alii cùm ab hâc difficultate exitum non inveniant, ad illud sese perfugium conferunt, quod extremum habet desperatio. Dicunt enim cap. 1, v. 1, lib. 2 Paralip., corruptum esse textum, et pro trigesimo sexto, legendum esse vigesimum sextum annum. Ita putant Cajetanus hìc, et Dionysius; Joannes Lucidus lib. 2 de Emendatione temporum cap. 9; Canus libro 11 Locorum theologicorum c. 3, ad argumentum duodecimum; et eodem modo extremam partem capitis 14 dicunt esse corruptam, ubi dicitur bellum non fuisse, scilicet à regibus illatum Israelis usque ad 35 annum regis Asa, ubi legendum esse dicunt annum 25.

Antequàm meam sententiam aperio, quod sit meum de hâc posteriori judicium, paucis ostendam, in primis illam expediendi nodi rationem, quæ ad sacrorum codicum corruptionem confugit, non esse ubique admodùm piam, maximè cùm de vulgatâ translatione factâ ab Ecclesiâ fuerit tam severum examen. Quare optimè Emmanuel Sâ, cùm hujus solutionis meminisset, addidit : *Ego id non ausim dicere.* Secundò dico, hâc suâ mutatione, aut, ut ipsi dicunt, restitutione loci corrupti nihil hos auctores efficere : neque enim ad hunc vigesimum quintum annum Asa pervenire potuit Baasa, ita ut longum cum Asa bellum gerere potuerit : quod videtur sacer textus ostendere, dùm ait versiculo 32 : *Fuitque bellum inter Asa et Baasa, regem Israel, cunctis diebus eorum.* Porrò mortuum fuisse Baasa anno vigesimo sexto Asa, idque, ut est verisimile, in initio, satis constat, ut habet statim capite 16, versiculo octavo : *Anno vigesimo sexto Asæ, regis Juda, regnavit Ela, filius Baasa, super Israel in Thersa duobus annis.* Ex quo aliud mihi argumentum sumo, ut probem in principio anni vigesimi sexti mortuum esse Baasa; nam filius illius Ela, qui regnâsse dicitur, utique patre mortuo, duobus annis ibidem, statim numero decimo occisus esse traditur anno 27 Asa. Ex quo fit eodem anno inchoatum esse, atque finitum bellum inter Asa et Baasa, contra quàm modus loquendi Scripturæ sacræ significat.

Mihi placet quod visum est primùm doctoribus Hebræorum in Seder-Olam, trigesimum sextum annum non esse numerandum ab eo tempore, in quo regnum iniit Asa, sed ab eo, in quo decessit Salomon, id est, in quo divi-

sum fuit regnum, et duo ex uno constituta regna, in hunc sensum : In anno trigesimo sexto, ex quo exordium cœpit regnum Juda, quod idem est atque regnum Asa, quia tunc illud Asa moderabatur. Hæc cogitatio omnia vitat incommoda, quæ alii plus satis curiosè deprehendisse se putant, neque aliquid est à litterâ distortum : illud enim : *Anno autem trigesimo sexto regni ejus* (nempe Asa) *ascendit Baasa*, hunc habet sensum proclivem et facilem : Anno trigesimo sexto regni Juda, cujus eo tempore Asa gubernaculum tenebat. Ita tenent, ut dixi, Hebræi in Seder-Olam capite 16, Mariana hîc ; Torniellus ad annum mundi 3094. Juxta quam numerandi rationem hoc bellum incœpit anno 16, ex quo primùm regnum suscepit Asa. Nam ab exordio regni Judæ, id est, à primo anno Roboam, intercessêre anni septemdecim ; tres Abiæ, si ex regno Asa sexdecim sumas, numerum trigesimum sextum implebis. A decimo sexto anno usque ad vigesimum sextum Asa, in quo Baasa ex regno et vitâ discessit, satis spatii fuit, ut verè, et juxta hominum consuetudinem, dici possit bellum fuisse inter Asa et Baasa cunctis diebus eorum.

Vers. 17. — Et ædificavit Ramah, ut non posset quispiam egredi, vel ingredi. Ramah in finibus erat Benjamin, ut constat Josue 18, et non procul à Jerusalem, quæ sita est in ipso duarum tribuum confinio, ita ut vel sit communis utrique tribui, sicut Jerusalem partem occupat Juda, partem Benjamin, aut certè Ephraimitarum terminos proximè contingit. Hoc posterius minùs mihi difficile est, videtur enim esse in montium angustiis hæc civitas, quas Latini fauces, Græci pylas vocant, quæ hominibus ad ulteriora aditus aperiunt, aut è superiori loco imminere angustiis, ut facilè ab illis faucibus exclusum viatorem aditu prohibeat. Multæ hujusmodi fauces inveniuntur, quæ maximo regnis existimantur esse munimento, ut in Alpibus, Pyrenæis, Amanno, Apennino. Baasa igitur urbem Ramah, si ad ipsius ditionem pertinebat, munivit voluitque esse Israelitici regni claustrum, et hoc constat ex libro secundo Paralipomenon capite 16, versiculo primo ; et arcem fortassè construxit, quæ immineret viarum angustiis, ne ullus ex decem tribubus transfugeret ad Judam, aut ex Juda ad Israelis regnum impunitus irrumperet.

Vers. 18. — Tollens itaque Asa omne argentum, et aurum. Ante hoc tempus jam confecerat Asa exitu felici bellum cum Zara, rege Æthiopum : nunc verò cùm videret novis rebus studere Baasa, et ex novâ substructione magnum aliquid conjectaret adversarium moliri, externum voluit auxilium accersire. Quare sumpsit quidquid argenti et auri reliquum erat, tam in domo regiâ, quàm in domo Domini ; illudque per legatos transmisit Damascum, ubi tunc agebat rex Syriæ Benadad, quo illum conciliaret sibi, et ab Israelis regis studiis averteret. (1)

Vers. 19. — Fœdus est inter me et te, et inter patrem meum et patrem tuum. Rex Syriæ Benadad cum duobus sibi finitimis regibus fœdus inierat sociale, ut apertè constat ex hoc loco. Quare meritò timere poterat Asa, ne Benadad alterius regis faveret partibus, et hostem haberet prorsùs insuperabilem. Atque ideò prævertit antagonistæ sui maturè consilium, et missis muneribus, quæ ad conciliandos, aut etiam expugnandos animos potentissima sunt, avertere studet ab adversarii partibus Syriæ regem, et associare suis, quod tandem obtinuit.

Vers. 20.—Acquiescens Benadad regi Asa, misit principes exercitus sui in civitates Israel(2). Violato Benadad pacto, quod quondam cum rege Israelis inierat, ut ab ædificandâ Ramah, obtinendisque Judæ atque Israelis faucibus abduceret, finitimas provinciæ suæ partes bello tentavit, illas nempe, quæ ex decem tribubus

(1) Misit ad Benadad filium Tabremon, filii Hezion, regem Syriæ. Benadad nepos erat Razonis, regni Damascenorum conditoris. Razon appellatur hîc *Hezion*. Septuaginta nuncupant *Azin*, vel *Azaelem*. Nomen Tabremon coalescit ex *Tab* vel *Tob*, bonus, et *Remon* vel *Remmon*, qui Deus est Damasci. Neque in Scripturâ novum est et insolitum, ut unius ejusdemque plura sint nomina. Interpretes quidam censent Benadadum nepotem fuisse Adadi Idumæi, cujus historiam legimus in capite 11, 14. Regnâsse illum Damasci, sub nomine Aderi, Josephus affirmat. (Calmet.)

(2) Et percusserunt Ahion, vel Ain. Urbs erat maximè septentrionalis. Ex primis fuit, quas cepit Theglathphalasar, cujus incolas captivos abduxit. An eadem est cum Enan, de quâ Ezechiel, quæque *terminus Damasci* appellatur ?

Dan, urbs est celebris ad rivum Jordanis, de quâ sæpè in Scripturâ mentio.

Abeldomum Maacha. Ulteriùs ad septentrionem Chanaanitidis excurrit. Urbs est eadem cum *Abela*, vel Abela Domo Maachâ, quò perfugit Seba filius Bochri. Captæ à se urbis incolas omnes Theglathphalasar duxit captivos. In Paralipomenis appellatur *Abelmaim*, vel Abel Aquarum.

Universam Cenneroth. Loca mari Cenneroth vel Tiberiadis adjacentia. De Cenneroth fusiùs actum est in Josue. Ex his urbibus quasdam retinuit Benadad, quin et plateas, seu vicos quosdam condidit in urbe Samariâ, etc. (Calmet.)

ad aquilonarem plagam pertinerent, ex quibus occupavit non paucas ex terrâ Nephthalim. Quod ubi primùm comperit Baasa, intermisit opus quod aggressus fuerat, ut hostiles copias, quas Syrus invexerat, à suis finibus averteret, et re factâ rediit in Thersa Israelitici regni primam sedem. (1)

Vers. 22. — Rex autem Asa nuntium misit. Cùm copias ex montium angustiis abduxisset Baasa, edixit Asa subjectis sibi tribubus, ut omnes quamprimùm advolarent, ut dùm per hostium discessum, et temporum opportunitatem liceret, illa disjicerent, quæ Baasa pro sui regni firmamento construxerat, quod ardenti populorum studio brevi perfectum est, et omnem materiam tam cæsam, quàm brutam ad Gabaa Benjamin, et Maspha transtulit, quas è redivivâ materiâ in eumdem usum extruxit, et munivit, in quem Ramah proximè ædificare tentaverat Baasa.

Vers. 23. — Reliqua autem omnium sermonum Asa. Multa hoc loco prætermittuntur, quæ in antiquos annales Regum Juda relata fuerant, quæ tamen hoc tempore non extant, sed multa habemus ex lib. 2 Paralip. cap. 14, ubi refertur bellum feliciter gestum cum Æthiopum rege, et cap. 15, ubi se patriæ religionis studiosum ostendit; et c. 16, ubi aliqua illius errata commemorantur, quæ nos eo loco fusiùs exponemus. (1)

Verumtamen tempore senectutis suæ doluit pedes. Morbus iste lib. 2 Paralip. cap. 16, dicitur fuisse vehementissimus, qui tribus annis videtur regem alligâsse lecto, nam trigesimo nono regni sui anno decubuit, et, ut paulò ante diximus, quadraginta unum regnavit annos. In eo autem graviter reprehenditur, quòd in eo, quo laboravit tamdiù, qui non alius videtur esse quàm podagra, non tam quæsivit Dominum, à quo sperari potuit et debuit corporis sanitas, quàm medicorum artem et industriam; sicut etiam, ut proximè vidimus, auxilium potiùs petiit à Benadad contra regem Baasa, quàm à Deo, propter quod ab Hanani prophetâ acerbissimam reprehensionem audivit.

Vers. 24. — Et dormivit cum patribus suis. Cap. 16, lib. 2 Paralip. illius honesta tumulatio describitur, ubi conditus esse dicitur aromatibus et meretriciis unguentis, de quo postea latiùs, cùm ad illum locum ventum fuerit. Interim vide quæ diximus in nostris Commentariis super Jeremiam, ad illud cap. 34, v. 5: *Secundùm combustiones patrum suorum.*

Vers. 25. — Nadab verò, filius Jeroboam, regnavit super Israel anno secundo Asa (1). Quia duo regna Israel et Juda vicina sunt, et ex eodem propagata semine, semperque aut amicitiæ et societatis gratiâ, aut infensis animis, et hostilibus odiis, et castris congressa, ideò noster historicus utraque regna narratione consociat. Regnavit Asa, rex Juda, annos quadraginta unum. In hos verò inciderunt reges multi, qui imperium tenuerunt Israeliticum eodem tempore. Primus omnium fuit Jeroboamus, qui viginti ac duobus annis regnavit, et decessit anno primo, aut jam inchoato anno secundo Asa. Huic successit Nadab, qui anno secundo Asa in regnum successit loco parentis Jeroboami suffectus, qui non ampliùs biennio cum potestate fuit. Nam cùm Gebbethon Philistinorum urbem obsideret, occisus est per insidias à Baasa, qui genus ducebat suum ex familiâ Issachar. Hic porrò Baasa regnum obtinuit anno Asa tertio,

(1) Vers. 21. — Et reversus est in Thersa. Hebræus : *Et mansit in Thersa;* intra regalem urbem suam sese clausit. Septuaginta eamdem cum Vulgatâ lectionem tuentur : *Reversus est.* (Calmet.)

(2) Universæ fortitudines ejus. Accipi potest Hebræus seu de viribus corporis, vel animi, vel regni, et copiis. De imperio et auctoritate intellexisse videntur Septuaginta. (Calmet.)

(1) *La seconde année d'Asa, roi de Juda, Nadab, fils de Jéroboam, commença à régner dans Israël. Il fit le mal devant le Seigneur,* etc. Tout le reste de ce chapitre est employé à rapporter la succession de plusieurs rois d'Israël, tous idolâtres et imitateurs de l'impiété de Jéroboam, Saint Jérôme remarque sur ce sujet et sur tout ce qui est rapporté dans la suite de cette histoire des rois d'Israël et de Juda, qu'on ne doit pas simplement regarder la lettre qui nous représente une multitude de méchants princes, et très-peu de bons, puisque, comme il dit fort bien, si l'on s'arrête à la seule histoire, il ne paraît que de la simplicité dans les paroles; mais que si l'on cherche dans cette simplicité apparente le sens spirituel qui est caché sous la lettre, on y pourra remarquer le petit nombre de ceux dont l'Eglise est composée, et les guerres différentes que lui suscitent ses ennemis. « Regum tertius et quartus liber regnum Juda et regnum describit « Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt; si in litteris sensum latentem inspexeris, Ecclesiæ paucitas et hæreticorum contra Ecclesiam bella narrantur. » L'idée seule que ce saint nous donne sur cette histoire peut servir à ceux qui s'appliquent à la méditation des Ecritures, pour les porter à ne passer pas légèrement ce qui regarde tous ces princes, mais à y chercher ce qui peut nourrir leur piété et les affermir dans l'unité de cette Eglise, dont le petit nombre ne doit point les affaiblir, non plus que la multitude de ses ennemis les étonner. (Sacy.)

produxitque ad annum illius 26, cùm annos regnaret viginti quatuor. Eodem anno, quo decessit Baasa, successit ejus loco filius Ela duobus annis, ad annum videlicet Asa vigesimum septimum. Ex hoc tempore ad finem usque vitæ Asa fuerunt duo alii reges Israel Zambri, et Amri, et Achab, de quibus postea. Quare in regnum Asa super Judam sex incurrerunt reges Israel, de quibus postea nobis pluribus necessariò agendum est.

Vers. 26. — Et fecit quod malum est in conspectu Domini. Dùm patris potiùs exemplar, quàm divinam legem intuetur Nadab, et ipse scleratus fuit, et quod scelerati solent reges, aliis de populo ad peccandum facultatem fecit, et aluit audaciam. Quare non diù vixit : nam Baasa, ut diximus, in obsidione Gebbethon illum per insidias occidit. (1)

Vers. 29. — Cumque regnasset, percussit omnem domum Jeroboam. Implevit Baasa quod Dominus per Ahiam Silonitem Jeroboamo et illius uxori minatus fuerat cap. 14, v. 10. Nempe clausum, et novissimum ex domo Jeroboami esse perituros, neque ullas ex tantâ familiâ futuras esse reliquias. Quæ reliqua sunt hujus capitis paulò à nobis ante explicata sunt : quomodò videlicet bellum gesserit Baasa contra Asa, illudque cœpisse anno Asa 36. Hìc additur ad extremum Baasa eumdem tenuisse vitæ modum, quem olim Jeroboam, præbuisseque populo, dùm ipse à lege procul aberrat, peccandi licentiam et audaciam.

(1) Vers. 27. — Gebbethon, urbs Danitica, quam Philisthæi occupabant, non unam à regibus Israelis obsidionem sustinuit.

Vers. 28. — Anno tertio Asa regis Juda, regnavit Baasa, anno mundi 3051. Adversùs hanc epocham aliquid objicitur; nimirùm quòd in Paralipomenis legitur, Baasam manum admovisse ædificandæ Ramæ anno trigesimo sexto Asæ. Cohærere id autem non potest cum iis quæ hìc, v. 33, narrantur, Baasam scilicet nonnisi annis quatuor et viginti regnâsse. Qui enim Baasa regno nonnisi quatuor et viginti annorum gesto, rerumque potitus anno Asæ tertio, hæc moliri potuit in Asam anno regni ipsius sexto et trigesimo? Hanc objectionem solvimus supra, versu 17, docentes annum hunc sextum et trigesimum Asæ repetendum esse à schismate decem tribuum. (Calmet.)

CAPUT XVI.

1. Factus est autem sermo Domini ad Jehu filium Hanani contra Baasa, dicens :

2. Pro eo quòd exaltavi te de pulvere, et posui te ducem super populum meum Israel, tu autem ambulàsti in viâ Jeroboam, et peccare fecisti populum meum Israel, ut me irritares in peccatis eorum,

3. Ecce ego demetam posteriora Baasa et posteriora domûs ejus, et faciam domum tuam sicut domum Jeroboam filii Nabath.

4. Qui mortuus fuerit de Baasa in civitate, comedent eum canes, et qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cœli.

5. Reliqua autem sermonum Baasa, et quæcumque fecit et prælia ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

6. Dormivit ergo Baasa cum patribus suis, sepultusque est in Thersa. Et regnavit Ela filius ejus pro eo.

7. Cùm autem in manu Jehu filii Hanani, prophetæ, verbum Domini factum esset contra Baasa et contra domum ejus, et contra omne malum quod fecerat coram Domino ad irritandum eum in ope-

CHAPITRE XVI.

1. Or, le Seigneur adressa la parole à Jéhu, fils d'Hanani, contre Baasa, disant :

2. Je vous ai élevé de la poussière, et je vous ai établi chef sur mon peuple d'Israël, et vous avez marché dans la voie de Jéroboam, et vous avez fait pécher mon peuple d'Israël, pour m'irriter par leurs péchés :

3. C'est pourquoi je retrancherai de dessus la terre la postérité de Baasa et la postérité de sa maison, et je ferai éprouver à votre maison les malheurs de la maison de Jéroboam, fils de Nabath.

4. Celui de la race de Baasa qui mourra dans la ville, sera mangé par les chiens, et celui qui mourra à la campagne, sera mangé par les oiseaux du ciel.

5. Le reste des actions de Baasa, et tout ce qu'il a fait, et ses combats, tout cela est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

6. Baasa s'endormit donc avec ses pères ; il fut enseveli à Thersa, et Ela, son fils, régna en sa place.

7. Mais le prophète Jéhu, fils d'Hanani, ayant déclaré à Baasa ce que le Seigneur avait prononcé contre lui et contre sa maison à cause de tout le mal qu'il avait fait aux yeux du Seigneur pour l'irriter par les œuvres de ses mains, et que le Seigneur traiterait sa maison

ribus manuum suarum, ut fieret sicut domus Jeroboam, ob hanc causam occidit eum, hoc est, Jehu filium Hanani, prophetam.

8. Anno vigesimo sexto Asa, regis Juda, regnavit Ela filius Baasa super Israel, in Thersa, duobus annis.

9. Et rebellavit contra eum servus suus Zambri, dux mediæ partis equitum. Erat autem Ela in Thersa bibens et temulentus in domo Arsa, præfecti Thersa;

10. Irruens ergo Zambri percussit et occidit eum anno vigesimo septimo Asa, regis Juda, et regnavit pro eo.

11. Cùmque regnâsset et sedisset super solium ejus, percussit omnem domum Baasa, et non dereliquit ex eâ mingentem ad parietem, et propinquos et amicos ejus.

12. Delevitque Zambri omnem domum Baasa, juxta verbum Domini quod locutus fuerat ad Baasa in manu Jehu prophetæ,

13. Propter universa peccata Baasa et peccata Ela filii ejus, qui peccaverunt et peccare fecerunt Israel, provocantes Dominum Deum Israel in vanitatibus suis.

14. Reliqua autem sermonum Ela et omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

15. Anno vigesimo septimo Asa, regis Juda, regnavit Zambri septem diebus in Thersa. Porrò exercitus obsidebat Gebbethon, urbem Philistinorum.

16. Cùmque audîsset rebellâsse Zambri et occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat princeps militiæ super Israel in die illâ in castris.

17. Ascendit ergo Amri et omnis Israel cum eo de Gebbethon, et obsidebant Thersa.

18. Videns autem Zambri quòd expugnanda esset civitas, ingressus est palatium, et succendit se cum domo regiâ, et mortuus est

19. In peccatis suis quæ peccaverat, faciens malum coram Domino, et ambulans in viâ Jeroboam et in peccato ejus quo fecit peccare Israel.

20. Reliqua autem sermonum Zambri

comme celle de Jéroboam, Baasa, en étant irrité, ordonna qu'on le fît mourir.

8. La vingt-sixième année d'Asa, roi de Juda, Ela, fils de Baasa, régna sur Israël, à Thersa, durant deux ans.

9. Et Zambri, son serviteur, qui commandait la moitié de sa cavalerie, se révolta contre lui pendant qu'il buvait à Thersa, et qu'il était ivre dans la maison d'Arsa, gouverneur de Thersa.

10. Zambri donc, se jetant sur lui tout d'un coup, le frappa et le tua, la vingt-septième année du règne d'Asa, roi de Juda, et il régna en sa place.

11. Lorsqu'il fut établi roi, et qu'il fut assis sur son trône, il extermina toute la maison de Baasa, sans en laisser aucun reste, et sans épargner aucun de ses proches ou de ses amis.

12. Zambri détruisit ainsi toute la maison de Baasa, selon la parole que le Seigneur avait fait dire à Baasa par le prophète Jéhu,

13. A cause de tous les péchés de Baasa et de son fils Ela, qui avaient péché et fait pécher Israël, en irritant le Seigneur, Dieu d'Israël, par leurs vanités et leurs mensonges.

14. Le reste des actions d'Ela, et tout ce qu'il fit, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

15. La vingt-septième année d'Asa, roi de Juda, Zambri régna à Thersa, pendant sept jours. Or, l'armée *d'Israël*, qui assiégeait alors Gebbéthon, ville des Philistins,

16. Ayant appris que Zambri s'était révolté et avait tué le roi, tout Israël établit roi Amri, général de l'armée d'Israël, qui était alors dans le camp.

17. Amri, quittant donc Gebbéthon, marcha avec l'armée d'Israël, et vint assiéger Thersa.

18. Zambri, voyant que la ville allait être prise, entra dans le palais, et se brûla avec la maison royale, et mourut

19. Dans les péchés qu'il avait commis, en faisant le mal devant le Seigneur, et marchant dans la voie de Jéroboam et dans le péché par lequel il avait fait pécher Israël.

20. Le reste des actions de Zambri, de sa

et insidiarum ejus et tyrannidis, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

21. Tunc divisus est populus Israel in duas partes : media pars populi sequebatur Thebni filium Gineth, ut constitueret eum regem, et media pars Amri.

22. Prævaluit autem populus qui erat cum Amri populo qui sequebatur Thebni filium Gineth ; mortuusque est Thebni, et regnavit Amri.

23. Anno trigesimo primo Asa, regis Juda, regnavit Amri super Israel, duodecim annis ; in Thersa regnavit sex annis.

24. Emitque montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti ; et ædificavit eum, et vocavit nomen civitatis quam exstruxerat, nomine Semer, domini montis, Samariam.

25. Fecit autem Amri malum in conspectu Domini, et operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum ;

26. Ambulavitque in omni viâ Jeroboam filii Nabath, et in peccatis ejus quibus peccare fecerat Israel, ut irritaret Dominum Deum Israel in vanitatibus suis.

27. Reliqua autem sermonum Amri, et prælia ejus quæ gessit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

28. Dormivitque Amri cum patribus suis, et sepultus est in Samariâ. Regnavitque Achab filius ejus pro eo.

29. Achab verò filius Amri regnavit super Israel anno trigesimo octavo Asa regis Juda, et regnavit Achab filius Amri super Israel in Samariâ viginti et duobus annis.

30. Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu Domini, super omnes qui fuerunt ante eum ;

31. Nec suffecit ei ut ambularet in peccatis Jeroboam filii Nabath: insuper duxit uxorem Jezabel, filiam Ethbaal regis Sidoniorum ; et abiit, et servivit Baal, et adoravit eum ;

32. Et posuit aram Baal in templo Baal quod ædificaverat in Samariâ,

33. Et plantavit lucum ; et addidit

conjuration et de sa tyrannie, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

21. Alors le peuple d'Israël se divisa en deux partis : la moitié du peuple suivait Thebni, fils de Gineth, pour l'établir roi, et l'autre moitié suivait Amri.

22. Mais le peuple qui était avec Amri eut l'avantage sur le peuple qui était avec Thebni, fils de Gineth, et Thebni étant mort, Amri régna *seul*.

23. La trente-unième année d'Asa, roi de Juda, Amri régna sur Israël ; *son règne fut de* douze ans, dont six à Thersa.

24. Il acheta la montagne de Samarie de Somer pour deux talents d'argent, et il y bâtit une ville qu'il appela Samarie, du nom de Somer, auquel avait appartenu la montagne ;

25. Amri fit le mal devant le Seigneur, et les crimes qu'il commit surpassèrent encore ceux de tous ses prédécesseurs.

26. Il marcha dans toute la voie de Jéroboam, fils de Nabath, et dans les péchés par lesquels il avait fait pécher Israël, pour irriter le Seigneur Dieu d'Israël, par ses vanités et ses mensonges.

27. Le reste des actions d'Amri, avec les combats qu'il donna, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

28. Amri s'endormit avec ses pères, et fut enseveli à Samarie, et Achab, son fils, régna en sa place.

29. La trente-huitième année du règne d'Asa, roi de Juda, Achab, fils d'Amri, régna sur Israël. Achab, fils d'Amri, régna donc sur Israël à Samarie, et son règne dura vingt-deux-ans.

30. Achab, fils d'Amri, fit le mal devant le Seigneur, et surpassa en impiété tous ceux qui avaient été avant lui :

31. Il ne se contenta pas de marcher dans les péchés de Jéroboam, fils de Nabath ; mais il épousa Jézabel, fille d'Ethbaal, roi des Sidoniens ; il alla, et servit Baal en l'adorant ;

32. Il mit l'autel de Baal dans le temple de Baal qu'il avait bâti à Samarie,

33. Et il planta un bois ; et, ajoutant tou-

Achab in opere suo, irritans Dominum Deum Israel super omnes reges Israel qui fuerunt ante eum.

34. In diebus ejus ædificavit Hiel, de Bethel, Jericho; in Abiram primitivo suo fundavit eam, et in Segub novissimo suo posuit portas ejus, juxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Josue filii Nun.

jours crime sur crime, il irrita le Seigneur Dieu d'Israël plus que tous les rois d'Israël qui avaient été avant lui.

34. Pendant son règne, Hiel, qui était de Béthel, bâtit Jéricho; il perdit Abiram, son fils aîné, lorsqu'il en jeta les fondements, et Ségub, le dernier de ses fils, lorsqu'il en posa les portes, selon que le Seigneur l'avait prédit par Josué, fils de Nun.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Factus est autem sermo Domini ad Jehu filium Hanani contra Baasa (1). In fine præcedentis capitis actum est de regibus Israel, qui Jeroboamum consecuti sunt. Nunc idem sacer historicus institutum persequitur, et ne obscurior fiat regum Juda institutus sermo, qui cum regum Israel plurimùm narratione contexitur, alios adducit reges Israel, qui σύγχρονοι fuerunt Asa, et non solùm animis, sed etiam studiis, et castris adversarii. In fine legimus Baasa nihilò meliorem Jeroboamo extitisse, sed licet ab ejus dissideret partibus, eosque ad mortem usque hostiliter oppugnaret, ab illius tamen non recessisse vestigiis, sed fovisse impietatem constanter, quam in gentem sibi creditam Jeroboamus invexerat. Quare sicut Ahias Silonites extinguendum esse dixit Jeroboami nomen cum familiâ, sic etiam nunc missus à Domino Jehu filius Hanani eadem prædixit Baasa illiusque familiæ, ac posteris infortunia. De hoc Jehu, nisi hoc loco, nihil in Scripturâ sacrâ legimus. Illud certum, fuisse prophetam, quia, ut vides, afflatus à Domino futura prædixit: certum item non fuisse illum Jehu, à quo lib. 4 Regum Israel: nam et ille filius dicitur esse Josaphat filii Namsi, hic autem Hanani, quem Baasa, ut statim dicemus, propter acerbum nuntium interfecit. Creditur autem filius esse Hanani illius prophetæ, qui regi Asa lib. 2 Paral. cap. 16, durum à Domino pertulit nuntium, propter quod in nervum dicitur esse compactus. Ita Abul. q. 2, et Lyra, Dionysius et Hugo.

Vers. 2. — Pro eo quod exaltavi te de pulvere (1). Beneficiorum commemoratio plu-

(1) *Or, le Seigneur adressa sa parole à Jéhu, fils d'Hanani, contre Baasa, et il lui dit,* etc. Nous voyons ici un prophète qui est envoyé de la part de Dieu à un prince impie, pour lui déclarer de quelle manière il punirait son impiété en détruisant toute sa maison. Et ce prophète songe seulement à accomplir la volonté de celui qui l'envoyait, sans se mettre en peine du mal qui pouvait lui en arriver. Il parle à ce roi avec la même autorité que Samuël avait parlé autrefois au premier de tous les rois d'Israël, et lui déclare que puisqu'après avoir été élevé de la poussière sur le trône, il avait marché sur les traces de Jéroboam, Dieu traiterait sa maison comme celle de ce prince ingrat, dont il avait embrassé l'impiété; que ceux de sa race qui mourraient dans la ville, seraient mangés par les chiens, et que ceux qui mourraient à la campagne, seraient dévorés par les oiseaux. On est étonné d'entendre un homme parler à un roi si librement et si fortement, et l'on est peut-être moins étonné de voir ce roi traiter Dieu avec un si grand mépris, et insulter si hautement à la piété. C'était cependant le même Dieu qui parlait à Baasa par la bouche de son prophète, et que Baasa traitait avec tant d'outrage en lui préférant les idoles. Mais on craint et la colère et la puissance visible d'un prince qui tue le corps, et l'on ne craint point la justice sans comparaison plus rigoureuse, quoiqu'invisible, de celui qui punit éternellement et le corps et l'âme. Qu'heureux sont ceux à qui Dieu daigne parler par la bouche de ses ministres, comme il faisait autrefois par la bouche des prophètes, puisque les menaces qu'il leur fait leur sont des avertissements salutaires, qui leur doivent inspirer, comme aux Ninivites, l'amour de la pénitence ! Mais que malheureux sont ceux qui, au lieu d'entrer dans une sainte colère contre eux-mêmes, lorsqu'ils entendent parler les prophètes et les ministres de Dieu, tournent leur fureur, ainsi que ce prince dont nous parlons, contre les prédicateurs de la vérité, comme s'il était en leur pouvoir d'empêcher l'accomplissement de ce qu'on leur dit, en fermant la bouche à ceux qui leur parlent. Et c'est néanmoins ce qu'on a vu arriver souvent, non seulement dans le temps de la Synagogue, comme Jésus-Christ le reproche aux Juifs par ces paroles : *Jérusalem, Jérusalem qui tues les prophètes et qui lapides ceux qui sont envoyés vers toi!* mais encore dans le temps de la loi nouvelle, où la vérité ne trouve guère d'accès chez les pécheurs qui aiment leurs propres désordres, et où elle est regardée par eux comme une ennemie qu'ils s'efforcent d'étouffer. (Sacy.)

(1) Quo pacto Deus impium et usurpatorem extulit, atque principem constituit populi sui Israelis? An ignoramus, ipsum se Baasam ad regnum proditione, defectione, et cædibus evexisse? Quâ verò ratione Israel nomen sibi promeretur populi Dei, quem turpiter adeò deseruerat? Nihilominùs verum est, imperium omne Deo acceptum referri, et Baasam, pro-

rimùm auget immemoris atque ingrati animi crimen. Quare Deus cùm aliquem severiùs reprehendit, oblata priùs beneficia sæpiùs amplificat. Sic per Samuelem Saülem, per Nathan Davidem, per Ahiam Silonitem Jeroboamum, per Hanani Asa; sic nunc Baasa gravi beneficiorum commemoratione compungit. Cui quia pro gratiâ et humili obsequio, inductâ aut instauratâ religione novâ, injuriam rependit, talia minatur infortunia, qualia nuper ipsius Baasa manu Jeroboamus pertulit. Neque verbis fides, aut pondus abfuit: nam brevi eamdem tam ipsi, quàm posteri fortunam sunt experti, quam illis propheticum indixit vaticinium. Illud, *exaltare de pulvere*, extremam significat conditionem illius qui ex pulvere excitari dicitur; in pulvere enim sedere dicuntur miseri, abjecti, sordidi, quique extrema naturæ patiuntur incommoda. Existimo dicendi modum haud dubiè proverbialem, ex eâ consuetudine sumptum esse, quâ sponsa fingitur esse in pulvere, aut puerperii sanguine relicta, et inde excitata à sponso, et ad regium usque thalamum provecta. Quâ de re nos pluribus ad illud Cant. cap. 8: *Sub arbore malâ suscitavi te;* et multò accuratiùs in c. 16 Ezechielis et lib. 1 Reg. c. 2, ad illud: *Suscitat de pulvere egenum.*

Vers. 3.—Ego demetam posteriora Baasa (1), et posteriora domus ejus. Sententia non obscura: tantùm enim significatur hâc dicendi formâ, quæ adagialem item habet speciem, neque diuturnam in Baasa familiâ futuram esse fortunam regiam, imò neque longam domûs, aut amplam futuram successionem; ita ut brevi ingratæ, atque immemoris domûs extinguatur nomen, quod homines omni studio atque operâ æternum esse cupiunt. Metaphora difficilis non est; sumitur enim à plantâ, et à vite, præsertim, quæ ramos circumquàque diffundit, qui instar habent filiorum. Sanè à vite, seu plantâ multa ad familiæ, generisque propagationem desumuntur. Primùm, sicut in vite germinatio palmitum, sic in familiâ fœcundâ, soboles propago nominatur. Deinde stirps ex quâ rami pullulant, et crescunt, nomen dedit generi, ex quo familia propagatur. Sanè familia Israel usque ad mare dicitur extendisse palmites suos, et propagines suas usque ad mare. Dùm ergo dicuntur posteriora Baasa, et, quod per epexegesim in eamdem sententiam iteratur, posteriora domûs ejus demetenda, nihil aliud dicitur quàm nullam ex eâ familiâ futuram esse posteritatem; et sicut plantam stirpitùs, sic domum Baasa funditùs esse delendam. (1)

ditorem licet, hominum interfectorem, et scelestum, ad Israelis solium Numine volente ascendisse, vel saltem illo permittente, qui imperia distribuit, et omnia in gloriam suam convertit. Scimus denique, Israelem, impium licet, nunquàm tamen penitùs à Deo abjectum fuisse. Misit ad illum identidem Deus prophetas, prodigiis interdùm suis illi favit, atque inter impiorum turbam plurimos tamen sibi fideles servavit, qui genua ante Baalem non posuerunt. (Calmet.)

(1) Id est, posteritatem Baasæ. Ad litteram: *Demetam reliquias Baasa*, vel imas usque radices evellam; vel: *Aduram posteriora Baasa.* Quæcumque ex eo reliqua fuerint, comburam igne; denique, posteritatem ejus delebo. (Calmet.)

(1) Vers. 5. — Scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel, puta in diariis et annalibus regum Israel. (Corn. à Lap.)

Vers. 6, 7. — *Baasa donc dormit avec ses pères. Mais Jéhu, ayant déclaré à Baasa ce que le Seigneur avait prononcé contre lui et contre sa maison, Baasa, qui en fut irrité, tua ce prophète.* L'Ecriture, après avoir rapporté la mort de ce prince impie, reprend tout d'un coup ce qu'elle avait omis, et témoigne que ce roi n'ayant pu souffrir la liberté du prophète, le fit mourir avant lui. Voilà sans doute deux morts bien différentes, et qui doivent exciter en nous des sentiments bien opposés. L'un meurt comme Jésus-Christ mourut depuis, pour avoir prêché la vérité, et l'autre meurt dans l'impiété et dans l'impénitence de son cœur, comme ceux dont Jésus-Christ même dit qu'ils devaient mourir dans leur péché: *In peccato vestro moriemini.* On voit aisément quelle est celle de ces deux morts qui est la plus estimable. Mais le cœur ne suit pas toujours en cela le choix de l'esprit, et comme il y a très-peu de personnes qui imitent la sainte générosité de ce prophète, il y en a, au contraire, un très-grand nombre qui imitent l'impénitence de ce prince, et qui meurent dans les péchés où ils ont vécu. C'est peu de louer le zèle désintéressé de ces grands hommes de Dieu, qui ont satisfait à leur devoir sans craindre la mort, si l'on ne demande à Dieu quelque étincelle de ce feu céleste dont ils étaient embrasés. Mais c'est peu de chose encore que de détester l'impiété de ce prince, qui fit tuer un prophète après avoir foulé sous ses pieds le culte de Dieu, si l'on ne déteste aussi l'impiété qui se cache très-souvent au fond du cœur de ceux mêmes qui font une profession ouverte du christianisme, lorsque ne pouvant souffrir la vérité qui tend à détruire les passions secrètes qui les possèdent, ils étouffent au dedans d'eux-mêmes tout ce qui pourrait troubler la paix criminelle dont ils jouissent. Et cependant l'on peut dire que l'intention du Saint-Esprit, en nous rapportant ces circonstances de la vie des rois d'Israël et des prophètes, n'a pas été seulement de nous donner lieu d'admirer le zèle des uns, et de condamner la conduite impie des autres;

Vers. 7. — Ob hanc causam occidit eum, hoc est, Jehu filium Hanani prophetam (1). In Hebræo, et apud Septuaginta tantùm est, *ob hanc causam occidit eum;* reliqua addita sunt ab interprete explicationis gratiâ, quod facit sæpè, cùm aliquid est dubium, aut aliquid arcani latet in peregrinâ voce, ut Genes. 35, *Benoni,* dixit significare *filium doloris,* et Benjamin, *filium dexteræ.* Exod. 12, phase, *transitum Domini,* et c. 16, manu, *quid est hoc?* Sic etiam cùm hic esset non admodùm expeditum, quisnam esset, qui hoc loco occisus esse traditur, interpres noster addidit cœlesti absque dubio illustratus lumine, occisum fuisse Jehu prophetam. Hebræi hæc referunt ad cædem Nadab, quem per insidias interemit Baasa in obsidione Gebbethon, ita ut duplici de causâ dicatur sumptum esse supplicium, et quia vanam religionem confirmavit, et fovit, et quòd dominum suum Nadab, cujus salutem tueri debuerat, interfecit. Ita putant alii ex nostris, Lyra in libro Differentiarum ad hunc locum, Cajetanus, Vatablus. At rectè exposuisse vulgatum, præter summam auctoritatem, quam habet ab Ecclesiæ judicio, probat, quia non antecesserat, nisi admodùm longè nomen *Nadab,* quod referre posset pronomen *eum.* Respondent illi in Jeroboamo patronymicè intelligi Nadab, aut certè in Nadab occiso occisum videri Jeroboamum, quia in illo stirpitùs excisa est Jeroboami tota familia. Non nego hunc dicendi modum usitatum esse in Scripturâ, et eo in rebus dubiis uti sacros interpretes, ubi aliqua gravis difficultas urget; sed hic nullam video, quæ nos ad figuratam dicendi formam abire compellat, et deserere propriam. Neque jam quæstioni locus est homini pio, quando sacra Ecclesiæ intercedit auctoritas. Sed contra hanc sententiam gravis urget ratio ex lib. 2 Paral. c. 19, v. 2, ubi occurrisse dicitur Josaphat, Jehu filius, Hanani videns. Quod sanè fieri nullo posset modo, si occisus foret à Baasa, cùm Josaphat aliquandiù post hæc tempora regnare cœperit. Hic ego libentiùs fatebor, aut Hanani prophetæ duos esse filios ejusdem nominis, aut duos esse patres vocatos Hanani, qui totidem habuêre filios appellatos Jehu. Nam illud improbare, quod probatum videmus ab Ecclesiâ, audacis est ingenii, et parùm pii.

Vers. 8. — Anno vigesimo sexto Asa regis Juda, regnavit Ela filius Baasa super Israel in Thersa duobus annis (1). Sicut Nadab Jeroboami filius anno secundo regni sui occisus

mais encore de nous tracer dans ces deux tableaux si différents, ce que nous devons ou imiter ou rejeter dans nous-mêmes, par rapport au bien ou au mal qu'elle loue ou qu'elle réprouve dans les uns ou dans les autres.

(Sacy.)

(1) Hic autem sensus reddi potest ex toto hoc versiculo. Cùm enim sacer historicus narraverit mortem Baasæ, et familiæ illius cædem, concludit : *Cùm in manu Jehu filii Hanani prophetæ verbum Domini factum esset contra Baasa, et contra domum ejus, ex malo, quod fecerat coram Domino, ad irritandum eum in operibus manuum suarum, ut similem se redderet domui Jeroboam, ob hanc causam occidit eum,* nempe Baasam; vel juxta alios : *Ex malo quod fecerat coram Domino, ut constitueret se in locum domûs Jeroboam, et quòd illum occiderat.* Deus punivit usurpatorem, et interfectorem Nadabi filii Jeroboami, ac filiorum ipsius. (Calmet.)

(1) *Or, Ela, fils de Baasa, régna sur Israël, et son règne dura deux ans.* Il est étonnant que tous ces princes qui se succèdent les uns aux autres, ne font point de réflexion sur les malheurs où ceux qui ont régné avant eux sont tombés à cause de leur impiété. Jéroboam est assuré par un prophète que Dieu le fera régner sur dix tribus d'Israël, pour punir l'idolâtrie de Salomon, et il ne craint pas de se rendre ensuite coupable d'une idolâtrie plus criminelle! Le même Jéroboam est averti que toute sa postérité sera détruite à cause de son impiété, et Baasa, que Dieu élève en sa place sur le trône, est aussi impie que lui! Le prophète Jéhu prédit à ce prince tous les maux dont Dieu punirait ses crimes, et cependant Ela, son fils, n'en est point plus sage. *Il commit,* dit l'Ecriture, *les mêmes péchés que son père, en irritant le Seigneur par ses vanités et ses mensonges.* Tous les autres dont il est parlé ensuite en usent de même, et il semble qu'ils soient tous également et sourds et aveugles, pour ne point entendre les menaces, et pour ne point voir les châtiments redoutables de la divine justice.

L'endurcissement de ces princes paraît presque inconcevable. Mais celui où tombent beaucoup de chrétiens le fait concevoir plus aisément. Les grâces et les lumières du christianisme l'emportent de beaucoup sur celles de ces premiers temps. Et c'est néanmoins à ces grâces et à ces lumières qu'on renonce tous les jours, pour suivre les règles du siècle et s'abandonner à ses ténèbres. Les châtiments éternels dont Dieu nous menace, ne font pas plus d'impression sur notre esprit, que les malheurs temporels dont Dieu affligeait les rois d'Israël, n'en faisaient sur leurs successeurs. Et ce n'est pas dans la vue de nous assurer un royaume, ainsi que Jéroboam, que nous quittons Dieu, mais c'est souvent pour un rien et pour le néant de quelque honneur, ou de quelque bien, ou de quelque plaisir passager. Combien donc cet aveuglement est-il plus grand et plus criminel que celui que nous blâmons dans ces princes, qui étaient infiniment moins éclairés, et dont l'élévation les exposait davantage à s'éblouir et à tomber!

(Sacy.)

est à servo, in quo Jeroboami familia tota periit, sic, ut Baasa supplicium esset non absimile, secundo anno postquàm regnare cœpisset illius filius Ela, à servo quoque ipsius interfectus est. Cùm enim in Thersa Israelitici regni primâ sede poculis indulgeret intemperantiùs, ac tandem jam esset temulentus, irrupit Zambri servus Ela, qui dimidiæ equitatûs parti præerat, et illum incautum et securum oppressit. (1)

Vers. 11. — Percussit omnem domum Baasa, et non reliquit in ea mingentem ad parietem. Hic dicendi modus extremam indicat vastitatem, ut alio loco diximus, quâ in re sicut Baasa proximè audierat à prophetâ, eodem, quo Jeroboami, ipsius quoque domus exitio interiit. (2)

Vers. 15. — Regnavit Zambri septem diebus in Thersa. Cùm secum equestre agmen attulisset Zambri, cui ipse à rege fuerat præpositus, quod ad regii corporis custodiam videtur esse deductum, facile fuit regem inermem et imparatum opprimere; non diù tamen parato per insidias regno frui licuit. Nam licet à cognitis Jeroboami paterctur nihil, quos omnes eâdem quâ regem celeritate atque impetu ad unum sustulit, tamen ubi primùm exercitus, qui tunc obsidebat Gebbethon, extinctum esse regem audivit, et Zambri illius sibi nomen et locum usurpâsse, damnavit infidelis servi sceleratam audaciam, et de novo eligendo rege secum ipse deliberat, ac tandem principem militiæ Amri regem magnâ omnium ordinum conspiratione conclamat. Qui confestim totam aciem corripuit contra Zambri, ut regis insidiosè sublati ulcisceretur cædem. Qui cùm angustè premeretur, et evadere se posse ex eo conflictu desperaret incolumem, tutius existimavit, et ambitiosâ cogitatione deceptus magis honestum, si seipsum suâ manu perimeret, quàm si hosti cum jugulo victoriam præberet. Quare animum sumpsit ex desperatione, et quod hostis ageret, id in seipsum negotium antevertit: ergo cùm capi ab hoste civitatem videret, regiam incendit domum, in quâ seipsum cum illâ combussit. Quid spectaret dùm sibi mortem ultrò immaturam accersit, diximus supra, ne videlicet hosti suæ cædis gloriam relinqueret, et illam effugeret ignominiam, quæ necessariò esset in conspectu exultantis inimici subeunda. Quam alii in omni fermè ætate non pauci rationem invenêre evitandi dedecoris. Sic sanè paulò ante Saül, ne ludibrio esset Palæstinis, in sua sibi viscera ferrum adegit. Idem fecisse traditur Sardanapalus, qui, ut refert Justinus lib. 1, « victus in regiam se recepit, ubi ex« tructâ pyrâ, se et divitias suas in incendium « mittit, hoc solo imitatus virum. » Quod item, Josepho teste et scriptore lib. de Bello 3, cap. 14, fecêre Judæi, qui ne in potestatem Vespasiani venirent, mutuâ se cæde peremerunt: tantùm apud illos valuit pudor, et ambitio! Fecêre hoc ipsum apud Hispanos olim Numantini, quibus ne victoriâ insolens Romanus illuderet, sibi ipsis veneno, aut ferro, aut etiam incendio vitam ademerunt. Neque mirum, si id viri aliquando tentârint, cùm imbellis feminarum sexus, pudoris atque honestatis amans, mortem non horruerit. Nam ne quid ejusmodi ab hoste victore Teutonicæ feminæ subirent, suffocatis, elisisque infantibus suis, ut auctor est Florus, lib. 4, cap. 4, aut mutuis concidêre vulneribus, aut vinculo è crinibus suis facto ab arboribus jugisque plaustrorum pependerunt.

Quærit hìc Abulensis q. 12, cur cùm mitiori sibi mortis genere vitam sibi potuerit eripere Zambri, incendium elegerit, in quo et mors longior fuit, et major acerbitas? Et respondet voluisse in posterum suæ dignitati consulere; si enim cadaver in hostium potestatem veniret, quorum non minùs erant infensi animi, quàm armatæ manus, raptari poterat, aut objici canibus, aut per summum ludibrium cum communi populorum convicio traduci; quod accidit Saüli, cujus corpus priùs variè circumductum, tandem Palæstini ad graviorem ignominiam et dedecus è muro suspenderunt: à quo sanè ludibrio regium cadaver fuisset immune, si priùs fuisset in cineres redactum. Quam ignominiam, ut declinaret Sylla, cremari se jussit, cùm ante illum nemo fecisset ex Corneliorum genere. De quo sic Cicero lib. 1 de Legibus, ad finem: « Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari

(1) Vers. 9. — Dux mediæ partis equitum. Hebræus: *Dux mediæ partis curruum ipsius* bellicorum.

In domo Arsa præfecti Thersa. Hebræus: *In domo Arsa, qui super domum in Thersa.* Chaldæus et Arabs: *In templo idoli Arsa, quod erat in Thersa.* Sed quod idolum hoc Arsa? Hæc vox *tellurem* sonat; tellurem autem colebant pagani, tanquàm deorum omnium et hominum matrem; vel fortè *Arsa* ponitur hìc pro *Asera*, Astarte. (Calmet.)

(2) Propinquos et amicos ejus. Quicumque tyrannidem illius metuebat. Tradit Philo, in his rerum eventibus interfici consuevisse quicumque versabantur in quinque domibus maximè propinquis illi, cujus memoria delenda erat. (Calmet.)

« jussit Sylla victor, acerbiori odio incitatus, « quod haud scio an timens suo corpori posse « accidere, primus è patriciis Corneliis igni « voluit cremari. » (1)

Vers. 19. — Ambulans in via Jeroboam, et in peccato ejus, quo fecit peccare Israel. Quod fuerit peccatum Jeroboami, jam sæpiùs audivimus. Sed quomodò tam brevi spatio (nam septem tantùm dies regnâsse dicitur) peccare fecerit Israel, paulò obscurius est; fortassè ideò dicitur scandalo fuisse populo, quia cùm plurimùm posset apud Jeroboamum, aut illi auctor fuit ut vitulos conflaret, aut certè ad illam curam magno regi adjumento fuit, dùm populo nimiùm credulo persuadet id rei communi futurum ex usu. Id credo potiùs, nam licet post occisum Ela tantùm regnaverit septem dies, quia septimo ab occiso rege die electus est Amri; tamen postea aliquot vixit dies, et fortassè non paucos, donec capta fuit Thersa, et ille eò desperationis adductus, ut voluntariâ morte jugulum ab hostili ferro vindicârit. Toto autem illo tempore licet obsessus, erat tamen inter suos potentiâ et auctoritate princeps. Quare facilè potuit in vitulorum observantiam continere populum, ac tandem perficere, ut in illâ rerum angustiâ, immolatis victimis ad felicem bellorum exitum illos sibi redderet propitios. Porrò regnâsse dicitur Zambri septem dies, quia ipse pro rege se gerebat, non quia reverà rex fuerit illo septemdiali spatio, cùm neque oblatum accepisset à populo, neque ullo sibi legitimo nomine vendicâsset regnum : quod apertè docet Scriptura, dùm indicat, v. 20, illum fuisse tyrannum. *Reliqua*, inquit, *sermonum Zambri, et insidiarum ejus, et tyrannidis, nonne hæc scripta sunt*, etc.

At dices : Cur septem diebus regnâsse dicitur? Responsio est ex Scripturæ consuetudine non difficilis. Nam Scriptura sacra non solet à vulgaris sermonis consuetudine recedere, quæ deos appellat eos, in quibus nihil est numinis, quia sic judicat et nominat vulgus. Sic Maria, Luc. c. 14, Josephum patrem appellat Christi, quia sic putabatur et appellabatur à populo. Id autem contingit inter homines frequentiùs, qui nomine alios afficiunt indebito, non tam veritatem spectantes, quàm hominum obsecuti consuetudini. Quo modo appellati sunt quidam reges Machabæorum tempore, Aristobulus, Hircanus, Alexander, etc., quia sic illos vulgus aut assentatorio blandimento, aut metu, aut ineundæ ab illis gratiæ studio salutabant. Quâ de re nos pluribus in cap. 21 Ezechielis, ubi illos fuisse reges negat Hieronymus. Ut ergo hi vocati sunt reges, cùm tamen à regum legitimo titulo procul abessent, sic iste Zambri cùm vi potiùs et astu, quàm ullo legitimo titulo aspirâsset ad regnum, rex tamen brevi illo spatio temporis vocatus fuit, cùm nullus tunc esset, cui regni foret pacifica possessio.

Vers. 21. — Tunc divisus est populus Israel in duas partes. Hinc apparet nondùm Amri in Israele dominatum esse pacificè, quando populus alium sibi regem proposuit, et in duas factiones dissectus, rebus studuit novis, et gravi metu turbavit, concussitque rempublicam. Seditionis autem illa videtur princeps causa, quia Amri ab exercitu, non à toto populo rex est appellatus, quod reliqui tulerunt iniquiùs, cùm non minùs ipsorum, quàm militum suffragiis res esset statuenda. Quare in regnum advocârunt Thebni, sed illo à contrariâ factione superato, imperium pacificè tenuit Amri anno Asa 31, quod ad annum usque Asa 38 moderatus est, cùm in debellandis sedandisque tumultibus triennium posuisset, ut statim dicemus. (1)

(1) Vers. 18.—Videns autem Zambri quod expugnanda esset civitas, ingressus est palatium, et succendit se cum domo regia. Nimirùm Zambri tyrannus ambiens aulam, invenit urnam, ac ascendens in regiam resiliit in pyram. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 22.—Mortuusque est Thebni, occisus à factione adversâ Amri, teste Josepho. Addunt Septuag., fratrem quoque Thebni occisum, nomine Joramum. (Corn. à Lap.)

Vers. 23. — Anno trigesimo primo Asa..... regnavit Amri. Quomodò ista cohæreant cum iis quæ supra, vers. 10 et 15, narrantur, Zambri scilicet dominum suum Elam interfecisse anno septimo et vigesimo Asæ, ipsique Zambri post regnum septem dierum successisse Amri? — Reponitur, Amri solum et pacificum regni possessorem fuisse tantùm anno primo et trigesimo Asæ, cùm antea quadriennio æmulum Thebni sustinuerit. Sublato demùm Thebni anno trigesimo primo Asæ, Amri solus et quietus regnavit. Solutio est quidem violentior, sed melioris defectu retinenda. (Calmet.)

In Thersa regnavit sex annis. *Thersa* ante Amri erat metropolis et regia regum Israel. Quare in eâ regnavit Amri quinque annis, quibus cum Thebni de regno contendit, eo verò mortuo, anno sexto regni sui ex Thersâ regiam transtulit in Samariam, quam ædificavit, ut sequitur, ibique regnavit aliis sex annis, hoc est, universim tam in Thersâ quàm in Samariâ, 12 annis, uti dictum est. Causa translationis fuit, quòd Zambri regiam in Thersâ secum combussisset, moxque urbs capta ab Amri, spoliata et vastata fuisset, ut dictum est v. 18; rursùm, quòd Samaria ob montem

Vers. 24. — Emitque montem Samariæ a Somer duobus talentis argenti (1). Ad illud usque tempus imperii prima sedes fuerat in Thersâ : quam cùm Amri transferre decrevisset, emit à viro quodam editum collem, quem ædificandæ novæ civitati opportunum putabat, quam à veteri possessore Samariam vocavit. Illa deinceps fuit Israelitici imperii constituta metropolis, donec omninò dissolutum est, et genus illud hominum ad Assyrios translatum. Fuit, opinor, ante hoc tempus ædificata Samaria, non tamen illi adjunctus erat mons ille, qui emptus dicitur fuisse à Somer, qui videbatur futurus ad munimentum firmus, et ad speciem præclarus. A quo cùm magnum existimaretur præsidium habitura antiqua civitas, emptus est, et ædificatus à novo rege. Sanè propheta ille senex, qui supra, capite 13, verum decepit prophetam, quem occidit leo, venisse dicitur de Samariâ, de civitate nempe illâ, quæ adjecto monte à Somer, duorum talentorum pretio redempto, Samaria appellata est. Dicta porrò est Samaria eo loco, cùm nondùm illud nomen haberet, quia quo tempore historicus hæc sacris tradidit monumentis, Samaria dicebatur. Neque novum est, ut per prolepsim satis scriptoribus familiarem, nomen alicui loco detur, quod longo post cui insidebat, munitior foret. Unde ipsa diù hostium postea eam obsidentium insultus sustinuit. Ita Salianus. His ergo de causis Amri ex Thersâ regnum et regiam transtulit in Samariam. (Corn. à Lap.)

(1) Sedet urbs Samaria in fertili quodam colle in meditullio fermè tribûs Ephraim, situ commodo et munito. Mirari subit, cur Amri, qui locum emit, et urbem condidit, nomen illi suum non indiderit. Menochius cum Saliano arbitratur, Semer, viliori pretio locum cessisse Amri, eâ conditione, ut nomen prioris domini retineret. Igitur Samaria decem tribuum metropolis effecta est, nomenque suum propagavit ad regnum Samariæ, et amplum regionis tractum, qui Samariticus appellatus est. Ut illam ornarent, augerentque, Israelis reges nihil omiserunt. Ædificavit in eâ Achabus *domum eburneam*, id est, eburneis ornamentis divitem. Publicas ibi pariter plateas et formaverant et possidebant reges Syriæ, ubi Syri commercii gratiâ facilè sedes habebant. Id autem probant ea quæ Benadad permisit Achabo: *Plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samariâ.* Obsidiones sustinuit plures : bis illam cinxit Benadad; Salmanasar triennali obsidione expugnavit. Post mortem Alexandri Magni, cessit regibus Ægypti; sed erepta Ægyptiis ab Antiocho Magno, paruit regibus Syriæ, donec per Hircanum Machabæum solo æquata est. E ruinis suis surrexit beneficio Herodis Magni, qui et coloniam eò misit sex millium, et Sebasten, de nomine Augusti, appellavit. (Calmet.)

tempore nactus est. Exempla nos adduximus supra, lib. 1 Regum c. 4. (1)

Vers. 29. — Achab verò filius Amri regnavit super Israel anno trigesimo octavo Asa regis Juda. Hic fuit septimus ex regibus Israel, qui in Asa regem Juda imperium incurrerunt. Hic nodus occurrit in speciem explicatu difficilis. Neque enim videtur posse fieri, ut cùm Amri anno trigesimo primo Asa regnare cœperit, regnumque tenuerit duodecim annos filius ejus Achab, qui non nisi parente mortuo in regnum successit, trigesimo octavo anno Asa regnare potuerit, cùm inter annos 31 et 38 etiamsi extremos annos numerando concludas, non plus sint octo annis, atque ideò ab hoc numero ad duodenarium quatuor anni deficiant. Hic ego in Amri duo tempora considero, seu duos status, alterum cùm vocatus est rex, non tamen obtinuit regnum, cùm alii, nempe Zambri et Thebni, de regio nomine certarent et regni possessione. Si regnum ab eo tempore aspiceres, quo rex ab eo exercitu salutatus est, duodecim reverà regnavit annis, et regium nomen primùm audivit anno regis Asa 27, à quo ad annum illius 38 si utrumque extremum amplectare, anni sunt interjecti duodecim. At quia nondùm aliquid erat definitum et certum, cùm judicium tunc totum positum esset in armis, neque tota in eligendo rege potestas esset in exercitu, verè rex appellari non potuit, nisi subactis priùs hostibus, qui de regni possessione certabant. Cùm autem anno Asa 31, res esset tota bello transacta, post quartum annum, ex quo ab exercitu rex est salutatus, rex omninò pacificè censeri potuit, atque ideò verè et propriè octo annis regnavit ab anno trigesimo primo, ad annum trigesimum octavum Asa. Ita Lyra.

Vers. 31. — Insuper duxit uxorem Jezabel, filiam Ethbaal regis Sidoniorum (2). Non reces-

(1) Vers. 25. — Operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum. Idololatriam non verbis modò et exemplis apud suos promovit, sed et legibus imperavit: *Et custodisti præcepta Amri, et omne opus domûs Achab.* (Calmet.)

(2) Ethbaal, pater Jezabelis, imperabat Sidoniis, vel potiùs Tyriis, sed facilè tunc reges Tyri per totam latè ditionem Sidoniorum, urbemque ipsam Sidonis imperium prorogabant. De Sidoniis ita agit Salomon, veluti jam regi Tyrio subjectis. Profanos scriptores Ethbaal non latuit; quem virum Menander appellat *Ithobalum*, traditque, sub eo principe regionem hanc nimiâ ariditate squaluisse. Ipsa est facilè ariditas triennalis, de quâ Scriptura, sub rege Achabo, *Ithoballi* genero. (Calmet.)

Ergo idolis et vitulis Jeroboam adjunxit ido-

sit Achab à parentum suorum impietate, imò et aliquid aliud meditatus esse, et amplexus dicitur, quod ante illum ausus est nemo. Nam licet Pharaonis filiam duxerit Salomon, non tamen, ut diximus, id fecit priùs quàm patriam abjuraret religionem, juxta ea quæ Deut. cap. 21 antiqua lex præscribit. At Achab uxorem duxit primariam gentilis regis filiam, et ipsam gentilem usque adeò patriæ religionis amantem, ut insectaretur ad mortem usque illos qui veram religionem retinerent, et Sidonios deos Israeli colendos proponeret : idque usque adeò callido consilio, pertinacique studio, ut tandem consequeretur optata, et ad priorum regum impietatem, illud ipsa et rex ab eâ fallaci blandimento seductus, introduceret, quo populum omninò corrumperet, et nulla pietatis antiquæ vestigia relinqueret. Quid enim non faceret femina potens, superba, quæ in virum plus satis uxorium, plus habuit potestatis quàm amantem viri uxorem et modestam feminam deceret ? Accedebat, quòd filii, quia matribus magis quàm patribus præsertim in ætate tenerâ, assidui sunt, ab illarum consuetudine, et disciplinâ informantur potiùs : quare filii à gentili matre gentiles fiunt, et cum lacte hauriunt, quod nulla postea magistrorum doctrinâ, nullâ parentum sedulitate deponant. Hi patres, qui alienigenis adhæserunt uxoribus, dicuntur alienos filios genuisse, Oseæ cap. 5, quia illi maternis blanditiis magis ad sacra gentilica, quàm patrum monitis ad veram religionem adducuntur.

lum Baal sive Jovis Beli, quod more gentis suæ Sidoniæ colebat Jezabel ejus uxor.

Tropol. hinc disce quàm Deo invisa, ideòque infelix sit impietas, nimirùm quòd continua et funestissima sit tragœdia impiorum principum vita ; pauca ex dictis cap. 12, 15, 16, et lib. 4, c. 9, 10, 11, 15, hæc tragica accipe. Postquàm occupavit regnum Israel Jeroboam propter delictum Salomonis, vindicatum per eum in personâ Roboam filii ejus, translatis decem tribubus in Jeroboam, regnavit et filius ejus in Israel. Vindicta in personâ filii successit, et ipse cum omni semine et domo Nabath erasus fuit per regem novum Baasa. Baasa tyranni finita potestas in filio Ela, qui necatus cum omni semine per Zambri ejus servum. Zambri tantùm per septem dies regnavit, et obsessus ab Amri, coactus se in palatio comburere sustulit regiam progeniem. Amri et Achab stirpem sustulit Jehu, servus Joram regis, qui erat ex progenie Achab. Advenit autem in quartâ generatione vindicta super progeniem Jehu, juxta verbum Domini, et ideò Zacharias, qui ex Jehu descenderat, obtruncatus est à servo suo nomine Sellum, qui tantùm regnavit pro eo in Israel per unum mensem, occisus pariter à Manahen filio Gadi in Thersâ, qui regnavit pro eo decem annis in Israel, et post eum Phaceia filius ejus biennio tantùm; nam eum occidit Phaceas filius Romeliæ dux ejus; sed et hunc occidit Oseas filius Ela, hic autem translatus cum populo in Assyrios.

Tropol. Eucher. : « Ille, inquit, qui post-« quàm in Ecclesiâ habitum religionis assump-« serat, ad agenda scelera quæ ei Dominus Je-« sus in die baptismatis condonaverat, redit, « quasque ipse anathematizaverat diaboli pom-« pas, luxuriosè vivendo repetit; cùm erro-« rum dogmata, vel gentilium fabulas, veritati « ecclesiasticæ, quâ imbutus est, quasi de Bethel « egrediens ruinas Jericho resuscitat. Meritò-« que talis coram Domino maledictus, et pri-« mum filiorum in fundatione nefariæ civitatis, « et novissimum in portarum positione amittit, « quia et fundamenta fidei, à quibus bona « ædificia inchoare, et claustra bonæ actionis, « quibus perfici debuerat, perdit. » Eadem ad verbum habet Angelomus. (Corn. à Lap.)

Achab ne se contenta pas de marcher dans les péchés de Jéroboam, mais il épousa de plus Jézabel, fille d'Ethbaal, roi des Sidoniens ; et il alla servir Baal, et il l'adora. Les interprètes ont remarqué que la raison pour laquelle la Sainte-Ecriture paraît tant exagérer la faute qu'Achab commit en épousant Jézabel, n'est pas seulement à cause qu'elle était étrangère et attachée à l'idolâtrie, mais parce que cette femme étant très-méchante, engagea ce prince dans les plus grands crimes, dont il aurait eu peut-être de l'éloignement par lui même. Et il semble que le Saint-Esprit, en blâmant beaucoup Achab d'avoir épousé une femme qui devait contribuer à le rendre plus méchant, avertit tous ceux qui veulent se marier, de chercher beaucoup cette femme sage dont l'Ecriture fait les éloges, et de préférer la sagesse à tous les trésors, puisqu'une femme qui la possède apporte en effet à son mari le plus grand trésor qu'il puisse espérer, au lieu que celle qui ne l'a pas, doit être nécessairement la ruine de sa maison, selon que l'assure le Saint-Esprit par ces paroles : *La femme sage bâtit sa maison ; l'insensée détruit de ses mains celle même qui était déjà bâtie.* (Sacy.)

Vers. 32. — Et posuit aram Baal in templo Baal. Perfecit Sidonia conjux cum Achab, ut ad impias aras, quas excitaverant superiores reges, aras quoque adjungeret Baal; et illi Sidonium in morem templum erigeret, in quo fierent hominum conventus, et sacra peragerentur legitimo gentilium ritu, non aliter, neque minùs frequenter, quàm in Sidone ac Tyro fieri consuevissent. De Baal diximus alibi sæpè, et postea dicendum nobis aliquid necessariò. Tantùm dico Baal significare *maritum* et *dominum*, qualem sponsæ conjuges sæpè salutant, et quia hoc nomen amabile aliquid et observandum significat, fit ut dii gentilium, sicut *dæmones*, id est, fortunati dicuntur, sic etiam dicantur Baalim, id est, domini. Sed fuit aliquis Deus præcipuus ma-

ximè apud Sidonios, qui per antonomasiam commune nomen sibi vendicavit, sicut Roma dicitur urbs, Paulus Apostolus. Quis autem deus iste fuerit, incertum. Abulensis in lib. 4 Reg. cap. 3, q. 3, Herculem esse putat, quia ille apud Sidonios et Tyrios magnâ in veneratione atque honore fuit. Sanè Salomonis tempore luculentum templum et statuam Herculi ab Hiram fuisse constructam, tradit Josephus l. 8 Antiq. c. 2. Factos autem Tyri Herculis quinquennales ludos magno undecumque populorum concursu, habemus lib 2 Machab. c. 4 : *Cùm autem*, inquit, *quinquennalis agon Tyri celebraretur, et rex præsens esset, misit Jason facinorosus à Hierosolymis viros peccatores portantes argenti drachmas trecentas in sacrificiis Herculis*. Hoc mihi videtur non improbabile, sed de Baal alibi à nobis actum pluribus; vide quæ diximus in nostris Commentariis super Oseam c. 2, ad illud v. 16 : *Vocabit me vir meus; et non vocabit me ultra Baali*.

Vers. 34. — In diebus ejus ædificavit Hiel de Bethel, Jericho in Abiram primitivo suo fundavit eam, etc. Accidit dùm regnaret Achab, quo tamen tempore Scriptura non docet, hominem quemdam haud dubiè idololatram, quia erat è Bethel, ubi vitulus aureus à Jeroboamo positus, et unde impietas in decem tribus primùm erupit, et latè deinde per annos plurimos grassata est, contra quam à Josue, c. 6, esset edictum, reædificâsse Jericho, quæ anathemati fuerat antea devota. Dixerat autem Josue cùm igne, ferroque vastâsset urbem Jericho, c. 6, v. 26 : *Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit et ædificaverit civitatem Jericho. In primogenito suo fundamenta illius jaciat, et in novissimo liberorum ponat portas ejus*. Ad hoc usque tempus nemo fuit, qui contra Josue edictum, sive vaticinium, quicquam auderet; spectabantur quotidiè ruinæ Jerichuntinæ, laudabatur ager fœcundus et lætus: nemo tamen è redivivo lapide excitare muros, aut domos moliri tutum putabat; donec vir infidelis Hiel, qui in Josue minis nihil credebat esse ponderis, cùm ex instauratâ urbe magnum spectaret captum iri compendium, rem ausus est, quam horrerent omnes præter infideles et avaros, quia illi nihil timent, quoniam defecit, aut elanguit fides, isti nihil non audent, dummodò aliqua se illis commoditas ostentet.

Multa hic quærunt Abulensis à q. 20, et Serarius in cap. 6 Josue, à quibus hic ego prudens abstineo. Illud tantùm dico quod ad rem nostram et institutum pertinet, cur ista hoc tempore narrata, cùm nullo modo videantur pertinere ad Achab, cujus in præsentiâ texitur historia, cujus duas causas invenio. Altera est, ut ostendatur quàm fuerit hoc tempore, in quo ad uxoris libidinem rem Israeliticam moderabatur Achab, profligata fides, quanta inducta cœlestium dirarum vilitas et oblivio, ut quod tot annis tentârat nemo, cùm contra staret divina maledictio, id vidente rege, et populo, tentaret homo ex vitulorum consuetudine, et nunc addito à Jezabele novo sacrificiorum genere, planè demens. Altera, ut de hoc supplicio discerent idololatræ, quorum tunc major erat quàm antea numerus, non futuras illas minas sine pondere, quas Deus multis in locis contra illos intorserat, qui verum abjecissent Deum, et ad vanissima idolorum monstra defluxissent, cùm antiquissimas minas experti essent, non vanas et nugaces, sed acerbas et veras.

In Abiram primitivo suo fundavit eam, et in Segub novissimo suo posuit portas ejus. Juxta Josue verbum c. 6 mulctata fuit filiorum interitu Hielis audacia. Nam cùm primùm aperta fuerunt murorum fundamenta, extinctus fuit primogenitus filius Abiram, ita ut aperuisse videretur non fundamentum ad excitandam molem, sed sepulcrum in quod statim filium exanimatum inferret. Cùm verò eò res esset deducta, ut absoluto murorum ambitu, adhibendæ essent portæ, cecidit Segub filiorum postremus. Quare tunc nullum filium, aut hæredem habuit, cujus honori, ac commodis immanis illa, ac sumptuosa fabrica serviret. Quot filios Hiel in eâ substructione Jerichuntis amiserit, non constat; ad unum tamen omnes periisse certum est. Rupertus in illum locum Josue cap. 20, ait in ipso operis progressu cecidisse filios, ita ut non construeretur murorum moles, nisi destructâ familiâ. Sic autem Rupertus ibi : « Quando fundamenta (Jerichuntis) jecit, statim mortuus est filius ejus primogenitus : et « deinceps inter ædificandum paulatim secundùm ordinem nativitatis decedentibus filiis « omnibus, ubi (quod novissimum erat) posuit « portas ejus, mortuus est filius ejus novissimus mirâ ambitione pertinaciam fulciente « conditoris nomen, totum cùm affectu perderet genitoris honorem. » Ambitioni ergo Rupertus tribuit, quòd patris, cadentibus in operis progressione filiis, studium non langueret. Et reverà ambitio, ubi hominum animis altiùs insedit, non modò naturæ, sed etiam

divinas leges pessumdat et frangit, neque audit filiorum agentium animas miserabiles gemitus, neque Dei voces extrema rerum incommoda minantis. Aut fortassè placere voluit Achab, qui Deum contempserat, coluerat vitulos, et ad hæc Sidoniorum deo templum et aras excitârat. Putabat enim gratum se futurum principi, ad cujus amicitiam et gratiam aspirabat, si cœlestium minarum et prædictionum se contemptorem ostenderet, quasi pluris faceret, quòd regi temerario et stolido, quàm vero et patrio Deo placuisset; neque quicquam habere pensi quòd filii in illius operis molitione perierint, dummodò regi suo gratum aliquod obsequium impenderet. Quod faciunt, proh dolor! hoc tempore aulicorum plurimi, qui, ut captent captamque retineant principum gratiam, non illos ab impio, stultoque conatu pietas, non filiorum amor, insitus à naturâ, non pudor, non gravia populi judicia retardant. Quos exsangues vides, egentes, Deo atque hominibus invisos, quasi illis fatale foret odiosos, et miseros perire, à principum aulis, imò à principum nutu non recedunt.

Sed rogabit quispiam, cur tam dirum supplicium indictum priùs à Josue, jubente nimirùm Domino, ut habemus hoc loco (*juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Josue filii Nun*) et postea inflictum extinctis filiis ejus, qui antiquas civitatis ruinas excitare voluit? Alias mitto rationes, quas apud Josue interpretes curiosus lector inveniet, et dico illam mihi videri gravissimam, maximèque formandis moribus opportunam, quia Deus civitatem illam non humanâ potentiâ, seu industriâ subvertit. Non enim catapultarum, aut saxorum verberatione, sed circumductâ septies arcâ, et tubarum clangore muri ceciderunt Jerichuntini; quod autem Deus excidit, excitare illud velle tutum non est : secùs est si hominum industriâ ac manu eversa sit civitas, aut abrogatæ leges, aut dejectum aliquid, quod hominum consilium et labor excitavit : id enim non solùm permittente, sed etiam jubente atque probante Domino, è lapide quasi redivivo renovari potest. At excitare velle, quod dissipavit et disturbavit Deus, inanis omninò est, et perniciosus labor. Quemadmodùm si quis velit excitare Pentapolim, quam cœleste jam olim absumpsit incendium. Sunt à Deo multa sive docente verbis, sive monente damnata, qualia sunt quæ Joannes Epist. 1, c. 2, concupiscentiam appellat carnis, concupiscentiam oculorum et vitæ superbiam. Hæc à Deo damnata sunt æquo severoque judicio, et funditùs eversa; si quis illa excitare velit, et in illum statum, ex quo exciderant, revocare, ille dignus est cujus intereat soboles, id est, pereant opera atque consilia, et nomen à viventium numero deleatur.

CAPUT XVII.

1. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu sto, si erit annis his ros et pluvia, nisi juxta oris mei verba!

2. Et factum est verbum Domini ad eum, dicens :

3. Recede hinc, et vade contra orientem, et abscondere in torrente Carith, qui est contra Jordanem;

4. Et ibi de torrente bibes, corvisque præcepi ut pascant te ibi.

5. Abiit ergo, et fecit juxta verbum Domini; cùmque abiisset, sedit in torrente Carith, qui est contra Jordanem.

6. Corvi quoque deferebant ei panem et carnes manè, similiter panem et carnes vesperè; et bibebat de torrente.

7. Post dies autem siccatus est torrens; non enim pluerat super terram.

8. Factus est ergo sermo Domini ad eum, dicens :

CHAPITRE XVII.

1. Et Elie de Thesbé, qui était un des habitants de Galaad, dit à Achab: Vive le Seigneur Dieu d'Israël, devant lequel je suis *présentement!* il ne tombera pendant ces années ni rosée ni pluie, que selon la parole qui sortira de ma bouche.

2. Le Seigneur s'adressa ensuite à Elie, et lui dit :

3. Retirez-vous d'ici; et allez vers l'orient et cachez-vous sur le bord du torrent de Carith, qui est vis-à-vis le Jourdain.

4. Vous boirez là de l'eau du torrent, et j'ai commandé aux corbeaux de vous nourrir en ce même lieu.

5. Elie partit donc, selon l'ordre du Seigneur, et alla demeurer sur le bord du torrent de Carith, qui est vis-à-vis le Jourdain.

6. Les corbeaux lui apportaient le matin du pain et de la chair, et le soir encore du pain et de la chair, et il buvait de l'eau du torrent.

7. Quelque temps après le torrent sécha, car il n'avait point plu sur la terre.

8. Et alors le Seigneur lui parla en ces termes :

9. Surge, et vade in Sarephtha Sidoniorum, et manebis ibi; præcepi enim ibi mulieri viduæ ut pascat te.

10. Surrexit, et abiit in Sarephtha. Cùmque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna; et vocavit eam, dixitque ei: Da mihi paululùm aquæ in vase, ut bibam.

11. Cùmque illa pergeret ut afferret, clamavit post tergum ejus, dicens: Affer mihi, obsecro, et buccellam panis in manu tuâ.

12. Quæ respondit: Vivit Dominus Deus tuus! quia non habeo panem nisi quantùm pugillus capere potest farinæ in hydriâ, et paululùm olei in lecytho. En colligo duo ligna, ut ingrediar et faciam illum mihi et filio meo, ut comedamus, et moriamur.

13. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, et fac sicut dixisti; verumtamen mihi primùm fac de ipsâ farinulâ subcineritium panem parvulum, et affer ad me; tibi autem et filio tuo facies postea:

14. Hæc autem dicit Dominus Deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur usque ad diem in quâ Dominus daturus est pluviam super faciem terræ.

15. Quæ abiit, et fecit juxta verbum Eliæ: et comedit ipse, et illa, et domus ejus; et ex illâ die

16. Hydria farinæ non defecit, et lecythus olei non est imminutus, juxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Eliæ.

17. Factum est autem post hæc, ægrotavit filius mulieris matris familiâs, et erat languor fortissimus, ita ut non remaneret in eo halitus.

18. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi et tibi, vir Dei? ingressus es ad me ut rememorarentur iniquitates meæ, et interficeres filium meum?

19. Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu ejus, et portavit in cœnaculum ubi ipse manebat, et posuit super lectulum suum.

20. Et clamavit ad Dominum, et dixit:

9. Levez-vous, et allez à Sarephtha, *ville* des Sidoniens, et demeurez-y; car j'ai commandé à une femme veuve de vous y nourrir.

10. Elie se leva et alla à Sarephtha. Lorsqu'il fut venu à la porte de la ville, il aperçut une femme veuve qui ramassait du bois; il l'appela, et lui dit: Donnez-moi un peu d'eau dans un vase, afin que je boive.

11. Comme elle allait lui en quérir, il lui cria derrière elle: Apportez-moi aussi, je vous prie, dans votre main une bouchée de pain.

12. Elle lui répondit: Vive le Seigneur votre Dieu! je n'ai point de pain, j'ai seulement dans un pot autant de farine qu'il en peut tenir dans le creux de la main, et un peu d'huile dans un petit vase. Je viens ramasser ici deux morceaux de bois, pour aller apprêter à manger à moi et à mon fils, afin que nous mangions et que nous mourions *ensuite*.

13. Elie lui dit: Ne craignez point. Faites comme vous avez dit; mais faites pour moi auparavant, de ce petit reste de farine, un petit pain cuit sous la cendre, et apportez-le-moi; et vous en ferez après cela pour vous et pour votre fils;

14. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israel: La farine qui est dans ce pot ne manquera point, et l'huile qui est dans ce petit vase ne diminuera point, jusqu'au jour auquel le Seigneur doit faire tomber la pluie sur la terre.

15. Cette femme s'en alla donc; et, *animée de la foi, elle* fit ce qu'Elie lui avait dit. Elie mangea, et elle aussi avec toute sa maison. Et depuis ce jour-là,

16. La farine du pot ne manqua point, et l'huile du petit vase ne diminua point, selon que le Seigneur l'avait prédit par Elie.

17. Il arriva ensuite que le fils de cette femme, mère de famille, fut atteint d'une maladie si violente qu'il expira.

18. Cette femme dit donc à Elie: Qu'y a-t-il entre vous et moi, homme de Dieu? Êtes-vous venu chez moi pour renouveler la mémoire de mes péchés et pour faire mourir mon fils?

19. Elie lui dit: Donnez-moi votre fils. Et, l'ayant pris d'entre ses bras, il le porta dans la chambre où il demeurait, et le mit sur son lit.

20. Il cria ensuite au Seigneur, et lui dit:

Domine Deus meus, etiamne viduam apud quam ego utcumque sustentor afflixisti, ut interficeres filium ejus?

21. Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, et clamavit ad Dominum, et ait : Domine Deus meus, revertatur, obsecro, anima pueri hujus in viscera ejus.

22. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ; et reversa est anima pueri intra eum, et revixit.

23. Tulitque Elias puerum, et deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, et tradidit matri suæ, et ait illi : En vivit filius tuus.

24. Dixitque mulier ad Eliam : Nunc in isto cognovi quoniam vir Dei es tu, et verbum Domini in ore tuo verum est.

Seigneur mon Dieu, avez-vous aussi affligé cette veuve, qui a soin de me nourrir comme elle peut, jusqu'à faire mourir son fils?

21. Après cela, il s'étendit sur l'enfant par trois fois, en se mesurant *à son petit corps;* et il cria au Seigneur et lui dit : Seigneur mon Dieu, faites, je vous prie, que l'âme de cet enfant rentre dans son corps.

22. Et le Seigneur exauça la voix d'Elie; l'âme de l'enfant rentra en lui, et il recouvra la vie.

23. Elie ayant pris l'enfant, descendit de sa chambre au bas de la maison, le mit entre les mains de sa mère, et lui dit : Voilà votre fils en vie.

24. La femme répondit à Elie : Je reconnais maintenant, après cette action, que vous êtes un homme de Dieu, et que la parole du Seigneur est véritable dans votre bouche.

COMMENTARIUM.

Vers. 1.—Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab. Nihil hactenùs dictum fuerat de Eliâ, quem modò quasi ex abrupto, et inopinato erupisse videmus contra regem Achab, ut illius in omne impietatis atque intemperantiæ genus audaciam præcipitem cohiberet. Quia verò de hoc illustri viro multa nobis, eademque admodùm illustria commemoranda sunt tam in hoc quàm in sequenti libro, non putavi esse sine magno operæ atque studii pretio, aliqua hìc breviter hinc inde collecta conferre, quæ aut in his duobus libris nullo modo, aut quæ non nisi admodùm obscurè cognoscimus.

Prophetam esse Eliam nemo negavit unquàm, neque dubitavit, cujus memoria non in veteri solùm Testamento clara, sed etiam in novo, quam excitavit Joannes Baptista illi in vivendi formâ quàm simillimus, et Christus, dùm illum secum in transfiguratione apparere voluit, et de illo non semel honorificè locutus est. Illius præclarum habemus elogium Eccl. c. 48, quod nos, dùm occasio tulerit, commodiùs explicabimus.

Fuisse ex tribu Levi, imò et sacerdotem magnum, nonnulli putant. Ex familiâ Aaron ortum esse dicunt Simeon Metaphrastes apud Surium, Dorotheus in Synopsi, D. Joannes episcopus Hierosolymitanus cap. 1, tomo 9 Bibliothecæ, Isidorus de Vitâ et Morte sanctorum, Epiphanius de Vitâ et Interitu sanctorum ; quorum aliqui dicunt civitatem Thisbi, à quâ illum denominatum esse putant, civitatem esse credunt sacerdotalem. Ego de genere ac patriâ nihil habeo, nisi obscurum admodùm; tantùm enim lego fuisse de habitatoribus Galaad, sed ibi duæ tribus Gad et Ruben, et dimidia tribus Manasse suos habuêre funiculos, ut constat ex Numer. cap. 32. Quare incertum est de quâ istarum familiarum fuerit, cùm nihil habeamus de certâ sede ex Scripturâ definitum, neque de civitate Thisbi certum est aliquid, cujus nomen in sacrâ Scripturâ nunquàm auditur. Cur Elias vocatus fuerit Thesbites, vide Eliam Germanum in suo Thisbi, ubi de eo nomine multa, vereor ne satis ad veritatem. Quidam Eliæ patriam Theben esse putant, ubi à feminâ quâdam Abimelec occisus esse dicitur. In quo planè infantiliter peccant : civitas enim illa non pertinet ad Galaad, sed est in tribu Ephraim, propè Sichem. Quòd si de civitatis situ non constat, multò minùs de dignitate et gradu, atque ideò non video cur existimetur esse sacerdotalis. Mihi placet quod placuit Abul. q. 1, ubi dicit neque sacerdotem, neque Levitam Eliam fuisse, quod sanè non tacuisset Scriptura, quæ cùm plurimùm faciat sacrum illum ordinem, non videbatur omissura, sicut in aliis non omisit. Neque oppositæ sententiæ quicquam favet, nisi eorum quos supra retulit auctoritas.

De parente ac genere nihil habemus certius. Patrem Epiphanius, et Dorotheus, et Joannes episcopus Hierosolymitanus supra appellant Sabacha, sed unde id acceperint non docent, neque fortassè possunt. Illud addunt Meta-

phrastes, Dorotheus, Epiphanius, in ortu Eliæ aliquid accidisse mirabile. Audi in Dorotheo reliquos, qui ab illo ferè nihil dissentiunt : « Cùm nasciturus esset Elias, pater ejus Sabacha vidit illum ab Angelis albicantibus salutari, et igne tanquàm fasciis involvi, et flammâ ignis veluti cibo ali, et Hierosolymam profectis rem istam indicavit; dictumque illi est ex oraculo, ne timeret; fore enim ut puer nasciturus in luce habitaret, et quæ diceret firmam sententiam haberent, judicaretque Israelem in gladio et igne. »

De nomine Eliæ aliquid etiam observandum. Hebr. אליהו *Eliiahu,* quem Septuaginta, sicut alia plurima ejusdem formæ, converterunt Eliu, Hebræi Eliiahu. Chrysostomus hom. 3 de Eliâ tomo 1, putat significare solem, nempe homo Græcus Græcam spectavit originem : sol enim Græcè dicitur ἥλιος. Quidam hoc solis nomen ortum esse putant ex Eliæ nomine, inter quæ maxima inest similitudo. Aiunt enim ideò à poetis fingi solem vehi in igneo curru, quia in igneo curru sublatus è terrâ fuit Elias. Ita Beda, et ex illo, ut opinor, Angelomus in lib. 4 Reg. cap. 23, ubi carmina quædam adducit ex Sedulio, quæ hoc ipsum indicant. Et dixit apertè Chrysostomus, qui cùm ascensum Eliæ descripsisset, addit homil. 3 de Eliâ : « Hinc poetas atque pictores in figurandâ solis imagine exempla sumpsisse credo, qui curru atque equis fulgentibus ipse rutilans atque radians, è fluctu Oceani sublevatus, inter præruptos montium scopulos evadens, quasi ad cœlestia videtur ascendere in similitudinem luminis ejus inductus; sol enim Græco sermone *elios* appellatur, unde Elias verè elios, quoniam curru atque equis fulgentibus igne de Oceani fluctu, id est, de mundi commotione, per montium scopulos, id est, permagnorum laborum progrediens ad cœlestia divectus ascendit. » De hâc Græcorum audaciâ, qui verissimas Scripturæ sacræ historias in vanissimas et stultissimas fabulas incluserunt, diximus in nostris Commentariis ad cap. 10 Jonæ, ubi plus satis exemplorum adduximus. Porrò Eliam significare *Deum fortem,* aut, *Deum Dominum,* docet Hieronymus.

Virginitatem coluisse perpetuam, communis est veterum Patrum, constansque sententia. Ita Hier. lib 1 adversùs Jovinianum, et ad Eustochium de Custodiâ virgin.; Ambrosius lib. 1 de Virgin.; S. Ephrem non uno loco. Sanè lib. 1, parænesi 1, cœleste donum vocat castitatem, ad quam exemplo Eliæ alios adhortatur. *Donum*, inquit, *monachi optimum est virginitas, curru ipsum ad cœlos cum Eliâ vehens.* De Eliâ quid Gnostici impudentissimè somniaverint, vide Epiphanium.

De patriâ Eliæ diximus nuper, nempe esse in tractu Galaad : quamdiù autem ibi habitaverit, incertum est; habitâsse autem aliquandiù, imò et diù, et fortassè non procul ab eo tempore, in quo sese ostendit Achab, illumque et reprehendit acerbiùs, et famem longam minatus est, satis est verisimile. Et quidem Epiphanius, et Dorotheus supra, Eliam non solùm in regione Galaaditide natum et educatum, sed etiam habitâsse tradunt. Neque est improbabile etiam ibi, antequàm in terram, quæ verè promissionis dicitur, aut ipse ultrò, aut certè evocatus à Deo ingrederetur, extra montem Carmelum instituisse aliquam religionis formam, et ibi religiosum habuisse cœtum, quem tamen postea in montem Carmelum secum adduxit. Ubi discipulis, qui postea sæpè filii Prophetarum vocati sunt, monasticæ vitæ novam formam indixit, et ad legitimum Dei cultum religiosis disciplinis excoluit. Fuisse autem plurimos sub hâc Eliæ præfecturâ discipulos, hoc etiam tempore, quo primùm in Scripturâ sacrâ sese nobis magnus hic pater ostendit, constat, quia Jezabel sub hoc tempus, in triennali videlicet fame, magnam edidit Prophetarum cædem. Prophetas autem illos esse puto, qui potiùs ex instituto laudes canerent divinas (sicut de Prophetis aliis diximus Samuelis tempore) quàm qui, quod Prophetarum primum et proprium est, futura prædicerent. Hos verò apertè fuisse Domino consecratos, et religionis veræ certum aliquod insigne præ se tulisse, ex eo constat, quia in illos præsertim grassabatur Jezabel, quæ ut patriis diis honores impendebat divinos, sic eos qui contra facerent ad exitium quærebat; quare in eos animo verè hostili bacchata est, qui religionem veram profiterentur exteriùs. Illos porrò notos fuisse, atque adeò Eliæ familiares, ex eo fit probabile, quia cap. 19, v. 10, à Deo interrogatus respondit : *Altaria tua destruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio, et derelictus sum ego solus.* Nempe ex illo Prophetarum cœtu, quos ipse religiosis disciplinis ad veram sanctitatem excoluit. Hæc mihi difficilia non sunt, neque cuiquam dubium esse debet viros illos Prophetas, et, ut existimamus, tanti patris in scholâ religiosâ discipulos, veros fuisse martyres, quando

veræ religionis studio amoreque tenaci, detestati falsam, sub Jezabele impiâ subiêre mortem. Quàm verò monachorum istorum fuerint numerosi greges, illud probat, quod cap. 18, vers. 13, Abdias ait Eliæ, dùm Jezabelis ferrum grassaretur hostiliter : *Numquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim, cùm interficeret Jezabel Prophetas Domini, quòd absconderim de Prophetis Domini centum viros, quinquagenos et quinquagenos in speluncis, et paverim eos pane et aquâ ?*

Ubi hoc tempore viri isti habuerint domicilium, incertum est : neque enim certa Eliæ in Scripturâ invenitur, et quasi propria sedes. Licet enim in Carmelo occidisse dicatur Prophetas Baal, et ibi precibus à Deo obtinuisse pluviam, domum tamen ibi habuisse non legimus : imò toto tempore, quo duravit fames, non videtur adiisse Carmelum; cùm enim famem denuntiâsset Achab, jussus est à Domino ut secederet ad torrentem Carith, qui longè aberat à Carmelo, cùm hic esset in tribu Issachar, ille verò in tribu Ephraim. Deinde post multos dies extra terminos terræ promissionis habitavit in Sarephtha Sidoniorum, ubi à muliere viduâ pastus est tempore, ut apparet, non exiguo, donec tandem exacto triennio occurrit Achab, et in Carmelo, postquàm cœlitùs deprehensa est Baalis et religio vana, et stulta futilitas, et eam ob rem ibidem sacerdotes interfecti quàmplurimi, ac tandem orante prophetâ data de cœlo pluvia; ex eo tempore non legimus Eliam adiisse Carmelum. Nam cùm Jezabelem fugeret, in speluncâ latuit Oreb, neque alium locum stabilem legimus, ubi suam Elias commorationem habuerit, donec in igneo curru translatus est. Est tamen verisimile et ante indictam ab Eliâ famem, et post sacerdotum cædem, et fugam in Oreb, habitâsse Eliam in Carmelo. Neque enim ab Achab cap. 18, in Carmelo vocantur sacerdotes Baal, nisi quia ibi tunc erat Elias, quocum futura de religione concertatio. Et dùm in Carmeli verticem orationis gratiâ ascendisse dicitur propheta, nonnullam nobis præbet conjecturam, ut suspicemur illum in orando familiarem habuisse locum. Abul. lib. 4, c. 1, quæst. 16, ait in Carmelo Eliam habitationem habuisse sequestratam à populo, et ibi tunc fuisse quando, igne de cœlo misso, Ochoziæ milites interfecit. Quod iterùm docuit lib. 4, c. 4, quæst. 35. Accedit his, quòd Eliseus discipulorum maximus, et pro Eliâ in illorum Prophetarum collegio pater magisterque suffectus, cùm fuisset in Jerichò, ubi collegium erat Prophetarum, venisse etiam dicitur in Carmelum, ut creditum fortassè cœtum inviseret, ut habes lib. 4 Reg. cap. 2, vers. 25; et cap. 4, vers. 25, femina, cujus fuerat mortuus filius, ut Eliseum quæreret, ad montem Carmelum quasi ad illius familiare domicilium profecta est.

Ex hoc monte arbitror Eliæ discipulos habuisse nomen et appellatione familiari Carmelitas vocatos, quia ibi aut primùm, aut plurimùm commorati sunt. Nam toto triennio, quo fames Israelitidem gentem durè vexavit, nullum habuit Elias socium, nisi unum aut alterum, qualis ille servulus fortassè fuit, quem speculari jussit nubeculam ascendentem è mari, qui filius fuisse dicitur Sarephthanæ viduæ, quem jam exanimem revocavit ad vitam. Nam in torrente Carith quî latere posset si socios secum haberet? aut quomodò illos non deprehendisset Achab, qui tanto studio illum investigârat, et per Israelem totum quosdam quasi venaticos canes latè disperserat? Quâ de re Abdias cap. 18, vers. 10, ad Eliam: *Vivit Dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnum, quò non miserit Dominus meus te requirens, et respondentibus cunctis : Non est hìc, adjuravit regna singula et gentes, eò quòd minimè reperireris.* Quis tantum studium et sedulitatem effugeret, si secum hominum cœtum alligatum haberet? Adde quòd solus videtur fuisse in torrente, quem corvi pascebant, et inde solus profectus est in Sarephtha Sidoniorum, ubi à pauperculâ viduâ sustentatus est. Esto tamen sedem sibi ac suis Elias in Carmelo non habuerit, quod non puto, quid obstat discipulos Eliseo auctore excitâsse collegium, ubi simul viverent, quod ut facerent multæ illos rationes adduxerunt? Primùm ipsa loci ad vitæ licet frugale et tenue subsidium, tum etiam ad orationis otium opportunitas, tum parentis optimi grata memoria, qui eodem in loco oratione efficaci et longâ cœlum aperuit, et illum impio sacerdotum sanguine, et veriùs sacrificio à Deo accepto per ignem consecravit. Cùm autem, ut dicemus postea, collegia aliis in locis habuerint, et fortassè non pauca, ab hoc tamen monte multis nobilitato nominibus Carmelitarum nomen accepêre. Quod etiam fecêre nostris seculis religiones neque paucæ, neque ignobiles, quales sunt Carthusianorum, Camaldulensium; aliis claræ atque umbrosæ vallis nomen indidêre. Habuisse autem aliis in locis cœnobia, id est,

communes domus, Eliæ Eliseique discipulos, satis constat. Nam primùm propè Jerichuntem habitâsse, aut in ipsâ fortassè civitate, docemur lib. 4, cap. 2, ubi, quò commodior esset civitatis habitatio, sanatæ sunt ab Eliseo aquæ, ne in posterum essent insalubres. Fuerunt etiam in Galgalis ibidem v. 1, unde egressi sunt Elias et Eliseus, quando jam instabat ex hominum convictu prodigiosa translatio. Fuerunt in Bethel, v. 3; de Jericho habes iterùm ibidem v. 5. Quærit autem Abulensis, lib. 4 Reg. quæst. 13, cur Elias ante suum discessum loca hìc commemorata lustraverit? Respondet autem id facere voluisse, quia ibi erant filiorum Prophetarum certa quædam collegia, qualia nunc sunt religiosorum, quorum ille pater erat et princeps. Et sanè ita decebat, ut in extremo digressu salutaret filios, eosque ad severum illud vitæ curriculum, quod ingressi fuerant, sanctè atque legitimè conficiendum urgeret.

Cùm tot essent discipulorum Eliæ excitata cœnobia, non est difficile in Carmeli montem deductam esse quamdam quasi coloniam, quæ quia in loco tot nobilitato miraculis, et ipso Eliæ nomine, et sacrificiis illustri, principem tandem locum inter reliquas Prophetarum domus obtinuit. Quod curâsse Eliseum verisimile est, cùm tot à magistro esset ornatus modis, neque beneficiis notari vellet ingratus et immemor, à quo loco ille sanctorum ordo accepisse videtur nomen, et qui institutum illud sunt complexi, Carmelitæ vocati. Hinc, opinor, ortum habuerunt antiquum et nobilem, qui nostro ævo Carmelitæ dicuntur, viri religionis gloriâ et vitæ sanctitate conspicui. Quod ut credam facit non solùm illius ordinis, sed et omnium penè gentium constans et perpetua traditio. Et quidem si ab hâc meâ cogitatione nihil staret præter traditionem omni memoriâ superiorem, satis putaretur habere præsidii, quia communis conspiransque consensio nullo interrupta tempore eam habet auctoritatem, quam nulla, nisi magna fides convellere aut infirmare posset. Quâ de re nos pluribus in nostro libello de adventu S. Jacobi in Hispaniam tract. 2. Sed præter traditionem, quæ, ut diximus, constans existimatur atque perpetua, sunt alia multa quæ ad hanc cogitationem plurimùm afferunt momenti, doctorum nimirùm, non tantùm ex illâ religiosâ familiâ, quorum ingens numerus, sed externorum, quos longum esset numerare gravis auctoritas; et tam veteres quàm recentes historiæ, et sacri ordinis antiqua monumenta. Accedit ad hæc à Pontificum judicio gravissimum pondus, qui sacrum hunc ordinem ab Eliæ disciplinâ atque instituto exordium habuisse testantur. Ita sanè apertè in suis bullis Sixtus quartus, Julius secundus, Gregorius decimus tertius, Clemens octavus, qui dicunt Carmelitanæ familiæ viros ab Eliâ atque Eliseo hæreditariam successionem tenere. Hæc mihi gravissima sunt, neque desunt alia neque pauca, neque levia, quæ, si Carmelitanæ causæ vindicem agerem, libens adducerem, à quibus in præsentiâ abstineo, ne ab interpretis munere (quod longas digressiones non admittit) defecisse videar. Plura nobis dicenda sunt de Eliâ, quæ in commodiorem locum reservamus.

Et dixit Elias Thesbites (1). Cur hoc loco

(1) Inter apocryphas commentationes rejicienda sunt ea quæ de prodigio ortûs illius, de nomine patris ejus *Sabacha*, de dignitate sacerdotis è stirpe Aaronis feruntur. Veteres quidam Eliæ nomen derivârunt è Græco *helios*, sol, sed minùs accuratâ etymologiâ. Elias, vel Elihau, Hebraicè est *Deus fortis*, vel *Dominus Deus*. Contendunt Hebræi, sed temerè, Phineem filium Aaronis post diuturni temporis latebras tandem sub Eliæ nomine prodiisse,

Si erit annis his ros et pluvia, nisi juxta oris mei verba. Miram fiduciam prophetæ! Conferat hìc aliquis quæcumque paganorum superstitio fingere potuit prodigiosa, cum auctoritate istâ propheticâ. Elias cœlum ad arbitrium claudit spatio trium annorum et dimidii. Tantâ verborum constantiâ, absolutâ adeò potestate, ut certò spondeat regi futurum ut ne gutta quidem seu roris seu imbris manet: *Verbo Domini continuit cœlum*. Facile hinc erat Achabo colligere hanc ariditatem ab alterâ quàm naturali causâ inductam fuisse; affirmabat enim Elias, pleno arbitrio suo permissum fuisse à Deo sive imbrem deducere sive retinere. (Calmet.)

Quæres cur Deus suscitârit Eliàm, eumque miserit ad Achab? — Resp., ut ejus æquè ac Jezabelis ardorem in propagandâ idololatriâ reprimeret et restingueret, ac Israelem in verâ unius Dei fide et religione conservaret, ideòque eum armavit zelo et spiritu fortitudinis admirabili, ut solus ipse se opponeret tyrannis, sacerdotibus et idololatris omnibus. Sic Pharaone opprimente fideles Hebræos, Deus suscitavit Moysen, qui se illi opponeret, et populum ex ejus servitute educeret. Sic Jeroboam vitulos pro diis erigenti opposuit Ahiam prophetam, Manassi Isaiam, Antiocho Machabæos. Sic toti orbi penè Ariano unum opposuit Athanasium fidei orthodoxæ atlantem, Pelagianis S. Augustinum, Nestorianis S. Cyrillum, Iconomachis S. Joannem Damascenum, Albigensibus S. Dominicum, Lutheranis et Calvinistis, S. Ignatium et similes. Fuit ergo Elias (quod S. Bernard. scribit Eugenio pontifici in fine lib. 4 de Consider.), « forma justitiæ, sanctitatis speculum, pie-

inductus sit Elias, quasi ex abrupto, cùm parùm alicui videri possit locus opportunus, quærunt interpretes. Lyra ex sententiâ Rab. Salomonis ait occasione mortis filiorum Hielis, quos extinxit Josue antiqua comminatio, alias minas antiquiores ab Eliâ renovatas in præsentiâ. Nôrat Achab, et viri alii Israelitæ, Deut. 28, hoc per Moysem à Domino denun-

« tatis exemplar, assertor veritatis, fidei de-« fensor, doctor Israelis, magister insipientium, « refugium oppressorum, pauperum advocatus, « judex viduarum, oculus cæcorum, lingua « mutorum, ultor scelerum, malorum metus, « bonorum gloria, virga potentium, malleus « tyrannorum, regum pater, sal terræ, orbis « lumen, propheta Altissimi, præcursor Christi, « Christus Domini, Deus Achab, Baalitarum « terror, idololatrarum fulmen. »

Hebræi censent Eliæ nomen sumptum ex illâ populi ad Eliam acclamatione: *Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus*, cap. 18, vers. 39; nam antea eum vocatum fuisse *Iaberscyth*, tradunt iidem in Genesi Magnâ cap. 27; hinc S. Hieron. Michææ cap. 5, Elias, inquit; *idem est quod, Dominus Deus.* Audi S. Isidor. lib. 7 Orig. c. 8. « Elias interpreta-« tur, *Dominus Deus.* Ex futuri ergo præsagio « sic vocatur. Nam dùm altercaretur in sacer-« dotio cum quadringentis sacerdotibus Baal, « invocato nomine Domini, descendit ignis de « cœlo super holocaustum. Quod cùm vidisset « omnis populus, cecidit in faciem suam et « ait: *Dominus ipse est Deus.* Ex hâc ergo causâ « tale priùs nomen accepit, pro eo quòd per « eum postea cognoverit populus Dominum « Deum; idem et *fortis Dominus* interpretatur, « vel propterea quòd interfecit eosdem sacer-« dotes, vel propterea quòd Achabi adversi-« tatem toleravit. » Rursùm, *Elias*, idem est, quod *fortis Domini*, ait S. Hieron., vel *Deus Domini*, ait Pagnin., quia sicut Moyses à Domino constitutus est Deus Pharaonis, Exodi 7, vers. 1, sic ab eodem Elias constitutus est Deus Achabi et Jezabelis; sicut enim Moyses decem plagas cœlestes et terrestres infligens Pharaoni, coegit eum dimittere Hebræos, sic et Elias omnia elementa commovit per stupenda miracula, quasi eorum esset Deus et Dominus, quibus Achab et Baalitas perculit, imò occidit.

Aliam causam tropologicam dat S. Ambros. lib. 1 de Caïn, c. 2, ubi Eliam hisce elogiis ornat: « Victor passionum, inquit, nec ullis « captus illecebris, qui omnem istam secundùm « corpus habitationem cœlestis puritate con-« versationis obduxerat, mentem regens, car-« nem subjiciens et regiâ quâdam auctoritate « castigans, nomine Dei vocatus est, ad cujus « similitudinem se perfectæ virtutis ubertate « formaverat, et ideò non legimus de eo sicut « de cæteris, quia deficiens mortuus est. » Deo enim persimilis est, qui ab omni vitio purus et sanctus est. Audi S. Dionys. epist. ult. ad S. Joannem Evangelistam, quæst. 10: « Qui-« cumque viri studiosi sunt, ab omni quidem « rerum corporearum voluptate abducuntur; « liberi autem ab omnibus malis, Deique amore « impulsi, omnium bonorum pacem diligunt « et sanctimoniam; atque ab hâc vitâ princi-« pium futuræ faciunt, cùm inter homines « angelorum vitam imitentur cum omni animi « tranquillitate, Dei nominis appellatione digni « cum benignitate cæterisque virtutibus, » etc.

Rursùm, Eliæ competit fortitudo Dei, quam depingens Isaias cap. 25, 4, ait: *Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione suâ, spes à turbine, umbraculum ab æstu; spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut æstus in siti tumultum alienorum humiliabis, et quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies.* Simili enim fortitudine Elias dejecit Achab, Jezabelem et Baalitas, juxta illud Eccles. 48, 2: *Irritantes illum* (Eliam) *invidiâ suâ, pauci facti sunt; non enim poterant sustinere præcepta Domini.* Et paulò post: *Qui dejecisti reges ad perniciem, et confregisti facilè potentiam ipsorum, et gloriosos de lecto suo.*

Quæres, quæ fuerint eximiæ virtutes et dotes Eliæ, quibus debellavit idololatriam? — Resp.: prima ejus dos fuit vitæ innocentia, austeritas et sanctitas. Audi S. Isidor. lib. de ortu et interitu prophet. c. 35: « Elias, inquit, « sacerdos magnus atque propheta, habitator « solitudinis, fide plenus, devotione summus, « in laboribus fortis, industriâ solers, excel-« lenti ingenio præditus, in exercitatione di-« sciplinæ rectus, in sanctâ meditatione as-« siduus, metuque mortis intrepidus. » Secunda Eliæ fuit solitudo et contemplatio. Secedens enim in Carmelum vacabat orationi et contemplationi, ibique Eliseum et alios discipulos collegit, quasi auctor vitæ monasticæ et eremiticæ. Unde Carmelitæ suum nomen et institutum ab Eliâ in monte Carmelo accepisse profitentur, de quo plura c. 18. Tertia fuit ejus dicendi et arguendi libertas, quâ inter cætera ait Achab regi et Jezabeli in faciem, quòd venumdati sunt sub peccato, et quòd Deus omnem eorum stirpem exscindet, quòdque canes lingent sanguinem Jezabelis, c. 21, 20. Quarta, invicta animi patientia et fortitudo, quâ omnes regum et idololatrarum persecutiones generosè sustinuit et superavit, imò omnes sacerdotes Baal occidit, c. 18. Quinta, zelus honoris et cultûs divini, qui eum ad omnia certamina cum rege et Baalitis ineunda compulit, unde ipse ad Deum ait: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel*, etc., *prophetas tuos occiderunt gladio; derelictus sum ego solus, et quærunt animam meam*, cap. 19, 14. Hinc Elias à nonnullis vocatur angelus, ac de Joanne Baptistâ ait angelus, quòd præcedet Christum *in spiritu et virtute Eliæ*, Lucæ 1. Hinc raptus est Elias, ut præcurrat Christum ad judicium, certetque contra Antichristum, à quo proinde occidetur et martyrio laureabitur Jerosolymæ; sed tertiâ die coram toto populo gloriosè à morte resurget et conscendet in cœlum, uti dixi Apocal. 11, 3. Denique vide elogia Eliæ apud Eccl. cap. 48, 1: *Surrexit*, inquit, *Elias quasi ignis, et verbum ejus quasi facula ardebat.* Vide ibi dicta. Fuit enim Elias totus igneus et fulmineus.

Hinc allegor. Elias fuit typus Christi, qui verè fuit *Elias*, id est, *Dominus Deus.* Christus enim instar Eliæ magna certamina ha-

tiatum esse supplicium his qui à divinâ lege ac religione defecissent, ut mutato æreo cœlo in ferream naturam sitirent agri pluviarum defectu, et legis religionisque desertores longâ fame et lentâ tabe consumerentur.

Vers. 24: *Sit cœlum, quod supra te est, æneum; et terra, quam calcas, ferrea; det Dominus imbrem terræ tuæ pulverem, et de cœlo descendat su-*

buit de fide Messiæ cum Scribis et Pharisæis, ac continuas ab eis persecutiones sustinuit, tandemque mortem crucis, sed ab eâ die tertiâ gloriosus resurrexit, et die 40 in cœlum conscendit. Ita Angelom., Eucher., Rupert. et alii.

Denique Elias fuit dux et princeps prophetarum cæterorum, atque hâc de causâ unà cum Moyse legislatore apparuit in transfiguratione Christi, eique nomine omnium prophetarum testimonium perhibuit, quòd ipse verus esset Messias ab eis prophetatus, Matth. 17.

Thesbites, oriundus ex *Thesbâ* vel *Thesbe* vico, sito in tribu Gad inter Jaaba et Saron, ait Adrichom. in Descrip. terræ sanctæ; hinc S. Epiphan., Dorotheus, Isidorus, Metaphrastes et alii in Vitâ Eliæ docent Eliam natum in Thesbe, quæ Arabiæ est contermina. Audi S. Epiphan.: « Elias ex Thesbis erat è continente « Arabiæ; morabatur autem in Galaad, quo- « niam Thesbis erant ædes sacerdotibus con- « secratæ ac destinatæ. » Sed clariùs Metaphrastes: « Elias, inquit, à sacerdotibus (Hiero- « solymitanis scilicet, ad quos de visione « consulendos Sobachus parens profectus est) « appellatus est Thesbites, eò quòd esset do- « mûs quæ sorte obtigerat, sacerdotibus, in « quâ is habitabat, virtutem exercens ab ado- « lescentiâ, et flammeam efficiens animam per « ignem spirantem Spiritûs sancti gratiam. » Falluntur ergo Abul., Hugo, Lyran., qui censent Eliam oriundum ex urbe Thebe, in quâ occubuit Abimelech Gedeonis filius, Judic. 9, 50. Thebe enim erat in tribu Ephraim juxta Sichem; Thesbe verò patria Eliæ erat trans Jordanem in Galaadite, puta in tribu Gad. Quare Elias videtur fuisse Gaddita, indeque nascendo viriles, fortes et militares hausisse spiritus. Tales enim erant Gadditæ, juxta illud Genesis 49, 19: *Gad accinctus* (hoc enim Hebraicè significat *Gad*) *præliabitur ante eum, et ipse accingetur retrorsùm.*

Porrò, *Thesbites* Hebraicè idem est quod *captivans*, vel *convertens*, ait Angelom. et alii. Elias enim captivavit et *convertit cor patris in filios, et cor filiorum ad patres eorum*, ut ait Malach. cap. 4, v. 6. De nativitate et educatione Eliæ hæc habet Dorotheus in ejus Vitâ: « Cùm nasciturus esset Elias, pater ejus « Sabacha vidit illum ab angelis albicantibus « salutari, et igne tanquàm fasciis involvi, et « flammâ ignis veluti cibo ali, et Hierosoly- « mam profectus, rem istam indicavit, dic- « tumque illi est ex oraculo, ne timeret; fore « enim ut puer nasciturus in luce habitaret, « et quæ diceret, firmam sententiam haberet, « judicaretque Israelem in gladio et igne. » Eumdem habet S. Epiphan. et Metaphrastes in Vitâ Eliæ.

In cujus conspectu sto. Septuag.: *Cui astiti coram eo*, Chald.: *Ante quem ministro*, q. d.: Ego semper mente Deum habeo præsentem, conorque illum amare, laudare, revereri, eique per omnia placere, ideòque illum invocavi et invoco, ut mihi hanc potestatem sistendi laxandique pluvias, ad evertendum cultum Baal, concedat, uti de facto concessit. Nec enim Elias juraret ita fore, nisi Deus ei id concessisset eumque fecisset quasi dominum aeris. Unde exclamat Eucher.: « Magna vis pro- « pheticæ dignitatis humanus sermo est, « divinus effectus. In terris homo loquitur, et « imperio ejus cœlestes obediunt potestates. « Commovit omnem creaturam unus sermo « prophetæ, et miro modo humi sonans aera « cœlumque concussit; turbatus est humani « ministerii ordo, et à seculis instituta ele- « mentorum harmonia contabuit, cùm sicco « humidum, calido frigidum negaretur; sed « elementa pœnam suam læta suscipiunt, « dummodò vel in salute hominum, vel in « honore proficiat conditoris. »

Si erit annis his ros et pluvia. Hebr. *si*, idem est, quod *non*. Causam dat auctor de Mirabil. Script. lib. 2, cap. 15: « Quatenùs, inquit, « qui Deum per mala in terrâ exacerbâssent, « cœli clementiâ et aeris commoditate care- « rent. »

Nisi juxta oris mei verba. Ut nulla futura sit pluvia, nisi quando ego verbis et precibus meis illam adduxero. Concionatoriè S. Chrysost. homil. 1 de Eliâ, ait eum ex rigido zelo vindicandi idololatriam, noluisse Deo (utpote quem misericordem, facilè precibus flectendum ad dandam veniam et pluviam sciebat) relinqui, sed sibi reservari, utpote qui jam mentem obfirmârat de non dandâ idololatris veniâ, nec pluviâ. Quare ipsum tamdiù precibus Deum fatigâsse, donec id ei concederet, quo obtento constanter et severè edixisse: Juro per Deum, quòd non pluet, nisi quando ego voluero; non volam autem, nisi sacerdotibus Baalitis occisis, et cultu Baal subverso, ut patet cap. 18, 41. Hæc S. Chrysostomus.

(Corn. à Lap.)

Elie de Thesbe dit à Achab : Je jure par le Seigneur, le Dieu d'Israel, devant lequel je suis présentement, que pendant ces années il ne tombera ni rosée ni pluie, que selon la parole qui sortira de ma bouche. Elie, cet homme éminent entre les prophètes, et ce zélé défenseur des lois divines, avait sans doute repris Achab dès auparavant, selon que l'a cru un interprète, et le voyant sourd aux avertissements qu'il lui donnait, il lui parla tout d'un coup avec cette force que lui inspirait l'ardeur de l'amour qu'il avait pour Dieu : *Je jure*, s'écria-t-il, *par le Seigneur, le Dieu d'Israël, devant lequel je suis présentement, qu'il ne tombera ni rosée ni pluie ;* ce serment d'Elie est très-remarquable. Saint Grégoire pape dit que toutes les fois que nous nous représentons vivement la puissance de notre Dieu et de notre Créateur, nous sommes d'une manière particulière en sa présence, et que c'est de cette sorte que le saint prophète entendait qu'il était alors en la présence de Dieu. Il dit encore qu'il y a une autre manière de demeurer en la présence du Seigneur, selon

per te cinis, donec conteraris. Cogitabat tamen Achab Josuanam diram imprecationem, quia recentior esset, habuisse vim, et instauratoris Jerichuntinorum mœnium potuisse fun-

la force de ces paroles du grand Apôtre : *Qui stat, videat ne cadat,* (que celui qui est debout, prenne garde de ne pas tomber.) Et selon ces autres du même Apôtre : *Sic state in Domino, charissimi,* (demeurez toujours fermes dans le seigneur, mes très-chers frères.) Et qu'ainsi Elie, qui était ferme de cette humble fermeté devant Dieu par la vie pure et les mœurs saintes où la grâce le soutenait, pouvait dire véritablement : *Vivit Dominus, in cujus conspectu sto.* (Vive le Seigneur, en la présence duquel je demeure ferme,) sans me détourner de la vérité, qu'il m'oblige d'annoncer, soit par crainte, soit par complaisance pour les puissants de la terre. Mais nous pouvons ajouter encore une troisième manière en laquelle on doit entendre qu'Elie et les autres saints sont toujours en la présence de Dieu, qui est celle dont parlait David, lorsqu'il disait : *J'ai le Seigneur toujours présent devant moi, parce qu'il est à ma droite, de peur que je ne sois ébranlé.* C'est-à-dire, qu'il regarde Dieu comme ayant toujours les yeux ouverts pour le protéger, et qu'il tenait aussi lui-même sa vue toujours fixée sur son éternelle volonté pour l'accomplir.

L'Apôtre saint Jacques semble nous faire connaître la raison de cette grande assurance avec laquelle le saint prophète parla à l'impie Achab, en lui déclarant qu'il ne tomberait aucune pluie sur la terre que selon sa volonté, lorsqu'il témoigne que ce fut par la force de sa prière qu'il ferma d'abord le ciel, et qu'il l'ouvrit dans la suite. « Elie, dit ce saint Apôtre, « était un homme sujet comme nous à toutes « les misères de la vie, et cependant ayant prié « Dieu avec une grande ferveur qu'il ne plût « point, il cessa de pleuvoir sur la terre durant « trois ans et demi. Et ayant prié de nouveau, « le ciel donna de la pluie, et la terre produisit « son fruit. » Au lieu donc que la plupart des autres prophètes se contentaient de dire aux hommes de la part de Dieu ce qu'il les chargeait de leur déclarer, celui-ci, tout embrasé d'un zèle divin pour la gloire de son Maître, qu'il voyait foulée aux pieds par les impies, les menace de lui-même, et obtient de Dieu, par la vertu de sa foi, l'effet des menaces qu'il leur avait faites. (Sacy.)

Le prophète Elie fut suscité de Dieu pour reprocher à Achab, roi d'Israël, son idolâtrie et ses autres crimes, et pour lui en prédire la punition. Les incrédules ont affecté de peindre ce prophète comme un homme vindicatif, cruel, séditieux. Ils ont attribué à son mauvais caractère les calamités qu'il annonça, et qui arrivèrent en effet. Mais, comme ces calamités étaient des fléaux de la nature, Elie pouvait-il en être l'auteur sans miracle? Et si les prodiges qu'il a opérés sont surnaturels, n'est-ce pas le comble de l'aveuglement de le regarder comme un méchant homme? Il y a plus : Voltaire voudrait nous faire révoquer en doute l'existence même de ce prophète. « Quelques savants, dit-il, « prétendent qu'Elie n'est qu'un personnage

ditùs delere familiam; at Mosaicas diras et cœlestes minas præ antiquitate suâ extabuisse prorsùs; et sicut vinum vetus evanuisse aut sicut mustum fervens principio despuisse furorem, et fumantes spiritus compressisse. Atque ideò nihil jam esse timendum eorum, quæ per Moysem olim Deus Israelitico populo denuntiâsset. A quâ cogitatione et spe fallaci, ut regem et populum deduceret Elias, offert se ultrò, et talia nunc minatur, qualia olim Moyses, ut intelligat antiquas esse minas, non antiquatas, et illis obsecutas olim, et nunc etiam obsecuturas nubes, si tales esse pergant, quales nunc incœperunt. Ab hâc sententiâ non procul abiit Cajetanus, neque ego commodiorem aliam rationem invenio. Quomodò Deus propter hominum peccata terram reliquerit arentem à pluviâ, docuit supra trium annorum inducta fames propter violatam Gabaonitis à Saüle fidem, 2 Regum cap. 21, et apud Zachariam et Aggæum hoc ipsum aliquoties contigisse discimus.

VIVIT DOMINUS DEUS ISRAEL, IN CUJUS CONSPECTU STO, SI ERIT ANNIS HIS ROS ET PLUVIA, NISI JUXTA ORIS MEI VERBA. Edoctus, credo, fuerat, et instructus à Deo propheta, ut talia tam prædiceret impavidè, neque de minarum exitu dubitaret. Quare affirmat audacter tamdiù in nubibus continendas esse pluvias, quamdiù

« allégorique, et qu'il n'y eut jamais d'Elie; « mais si Elie exista... jamais Juif ne fut plus « barbare. » Ces *prétendus savants* sont, sans doute, mieux instruits de l'histoire des Juifs qu'on ne l'était il y a dix-huit siècles, lorsque l'apôtre saint Jacques écrivait qu'*Elie fut un homme mortel et semblable à nous,* lorsque Josèphe racontait dans ses Antiquités tout ce que nous lisons dans les livres des Rois, lorsque Jésus-Christ le proposait aux Juifs pour exemple. Ils sont mieux instruits qu'on ne l'était il y a plus de deux mille ans, lorsque l'auteur de l'Ecclésiastique faisait l'éloge de cet envoyé du Seigneur. Ne faut-il pas renoncer au bon sens, et n'écouter que la haine et la passion, pour prendre pour une *allégorie* des récits simples, concis, écrits tandis que le royaume des dix tribus subsistait? Elisée, disciple et successeur d'Elie, est mort vers l'an 838 avant notre ère, 118 ans avant l'extinction totale du royaume des dix tribus. D'où il suit que l'auteur du troisième livre des Rois et celui d'une bonne partie du quatrième ont vécu plus tard dans le siècle qui a suivi celui d'Elisée. Donc les actions et les miracles d'Elie et d'Elisée étaient des faits encore récents, publics et notoires dans les royaumes de Juda et d'Israël, lorsqu'ils furent décrits; donc le critique qui les nie, et qui révoque en doute l'existence du prophète qui les a opérés, pèche autant contre les règles de la saine critique que contre la religion. (Duclot.)

ipse voluerit, quasi suâ sibi manu dispensaturus esset cœlestes imbres. Quod, quò magis regis et aliorum animos compungat, et proposito metu deterreat à peccando, interposito atque iterato juramento confirmat. *Vivit Dominus,* juramentum est, quod idem valet atque per Deum vivum, Deum videlicet verum, quem colit Israel : nam alii, quos colebat Achab populusque gentilicus, mortui sunt. Aut certè tam erit hoc verum, quàm verum est Deum esse viventem. Illud etiam : *In cujus conspectu sto,* speciem habet juramenti : quale est illud Pauli : *Coram Deo, quia non mentior,* licet hic non videatur juramentum esse à priori diversum.

Orâsse porrò Eliam ut compressis in nubibus imbribus, fames dura peccatores homines vexaret, ut vel adactis stimulis excitati, à quo esset salus, atque satietas speranda, cognoscerent, sentiunt communiter auctores, quod sanè necesse est, quando id Scriptura disertis verbis docet. Ita Jacobus, Epist. can. cap. 5, v. 17, ubi cùm magnam esse diceret orationis vim, exemplum attulit Eliæ : *Elias homo erat similis nobis, passibilis, et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex.* In eâ oratione impetravit à Domino quod voluit, et ex eâ promissione audaciâ conceptâ, cum rege insolente et barbaro sic egit audacter, ut nemo cum plebeio atque vulgari homine egisset audaciùs. Eccles. 48 : *Et surrexit Elias propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat.* Quantâ audaciâ cum Deo, quàm præfractè ageret Elias, ita ut neque à Deo videatur cohiberi potuisse quominùs severè mulctetur populus ingratus, et à Domini complexu et religione transfuga, docet Chrysostomus tom. 1, hom. 1 de Eliâ, ubi mirus est Chrysostomus in amplificando Eliæ zelo, qui alicui videri posset neque satis piè, neque satis prudenter, ad vindictam inflammatus : sic enim agit apud Chrysostomum zelo ad peccatorum supplicium inflammato, ut nolit rem totam Deo integram relinqui, qui illius misericordiam facilè putabat inflectendam ad veniam; sed de re totâ sibi pro suo arbitratu esse decernendum; de cujus severitate nihil à quoquam remittendum esse sibi persuaserat. Quod cùm à Deo affirmatâ, ne dicam obstinatâ oratione tandem extorsisset, dixit audacter datam sibi esse in æreum cœlum à Domino potestatem et claves, ut cùm liberet, clauderet nubes, aut aperiret ad pluviam.

Cur Elias, imò cur per Eliam Deus Achab et idolorum cultorem populum pluviarum defectu, et longâ fame mulctare voluerit, eam rationem adducit Joannes episcopus Hierosolymitanus cap. 9 tom. 9, bibliothecæ veterum Patrum : quia populus ille Baalem deum esse putabat pluviarum, et illius beneficio credebat fœcundos esse campos, et hominibus cibos abundè suppetere, Quod videtur Deus significâsse Oseæ cap. 2, v. 8 : *Et hæc nescivit, quia ego dedi ei frumentum, vinum et oleum : et argentum multiplicavi ei, et aurum quæ fecerunt Baal.* Sic autem ibi Joannes Hierosolymitanus : « Ob hoc « volens Elias tunc regi Achab et populo Israel « ostendere illum verum esse Deum, quem ipse « colebat, et Baal esse falsum deum, quem rex « instigante reginâ noviter à populo adoran- « dum introducebat, prædixit eis in verbo Do- « mini quòd quantùmlibet invocarent Baal, « pluviam eis largiri non posset : neque annis « illis ros, aut pluvia descenderet, donec pro « hoc ipse Elias Deum Israel peroraret. »

VERS. 3. — RECEDE HINC, ET VADE CONTRA ORIENTEM, ET ABSCONDERE IN TORRENTE CARITH (1).

(1) *Le Seigneur s'adressa ensuite à Elie, et il lui dit : Allez vous cacher sur les bords du torrent de Carith. Vous boirez là de l'eau du torrent, et j'ai commandé aux corbeaux de vous nourrir en ce même lieu.* Saint Augustin expliquant toute cette histoire, qui regarde Elie, exhorte son peuple à ne se pas attacher si fort à la lettre, qu'il néglige le sens spirituel qu'elle renferme. Si l'on s'arrête à l'histoire seule, on voit un prophète que Dieu oblige de se retirer dans le désert près d'un torrent, pour se soustraire à la fureur des impies, et qu'il s'engage de nourrir par le ministère des corbeaux, qu'il envoie effectivement lui porter tous les matins et tous les soirs du pain avec de la chair pour sa nourriture. Ce miracle était sans doute très-grand, et reprochait même aux persécuteurs impies des saints prophètes, qu'ils étaient plus insensibles à la volonté de Dieu et à la piété de ses serviteurs, que les oiseaux les plus carnaciers.

Mais cela n'empêche pas que saint Augustin n'assure qu'en se contentant du sens littéral, sans passer jusqu'à l'esprit, on n'en retire que très-peu d'édification. *Si enim hoc tantùm volumus intelligere quod sonat in litterâ, aut parvam, aut nullam ædificationem capiemus.* Il dit que tout ce qui se passait alors était véritablement une figure de ce qui devait s'accomplir après, et que l'image ayant précédé dans la Judée, la vérité s'est manifestée en nous par la grâce du Sauveur. « Elie donc, dit ce grand saint, a « figuré Jésus-Christ. Car, comme l'ancien Elie a « été persécuté par les Juifs, aussi le véritable « Elie, notre Seigneur et notre Sauveur, a été « depuis réprouvé et condamné par les mêmes « Juifs. Elie s'éloigna d'avec son peuple, et Jé- « sus-Christ abandonna la Synagogue. Elie se « retira dans le désert et Jésus-Christ est venu « aussi dans le monde comme en un désert. « Elie fut nourri dans sa solitude par le mi- « nistère des corbeaux, et Jésus-Christ a été

Non videtur Elias expectâsse quid rex ad hasce minas responderet, aut etiam quo esset affectus animo, sed abiisse è vestigio à regis conspectu. Quem Dominus, ut regio subduceret furori, et de cibo provideret, quem ipse furente rege, et cum ipso populo graviter commoto, neque tutò, neque commodè parare sibi poterat, in secretum locum abire jussit ad plagam orientalem, et eam partem torrentis Carith, quæ proximè spectat Jordanem, ubi opportunæ erant latebræ, et paratus è torrente potus. De cibo verò dixit sibi jam corvorum ministerio fuisse provisum, quibus jam id datum esset negotii, ut quotidiè statis horis opportunum afferrent alimentum. (1)

« comme nourri dans le désert de ce monde « par la foi vive des gentils. Car ces corbeaux « qui servaient par l'ordre de Dieu son saint « prophète, figuraient le peuple des infidèles ; « ce qui fait dire de l'Eglise des gentils, *qu'elle « est noire* comme les corbeaux, *mais qu'elle est « belle*, c'est-à-dire, qu'étant noire par sa nature, elle est rendue belle par la grâce. Car « l'Eglise des gentils était véritablement semblable aux corbeaux, lorsqu'elle avait du « mépris de Jésus-Christ durant sa vie, et « qu'avant qu'elle eût reçu la lumière et la « grâce de la foi, elle s'attachait charnellement « aux idoles inanimées, comme ces corbeaux à « la chair des bêtes mortes. *Verè Ecclesia gentium corvis similis erat, quando viventem Dominum contemnebat, et ante acceptam gratiam « velut morticinis cadaveribus idolis ministrabat.* » Il est donc très-important, selon la pensée de saint Augustin, de ne pas envisager seulement ce saint prophète comme un homme juste que la violence des impies obligeait de se retirer, et que Dieu même prenait le soin de nourrir d'une manière si miraculeuse, puisque saint Jean, qui était plus grand que lui, n'a pas eu besoin de ce miracle pour vivre dans les déserts, où le miel sauvage et les sauterelles suffisaient pour sa nourriture, mais encore de le regarder comme l'image du chef même de tous les justes, afin que tout ce qui se passe d'extraordinaire à son égard, se rapporte d'une manière spirituelle à celui dont il était la figure. Aussi saint Ambroise expliquant de Jésus-Christ ce que l'Ecriture dit d'Elie, et des gentils ce qu'elle dit des corbeaux, témoigne qu'ils ont nourri Jesus-Christ figuré par ce prophète, en croyant en lui par la foi, et en croissant dans la piété ; que le pain qu'ils lui apportaient le matin, et la viande qu'ils lui apportaient le soir, marquaient peut-être d'une manière figurée ce qu'a dit depuis saint Paul aux fidèles de Corinthe, qu'il leur réservait pour la fin la viande la plus solide. *Dat ei succum fides nostra. Dat ei alimentum noster profectus. Fortassè ideò deferebant ad vesperam carnes, quasi fortiores cibos, quos infirmi ingenio Corinthii non poterant sumere.* (Sacy.)

(1) Vers. 4. — Corvis præcepi ut pascant te ibi. Hebræum *Horebim* reddunt quidam *Arabes : Arabibus præcepi, ut pascant te ibi.* Ipse pariter Vulgatæ auctor vocem hanc originalem reddidit interdùm *Arabes.* Alii vertunt *mercatores*, et quidam incolas urbis Arabo, propè Bethsan ; que sanè à Carith longiùs removenda non est. Huc interpretes ducuntur, quòd censeant corvum ineptum esse animal ad munus sibi à Deo destinatum, annonam scilicet prophetæ suppeditandi. Avis est vorax, avida, carnivora, maligna, et quod caput est, impura. Quis igitur credat, Deum hujusmodi avi commisisse alendum Eliam ? Respondemus, admissis licet iis, quæ de corvo minùs apto ad rem asseruntur, nihil convinci, quasi scilicet Deus in argumentum virtutis suæ avem hanc destinare non potuerit. Nonne meliùs tunc Deus sentitur, cùm ineptissimis instrumentis utitur, ut concilia sua impleat? Sed neque ad has angustias necessitate cogimur. Avis est corvus solitaria, quæ prædâ et carnibus vivit, quæque torrentes amat; quare et aptissima indagandis locis, quò deducebatur à providentiâ, ut panem et carnes ad alendum prophetam reperiret. Impuram avem declarans lex, nonnisi ejus cadavere et usu carnium interdicit; neque enim ipsa per se viva avis, et quidquid ab illâ tangitur, continuò immundum est. Denique qui ritus cæremoniales statuerat Deus, leges ille suas solvere potuit pro Eliâ. Hominum puerorumque à belluis nutritorum exempla crebrò in historiâ suppeditantur. Narrat S. Hieronymus, corvi ministerio quotidianam dimidii panis annonam delatam fuisse ad S. Paulum, eremicolarum primum ; quem cùm semel convenisset S. Antonius, alius eremicola, *ad adventum ejus, militibus suis Christus duplicavit annonam.*

Dicta hæc accipi nequaquàm possunt de Arabibus, quorum regio secundùm torrentem Carith nequaquàm excurrit, nec de populis occidentalibus, eò quòd torrens idem Carith in regione Israeliticâ fluereat. Insuper nec incolæ Jordanis sub Araborum sive Occidentalium nomine designati unquàm occurrunt.

Exponenda sunt ergo de corvis nidificantibus in montibus et saxis torrentem Carith munientibus. Porrò genus hoc avium, sicut et prædatrices quæque, pro familiari sibi more carnes, pisces, et quidquid ad escam pro se suisque valet comportant ad nidos suos, ex quo penu providere sibi quisque in commodum suum potest. Cujusmodi exemplum habemus præstò in monasterio S. Montis apud Remiremontium, ubi prædatrices aves in porrecto monte deponunt nidos, et in nidis pisces, aves, et id generis plura, quantùm valet ad alendos pullos suos, et superest etiam pro monachis ejusdem cœnobii, quantùm sibi commodum ducunt. Vide *Spectacle de la nature*, tom. 2.

Quæ de Eliâ hic adseruimus, valent etiam ad explicandum prodigium illud corvorum S. Paulum eremicolam in solitudine alentium, cujus rei totum miraculum in eo versabatur, quo Dei providentis beneficio de ope opportunâ vir sanctissimus provideretur. Vide *Spectacle de la nature* tom. 2, pag. 315; et *Mémoires de la vie de M. Auguste de Thou*, l. 4, pag. 116; et Raii Synopsim Meth. avium, pag. 6. (Calmet.)

(1) Tropolog. videhic, et revereremiram Dei in suos fideles providentiam; corvi enim Deo

non est cur aliquis dubitare debeat, cùm id apertè doceat Scriptura, neque necessitas ulla cogat ad explicationes transfugere metaphoricas. Quidam angelos esse existimârunt, qui assumptâ corvorum specie, quamdiù mansit in torrente Elias, ministrârunt ei. Quâ de re latè Abulensis q. 15 et quæst. 16, ubi veros esse corvos existimat, non tamen negat adfuisse quoque angelorum aliquod ministerium et curam. Putat enim non improbabile cibos illos, qui quotidiè afferebantur à corvis, esse de regis mensâ, et egregiè conditos, sublatosque per angelos inde, et in locum aliquem delatos, unde corvi ad Eliæ latebras, et diversorium deducerent. Quòd si ita est, ut non temerè conjectat Abulensis, non solùm sufficientem, sed etiam lautum et regium cibum à Dei providentiâ liberali, et à corvino ministerio suscepit Elias. Augustinus lib. 2 de Mirabilibus cap. 15, ignorare se dicit undenam corvi cibos illos attulerint.

De hâc mirificâ Dei providentiâ, deque corvorum in alendo prophetâ ministerio multa dicunt, multa meditantur interpretes sanè cogitatu dignissima; quæ hùc adducerem non gravatè, nisi illorum pleraque in Glossam, quam vocamus ordinariam, nuper locupletatam viderem esse congesta, ubi ex Ambrosio non pauca, ex Chrysostomo quamplurima coacervata sunt. Afferam tamen unum aut alterum locum Chrysostomi ex his quæ habet Glossa recentior, quæ magis explicant qualiter pluviæ defectu premantur idololatræ, et Dei in Eliam providentiam mirificam. Prior locus est homil. 2 de Eliâ tom. 1 : « Cùm Elias propheta « sanctissimus populum prævaricatum aspice- « ret, cùmque Baal, et lucos despecto Domino « coli à sacrilegis pervideret, cùmque crea- « tore despecto figmentis sese, nemoribusque « omnis populus addixisset, zelo Dei commo- « tus Judæam terram siccitatis sententiâ, et « pluviarum sterilitate addixit. Tunc subitò « anhelat terra, siccatur cœlum, sitiunt omnes, « bat, et ante acceptam gratiam, velut morti- « cinis cadaveribus, idolis ministrabat. »

instigante quotidiè bis apportabant panem et carnes Eliæ, scilicet manè ad prandendum, et vespere ad cœnandum. Angeli autem hos panes et carnes apparabant, ideòque meliores et sapidiores erant nostris, qui à pistoribus et cocis apparantur, juxta illud psalmi 77, 25 : *Panem angelorum manducavit homo;* mox eosdem corvis ad Eliam deferendos dabant, eosque continebant ne illos attingerent, ac impellebant ut ad Eliam intactos deferrent. Nam, ut in Vitâ S. Onuphrii legimus, Deus et angeli singularem habent curam eremitarum, qualis erat Elias, eò quòd ipsi omnia deseruerint, et ab omnibus sint deserti, juxta illud : *Tibi derelictus est pauper, et orphano tu eris adjutor,* psalmo 9, 14. Quocirca S. Basil. homil. 8 in divites avaros : « Carmelus, ait, mons sublimis « ac desertus Eliam habuit, cui viaticum ci- « busque fuit spes in Deo; et cùm ita viveret, « fame tamen extinctus non est, sed avium « rapacissimi, corvi, cibum ei attulêre, et qui « alienas solebant escas invadere, viro justis- « simo ministri fuêre; naturæ quoque obliti, « in pane carneque ei afferendis Dominico « præcepto paruerunt. »

Et carnes. Deus ergo non tantùm panes ad vitam necessarios, sed etiam carnes ad lautitiam pro obsonio Eliæ submittebat. Quærit Abulens. quid comederit Elias diebus jejuniorum, quibus non licet vesci carnibus, ac respondet eum comedisse quidquid corvi afferebant; Deus enim mittendo carnes ad Eliam, hoc ipso eum eo in jejunio dispensabat, volebatque ut eas comederet, ac dono suo tam liberali frueretur, ne frustra eas misisse videretur.

Allegor. S. Prosper. lib. 2 de prædict. et promiss. cap. 28 : « Panis Eliæ, inquit, est « corpus Christi quod Judæi ut corvi gentibus « ministrârunt, carnem in crucis ligno decoc- « tam gentibus præparantes, ac ut corvi unâ « et raucisonâ voce clamantes ad Pilatum : « *Crucifige, crucifige eum.* »

Aliter S. August. serm. 101 de Tempore, ubi omnia gesta Eliæ allegor. applicat Christo et Ecclesiæ : « B. Elias inquit, typum habuit « Domini Salvatoris. Sicut enim Elias à Ju- « dæis persecutionem passus est, ita et verus « Elias Dominus noster ab ipsis Judæis repro- « batus est et contemptus : Elias reliquit gen- « tem suam, et Christus deseruit Synagogam; « Elias abiit in deserto, et Christus venit in « mundum; Elias in deserto corvis ministran- « tibus pascebatur, et Christus in deserto « mundi hujus gentium fide reficitur : corvi « enim illi, qui beato Eliæ, jubente Domino, « ministrabant, gentium populum figurabant. « Propterea et de gentium Ecclesiâ dicitur : « *Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem.* Unde « nigra? *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, et « in delictis peperit me mater mea.* Unde for- « mosa? *Asperges me hyssopo, et mundabor; « lavabis me, et super nivem dealbabor.* » Et mox : « Verè Ecclesia gentium corvis similis « erat, quando viventem Dominum contemne-

Symbol. auctor Mirabil. S. Script. apud S. August., lib. 2, cap. 17 : « A corvis, ait, « ministrari prophetæ præcipitur, ut scilicet « culpam, quam in diluvio commiserat in ter- « râ, purgare avis illa videretur, dùm ut fide- « lis minister efficitur Eliæ, qui negligens et « fallax erat ante Noe. Præterea quoque in « hoc ministerio illud etiam ostenditur, quali- « ter homo si non peccâsset, etiam infructuo- « sorum animalium nunc ministeriis uteretur. « Unde verò eas carnes et panes ille corvus de- « tulerit, ipse viderit qui tale officium com- « mittebat. In quo tamen intuendum est quòd « ex aliquorum hominum scientium aut nes- « cientium industriâ corvi hæc acciperent, « qui coctos panes et carnes quaslibet quali- « tercumque præparabant. » (Corn. à Lap.)

« fontes arescunt, omnis humor ima petit, su-
« pera deserit, aer fervet, serenitas torquet,
« tranquillitas pœna est, æstuant noctes, dies
« arescunt, sata torrentur, arbusta ægrotant,
« etc., iram Dei universa creatura testatur. » Quia verò nunc siccitatem, et quasi incendium quoddam misit in terram, quo illius viriditatem et speciem exussit, et arentes reddidit aquarum scatebras, ideò Ecclesiast. cap. 48, facula videtur appellari ardens verbum illius, quia magnum apud idololatras excitavit incendium, et illorum delicias, imò et necessaria commoda combussit. Nam cùm dixisset : *Elias propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat*, causam deinde videtur indicare : *Quia induxit in illos famem.* Et statim, *verbo Domini continuit cœlum, et dejecit de cœlo ignem ter.* Sanè idem Chrysostomus in homiliâ de Petro et Eliâ, quam posteriori hoc seculo Latinam accepimus, verbum Eliæ in hâc invehendâ sterilitate et fame febrem appellat, quæ ardor quidam est et vim habet igneam. « Vixdùm, inquit, exierat sermo « ejus, cùm subitò mutatus aer, cœlum æneum « factum : idemque sermo in terræ viscera « tanquàm febris incubuit. Et è vestigio exarue- « runt omnia, omnia solitudine ac vastitate « horruerunt, herbæ siccatæ sunt, plantæ simul « et arbores, tum frugiferæ, tum steriles, » etc.

Hic valdè nobis considerandum est quàm sit Deus de suorum alimento sollicitus, qui rerum naturas mutat, aut naturales rerum propensiones, quia sic exigit illorum necessitas, qui divinæ se fidei et curæ crediderunt, suarum rerum et commodorum immemores. Multa adduci possent et nostro et antiquis seculis exempla eorum quos belluæ aluerunt immanes, et defenderunt à feris, et alia præstiterunt obsequia, qualia teneris infantibus indulgere solet materna sedulitas. Hoc tamen, quod in præsenti habemus, illustrissimum est. Nemo ignorat quâ sit voracitate corvus, quâ aviditate et studio carnes quærat, à quibus, etiamsi maximè fœteant, non continet voracissimam rabiem. Adde quòd avis est inhumana et in filios etiam, ut notavit Chrysostomus homil. 2 de Eliâ, crudelis, quos è nido deturbat implumes, et omninò morituros, nisi Deus speciali quâdam providentiâ foveret atque aleret, de quibus est illud Psal. 146 : *Et pullis corvorum invocantibus eum.* Et Job. 38, v. 41 : *Quis præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum vagantes, eò quòd non habeant cibos?* Hi ergo qui filios despiciunt, quos tam arcto natura vinculo conjunxit, qui tam avidè sibi cibos undecumque venantur, neque à putridis abstinent carnibus, quò suam sibi rabiem voracissimam expleant, abstinent tamen stimulante fame ab optimis carnibus, easque illibatas afferunt ad prophetam. Fuisse porrò videntur corvi familiares Eliæ in ipso torrente Carith, juxta quem tutum habuit, et occultum hospitium, ex quo, ut erat necesse, potùs gratiâ egrediebatur non infrequenter. Corvos autem propè torrentes habitare, qui naturæ sunt calidissimæ, et ipsa docet experientia, et habemus expressum Proverb. cap. 30, vers. 17 : *Oculum qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus.*

Vulgatus ex Hebræo dicit mane et vespere allatos esse panes et carnes ad Eliam; Septuaginta transtulerunt: *Panes mane et carnes vesperi.* Fortassè transtulerunt non aliter quàm vulgatus interpres, et vitio temporum aliquid est in eorum translatione mutatum. Sanè, ut est in vulgatâ translatione, legit Theodoretus et Chaldæus, neque aliter habet editio Complutensis. Fateor antiquos Patres sic habere, ut habent communiter Græci codices.

Vers. 7. — Post dies autem siccatus est torrens : non enim pluerat super terram. Experti sunt antiqui non infrequenter, et nostro seculo non semel vidimus exaruisse fontes, et torrentes aquarum conversos in sitim. Hoc idem accidit Eliæ tempore, cui siccato torrente necesse fuit mutare locum ut sitim sedaret, quam ex tanto, tamque copioso torrente explere non poterat. Ex quo colligo conjecturâ non infirmâ latuisse diù, ad triennium fortassè, ad torrentem Carith : nam tales fontes, qualia videntur esse illius torrentis capita, etiamsi cœlum videatur ferreum, exiguo tamen tempore siccari non solent : hic verò usque adeò siccatus est torrens, ut neque satis habuerit aquæ pro unius hominis sedandâ siti. Talis esse videtur sitis illa, quæ accidit Jeremiæ tempore cap. 14, ubi servi aquatum missi, quia exhaustæ fuerant cisternæ, et siccati fontes, vasa domum vacua reportaverunt.

Non enim pluerat super terram. Dubitant hic interpretes an illa sitis, et cœli quasi ferrea natura totam arefecerint terram, vel partem aliquam terræ promissionis, quam decem tribus occupârunt, quas imperio suo subjecerat Achab. Mihi placet quod visum est Abulensi quæst. 9, nempe in terrâ tantùm Israel siccitatem illam contigisse, quia Deus Israelitarum tantùm peccata punire voluit, qui, verâ atque avitâ religione proditâ, idolorum insa-

niam amplexi sunt. Neque minæ illæ, de quibus nuper, omnibus sunt à prophetâ intentæ, sed Achab, ut constat : neque tam durum se propheta in omne hominum genus ostendit, et in omnem terram, cùm neque omnium cognosceret mores, neque haberet cur in gentem ignotam illius inflammaretur zelus. Quod sentit Josephus lib. 8, cap. 7, ubi fidem allegat externam, quæ hanc famem non in omni terrâ contigisse affirmat : « Meminit, inquit, hujus inopiæ pluviarum « etiam Menander in gestis Ithobali Tyriorum « regis, sic scribens : Hoc regnante etiam plu- « viarum defectus fuit ab hyperberetæo mense « usque ad insequentis anni hyperberetæum « continuus, qui cùm supplicationes indixisset, « secuta est magna vis tonitruum. » Hic rex Tyriorum in idem incidit tempus cum Achab. Ab hoc Menandro id saltem habemus, non fuisse famem illam universo communem. Cæterùm in eo peccat externus iste historicus, quòd uno tantùm anno defectum tradit fuisse pluviæ, ab hyperberetæo usque ad sequentis anni hyperberetæum, id est, mensem octobrem, cùm constet ex Luc. 4, Jacobo cap. 5, tres annos durâsse et sex menses. Deinde si putet in regione Tyrio regi subjectâ contigisse, quia fortassè in regione tantùm Israelitide fuit ille pluviarum defectus ; sed auctor ille nihil aliud affirmat quàm Ithobalo regnante contigisse famem; de loco autem nihil tradit definitò. Accedit autem huic historico, quod alis fermè omnibus, qui historias sacras profanis inseruerunt, quales fuerunt Herodotus, Justinus, Cornelius, Tacitus, qui multa affingunt, multa pervertunt, redduntque è sacrâ profanam, et sæpiùs fabulosam omninò narrationem.

Ego sic arbitror, in eâ tantùm regione accidisse famem, quæ tunc Achab suberat imperio. Quod mihi illa præcipuè ratio persuadet, quia Deus illud peccatum punire voluit in Achab regioneque illâ, cui tunc imperio præerat, quod proximè ante propheticas minas antecesserat. Illud porrò fuit, ut constat ex fine antecedentis capitis, quia plantavit lucos, coluit Baal, et in illam impietatem nimis obsequentem, et facilem populum induxit. Deinde, quia ubi primùm Baal sacerdotes interfecti sunt, statim ærei cœli liquefacti fuerunt, et depulsa fames, quæ jam videbatur inveterâsse triennali morâ. Neque id Deo inusitatum est, ut largum in unam civitatem imbrem demittat, et aliam omninò relinquat arentem, si peccata clamant, et ipsos pluviarum fontes, et quasi conceptacula exhauriunt. Quâ de re nos pluribus ad illud Amos cap. 4, v. 7 : *Et pluit super unam civitatem, et super alteram civitatem non pluit,* quæ tu vide, quia ad hujus loci explicationem plurimùm conducunt.

Sed dices Christum apud Lucam, cap. 4, v. 25, omnem terram hoc tempore aquarum penuriâ laborâsse : *Multæ,* inquit, *viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus et mensibus sex, cùm facta esset fames in omni terrâ.* Sed est ad hæc ex Scripturæ consuetudine solutio non difficilis. Ut enim Hieronymus docuit ad illud Isai. 13 : *Ut disperdam omnem terram,* cùm Scriptura omnem terram, aut aliquid simile dixit, non omnem absolutè, sed juxta materiam orationi, seu disputationi subjectam intelligendum est. Exempla sunt plurima. Primum hoc ex Isai. cap. 13, de quo proximè, ubi, ut explicat ibi Hieronymus, non intelligitur totus orbis, sed terra Babylonis et Chaldæorum, de quâ tunc erat sermo. Et Cyrus apud Esdram cap. 1, dicebat : *Omnia regna terræ dedit mihi Dominus,* nempe Assyriorum. Sic Lucas cap. 2 : *Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis,* subjectus nempe Romanæ ditioni. Actuum cap. 2, Judæi convenisse dicuntur *ab omni natione, quæ sub cœlo est,* id est, ab illis nationibus in quibus habitabant Judæi. Sic ergo omnis terra illa dicitur, cui imperabat Achab, et ubi habitabant illi, qui iisdem se cum Achab peccatis implicuerant.

Sed urgebis adhuc vicinam civitatem Sarephtham, quæ extra fines erat Israeliticos, eodem tempore laborâsse fame. Nam Sarephthana vidua, ad quam Elias missus esse dicitur, eò adducta est necessitatis, ut consumpto farinæ pugillo statim sibi moriendum esse diceret. Quidam dicunt civitatem illam pertinere ad terram Israel, licet tunc occuparetur à Sidoniis, atque ideò famem illam extra Israeliticos fines non esse grassatam. Quæ solutio non admodùm objectioni satisfacit; nam neque civitas illa, neque alia ex his quas incoluêre Sidonii, parebat regi Achab, neque recens aliquid sub id tempus admiserat, cur tunc potiùs in se divinum furorem inflammaret; atque ideò quod ad supplicium istud spectat, regio illa censeri potuit non Israelitica. Respondere aliquis posset hanc Sarephthanam feminam esse Israelitidem, et civitatem illam Israeli finitimam non tam à Sidoniis quàm ab Israelitis habitari : dici autem Sarephtham Sidoniorum, quia non procul abest à Sidoniis, et eo nomine distingueretur ab aliâ Sareph-

thâ, quæ à Sidoniorum provinciâ atque convictu recessisset. Quemadmodùm Isai. cap. 8, v. 1, cùm duæ sint Galilææ, et utraque ad terram promissionis ab Israelitis tunc temporis occupatam pertineat, tamen altera Galilæa nominatur gentium, quia gentilium terminos attingit, et eo nomine distinguitur ab alterâ. Hanc ego solutionem probarem magis, nisi Christus ipse ad aliam me sententiam cogeret. Luc. cap. 4, v. 25, ubi Sarephthanam viduam gentilem esse dicit, et à viduis Israelitici generis omninò secernit. *Multæ*, inquit, *viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus, et mensibus sex, cùm facta esset fames multa in omni terrâ, et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarephtha Sidoniæ ad mulierem viduam.* Quod etiam probat exemplum, quod continenter inducitur : *Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo prophetâ, et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.* Hæc omninò cogunt me ne ullo modo posteriorem hanc explicationem admittam, et aliam excogitem, quæ, si non omninò vera, majorem tamen habere videtur speciem veritatis.

Tota regio, quæ ad Tyrios et Sidonios spectat, cùm ad alios utiles naturæ necessitati proventus commodissima sit, ferendis tamen frugibus est importuna. Quare nisi aliunde comportetur frumentum, patiatur oportet gravem et penè necessariam famem. Quocirca, ut vidimus supra, cap. 5, ad v. 9, pro magno labore atque impendiis, quæ in templi fabricam contulit Tyriorum rex, id sibi mercedis à Salomone postulavit, ut domi suæ ex Israelitide terrâ cibum præberet : imò, ut Josephus vult lib. 8, cap. 2, id exigit, sibi ut liceat ex Israelitide terrâ non gratis, sed venale comportare frumentum. Et Actuum 12, v. 20, cùm Herodes in Cæsaream secederet, ad illum statim officii atque honoris ergo Tyrii advolârunt, atque Sidonii, ut illum sibi placarent, quem infensum, et indignatum esse ex usu suo fore non putabant. Eò quòd alerentur regiones eorum ab illo, quasi dicat eò quòd fame ipsis esset pereundum, nisi ex regione illâ finitimâ, et frumenti feraci paratam haberent alimoniam. Laborabat ergo fame Sarephthana civitas, quia cùm vicina provincia, quæ horreum erat Sidoniorum, nihil triennali spatio tulisset frumenti, illi necessarium illud vitæ subsidium defecerat, quod neque venale quidem comportari poterat. (1)

(1) Vers. 9. — Vade in Sarephtha Sidoniorum, quæ ditionis est Tyriæ. Jacebat Sarephtha inter Tyrum et Sidonem, Sidoni tamen propior. Quæ vidua hospitio Eliam excepit, eam profanis superstitionibus addictam fuisse, verisimillimum est, Sarephtha urbs erat pagana, docetque non obscurè Jesus Christus mulierem hanc religione alienam fuisse ab Israeliticâ, iis verbis : *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ, et ad nullam missus est Elias, nisi in Sarephthâ Sidoniæ, ad mulierem viduam.* Non satis constat, utrùm Deus viduam hanc, cujus illi hospitium destinaverat, Eliæ priùs indicaverit ; an Eliam miserit tantùm in Sarephtham, datâ spe futurum ut ibi hospitam suam monstraret. Sunt qui credant, tunc etiam cùm ab eâ muliere potum propheta petiit, non satis adhuc illam agnovisse, sed variis interrogationibus veluti per gradus tandem intellexisse, hanc ipsam esse ad quam missus veniebat. (Calmet.)

Allegor. Elias significat Christum, qui persecutionem patiens à Judæis, Evangelium suum transtulit ad gentes, uti explicat ipse Christus Lucæ 4, 25.

Audi auctorem Mirabilium S. Scripturæ, lib. 2, cap. 18 : « Idcircò ad Sarephtham Sidoniorum saturandus propheta mittitur, ut per illum bona et fidelis vidua pasceretur. Ne verò quem moveat, quòd Sidoniorum terra hanc eamdem plagam pariter cum Israel perpessa erat, dùm inde Jezabel persecutrix prophetarum, et totius vindictæ et facinoris causa, Sidoniorum regis filia, paternam originem ducebat. »

Præcepi enim ibi mulieri. *Præcepi*, id est, ordinavi, disposui, providi; non enim propriè Deus præceperat viduæ, cùm ei non esset locutus ; imò vidua petenti Eliæ frustum panis, negavit se illud habere, v. 12. Si quis tamen contendat Deum revelâsse viduæ adventum Eliæ, ac jussisse ut eum exciperet et pasceret eo modo quo Elias postulaturus erat, non repugnabo. Fuit hæc mulier gentilis, utpote Sidonia, sed religiosa et devota, ait S. Chrysost. hom. 3 de Eliâ, et Abul. q. 24.

(Corn. à Lap.)

Le Seigneur lui dit : Allez à Sarephtha, qui est une ville des Sidoniens, et demeurez-y ; car j'ai commandé à une femme veuve de vous y nourrir. Jésus-Christ nous fait remarquer dans l'Evangile la grâce toute particulière que reçut cette femme veuve lorsqu'elle fut préférée à toutes celles qui étaient dans la Judée. *Je vous dis en vérité*, s'écrie-t-il, *qu'il y avait plusieurs veuves en Israël, au temps d'Elie, lorsque le ciel fut fermé pendant trois ans et demi, et qu'il y eut une si grande famine dans toute la terre. Et néanmoins Elie ne fut envoyé chez aucune d'elles, mais chez une femme veuve de Sarephtha, dans le pays des Sidoniens.* Sur quoi S. Augustin dit que la raison pour laquelle nulle des veuves Israélites ne mérita de nourrir Elie, et qu'on envoya ce saint prophète à une veuve étrangère, était que cette veuve figurait l'Eglise des gentils, aussi bien que les corbeaux dont on a parlé. « Ainsi, dit-il, Elie, qui s'en va trouver la veuve de Sarephtha dans le pays des Sidoniens, est la figure de Jésus-Christ, qui devait

pascendus esset hospitio : atque ideò hoc ipsum aliquo signo explorare voluisse, cùmque audiisset servum Abrahæ eo signo didicisse, quænam Isaac futura esset uxor, id ex aquæ poculo cognovit : ad hujus igitur exemplum aquam priùs postulavit à feminâ, quam ex habitu viduam esse cognovit ; quam cùm illa hilari vultu promisisset, panem præterea po-

« venir à l'Eglise des gentils, étant rejeté et « persécuté par les Juifs. » S. Ambroise explique de la même sorte ce qui regarde cette veuve, l'entendant aussi de l'Eglise. Mais saint Augustin fait encore une excellente réflexion sur l'ordre que Dieu donna à son serviteur d'aller trouver cette veuve. « Le Seigneur, dit-il, nourrissait ce saint prophète par le ministère d'un « corbeau dans le temps de la famine, et lorsque « les hommes le persécutaient, il était servi « par les oiseaux mêmes. Celui donc que Dieu « nourrissait ainsi, n'était pas dans l'indigence, « et cependant on l'envoie à une veuve de Sa- « rephtha, et on lui dit : *Allez, cette veuve vous « nourrira.* Est-ce que Dieu lui avait manqué, « lorsqu'on l'envoyait ainsi à une veuve pour « être nourri? Ne pouvait-il pas continuer de « lui envoyer toujours les mêmes corbeaux « pour lui apporter sa nourriture? Et Elie « n'aurait-il pas pu se procurer à lui-même, « par la vertu de sa foi, l'assistance qu'il donna « depuis à cette veuve ? Mais si Dieu avait tou- « jours envoyé du pain à son serviteur sans le « ministère d'aucun homme, cette veuve aurait « été sans récompense. Ainsi, celui qui n'a- « vait manqué de rien jusqu'alors, reçoit ordre « d'aller trouver celle qui était dans le besoin, « afin qu'il en fût nourri, et Dieu ayant « employé le ministère des corbeaux pour l'as- « sister, lui rend encore nécessaire l'assistance « de cette pieuse veuve, afin qu'elle même, en « nourrissant un si saint homme, s'attirât une « plus grande abondance de toutes sortes de « bénédictions. Car il est certain que les ser- « viteurs de Dieu ne se trouvent quelquefois « dans le besoin, qu'afin que la charité de ceux « qui ont quelque chose pour les assister, soit « mise à l'épreuve à leur égard. Que nul donc, « continue ce Père, ne s'enorgueillisse de ce « qu'il donne à un pauvre, puisque Jésus-Christ « a été pauvre; que nul ne s'élève de ce qu'il « exerce l'hospitalité à l'égard d'un étranger, « puisque le Sauveur a lui-même, comme un « étranger, reçu l'hospitalité. Cet hôte est plus « grand que celui qui le reçoit; il est plus ri- « che que ceux qui lui donnent, et c'est de lui « que ceux qui lui donnent quelque chose, ont « reçu ce qu'ils lui donnent. Que nul assistant « un pauvre ne dise en son cœur avec orgueil : « C'est moi qui donne, c'est ce pauvre qui « reçoit, car peut-être que celui que vous rece- « vez, comme cette veuve reçut Elie, est un « juste. S'il manque de pain, craignez que « vous ne manquiez vous-même du pain de la « vérité, qui vous est encore plus nécessaire ; « s'il demande l'hospitalité en votre maison, « vous devez sans comparaison avec plus d'ar- « deur demander une demeure dans le ciel ; si « l'argent lui manque, combien vous manque « encore davantage la justice? »

Le même saint, qui a observé avec soin jusqu'aux moindres circonstances de cette histoire, fait une remarque considérable sur ces paroles de Dieu : *J'ai commandé à une femme veuve de vous nourrir*, car il demande de quelle sorte et par qui Dieu lui avait fait ce commandement, puisqu'il n'y avait presque plus alors aucun prophète que la cruauté de Jézabel n'obligeât de se cacher. Mais il ajoute que cet ordre du Seigneur était une inspiration intérieure de sa grâce, par laquelle il parla secrètement au fond de son cœur, pour lui faire exécuter sa volonté. « Et c'est en cette manière, ajoute ce saint, que toutes les fois qu'un « homme fait quelque bien, Dieu parle à son « cœur, ce qui le doit engager à rendre gloire « à Dieu seul. »

Vers. 10, 11, etc. — *Elie aussitôt s'en alla à Sarephtha. Lorsqu'il arriva à la porte de la ville, il aperçut une femme qui ramassait quelque bois,* etc. Dieu fit connaître sans doute à Elie que cette femme qu'il rencontra était celle vers laquelle il l'envoyait. C'est pourquoi il lui demanda de l'eau et du pain. Il suffit de lire tout simplement cette histoire pour y admirer la conduite de l'esprit de Dieu, qui remue également et la langue du prophète, et le cœur de cette veuve, et qui, en nous faisant voir dans cette femme, comme le remarquent saint Cyprien et saint Jérôme, une image de la parfaite charité qui porte à se dépouiller même de son nécessaire, pour en assister les autres, nous représente dans la personne d'Elie, ce que peut la reconnaissance et la foi de ceux qu'on a assistés, lorsque Jésus-Christ, prenant leur place, et regardant véritablement la charité qu'on leur a faite, comme s'il l'avait reçue lui-même, en rend plus que le centuple à ceux qui l'ont faite, et les comble de toutes sortes de bénédictions. Nous ne nous arrêterons donc point à faire ici remarquer ce qui est tracé par le doigt de Dieu d'une manière si vive dans cette histoire, qui frappe nécessairement notre esprit par l'éclat de sa lumière. Et ceux qui vivent dans l'abondance, lorsque leurs frères meurent de faim, et qui méprisent de les assister, comme parle l'Evangile, des miettes qui tombent de dessus leur table, trouvent l'arrêt de leur condamnation écrit en ce lieu avec des caractères qu'ils ne pourront effacer qu'en imitant quelque chose de la généreuse charité de cette veuve; car étant près de mourir de faim avec son fils, elle ne craint pas de donner encore du peu qui lui reste à celui qui lui demandait l'hospitalité, et elle le lui donna, dit saint Cyprien, en un temps où Jésus-Christ ne lui était point encore connu, où elle n'avait point encore reçu ses préceptes, et où n'ayant point été rachetée par sa passion et par sa croix, elle ne se sentait point obligée de payer en quelque sorte le sang d'un Dieu par un peu de pain et d'eau. *Et illa nondùm Christum sciebat; nondùm præcepta ejus audierat; non cruce et passione ejus redempta, cibum et potum pro sanguine ependebat.*

Mais outre le sens littéral de cette histoire, qui est rempli d'une grande instruction, saint Augustin y en trouve encore un autre plus spirituel, qui regarde Jésus-Christ et toute l'Eglise ; « Comme cette veuve, dit ce saint

stulavit. Quod, meo judicio, qui sic conjectant, non mihi admodùm à bonâ conjecturâ videntur aberrâsse. Licet Abulensis non probet quæst. 27.

Vers. 12. — En colligo duo ligna, ut ingrediar, et faciam illum mihi (1). Hæc omnia obscura non sunt. Illud, *duo,* ex Hebræorum usu, credo etiam ex aliarum gentium, exiguum significat numerum. Sic lib. 2 Regum c. 13, v. 6, Amnon de manu sororis Thamar duas sorbi-

« docteur, était la figure de l'Eglise, le fils de « cette veuve était la figure du peuple chrétien. « Lors donc qu'Elie vient à Sarephtha, cette veu- « ve sort *pour ramasser deux bâtons de bois.* Con- « sidérez que l'Ecriture ne dit pas de cette « femme qu'elle voulait ramasser un bâton de « bois, ni trois, ni quatre, mais deux, ce qui « nous marque d'une manière mystérieuse que « c'était Jésus-Christ même qu'elle recevait en « la personne d'Elie, et que lorsqu'elle voulait « ramasser deux bâtons de bois, elle cherchait « à connaître le mystère de la croix; elle cher- « chait, avant qu'elle mourût, ce qui devait « la faire vivre pour toujours : *Quærebat mori- « tura unde semper esset victura ;* car la croix de « notre Sauveur est composée de deux bâtons « ou de deux morceaux de bois : ainsi cette « veuve ramassait ces deux bâtons, pour nous « marquer que l'Eglise croirait en celui qui a « a été attaché aux deux bâtons de la croix. Ce « qu'elle dit à Elie, ajoute saint Augustin, « *qu'elle venait ramasser du bois, pour apprêter « à manger tant pour elle que pour son fils, afin « qu'ils mourussent après qu'ils auraient mangé,* « est très-véritable; car nul ne méritera de « croire en Jésus-Christ crucifié, s'il ne meurt « au siècle, et quiconque prétendra manger « d gnement son corps, sera obligé nécessaire- « ment de mourir à tout ce qui est passé, pour « ne vivre plus que d'une vie toute nouvelle et « digne de l'éternité. »

Saint Jérôme, après avoir admiré la charité extraordinaire de cette veuve, qui préféra, comme il le dit, à sa propre vie et à celle de sa famille, l'assistance du prophète Elie; qui choisit plutôt de mourir que de perdre le mérite de l'aumône, et qui ayant, pour parler ainsi, semé un peu de farine et d'huile, en recueillit, par la libéralité du Seigneur, une abondante moisson, prend sujet, aussi bien que saint Augustin, d'en faire une excellente application à Jésus-Christ. « Il y avait, dit ce saint, une très- « grande famine dans la Judée, lorsque le « grain de froment y était mort (en la personne « de Jésus-Christ); mais on vit ensuite des « ruisseaux d'huile couler dans l'Eglise, qui « est sa veuve, par son infinie miséricorde qui « se répandit sur les gentils. *In Judæâ frumenti « est penuria; granum enim tritici ibi mortuum « fuerat, et in gentium viduâ olei fluenta mana- « bant.* » (Sacy.)

(1) Et filio meo; sic et Chald., hoc enim est Hebr. *libni;* verùm Septuag. aliis punctis legentes *lebanai*, vertunt, *filiis meis;* significant ergo eam plures habuisse filios, quibus panem eripuit, ut daret Eliæ. Eò major fuit ejus virtus. Ita Eucher. (Corn. à Lap.)

ciunculas sumere desiderabat, id est, pauculas. Et Isai. cap. 7, ea dicitur futura familiarum tenuitas, seu habitatorum paucitas, ut duæ oves, id est, paucæ possent ad satietatem usque sustentare familiam. Et Latini passim hoc numero paucitatem, aut brevitatem significare solent, quibus familiare est, *audi duo verba,* aut *unum et alterum verbum,* id est, sermonem brevissimum, quod etiam in suo idiomate servat Hispanus. Sic ergo nunc vidua duo ligna, id est, pauca quærit, ut faciat, id est, paret ad cibum pugillum illum farinæ.

Vers. 13. — Verumtamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem. Crudelis planè videretur Elias, nisi quis futurus esset eleemosynæ fructus priùs à Domino didicisset, cùm ex pugillo farinæ, qui pro duorum alimento reliquus fuerat, partem aliquam, neque pro ipsius tenuitate modicam petierit; sed illum ab omni inhumanitatis suspicione liberat de rerum omnium abundantiâ divina promissio. Fuit quidem, licet mole, et naturâ suâ exiguum, opus illud misericordiæ, quo mulier illa prophetæ necessitatem levare voluit : quid enim tantùm est farinæ pugillus, vel potiùs ex farinæ pugillo pars exigua? sed certè magnum est alicui suum impendisse sanguinem, impendisse spiritum, et vitam, quæ omninò exiguo illo alimento sublato conservari non poterat. Atque ideò digna fuit Sarephthana vidua, quæ aliis fame interea pereuntibus, ipsa pro se ac filio alimento abundaret necessario, quando ad prophetæ votum, tam se suæ ac filii vitæ prodigam et immemorem præbuit. Hinc discant illi, quibus tenuis est et angusta fortuna, sibi non deesse, quo divinam sibi misericordiam mereantur, si ex eo quod sibi necessarium habent, licet illud sit exiguum, quia in eo pars etiam sanguinis et vitæ exhauritur, non esse quod confertur exiguum. Ostendit hoc Christus, Luc. cap. 21, v. 2, in viduâ pauperculâ, qualis fortassè erat hæc Sarephthana, quæ cùm duo tantùm minuta in gazophylacium conjecisset, alii verò multa atque luculenta munera, dixit tamen Christus gratius esse, ac majus illud pauperculæ viduæ ad speciem tenue et contemnendum obsequium, quàm omnia dona, quæ liberali divites, atque ambitiosâ manu contulerunt. *Verè....* (ait Christus) *vidua hæc pauper plusquàm omnes misit : nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei : hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum quem habuit, misit.* Ac si diceret : Alii sua, imò ex suis superflua; hæc verò suum sanguinem,

et vitam, et quodammodò seipsam largita est.

Subcinericius panis ille dicitur, qui prunis, ferventique cineri supponitur, et tegitur, quem Græci ἐγκροφίαν appellant, qui facilè paratur, atque ideò in hospitum adventu sæpiùs auditur. Hunc Elias parari sibi postulat, tum quia ille brevi tempore, levique operâ torreri poterat, tum quia in illo non inveniebantur illæ deliciæ quas captare solet delicatorum hominum voluptas. Vide quæ de hoc subcinericio pane diximus ad illud Oseæ c. 7, v. 8: *Ephraim factus est quasi subcinericius panis, qui non reversatur.* (1)

Vers. 14. — Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur. Hic multa Patres et interpretes de misericordiâ, quæ non attenuat, aut exhaurit opes; sed potiùs amplificat redditque diuturnas. Dedit Eliæ farinæ pugillo modicum panem, quod id consecuta est, ut ad longum tempus alimentum sibi ac suis necessarium paraverit. Vide Chrysostomum homil. de Eliâ, Ambrosium lib. 1 de Abraham cap. 5, et lib. de Viduis. (2)

(1) Vers. 13. — Verumtamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem. Mysticè Eucherius: « Panis subcinericius, inquit, est « pœnitentium satisfactio, juxta illud Psalmi « 101: *Quia cinerem sicut panem manducabam, « et potum meum cum fletu temperabam;* his « enim satisfactionibus Dominus se pasci hor- « tatur. »

Mihi primum fac. Causam dat S. Prosper, p. 2 Prædict. c. 29: « Ut misericordia, ait, « primum occupet locum, quam præire ante « faciem Dei Scriptura testatur; ex ipso enim « omnis copia. » Sic S. Ludovicus rex Franciæ, priusquàm ipse pranderet, centum pauperibus prandium dabat. (Corn. à Lap.)

(2) Vers. 15. — Quæ abiit, et fecit juxta verbum Eliæ. Mira fuit hujus viduæ fides, obedientia, liberalitas, ut modicùm farinæ sibi ad vitam necessarium daret Eliæ, qui famem hanc induxerat. Unde exclamat Eucher.: « O magnifi- « cum mulieris animum! ô immutabile mentis « propositum! ô verè venerabile per secula fac- « tum! poculum petit, mox offert, et quod « regibus jam forsitan deerat, quod divites non « habebant, hoc vidua ex abundantiâ erogabat. « Pascit pane, quæ cum filio die postero erat « moritura, nec habere se negat, sed fatetur « simpliciter, nec metuit prodere veritatem, « et non tam postulanti, quàm quodammodò « exigenti omnem causam pandit in medium; « quantitatem victûs, et numerum personarum, « ut non tam hospitem velit habere quàm judi- « cem. » Et inferiùs: « Erat in illo tempore « spectaculum angelis homin busque gratissi- « mum, quòd inter gentes in terrâ profanâ « vidua mulier tam tunc esset filia Abrahæ « multò hospitalior ipso parente, multò huma- « nior fidei genitore. Erat quidem Abraham « hospitalis, et erga peregrinos magno deten- « tus affectu; sed erat verè opulentus, erat « dives. » Et paulò post: « Studio humanitatis « omnem vim despexit naturalis affectûs, non « de se, non de parvulis sollicita; nihil eam « à mentis proposito revocavit, nec proprii « sexûs infirmitas, nec materna erga parvulos « viscera pietatis; occidit in se naturæ officia « hospitalitatis intuitu, et effectus est devotus « erga hospitem matris animus filiorum cru- « dele sepulcrum. » (Corn. à Lap.)

Vers. 17. — Ægrotavit filius mulieris matris familias, et erat languor fortissimus, ita

Vers. 16. — Et ex illa die hydria farinæ non defecit, et lecythus olei non est imminutus, non per rarefactionem, sed additionem novæ farinæ et olei continuam, ait Abulensis. Unde ex eo deinceps sustentata fuit vidua cum filio, quin et Elias ipse, ut patet v. 20. Merebatur hoc fides et sanctitas Eliæ, item obedientia et eleemosyna viduæ, quâ modicum farinæ quod habebat, dederat Eliæ. Ita S. Prosper lib. 2 de prædict. et promiss. cap. 29, quem audi: « Sic anima fœneratur Deum; sic dùm « dat in necessitate, sibi consulit ad salutem. « Sic repletur anima quæ corpore abscedente « Domino, castigantem diligens, unius tori fidem « pudico amore custodit, sacramento farris et « olei unctione munita, secura expectans gra- « tam pluviam, cùm ei dixerit Dominus: *Euge, « serve bone; quia in modico fuisti fidelis, intra « in gaudium Domini tui.* » Audi et Eucherium liberalitatem et virtutem hujus viduæ admirantem, et hoc elogio remunerantem: « Facta « est igitur manus viduæ perenne torcular, et « mola jugiter fundens. Ecquid dico mulieris « manum? In verbo prophetæ tota domus viduæ « piorum cellarium facta est. Non ibi ros, non « pluvia, non veris aura, non calidi soles, non « nimbus necessarius, non aratrum, non agri- « cola, non colonus, sed omnia et in omnibus « sermo prophetæ affatim viduæ ministrabat. » Pascentem se viduam pavit Elias. Audi S. Hieron., epist. 10 ad Furiam: « Recordemur viduæ « Sarephthanæ, quæ et suæ et filiorum saluti « Eliæ prætulit famem, ut in ipsâ nocte mori- « tura cum filiis superstitem hospitem relin- « queret, malens vitam perdere, quàm elee- « mosynam; et in pugillo farinæ seminarium « sibi messis Dominicæ præparavit. Farina se- « ritur, et olei capsaces nascitur; in Judæâ « frumenti est penuria; granum enim tritici « ibi mortuum fuerat, et in gentium viduâ « olei fluenta manabant. » Simili modo S. Euthymius (cujus sanctitas toti orbi sub Justiniano imperatore inclaruit), farinâ in monasterio deficiente, illam multiplicavit, dicens: « Bono « estote animo; quantum enim egentibus im- « pertitis, duplum nobis Dominus elargietur. « Spero enim, quòd sicut olim hydria farinæ « non defecit, ita nunc minimè sit defectura. » Ita Eustachius in ejus Vitâ, et ex eo Baronius anno Christi 564. Pari ratione Masymas anachoreta instar Eliæ in duobus doliis pro pauperibus multiplicavit frumentum et oleum, ut refert Theodor. in Historiâ Religiosâ cap. 14, quem audi: « Hospitum autem et pauperum « tam alacri animo curam gerebat, ut patefa- « ceret portas omnibus qui aderant. Dicitur « enim habuisse duo dolia: unum quidem « frumenti, alterum verò olei. Ex his semper

UT NON REMANERET IN EO HALITUS (1). Quo tempore morbus iste lethalis filium viduæ invaserit, incertum est, sicut etiam incertum est quamdiù Elias apud illam diversatus fuerit.

« quidem suppeditabat omnibus egentibus; habebat autem ea semper plena benedictione, « quæ data est viduæ Sarephthanæ, et immissa « fuerat in hæc dolia. Ipse enim Dominus omnes opes effundit in omnes eos qui ipsum « invocant; et sicut illius hydriam et guttam « jussit scaturire, præbens manipulos seminum « hospitalitatis, ita etiam huic viro admirabili « exhibuit suppeditationem, quæ ex æquo « respondebat ejus animi alacritati. »

Similia sæpè fecit S. Joannes Eleemosynarius archiepiscopus Alexandrinus, teste Leontio in ejus Vitâ, unde ejus axioma erat : *Quò plura erogo in pauperes, eò plura semper et majora à Deo recipio.* Unde S. Basil. Homil de Eleemosynâ, eum comparat puteo, vel fonti, qui quò plus aquæ effundit, eò ampliùs aquæ ebullientis admittit et recipit. Vide S. Chrysost. Hom. cui titulus : *Quòd eleemosyna sit ars omnium quæstuosissima.*

Allegor. hydria farinæ significabat panem Eucharistiæ, qui quotidiè à fidelibus comeditur, nec tamen consumitur, aut deficit unquàm. Ita Lanfrancus, Algerus et alii, scribentes contra Berengarium.

QUOD LOCUTUS FUERAT IN MANU ELIÆ, id est, per Eliam; manus enim est instrumentum instrumentorum, unde notat causam instrumentalem; talis enim respectu Dei fuit Elias. (Corn. à Lap.)

(1) Permisit, vel immisit hunc morbum Deus puero, hoc fine, ut mortuus ab Eliâ suscitaretur, atque Eliæ fides et virtus apud Achab et Baalitas splendesceret. Ita Eucher. et alii. Audi S. August. ad Simplicianum quæst. 5 : « Non malefaciendi causâ mortificavit filium ejus, sed exhibendi miraculi ad « gloriam nominis sui, quo tantum prophetam, « et tunc viventibus, et posteris commendaret. « Sicut dicit Dominus, non ad mortem mortuum fuisse Lazarum, sed *ut glorificaretur « Deus in Filio;* et ideò consequentia probant, « et ipsa etiam fiducia quâ credidit Elias, non « ad hoc illud contigisse, ut acerbo luctu « ejus hospita affligeretur, sed potiùs ad hoc « factum esse, ut Deus magnificentiùs ostenderet viduæ, qualem Dei famulum suscepisset. » (Corn. à Lap.)

Le fils de cette veuve étant tombé malade d'une maladie si violente, qu'il semblait ne pouvoir plus respirer, elle dit à Elie : Qu'y a-t-il de commun entre vous et moi, homme de Dieu? Êtes-vous entré ici pour renouveler la mémoire de mes péchés? Cette femme, selon la pensée d'un savant auteur, Estius, s'imagina qu'elle était indigne de demeurer avec ce saint homme, et que Dieu avait peut-être puni ses péchés en tuant son fils; car, comme les choses saintes doivent être traitées saintement, on doit vivre aussi avec les grands serviteurs de Dieu d'une manière qui soit digne de leur sainteté. Elle pouvait craindre donc de n'avoir peut-être pas servi aussi saintement qu'elle le devait un si grand saint, et que Dieu ne la châtiât à cause de sa présence. Ainsi c'était non par un mouvement d'indignation, mais plutôt par un sentiment d'humilité, qu'elle parlait de la sorte, comme saint Pierre dit depuis à Jésus-Christ, dans la crainte qu'il ne lui arrivât aussi quelque châtiment : *Retirez-vous de moi, parce que je suis un homme pécheur.* (Sacy.)

Hunc puerum Hebræi (ut refert Hieronymus in proœmio Jonæ) dicunt esse prophetam Jonam, quem Dominus postea misit Niniven. Quod etiam quidam tenuerunt ex nostris : ita Epiphanius, et Dorotheus in Synopsi, Chronicon Alexandrinum, et Joannes episcopus Hierosolymitanus tom. 9 Biblioth. cap. 12, qui etiam ait excitatum puerum traditum esse à matre Eliæ, et illi semper ministrâsse. Quâ de re nihil habemus certum. Vide quæ de patriâ et de genere diximus super Jonam prolegomeno primo in nostris Commentariis. Quòd si ille ex Israelitis fuit, ut nos diximus in eo prolegomeno, et ipse apertè fatetur, dùm cap. 1, v. 9, Hebræum se esse dicit, non video quomodò existimari debeat filius Sarephthanæ viduæ, cùm illa fuerit ex Sidonio, id est, ex gentili populo. Neque tempus in quo prophetâsse existimatur Jonas, aptè cum hâc cogitatione consentit. Dicitur enim σύγχρονος Oseæ, Joel, Amos et Isaiæ. Vide quæ nos super Jonam prolegomenûm 2, et quid hic Abulensis quæstione 31. Halitus idem est quod spiritus, seu anima; quare non remanere halitum in puero, idem est omninò, quod esse mortuum.

VERS. 18. — INGRESSUS ES AD ME, UT REMEMORARENTUR INIQUITATES MEÆ, ET INTERFICERES FILIUM MEUM. Hanc viduam quidem licet genere, patriâque gentilem, religione tamen ac pietate Israelitidem esse putant, quia per Deum jurat Israel, non per patrios deos, quos colunt Sidonii. Sic enim proximè v. 12 : *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem,* et ea creditur esse causa, cur ad illam missus fuerit Elias, sustentaretque diù; alioqui perituram familiam, et extinctum filium revocârit ad vitam, et ancillæ sibi in medio nationis pravæ fidelis ac devotæ paupertatem singulari illo beneficio ac paternâ providentiâ solaretur. Ex eâ pietate ac fide noverat religiosa femina, quæ quis admisisset scelera, aliquando punienda fore; etsi Deus aliquandiù ultricem manum à vindictâ continet, non tamen in æternum impunitatem habitura. Peccâsse se cognoverat Sarephthana vidua, ut ad illud usque tempus et adventum Eliæ dilatam putabat peccatorum vindictam; atque ideò benevolè atque modestè queritur, quòd ad ingressum Eliæ, extincto

filio, pœnas suorum scelerum expenderit. Hìc observa hoc esse in Scripturâ familiare, ut cùm Deus hominum judicio aut non punit sceleratorum errata, aut justorum non ulciscitur injurias, aut non videtur esse misertus, dicatur peccatorum aut justorum immemor, seu oblitus. Cùm autem peccatorum ulciscitur mores, et amarè vexat, et bonorum tuetur causam, et à durâ vexatione vindicat, tunc recordari existimetur. Undè sæpiùs audimus : *Memento, recordare, esto memor, Domine, expergiscere, ne obliviscaris in finem,* et similia. Quod dem valet atque : Ostende, Domine, puniendo peccatores, liberando atque fovendo justos, te neque horum, neque illorum deposuisse memoriam. Juxta hæc bona ista femina ait Deum recordatum esse suarum iniquitatum, de illisque sublato filio pœnas exegisse. Hìc Theodoretus observat hujus viduæ modestiam, quæ non queritur de prophetâ, quasi causa fuerit suæ solitudinis atque orbitatis, sed filii mortem suis tantùm iniquitatibus adscribit.

Vers. 19. — Tulitque eum de sinu ejus, et portavit in coenaculum, ubi ipse manebat : et posuit super lectulum suum (1). Ut est mollis et vehemens feminarum amor in liberos, non tantùm vivos, sed etiam mortuos amplexantur, et quasi calore suo in vitam revocare possint, in sinu fovent et halitum inspirant suum, quasi cum illo mortuis vitam et spiritum inhalent. Quod se cum fratre Satyro fecisse dicit Ambrosius in oratione quâdam de illo : « Nihil, « inquit, mihi profuit ultimos hausisse anhe- « litus, nihil flatus meos inspirâsse morienti. » Ex hâc matrum quotidianâ, et quasi naturali consuetudine dixit Maro eclog. 5 :

Cùm complexa sui corpus miserabile nati,
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.

Habebat, ut apparet, mater in sinu atque amplexu exanimatum filium, quia in illius ulnis fortassè decesserat, quod contingit præsertim in tenerâ ætate : neque enim filiorum pondus grave matribus est. Quare propheta optimè de se meritæ matris commiseratus, ab illius sinu filiolum distrahit, secumque in cœnaculum, ubi ipse lectulum habebat, et familiare diversorium abduxit : quem in suo lectulo constituit, et se quamprimùm in preces dedit, ut à Deo extincto puero spiritum, et lugenti atque propè exanimatæ matri solatium impetraret.

Et posuit super lectulum suum. Multa hìc Patres de modo quo filium viduæ excitavit Elias, in quo Christi Salvatoris spirantem meditantur imaginem ; qui ut genus humanum excitaret ab eâ morte quam jam olim ab ipsâ mundi constitutione subierat, humanam assumpsit carnem, et homo factus seipsum ad hominis mensuram demisit. Hæc nota sunt ; ego hìc aliquid pro moribus observo non aptum esse locum maternum sinum, atque amplexum, ut exanimatus puer revocetur ad vitam. Quare ab eo complexu à prophetâ distrahitur, et ad illud traducitur cubile, ubi sollicitos somnos, et insomnes noctes ipse ducebat, et quod potiùs lacrymis jugiter manantibus, quàm suave aliquid halantibus unguentis irrorat. Moritur sanè puer in lectulo molli, quem instraverat, aut, quod fortassè verius, in materno sinu, inter delicias nimirùm, quas maternus comparat affectus, et plus justo indulgentia profusior : excitatur autem in duro lectulo, quem non voluptatis blanda mollities, sed pœnitentiæ durus rigor instravit. Perimit sæpè matrum indulgentia liberos, quos confirmat et servat doctrina severior. Oppressit meretrix illa, de quâ supra, cap. 3, filium suum, quia dormiens etiam voluit habere in sinu suo. Est quidem humor terræ necessarius et cœlestis imber ; at si illi immoderatum esse contingat, et nimium, pereat necesse est omnis terræ proventus, et terra reddatur uliginosa et sterilis. Moderatam indulgentiam teneræ adhuc proli commendamus, qualem exigit imbecillis ætas : nimiam tamen omninò prohibemus, quæ magis debilitat ac frangit, quàm confirmat ætatem. Sapienter igitur Elias è molli lecto, et è matris sinu puerum abducit et transfert ad durum. Quod consilium in spirituali suscitatione servandum, ut qui in

(1) *Elie ayant pris son fils entre ses bras, le porta dans sa chambre, le mit sur son lit, et cria ensuite au Seigneur : Mon Dieu, avez-vous aussi voulu affliger cette bonne veuve jusqu'à faire mourir son fils?* Saint Augustin a considéré ce cri d'Elie vers le Seigneur, non pas comme un cri de plainte et de défiance, mais comme la voix d'un prophète qui était persuadé que Dieu avait résolu de faire éclater sa gloire dans l'affliction de cette veuve si charitable. « Il ne « croyait point, dit ce Père, que le Seigneur « eût dessein d'affliger celle qui avait reçu « avec tant de piété son prophète, surtout « dans le temps où était encore présent avec « elle celui à qui elle avait donné tout ce qu'elle « avait de nourriture, quoiqu'elle fût elle-même « dans une nécessité si pressante. *Vox est non « credentis quòd tam malè faceret Dominus cum « eâ viduâ quæ tam piè prophetam susceperat, « eo præsertim tempore quo ibi erat, cui protu- « lerat illa totum victum suum tam exiguum in « tam magnâ et summâ inopiâ.* » (Sacy.)

molliori vitæ genere mortem incurrit animæ, idem vitam à severiori vivendi ratione pœnitendo quærat. Neque enim vita eo in loco invenitur, ubi mors regnat, neque mors ibi superanda, ubi majores habet vires, et magis est ad omnem contentionem instructa.

VERS. 21. — ET EXPANDIT SE, ATQUE MENSUS EST SUPER PUERUM TRIBUS VICIBUS (1). Si historiam spectes, res est non obscura : si mysterium requiras, illud est quod supra dicebamus. Nam in Eliâ ad exiguam pueri mensuram contracto imaginem intuemur Christi, qui factus homo eamdem sibi cum homine voluit esse

(1) Idem pariter ab Eliseo factum constat, cùm vitæ igniculos excitare voluit in filio Sunamitidis hospitæ suæ; idem etiam Apostolus, cùm puerum Eutychum, qui è superiore domûs conclavi lapsus interierat, revocavit ad vitam. Denique idem narrat S. Gregorius de S. Benedicto, cùm puerum in vivis restituit. Hæc autem ideò servâsse viri sancti videntur, ut pararent quodammodò corpora ad recipiendam, quam illis Deus destinaverat, vitam, communicato frigidis illis cadaveribus et sanguini calore ac motu, ne scilicet inertes prodigio Dei omnia relinquere viderentur. Rationem hanc innuere videtur Scriptura, animadvertens, nisu illo Elisei, quo sese cadaveri filii Sunamitidis coaptavit, factum fuisse ut caro pueri calefieret. (Calmet.)

Quæres : Cur id fecit Elias ? — Allegoricam et præcipuam causam dat sanctus Prosper parte 2 Prædict. cap. 31, scilicet, ut Elias suo gestu repræsentaret mysterium Incarnationis, quo Dei Filius suam deitatem commensus est, et quasi coæquavit nostræ humanæ naturæ, quam assumpsit, ut per eam nos peccato mortuos vivificaret. « Elias et post eum Eliseus, « ait Prosper, ut mortuum parvulum suscitaret, juvenilia membra contexit. Et Dominus « Jesus *seipsum exinanivit, formam servi accipiens* ; parvum se illi parvo coaptavit, ut efficeret istud corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ. Jacens subter se « frigidum suo calore succendit ; similiter et « noster Salvator Dominus mundum, à cujus « calore non est jam qui se abscondat. Insufflavit « ille tertiò jacenti, ut trina confessio infunderetur credenti; sic suscitatus est mortuus, « dùm à morte perpetuâ justificatus est impius. »

Unde Chald. vertit : *Coarctavit se super puerum;* Septuag. *Insufflavit ter in puerum.* Sicut gallina incubat ovis, totamque se super ea expandit, et quasi commensurat, ut ea calefaciat et vivificet, sic et deitas Christi se expandit super totam humanitatem nostram, eique quasi seipsam admensa est et coæquavit, ut eam frigidam calefaceret, exanimem animaret, mortuam vivificaret; singula enim hominis membra omnesque animæ potentiæ per peccatum spiritaliter erant mortuæ, frigidæ, aridæ et exanimes; quare in singulas deitas incumbens, insufflavit in eas, et inhalavit spiritum gratiæ et vitæ spiritualis. Tertiò autem Elias incubuit puero, eique seipsum coarctando admensus est, quia Christus tertiò seipsum coarctavit, et commensus est humanæ naturæ, scilicet primò in utero ; secundò, in præsepio ; tertiò, in cruce : itaque mortuum genus humanum vivificavit, eique spiritum charitatis, paupertatis et patientiæ inspiravit, et *cum clamore valido ac lacrymis preces offerens exauditus est pro suâ reverentiâ.* Ita Lyran., Angelom., Eucher., Salianus.

Audi S. August. serm. 201 de Temp.: « Filius viduæ defunctus jacebat, quia filius « Ecclesiæ, id est, populus gentium, multis « peccatis et criminibus mortuus est. Orante « Eliâ filius viduæ suscitatur; veniente Christo « filius Ecclesiæ, id est, populus christianus, « de carcere mortis reducitur; Elias inclinatur « in oratione, et vivificatur viduæ filius ; et « Christus procumbit in passione, et suscitatur populus christianus. » Et post nonnulla : « Nam quòd tribus vocibus inclinatur, mysterium Trinitatis ostenditur. Viduæ enim filium, id est, populum gentium, nec solus « Pater sine Filio, nec Pater et Filius sine « Spiritu sancto, sed tota Trinitas suscitavit. « Denique hoc etiam in sacramento baptismatis demonstratur, dùm tertiâ vice vetus homo « mergitur, ut novus surgere mereatur. » Hoc igitur est verbum abbreviatum, de quo Apostolus Rom. 9, 28 : *Ut quod cœlo non capiebatur, præsepio caperetur*, ait S. Cyprianus lib. 2 contra Judæos, c. 3, nimirùm Verbum infans, puer sapiens, Deus lactens.

Tropologica causa fuit, ut ostenderet Elias virum zelosum et charitate flagrantem, qui convertere satagit animas vitiis et concupiscentiis mortuas, debere per magnam compassionem, commiserationem, et zelum iis quasi se coæquare, et commetiri, ut eis frigidis et torpentibus spiritum vitæ inhalet ; peccator enim est quasi cadaver mortuum et frigidum: quare ingenti et crebro concionatoris, confessarii et monitoris ardore opus est, ut calorem pœnitentiæ et devotionis ei aspiret, quo ad vitam gratiæ à Deo recipiendam se disponat. Sic enim ignis frigidum lignum priùs calefacit, ut deinde illud igniat, et gallina ova diù calefacit, ut animentur. Ita faciebat Paulus, dicens : *Factus sum infirmus infirmis, ut infirmos lucrifaciam. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos*, 1 Corinth. 9, 22. Et : *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror ?* 2 Corinth. 11, 29. Et : *Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Christus in vobis.* Galat. 4, 19.

Anagogica causa fuit, ut significaret Christum in resurrectione commensurum, et quasi coæquaturum nos suæ gloriæ, et corpori glorioso, juxta illud : *Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ*, Philip. 2, v. 21. (Corn. à Lap.)

Et il s'étendit sur l'enfant par trois fois, en se raccourcissant et se mesurant à son petit corps. Et il cria au Seigneur, et le Seigneur ayant exaucé la voix d'Élie, l'âme de l'enfant rentra en lui, etc. « Cette prière d'Elie, dit saint « Augustin, par laquelle il demanda avec une « si vive confiance et en si peu de paroles que « le mort ressuscitât, montre assez dans quel « sentiment il avait parlé auparavant, c'est-à-« dire, qu'il n'avait douté en aucune sorte que « Dieu ne voulût faire paraître sa toute-puissance dans cette mort. » Quant à cette cir-

mensuram. Quod ad historiam pertinet, cùm solus esset Elias cum defuncto puero in superiori cœnaculo, oravit pro illius redivivo statu oratione ferventi, quam iteravit tertiò, donec tandem quod optabat consecutus est. Quomodò verò seipsum expanderit, seque fuerit super puerum mensus, obscurum est. Frequentes ita communiter statuunt, ut incubuerit Elias super puerum, et quoad ejus fieri poterat cum pueri membris membra componeret, ut os ori, oculis oculos, manus manibus, et singula, prout rerum natura patiebatur, singulis adaptaret. Quod alio consilio longè dissimili fecerunt barbari, et ferino planè ingenio tyranni, de quibus Clemens Alexandrinus in Protreptico, et Augustinus lib. 4 contra Pelagianos. « Simili, inquit, nos affectos supplicio, atque « eos qui quondam cùm in prædonum Etrus- « corum manus incidissent, crudelitate exco- « gitatâ necabantur, quorum corpora viva cum « mortuis adversa adversis accommodata quàm « aptissimè colligabantur. » Quod de Mezentio cecinit Maro lib. 8 Æneid.:

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora.

Hoc ipsum fecisse Eliam mihi magis cum communi sententiâ verisimile. Et suadet quòd hoc ipsum fecit dùm alium puerum suscitare vellet Eliseus lib. 4, cap. 4, vers. 34, ad imitationem, ut opinor Eliæ, quem magistrum habuit et parentem. *Ascendit Eliseus, et incubuit super puerum, posuitque os suum super os ejus, et oculos suos super oculos ejus, et manus suas super manus ejus, et incurvavit se super eum, et calefacta est caro pueri.*

Hæc mihi potiora sunt. Sed quæres cur se Elias expandit ad orandum super puerum? Nam præter mysterium, quod in hoc Eliæ facto meditantur Patres, aliud videtur aliquid sumptum ex Hebræorum ritu, qui vario corporis habitu in preces incumbunt: modò enim manus in cœlum elevant, modò in genua procumbunt. Sicut orâsse dicitur Salomon supra, cap. 8, vers. 54; et cap. 19, vers. 18. Multi dicuntur non curvâsse genua ante Baal. De alio orandi modo, quo usus est Elias in Carmelo, cùm à Domino pluviam exorare vellet, positâ inter genua facie dicemus suo loco. Alius fuit modus Hebræis usitatus, cùm placare offensos aliorum animos student et ab illis impetrare quod maximè est in votis. Abjiciunt enim se ad infimas preces, et ita se sternunt humi supplices, ut apprimant terræ faciem suam, et pulverem lingant. Quare frequens est *in pulverem cadere, ponere in pulvere os suum, adhærere terræ ventrem.* Hoc modo oravit Elias cùm expandit se, neque quicquam in hoc orandi habitu tentavit inusitatum. Quòd autem incubuerit super puerum, et quantùm potuerit ad ejus se mensuram collegerit, illa videtur esse causa, ut quò magis seipsum in angustum arctaret, humiliaretque, tantò magis divinam misericordiam inflecteret, quæ humiles benignis intuetur oculis, nec despicit cor contritum et humiliatum. Neque fortassè alia causa est cur homo de geniculis oret, et ille orantis habitus judicetur ad impetrandum aptissimus, nisi quia homo aliquid de corporis proceritate tollit, et tantò seipso brevior, et aliquo modo despicacior est, quantùm patet à genibus ad pedes usque magnitudo. Vel, ut incumbens super puerum, majorem significaret animi dolorem, ad matris similitudinem, quæ

constance si remarquable de la posture du prophète, qui voulant ressusciter l'enfant mort, s'étend par trois fois et se raccourcit sur son corps, on voit tout d'un coup qu'elle doit être mystérieuse et entendue en un sens plus relevé que celui qui se présente selon la lettre, puisqu'il est certain que ce raccourcissement d'Elie, et cette triple inclination, n'était point d'ailleurs absolument nécessaire à celui qui agissait par la toute-puissance de Dieu pour produire ce miracle.

Les Pères ont entendu ce raccourcissement d'Elie de l'anéantissement de Jésus-Christ dans son Incarnation et sa Passion. « Nous « avons fait voir, dit saint Augustin, que l'E- « glise était figurée par cette veuve, et le peuple « des gentils par le fils de cette veuve. Ainsi la « mort corporelle de ce fils nous marquait la mort « spirituelle des gentils, qui étaient plongés « dans toutes sortes de crimes. »

Que si le profond abaissement du Fils de Dieu était nécessaire, comme parle l'Ecriture, pour produire la résurrection des gentils, et si Jésus-Christ, en attachant le vieil homme sur sa croix, comme sur son lit, s'y est lui-même comme raccourci *et mesuré* d'une manière étonnante à la bassesse de notre nature, afin d'y faire renaître l'homme nouveau, combien est-il encore plus nécessaire que ceux pour la résurrection desquels Dieu s'est si prodigieusement anéanti, participent autant qu'ils le peuvent à ses infinis abaissements, en se mesurant selon leur portée à l'humilité de celui qui s'est mesuré le premier à leur faiblesse, afin de se conserver dans la vie de grâce qu'ils ont reçue, et de vivre véritablement comme des personnes ressuscitées! Mais, comme, selon la remarque de saint Augustin, leur première résurrection a été l'effet de la vertu toute-puissante de la très-sainte Trinité, figurée par cette triple inclination d'Elie, ils doivent aussi être convaincus qu'ils ne pourront que par la même vertu se maintenir dans cette vie de résurrection et de grâce où ils ont été établis par le baptême. (Sacy.)

mortuum amplectitur filium, et ab illo divelli non patitur, quæ eò majori commiseratione digna est, quò filium diligit ardentiùs, et illius mortem flet miserabiliùs. Deinde quia illa membrorum compositio amorem significat ingentem, quo toto cadavere videtur velle frui, qui vivus est, et totum se in exanimatum amici corpus infundere, ut illi det vires, spiritum et vitam, et quidquid demùm mors abstulit acerba. Sanè amicus, aut amatus pars esse dicitur amantis dimidia. Sic Horatius lib. 1, Ode 3, amicum animæ suæ dimidium appellavit. Quod idem quoque dixit Augustinus lib. 4 Confes. cap. 6.

Optat igitur qui amat dimidium illud sibi adjungere, atque ideò in illius lubens hæret amplexu, et ori mortui suum identidem inhalat spiritum, et anhelatam animam, si quomodò possit etiam cum animæ suæ dispendio ad vitam excitare: quomodò paulò supra dicebamus Ambrosium fecisse super fratre Satyro, qui suum illi inspirabat anhelitum. Hæc videtur esse causa cur propheta extincto puero se magis infuderit, ut magis juxta parentùm consuetudinem, dolorem suum, et amorem vehementiùs exprimeret, et eo nomine magis Deum ad commiserationem inflecteret, et quo præsente puero, sibique quodam modo colligato excitaretur ad orandum ardentiùs.

Dicitur porrò incubuisse super filium puerum, ut ostendatur in excitando puero plurimùm laborâsse prophetam; neque oratio videtur esse brevis, aut ignava, cùm præsentem haberet exanimem puerum, qui dolorem acueret, et optimè de se meritam matrem, quæ studium inflammaret obtinendi voti. Quare iterùm, atque iterùm orat, neque remissè aut languidè, atque ideò clamâsse dicitur ad Dominum, quod indicat ferventissimæ orationis non leve pondus. Iterùm atque iterùm incumbit, ut seipsum magis ad orandum atque clamandum incitet, neque cessat ab eo studio contentio, neque clamor, donec in maternum complexum refert redivivum filium.

In Eliâ ad animandi cadaveris negotium intento imaginem video sacerdotis, qui de peccatoris vitâ ac salute satagit: ut enim Elias amplectitur mortuum, neque exanimem horret, cùm tamen id maximè horreat natura mortalium, sic etiam sacerdos, cui ad vitam datum est excitandi mortuos negotium, horrere non debet peccatorem, qui verè mortuus est, quantùmcumque aspectu sit tetro atque horrido, quantùmcumque sanie fluat et tabo, quantùmcumque fœteat, licet scateat vermibus, et ut alter Lazarus quatriduanus intolerabilem fœtorem exhalet; illum tamen amplecti debet iterùm, ac sæpiùs, et super illum lugubre aliquid sonare, clamare vehementer, rugire constanter, omnem adhibere contentionem et machinam, ut à sanie vindicet, ad vitam referat, ut ex tumulo, in quo deformis tabidusque jacebat, effodiat. Quòd si luctator cùm hostem aggreditur, illum etiam amplectitur, ut non foveat molliter, blandiatur amanter, sed ut certans athleticè de statu dejiciat; sic etiam sacerdos amplectatur necesse est rebellem lumini et gratiæ peccatorem, cum illo pugnet, neque tandem aliquid sibi otii et quietis assumat, donec illum à sinu divellat, in quo lethalem contraxerat morbum, et animam egerat infelicem; quod perinde est atque è sepulcro extrahere, et ad auram revocare vitalem, quam spirando ducat.

Sunt qui putant id Eliam agere voluisse, dùm incubabat super puerum, ut carnem foveret, et à suo calore calefaceret, quò ad animandum illud corpus exsangue et frigidum disponeret, sicut calore sensim disponuntur ligna, ut ignem concipiant. Quidquid sit de Eliæ in hâc incubatione consilio, non laboro, quia fortassè ab hâc cogitatione longè aberat Elias. Verùm libro 4 Regum, cap. 4, vers. 34, ubi quàm simillimum huic accidit miraculum, antequàm puer revivisceret, illius caro dicitur calefacta, quasi eo modo foret ad excipiendam animam aptè disposita. In re tamen morali, ad excitandum peccatorem à morte maximè curare debet sacerdos, ut per frigidum culparum glacie peccatoris pectus devotionis calore confoveat, et ad gratiam, quæ animarum nostrarum vita est, eâ ratione disponat, si modò velit aliquem ex sacramento Pœnitentiæ fructum capere. Quam in rem tribus vicibus, id est, iterùm, sæpiùs incumbendum est: aliter enim pœnitentia non vivificabit exanimem, si adsit idonea ad vitia dispositio: ignis enim, nisi calidum lignum non accendit; ita pœnitentia, nisi priùs animus calorem à devotione conceperit, non evocat ad vitam. Incumbunt priùs ovis aviculæ, et suo calore confovent, neque aliter vivunt et excluduntur pulli: sic etiam incumbat sacerdos necesse est, si modò quem expectat, videre studet spiritum salutis. (1)

(1) Vers. 22. — Et reversa est anima pueri intra eum. *Reversa*, scilicet è limbo. Hinc patet animæ hominis immortalitas. Hic puer est primus ab origine mundi à morte ad vitam sus-

CAPUT XVIII.

1. Post dies multos factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio, dicens : Vade, et ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ.

2. Ivit ergo Elias, ut ostenderet se Achab. Erat autem fames vehemens in Samariâ.

3. Vocavitque Achab Abdiam dispensatorem domûs suæ. Abdias autem timebat Dominum valdè;

4. Nam cùm interficeret Jezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, et abscondit eos quinquagenos et quinquagenos in speluncis, et pavit eos pane et aquâ.

5. Dixit ergo Achab ad Abdiam : Vade in terram ad universos fontes aquarum et in cunctas valles, si fortè possimus invenire herbam, et salvare equos et mulos, et non penitùs jumenta intereant.

6. Diviseruntque sibi regiones ut circuirent eas; Achab ibat per viam unam, et Abdias per viam alteram seorsùm.

7. Cùmque esset Abdias in viâ, Elias occurrit ei; qui cùm cognovisset eum, cecidit super faciem suam, et ait : Num tu es, domine mi Elias?

8. Cui ille respondit : Ego. Vade, et dic domino tuo : Adest Elias.

9. Et ille : Quid peccavi, inquit, quoniam tradis me servum tuum in manu Achab ut interficiat me?

10. Vivit Dominus Deus tuus! quia non est gens aut regnum quò non miserit dominus meus te requirens; et, respondentibus cunctis : Non est hìc, adjuravit regna singula et gentes, eò quòd minimè reperireris.

11. Et nunc tu dicis mihi : Vade, et dic domino tuo : Adest Elias.

12. Cùmque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro; et ingressus nuntiabo Achab, et, non inveniens te, interficiet me : servus

citatus; nec enim alium eo priorem suscitatum legimus. Ita Cajetan. Denique cœnaculum, sive locus in quo Elias hunc puerum è morte suscitavit, etiamnum ostenditur, ait Adrichom. in Sarephthâ. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE XVIII.

1. Long-temps après, le Seigneur adressa sa parole à Elie, en la troisième année, disant : Allez, présentez-vous devant Achab, afin que je fasse tomber la pluie sur la terre *d'une manière qui l'assure que c'est moi qui la donne et la retiens.*

2. Elie s'en alla donc pour se présenter devant Achab. Cependant la famine était extrême dans Samarie.

3. Et Achab fit venir Abdias, intendant de sa maison. C'était un homme qui craignait fort le Seigneur;

4. Car, lorsque Jézabel tuait les prophètes du Seigneur, il en prit cent, qu'il cacha dans des cavernes, cinquante dans l'une, et cinquante dans l'autre, et il les nourrit de pain et d'eau.

5. Achab dit donc à Abdias : Allez par le pays à toutes les fontaines et à toutes les vallées, pour voir si nous pourrons trouver de l'herbe, afin de sauver les chevaux et les mulets, et que toutes les bêtes ne meurent pas.

6. Ils partagèrent donc le pays entre eux pour aller chercher de tous côtés : Achab allait par un chemin, et Abdias allait séparément par un autre.

7. Et lorsque Abdias était en chemin, Elie vint au-devant de lui. Abdias, l'ayant reconnu, se prosterna le visage contre terre, et lui dit : Est-ce vous, Elie, mon seigneur?

8. Il lui répondit : C'est moi. Allez, et dites à votre maître : Voici Elie.

9. Quel péché ai-je commis, dit Abdias, pour que vous me livriez, moi, votre serviteur, entre les mains d'Achab, afin qu'il me fasse mourir?

10. Vive le Seigneur, votre Dieu! il n'y a point de nation ni de royaume où mon seigneur n'ait envoyé vous chercher; et, tous lui disant que vous n'y étiez pas, et voyant qu'on ne vous trouvait point, il a conjuré les rois et les peuples *de lui découvrir où vous étiez.*

11. Et maintenant vous me dites : Allez, et dites à votre maître : Voici Elie.

12. Et après que je vous aurai quitté, l'Esprit du Seigneur vous transportera en quelque lieu qui me sera inconnu, et quand j'aurai averti Achab *de votre arrivée,* si *après cela* il ne vous trouve point, il me fera mourir; cependant votre serviteur *ne mérite pas que vous*

autem tuus timet Dominum ab infantiâ suâ.

13. Numquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim cùm interficeret Jezabel prophetas Domini, quòd absconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos et quinquagenos in speluncis, et paverim eos pane et aquâ?

14. Et nunc tu dicis: Vade, et dic domino tuo: Adest Elias, ut interficiat me!

15. Et dixit Elias: Vivit Dominus exercituum, ante cujus vultum sto! quia hodiè apparebo ei.

16. Abiit ergo Abdias in occursum Achab, et indicavit ei. Venitque Achab in occursum Eliæ.

17. Et cùm vidisset eum, ait: Tune es ille qui conturbas Israel?

18. Et ille ait: Non ego turbavi Israel, sed tu et domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, et secuti estis Baalim.

19. Verumtamen nunc mitte, et congrega ad me universum Israel in monte Carmeli, et prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensâ Jezabel.

20. Misit Achab ad omnes filios Israel, et congregavit prophetas in monte Carmeli.

21. Accedens autem Elias ad omnem populum, ait: Usquequò claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum.

22. Et ait rursùs Elias ad populum: Ego remansi propheta Domini solus; prophetæ autem Baal quadringenti et quinquaginta viri sunt.

23. Dentur nobis duo boves; et illi eligant sibi bovem unum, et, in frusta cædentes, ponant super ligna, ignem autem non supponant; et ego faciam bovem alterum, et imponam super ligna, ignem autem non supponam.

24. Invocate nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Domini mei; et Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit

l'exposiez, puisqu'il craint le Seigneur depuis son enfance.

13. Ne vous a-t-on pas dit, à vous, mon seigneur, ce que je fis lorsque Jézabel tuait les prophètes du Seigneur? et que je cachai cent de ces prophètes dans des cavernes, en ayant mis cinquante d'un côté et cinquante d'un autre, et que je les nourris de pain et d'eau?

14. Et après cela vous me dites: Allez, et dites à votre maître: Voici Elie, afin qu'il me tue!

15. Elie lui dit: Vive le Seigneur des armées, en la présence duquel je suis! je me présenterai aujourd'hui devant Achab.

16. Abdias alla donc trouver Achab, et lui fit ce rapport. Et Achab vint à la rencontre d'Elie,

17. Et, le voyant, il lui dit: N'êtes-vous pas celui qui trouble Israël?

18. Elie lui répondit: Ce n'est pas moi qui ai troublé Israël, mais c'est vous-même et la maison de votre père, lorsque vous avez abandonné les commandements du Seigneur et que vous avez suivi Baal.

19. Néanmoins envoyez maintenant vers Israël; et faites assembler tout le peuple sur le mont Carmel, et les quatre cent cinquante prophètes de Baal, avec les quatre cents prophètes des grands-bois que Jézabel nourrit de sa table.

20. Achab envoya donc quérir tous les enfants d'Israël, et il assembla les prophètes *de Baal* sur la montagne de Carmel.

21. Elie, s'approchant de tout le peuple, lui dit: Jusqu'à quand boiterez-vous des deux côtés? Si le Seigneur est Dieu, suivez-le; et si Baal est Dieu, suivez-le. Le peuple ne lui répondit pas un mot.

22. Elie dit encore au peuple: Je suis demeuré tout seul d'entre les prophètes du Seigneur, au lieu que les prophètes de Baal sont au nombre de quatre cent cinquante.

23. Qu'on nous donne deux bœufs, qu'ils en choisissent un pour eux, et que, l'ayant coupé par morceaux, ils le mettent sur du bois sans mettre du feu par dessous; et moi je sacrifierai l'autre bœuf, et, le mettant aussi sur le bois, je ne mettrai pas non plus de feu au-dessous.

24. Invoquez le nom de vos dieux; et moi j'invoquerai le nom de mon Seigneur; et que le Dieu qui accordera le feu à nos prières, soit reconnu pour Dieu. Tout le peuple répondit: La proposition est très-juste.

Deus. Respondens omnis populus, ait: Optima propositio

25. Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bovem unum, et facite primi, quia vos plures estis; et invocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis.

26. Qui cùm tulissent bovem quem dederat eis, fecerunt; et invocabant nomen Baal de mane usque ad meridiem, dicentes: Baal, exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet. Transiliebantque altare quod fecerant.

27. Cùmque esset jam meridies, illudebat illis Elias dicens: Clamate voce majore (deus enim est, et forsitan loquitur, aut in diversorio est aut in itinere, aut certè dormit), ut excitetur.

28. Clamabant ergo voce magnâ, et incidebant se juxta ritum suum cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine.

29. Postquàm autem transiit meridies, et, illis prophetantibus, venerat tempus quo sacrificium offerri solet, nec audiebabatur vox, nec aliquis respondebat, nec attendebat orantes,

30. Dixit Elias omni populo: Venite ad me. Et, accedente ad se populo, curavit altare Domini quod destructum fuerat.

31. Et tulit duodecim lapides (juxta numerum tribuum filiorum Jacob, ad quem factus est sermo Domini, dicens: Israel erit nomen tuum);

32. Et ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini; fecitque aquæductum quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris.

33. Et composuit ligna; divisitque per membra bovem, et posuit super ligna;

34. Et ait: Implete quatuor hydrias aquâ, et fundite super holocaustum et super ligna. Rursùmque dixit: Etiam secundò hoc facite. Qui cùm fecissent secundò, ait: Etiam tertiò idipsum facite. Feceruntque tertiò;

35. Et currebant aquæ circùm altare, et fossa aquæductûs repleta est.

36. Cùmque jam tempus esset ut offerretur holocaustum, accedens Elias pro-

25. Elie dit donc aux prophètes de Baal: Choisissez un bœuf pour vous, et commencez les premiers, parce que vous êtes en plus grand nombre; et invoquez le nom de vos dieux, sans mettre le feu au bois.

26. Ayant donc pris le bœuf qui leur fut donné, ils offrirent leur sacrifice; et ils invoquaient le nom de Baal depuis le matin jusqu'à midi, en disant: Baal, exaucez-nous. Mais Baal n'avait point de voix, et nul ne leur répondait. Cependant ils sautaient par-dessus l'autel qu'ils avaient fait.

27. Il était déjà midi, et Elie commença de se moquer d'eux, en leur disant: Criez plus haut, car votre Dieu Baal parle peut-être à quelqu'un, ou il est en chemin ou dans une hôtellerie; il dort peut-être, et il faut qu'on le réveille.

28. Ils se mirent donc à crier encore plus haut, et ils se faisaient des incisions, selon leur coutume, avec des couteaux et des lancettes, jusqu'à ce qu'ils fussent couverts de leur sang.

29. Midi était passé, et le temps était venu auquel on avait coutume d'offrir le sacrifice, et ils s'agitaient encore avec violence; leur dieu Baal était sourd, et il n'y avait personne qui répondît, ni qui parût entendre leurs prières.

30. Alors Elie dit à tout le peuple: Venez avec moi. Et, le peuple s'étant approché de lui, il rétablit l'autel du Seigneur qui avait été détruit.

31. Il prit douze pierres, selon le nombre des tribus des enfants de Jacob, auquel le Seigneur avait adressé sa parole, en lui disant: Israël sera votre nom.

32. Et il bâtit de ces pierres un autel au nom du Seigneur. Il fit une rigole, et comme deux petits sillons autour de l'autel;

33. Il prépara le bois, coupa le bœuf par morceaux et le mit sur le bois,

34. Et dit: Emplissez d'eau quatre cruches, et répandez-les sur l'holocauste et sur le bois. Il ajouta: Faites encore la même chose une seconde fois. Et, l'ayant fait une seconde fois, il leur dit: Faites encore la même chose pour la troisième fois. Et ils le firent pour la troisième fois,

35. En sorte que les eaux couraient autour de l'autel et que la rigole en était toute pleine.

36. Le temps étant venu d'offrir l'holocauste, le prophète Elie s'approcha, et dit:

pheta ait : Domine Deus Abraham et Isaac et Israel, ostende hodiè quia tu es Deus Israel, et ego servus tuus, et juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.

37. Exaudi me, Domine, exaudi me, ut discat populus iste quia tu es Dominus Deus, et tu convertisti cor eorum iterùm.

38. Cecidit autem ignis Domini, et voravit holocaustum, et ligna, et lapides, pulverem quoque, et aquam quæ erat in æquæductu lambens.

39. Quod cùm vidisset omnis populus cecidit in faciem suam, et ait : Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.

40. Dixitque Elias ad eos : Apprehendite prophetas Baal, et ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, et interfecit eos ibi.

41. Et ait Elias ad Achab : Ascende, comede, et bibe, quia sonus multæ pluviæ est.

42. Ascendit Achab ut comederet et biberet; Elias autem ascendit in verticem Carmeli, et, pronus in terram, posuit faciem suam inter genua sua.

43. Et dixit ad puerum suum : Ascende et prospice contra mare. Qui cùm ascendisset, et contemplatus esset, ait : Non est quidquam. Et rursùm ait illi : Revertere, septem vicibus.

44. In septimà autem vice ecce nubecula, parva quasi vestigium hominis, ascendebat de mari. Qui ait : Ascende, et dic Achab : Junge currum tuum, et descende, ne occupet te pluvia.

45. Cùmque se verteret hùc atque illùc, ecce cœli contenebrati sunt, et nubes, et ventus, et facta est pluvia grandis. Ascendens itaque Achab abiit in Jezrahel;

46. Et manus Domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab donec veniret in Jezrahel.

Seigneur, Dieu d'Abraham, d'Isaac et d'Israël, faites voir aujourd'hui que vous êtes le Dieu d'Israël, et que je suis votre serviteur, et que c'est par votre ordre que j'ai fait toutes ces choses.

37. Exaucez-moi, Seigneur, exaucez-moi, afin que ce peuple apprenne que vous êtes le Seigneur Dieu, et que vous avez de nouveau converti leur cœur.

38. Et le feu du Seigneur tomba *du ciel*, et dévora l'holocauste, le bois et les pierres, la poussière même, et l'eau qui était dans la rigole.

39. Ce que tout le peuple ayant vu, il se prosterna le visage contre terre, et dit : C'est le Seigneur qui est Dieu, c'est le Seigneur qui est Dieu.

40. Alors Elie leur dit : Prenez les prophètes de Baal, et qu'il n'en échappe pas un seul. Et le peuple s'étant saisi d'eux, Elie les mena au torrent de Cison, où il les fit mourir.

41. Elie dit ensuite à Achab : Allez, mangez et buvez *ce que vous avez en réserve*, car j'entends le bruit d'une grande pluie.

42. Achab s'en alla pour manger et pour boire, et Elie monta sur le haut du Carmel, où se penchant en terre, il mit son visage entre ses genoux *pour implorer avec ardeur le secours du Seigneur*.

43. Et, *plein de foi*, il dit à son serviteur : Allez, et regardez du côté de la mer. Ce serviteur étant allé regarder, vint lui dire : Il n'y a rien. Elie lui dit encore : Retournez-y; *et cela arriva* sept fois.

44. Et la septième fois, il parut un petit nuage qui s'élevait de la mer, grand comme le pied d'un homme. Elie dit à son serviteur : Allez dire à Achab : Faites mettre les chevaux à votre char, et allez vite, de peur que la pluie ne vous surprenne.

45. Et lorsqu'il se tournait d'un côté et d'un autre, voilà le ciel couvert de ténèbres, des nuées, du vent, et il tomba une grande pluie. Achab, montant donc *sur son char*, s'en alla à Jezrahel.

46. En même temps la main du Seigneur fut sur Elie, et s'étant ceint les reins, celui-ci courait devant Achab, jusqu'à ce qu'il vînt à Jezrahel.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Post dies multos factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio. Quoto anno, vel mense, ex quo sibi in domo viduæ hospitium paraverat Elias, mandatum acceperit, ut occurreret Achab, incertum est; tantùm enim habemus post multos dies, et anno tertio hoc habuisse à Domino mandatum. Ex hoc loco quidam existimant famem durasse triennium, quod quidem, si Scripturæ consuetudinem aspicias, durum non est, quæ inceptos atque imperfectos annos interdùm omittit, interdùm pro perfectis numerat. Supra, c. 2,

v. 11, David regnâsse dicitur septem annos in Hebron. Item lib. 1 Paralip. cap. 29, v. 23, et tamen lib. 1 Paralip. c. 3, vers. 4, septem annos et sex menses regnâsse dicitur in Hebron ; alibi omissos, hìc expressos vides menses sex. Sic cùm hoc loco tres annos tantùm videatur defecisse pluvia et fames inducta, apud Lucam tamen c. 4, et Jacobi c. 5, durâsse dicitur fames aut cœlesti rore caruisse terra annos tres, et menses sex. Nisi fortè dicas quod nonnulli putant, tertio anno, ex quo Elias in Sarephthanæ viduæ venit hospitium, hoc à Domino habuisse præceptum quasi sex mensibus fuerit in torrente Carith, et annis tribus in Sarephtha Sidoniorum. Quod diximus videri difficile. Alii putant tres annos et sex menses negatam esse pluviam in Israel : exactis tamen sex mensibus cœpisse populum laborare fame, et à tertio anno ex quo grassari fames cœpit, Eliam occurrisse Achab. Utraque solutio non levibus laborat incommodis, multò magis videtur esse soluta, quæ primo loco à nobis posita est.

Vers. 1. — Vade, et ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ (1). Posset

(1) *Le Seigneur dit à Elie : Allez, présentez-vous devant Achab, afin que je fasse tomber la pluie.* Les interprètes ont remarqué que cet ordre que Dieu donna à Elie, d'aller trouver le roi Achab, pouvait paraître un peu dur, puisqu'il l'envoyait vers un prince qui était son plus cruel ennemi, et qui cherchait à le faire prendre. Cependant l'obéissance de ce prohète n'en peut point être ébranlée, et il suffit que Dieu lui commande de faire une chose, pour qu'il l'éxécute sans délibérer, sachant que celui par l'ordre duquel il agit est tout-puissant pour le protéger. Il est vrai que le sujet pour lequel Dieu ordonnait à Elie d'aller trouver le roi Achab, devait être agréable à ce prince, puisque c'était pour lui procurer et à tout son peuple ce qu'il désirait depuis si long-temps, c'est-à-dire pour ouvrir le ciel qui était fermé, et faire descendre la pluie sur la terre toute brûlée par la sécheresse et par l'ardeur du soleil. Ce qu'il accordait, dit un interprète, non pas à ce prince, qui en était tout-à-fait indigne, mais au mérite de tant de justes qui ne fléchirent point le genou devant Baal.

Que si l'on demande d'où vient que Dieu obligeait Elie de se transporter vers Achab pour ce sujet, comme s'il n'avait pas pu répandre la rosée du ciel, sans que le prophète allât trouver cet impie, on peut répondre que, comme il avait fermé le ciel par la prière de son serviteur, il ne voulait point non plus l'ouvrir que par sa prière, et que l'ordre de sa providence demandait qu'Achab, qui se signalait par une si grande impiété, fût témoin lui-même et de la toute-puissance de celui qu'il déshonorait par sa conduite et de la vertu toute divine de la foi de son prophète. (Sacy.)

Deus, inscio atque etiam invito et renitente Eliâ, missis largè in terram sitientem imbribus exhilarare et reficere deficientes homines. Noluit tamen, nisi conscio ac penè consulto, et inspectantibus aliis, hoc ipsum à Deo impetrante, quò major illius esset apud omnes auctoritas, et talis existimaretur, qui posset, cùm vellet, claudere et aperire cœlos, et peccatores homines aut inediâ conficere, aut ad satietatem usque alimentis explere, usque adeò Eliæ apud homines existimationi consultum esse voluit. Quare impertiri imbrem hominibus noluit, donec Elias appareret Achab, et illi contra omnium spem, cùm cœlum adhuc ferreum appareret, pluviam promitteret, quo illo tempore nullum videbatur majus conferri posse beneficium; aut etiam id agebat Deus, ut omnes ab Eliâ impensiùs orante, et à Domino impetrante, et quasi extorquente pluviam, vel inviti cognoscerent à Deo priùs, cessante pluviâ, inductam esse famem, et postea insperatò concessâ fuisse depulsam.

Vers. 2. — Ivit ergo Elias ut ostenderet se Achab. Prodit sese hìc Eliæ obedientia mirabilis, qui cùm sciret offensum in se graviter Achab, et id egisse sæpè ac diù, ut illum comprehenderet et occideret, cùm ab eo putaret immissam esse famem, quæ tunc vehementissimè Samariam urgebat, et eam ob rem omnes Israeliticæ terræ sinus scrutatus fuerat, ut ab eo (ut dicemus statim) calamitatis publicæ pœnas exigeret; sed timores omnes superavit facilè obsequentis animi invicta constantia, et exorbuit quicquid ab exulcerato regis animo in ipsius caput parari, aut excogitari potuit.

Hìc Elias magnum illis documentum dedit, qui secessum sibi et solitudinem elegerunt, ut quietem relinquant et orationis quietum otium, si quando proximorum salus nostrorum à nobis studium et operam requirat. Sic enim Deus illud probat ut istud præcipiat. Egebat populus, qui aureum vitulum supplex adorabat, Moysis præsentiâ ; jubet Dominus, ut se relicto quamprimùm ad populum descendat, Exod. 32, v. 7 : *Vade, et descende, peccavit populus tuus.* Notum est et celebre hominum memoriâ, quod de Phraate viro sanctissimo, et maximoperè solitudinis amanti refert Theodoretus, in Historiâ lib. 4, c. 24. Cùm enim quò se imperatoris Valentis consiliis opponeret, reique catholicæ ab impiis oppugnatæ subveniret, secessum deseruisset et solitudinem, eoque nomine reprehenderetur ab imperatore, quasi

alienis se et secularibus curis implicaret homo solitarius, eumque ad suam sibi cellam redire juberet; ille ad imperatorem intrepidè: « Dicito, inquit, mihi, ô imperator, si filia « alicujus essem, et sederem in conclavi, uti « ædes curarem, atque deinde cernerem flam- « mas in eas incidisse, ædesque paternas jam « conflagrare, quid me facere oporteret? intùs- « ne manere, et ædes incensas negligere, ex- « pectareque donec flammæ impetus longiùs « pervaderet, an relicto conclavi sursùm, « deorsùmque cursitare, et aquam afferre, « quæ flammam extingueret? Atque hoc ipsum « nos agimus, imperator. Etenim cùm tu jam « in patris nostri ædes flammam injeceris, nos « circumcursitamus, quò eam maturè possimus « extinguere. » (1)

Vers. 3. — Vocavitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ. Abdias vir erat religiosus et pius, qui patriam legem adhuc retinebat. Quod in regis impii domo, et inter aulicos impios conservâsse tamdiù planè prodigii instar est, maximè cùm regiæ domûs dispensator esset, quem locum ille tenere non solet, qui non se totum regum moribus et votis attemperat. Hic autem usque adeò religionem patriam, et ipsius amatores complexus est studiosè, ut contra regis voluntatem, et reginæ Jezabelis inflammatum odium, quo veri Dei nomen et cultum, sublatis de medio prophetis, abolere voluit, servârit tamen centum prophetas, illosque in tantâ rerum angustiâ abundè sustentârit, et, ut est verisimile, ex regio penu, cujus ipse dispensator erat. De hoc Abdiâ quidam è nostris multa cum Hebræis meditantur interpretes, nempe fuisse unum ex duodecim prophetis, qui quarto annumeratur loco, quâ de re nos in illius Commentariis plura proleg. 1. Quòd si ita est, ducentis propè annis antiquior fuit aliis qui sub hoc nomine scriptis vaticinia sua prodiderunt: tantùm enim temporis intercessit inter Achab et reges alios quorum ætate floruerunt alii. Hoc minùs est improbabile; illud verò difficilius, maritum fuisse illius Sunamitidis, cujus filium excitavit Eliseus lib. 4 Reg. c. 4. Quod refert ex Hebræorum sententiâ Lyra, in lib. 4 Reg. De quo nos aliquid in nostris Abdiæ et Jonæ Prophetarum Commentariis in prolegomenis. Ubi observo pro Sunamitide positam esse Sarephthanam viduam, et hujus conjugem existimari Abdiam, et licet id in erratis animadversum sit, tamen hujus rei lectorem admonitum esse volo, qui neque semper errata consulit, cùm tamen maximè interdùm expediat, neque omnes libri cum erratorum notis à bibliopolis distrahantur.

Hic porrò Abdias discipulus existimatur Eliæ, ut docet Joannes episcopus Hierosolymitanus de Institutione monachorum, c. 15, t. 7 Biblioth., ubi etiam tradit esse illum quinquagenarium qui tertio loco missus fuit ab Oziâ, quem supplicem audivit Elias, fecitque ne illum ignis è cœlo delapsus absumeret, cujus beneficii memor relictâ aulâ ad solitudinem se contulit, et totum se in Eliæ tradidit disciplinam. Quod tenent complures alii, et in nostris Comment. in Abdiam diximus, proleg. 2. (1)

Vers. 5. — Vade in terram ad universos fontes aquarum, et in cunctas valles, si forte possimus invenire herbam. Ex hoc loco colligere posse videor in eâ tantùm parte Israelitidis regionis, quæ ad Achab pertinebat, contigisse triennalem famem ex agrorum siti. Neque enim egressus esse dicitur Achab, et illius dispensator Abdias, ut frumenta quærerent, quia illa coempta pretio ex vicinis urbibus, quas grandis illa sitis agrorum non tetigerat, comportari poterant; sed quia in alienas regiones pabulandi atque aquandi gratiâ,

(1) Erat autem fames vehemens in Samaria, in metropoli scilicet, ac per totum regnum sæviens. Samaria enim usurpatur non rarò pro Israelitarum ditione universâ. Credibile est autem siccitatem hanc et famem nonnisi in regno Achab, vel ut summum, in vicinis locis regnâsse. Porrò è finitimis regionibus triticum deducebatur, at mox sese offeret Achabus quærens pascua et fœnum jumentis potiùs quàm hominibus frumentum; idcircò scilicet, quòd facilis esset hominibus ratio quâ sibi aliunde necessaria procurarent. Alioqui enim nunquàm regnum Israeliticum toto triennio sine messibus substitisset. (Calmet.)

(1) Vers. 4. — Tulit ille centum prophetas, et abscondit eos. Abulensis putat prophetas hosce fuisse prophetas propriè dictos. Planiùs Lyran. et Cajetan. censent, eos fuisse viros religiosos, qui abdicatis curis terrenis, seorsim simul habitantes, divinis laudibus insistebant, uti faciunt jam cœnobitæ. Simili modo legimus, 1 Reg. 19, 20, chorum prophetarum non tantùm vocali cantu, sed et musicis instrumentis unà cum Samuele et Saüle laudâsse Deum. Sic Heman et Idithun cantores dicuntur prophetâsse, id est, cecinisse psalmos in citharis et psalteriis, 1 Paral., 25. (Corn. à Lap.)

Vers. 4. — Pavit eos pane et aqua, id est, illis suppeditans, quò vitam tolerarent, cibos et potum. Vel verbis textûs inhærendo: Pavit eos solùm pane et aquâ, ut alerentur in extremis illis famis, quò redacti erant angustiis. Fas est utique in his rerum articulis violare principum imperia, cùm Deo potiùs quàm hominibus parendum sit. (Calmet.)

equi ac reliqua jumenta transportari non poterant, aut non sine magno suo periculo, aut rerum domesticarum dispendio, in suis provinciis fontes et pabula requirunt, ubi quod jumentorum erat reliquum conservarent. Quæ cura tanti putabatur esse momenti, ut illam rex ipse susceperit, quasi in illis rerum angustiis suæ majestati non indecoram, et cum illo communicârit cui domûs suæ dispensationem crediderat, quemque ex omnibus sollicitum magis, magisque fidelem fuerat expertus.

Vers. 9. — Quid peccavi, inquit, quoniam tradis me servum tuum in manus Achab? Egressus fuerat Elias juxta Domini præceptum è Sarephthano hospitio, ut occurreret Achab, sed incidit in Abdiam, qui non multò ante, ut apparet, in eo pabulandi studio digressus fuerat à domino suo, cui jubet ut ad regem redeat, illique enuntiet adesse Eliam. Expavit ad hoc mandatum Abdias, cùm videret in eo non dubium capitis periculum proponi; quod quale sit, dicemus statim.

Vers. 10. — Non est gens, aut regnum, quo non miserit dominus meus te requirens. Non poterat majori studio requiri, quàm à rege quæsitus est Elias, cùm omnes regni sinus et latebras perscrutatus fuerit; et cum à nemine prorsùs inventus esset, adjuraret omnes ut interpositâ jurisjurandi religione certiùs constaret nullibi gentium reperiri, et nequicquam ab ullo post hoc esse quærendum, aut jurejurando adegit, ut quicumque invenerit Eliam, illum comprehenderet, et ad se deduceret. Quod etiam finitima regna promisisse videntur, tum quia aliqui cum Achab intercedebant usus et officia; tum etiam quia timebant ne sibi aliquid mali contingeret ex vicino malo. Ita Lyra et Abulensis quæst. 9. Quem ad finem Achab investigârit Eliam, dubium est. Quidam dicunt quæsitum esse à rege, non ut illum occideret tanquàm publicæ rei inimicum, quasi siti voluerit et tabe ingentem illum populum consumere, cùm dare potuerit de cœlo pluviam, sicut priùs ademerat. Dixerat enim supra c. 17, v. 1 : *Vivit Dominus*, etc., *si erit annis his ros, et pluvia, nisi juxta oris mei verba.* Cùm autem videret Achab prohibitam esse tamdiù pluviam, sicut minatus fuerat Elias, futurum etiam credidit, ut ad ejus imperium pluvia deflueret, et levaretur fames. Ita putat Abulensis q. 8. Alii expetitum dicunt Eliam ad mortem tanquàm acerbissimum rei communis hostem, qui ad extremam miseriam adegisset populum, maximè urgente Jezabele, quæ Prophetas Domini animo insectabatur hostili et illorum plurimos occiderat, et extinxisset complures alios, nisi illos tyrannico furori Abdiæ sedulitas et fides subduxisset. Ita tenet Hugo et Augustinus lib. 2 de Mirab.: « A Domino, inquit, Eliæ dicitur, ut in spe« luncâ torrentis Carith se absconderet, qua« tenùs, et tempore famis haberet alimoniam, « et persecutorum avidè se quærentium rabi« dam effugeret iram. » Quam ego sententiam libentiùs amplector. Neque dubium sui consilii atque animi argumentum dedit Achab, qui non mollibus verbis excepit Eliam, qualibus supplices alios salutare solent, sed duris et contumeliosis, ita ut facilè videas spiritus intùs latere minaces, qui rabiem anhelarent et cædem, atque compressum diù acerbitatis venenum evomerent. *Tune*, inquit, *es, qui conturbas Israel?*

Vers. 12.—Cumque recessero a te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro. Ex hoc loco quivis facilè sibi persuadebit non semel à Spiritu raptum fuisse Eliam et ex hominum oculis ereptum : neque enim aptè et opportunè hæc dixisset Abdias, nisi aliquid simile aut vidisset ipse, aut audiisset antea. Quod etiam indicant Prophetæ illi qui Eliæ atque Eliseo fuêre familiares, qui nisi ejusmodi aliquid cognovissent, non dixissent Eliseo, postquàm ab illorum oculis sublatus est Elias, 4 Reg. c. 2 : *Ecce servi tui sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, et quærere dominum tuum, ne fortè tulerit eum Spiritus Domini, et projecerit in uno montium, aut in unâ vallium.* Ita putat Abulensis q. 10, et statim q. 11, et q. 12, licet verisimile putet spiritum illum, à quo raptus dicitur Elias, esse angelum à quo non aliter sublatus censeri potest, quàm Habacuc, quando Danieli ad Babylonem usque detulit cibum; tamen eò magis propendet, ut existimet spiritum istum ventum fuisse vehementem : seu turbinem, qui aliquando abripuit prophetam, et ab hominum oculis aliò procul præcipitem abduxit : quod ideò putat, quia sumptâ, ut apparet, ex aliis Eliæ raptibus conjecturâ, dixerunt prophetæ ad Eliseum de Eliâ: *Ne fortè tulerit eum Spiritus Domini, et projecerit in uno montium, aut in unâ vallium.* « Projicere, inquit, non est angeli, qui potiùs « deponeret quàm projiceret Eliam; sed venti, « qui impetu aliquo absque consilio aliquid cir« cumagit et rapit, et ibi relinquit temerè, ubi « primùm impetus sedatur et frangitur. » Quod confirmat alius raptus Eliæ, qui fuit omnium

extremus : nam lib. 4 Reg. c. 2, v. 11, ubi legimus : *Ascendit Elias per turbinem in cœlum.* Et Eccles. 48, v. 13 : *Qui receptus est in turbine ignis in curru equorum igneorum.* In hanc ego sententiam libentiùs descendo. (1)

Vers. 17. — Tune es ille, qui conturbas Israel (2) ? Hæc verba non sunt ejus, qui ad alicujus clementiam supplex accedat, ut aliquid sibi necessarium obtineat, sed illius qui adhuc compressum servat odium, et aliquid secum meditatur hostile. Conturbatum esse Israelem, et urgente fame compulsum exire domo, et ab alienis quærere necessaria vitæ subsidia, Eliæ quasi sui generis inimico adscribit Achab, neque quâ erat in Eliam offensione abstinuisset manus à cæde, vel injuriâ, nisi Deus, cujus tunc parebat Elias imperio, aut sedâsset animum, aut metum, atque languorem indidisset; sicut antea Esaü fratris, et soceri Laban adversùs Jacob inflammatum furorem temperâsset.

Sed tu, et domus patris tui. Indidit Deus Eliæ frontem sicut adamantem et silicem, ut postea Ezechieli cap. 3, v. 9, ut duram et adamantinam frontem adamantinæ inimicorum fronti adversam opponeret. Quare non minùs constanter respondet regi, quàm à rege in ipsum convicia jactantur liberè. Nec dubitat dicere propter ipsius ac parentis impietatem turbatum esse Israelem, et ad extremum penè statum deductum, cùm veram religionem abjecerit, et gentilicos mores, et barbaram impietatem induxerit. Quod sanè verum fuit : nam si ad alienos deos non transfugisset Achab, et subjectos sibi populos secum non traduxisset, non audiisset à prophetâ minacem orationem, neque illius pondus esset expertus.

Vers. 18. — Verumtamen nunc mitte, et congrega ad me universum Israel. Non dubium quin inter regem et Eliam longior esset institutus sermo, et hinc atque inde objectæ atque depulsæ criminationes, et orta longa utrinque de religione concertatio. Postquàm eò deventum est ut in eum locum cui tunc, opinor, proximè consederant, ad montem videlicet Carmelum, convocaretur universus Israel, et quotquot essent lucorum sacerdotes, Baalis sacrificuli, et prophetæ, et ibi spectante populo honesta iniretur et legitima ratio quæ religionem probaret, aut argueret levitatis quam ipse, qui tunc erat in eâ populorum frequentiâ solus aut alii omnes venerarentur et colerent. Quod ideò, ut opinor, à rege non nimis sibi benevolo, ac reliquâ multitudine impetrare potuit, quia non aliter dandam sibi desideratam tamdiù de cœlo pluviam sibi persuaserant. Statim igitur rex convocavit Israelem, et Baalis sacerdotes, et prophetas ad condictum locum. Neque parùm videtur interjectum spatii, cùm latè essent sacerdotes, prophetæque dispersi, et ex omnibus tribubus essent congregandi non pauci. Interim verò existimo in Carmelum secessisse prophetam, ut rem totam commendaret Domino, ubi ipse forsitan orârat sæpè ferventer, et plurimas desuper illustrationes acceperat. Aut igitur eâ de causâ Carmelum elegit, quasi futuri certaminis nobile stadium, aut quia Prophetas veros, suosque discipulos ibi interfecerat impia Jezabel, cùm ibi commune suum haberent diversorium, et quia non occultè pietati vacabant, Jezabelis sedulitatem, et illius ministrorum oculos latere non poterant. Voluisse itaque videtur Elias auctorare ibi et commendare religionem veram, ubi effuso tot Prophetarum sanguine, illam Jezabel exauctorare, et damnare voluerat, ut ibi impiorum prophetarum sanguinem profunderet, ubi piorum viderat esse profusum. (1)

(1) Vers. 13. — Cum interficeret Jezabel prophetas Domini. Contigit id facilè quo tempore Elias latebat in secessu, et per primos ariditatis annos; tunc autem Jezabel prophetas Domini studiosè perquirens, neci omnes tradidit. Quàm multos autem peremerit, argumentum capere licet ex illis quos Abdias solus subduxit è discrimine. Erant illi vitæ genere et professione à reliquo populo distincti, ac potissimùm labore manuum studio ac ministerio, et laudibus Domini occupabantur. Non omnes quidem divinitùs afflabantur, sed parebant prophetis quos superiori lumine afflatos esse omnes nôrant. Sal erant terræ, et lumen regionis, fulcrum religionis, et propugnaculum legum divinarum adversùs crimina et licentiam cùm principis, tùm populi. Veram religionem penitùs in Israele impia Jezabel subversura, nihil non movit, ut cæderet prophetas, viros nempe qui columnæ essent ac firmissimum religionis munimentum.

(Calmet.)

(2) Saint Ambroise témoigne que ce qu'on voyait alors n'était qu'un signe extérieur de l'état des âmes, et que si le ciel était fermé pour ne point donner de pluie sur la terre, il l'était encore plus à l'égard du cœur des hommes qui, bien loin de s'élever en haut pour y révérer le Créateur, se rabaissaient jusqu'à adorer du bois et des pierres. *Clausum cœlum dictum est temporibus Eliæ, eò quòd nemo ad cœlum oculos erigebat, nemo ejus auctorem venerabatur, sed ligna et lapides adorabant.* (Sacy.)

(1) Vers. 19. — Prophetas Baal... prophetasque lucorum. Hi seductores erant, prophetiam et divinum œstrum ementiti, quamvis nonnisi malo spiritu turgerent. Exteriorem veri prophetæ habitum imitati, profano idolorum cultui serviebant. Horum verò genera hìc

Vers. 21. — Accedens autem Elias ad omnem populum, ait : Usquequò claudicatis in duas partes (1). Cùm jàm, quod optabat Elias, maximè esset consecutus, egit ad populum audacter, coarguitque instabilitatis atque perfidiæ, quòd lubricis incederet gressibus, neque in alio certo loco stabili hæreret vestigio, cùm modò Deum verum colere se profiterentur, et tamen ad Achab et Jezabelis vota, ad Baalis aras supplices accederent. Hoc autem est in duas partes claudicare, dùm hùc atque illùc nutante gressu corpus etiam totum, et præcipuè caput dextrorsùm ac lævorsùm inflectitur. Tales tunc erant Israelitæ, qui placere cùm studerent Jezabeli, neque à patriâ religione defecisse vellent, et à suis in caput suum justum odium conflare, à Baalis arâ ad Dei se conferebant altaria, et ab iis rursùs se ad Baalis aras referebant. Ita dùm student utriusque religionis esse participes, utriusque potiùs se profitentur expertes. Ili sunt de quibus Paulus 2 Cor. 6, v. 15 : *Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? aut quæ conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum idolis?* Quo loco Paulus ad hanc Eliæ reprehensionem spectâsse videtur. Latinus hoc Hebræorum proverbium aliter enuntiat, *duabus sellis sedere.* Quod faciunt qui cùm ex usu suo vident futurum esse, modò se ad hanc, modò ad illam partem attemperant, neque tam aliorum voluntati, quorum aucupantur gratiam, quàm suæ commoditati serviunt.

Scriptura distinguit duo : alios scilicet appellat prophetas Baalis, numero quadringentos quinquaginta; iidemque tantùm cum Achabo in Carmelum convenerant, erantque facilè regis prophetæ ; alios qui agebant *prophetas lucorum*, vel deæ lucorum, vel *Astartes;* atque illis potissimùm Jezabel favebat. Convivas id generis homines habebat regina, tanquàm familiares sibi prophetas. Numero erant quadringenti. Conventus autem hic habitus est in Carmelo, notissimo profanis monte, ex diuturno Apollinis, qui idem est Baal, vel sol, cultu. Stabat ibi tunc ara huic numini consecrata, et reliquiæ altaris vero Domino olim dicati. (Calmet.)

(1) Rien n'est plus en abomination devant Dieu que cette alliance que l'on prétend faire même dans la religion chrétienne, non pas du culte extérieur des idoles avec celui de Jésus-Christ, ce qu'on ne souffrirait pas, mais d'une autre espèce d'idolâtrie plus subtile, qui rend l'homme adorateur de l'argent, et idolâtre tant du monde que de lui-même, en sorte qu'il ne donne à Dieu que l'extérieur et l'apparence, et consacre au démon du siècle l'amour de son cœur. (Sacy.)

Et non respondit ei populus verbum. Compressit forsan loquendi libertatem injectus à prophetâ pudor : neque enim conscius animus habebat, quid prophetæ verbis honestum opponeret. Vel illa fuit dicentis auctoritas, ille spiritus, illud orationis pondus, ut turbârit animos, fauces præcluderet, neque ullam relinqueret loquendi facultatem. Est enim illud experientiâ cognitum, et rationali naturæ consentaneum, ut pudor et objecti sceleris conscientia elingues reddant homines. De hoc pudore est illud Job. c. 5, v. 16 : *Iniquitas contrahet os suum;* et Ps. 106, v. 42 : *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Micheas 7, v. 16 : *Videbunt gentes, et confundentur, ponent manum suam super os suum.* Sanè ille cui Dominus, Matth. c. 22, v. 12, exprobrârat quòd absque nuptiali veste in nuptiale convivium esset ingressus, obmutuisse dicitur, quia nimirùm pudor, et justa regis indignatio fauces obstruxerant.

Vers. 3. — Et ait rursus Elias ad populum : Ego remansi propheta Domini solus ; prophetæ autem Baal quadringenti et quinquaginta viri sunt (1). Postquàm obmutuisse populum universum vidit Elias, neque respondisse ullum ad objecta de religione verbum, ipse rationem ostendit, quâ quivis intelligat, utra sit vera, falsave religio, cujus examen in sacrificio atque oratione posuit. Et ne quis personarum contentione ac viribus, et non potiùs verâ sanctitate judicium, aut aliquo artificio elusum esse putet, partes aliis superiores concedit, ita ut aliis omnibus rebus præterquàm religionis professionis et sanctitate vincant. Primùm se magnæ prophetarum multitudini solum oppo-

(1) *Elie dit au peuple : Je suis demeuré tout seul d'entre les prophètes du Seigneur ; les prophètes de Baal sont au nombre de quatre cent cinquante. Qu'on nous donne deux bœufs, qu'ils en choisissent un pour eux.* Toute la suite de cette histoire s'entend aisément, et il est visible qu'Elie, rempli de l'Esprit de Dieu, fit cette proposition à tout le peuple, pour le convaincre par une expérience publique et sensible de la faiblesse de ce faux dieu qu'ils adoraient avec le Dieu d'Israël. Le feu du ciel qui consume la victime est la figure de la charité. Il n'y a que les sacrifices qui s'offrent dans la vraie religion qui méritent d'être consumés par ce feu divin, mais on n'ose dire ce qu'on ne peut dire sans douleur, que beaucoup de ceux qui sacrifient au vrai Dieu dans l'Eglise catholique, se rendent indignes d'attirer sur eux-mêmes la grâce du ciel, quoique Jésus-Christ, qui est lui-même le prêtre et l'hostie, ne laisse pas d'opérer et d'offrir un sacrifice agréable à Dieu et de suppléer ainsi au défaut de ses ministres. (Sacy.)

nit : ipse enim solus è veris sanctisque prophetis in eo congressu reperiebatur. Deinde jubet, ne qua in sacrificiis esse posset fraudis, calliditatisque suspicio, ut ipsi eligant duos boves suo arbitratu, et ex illis eligant quem magis suis votis atque rationibus opportunum esse putaverint, quorum alterum ipsi sumant, et sacrificali ritu in frusta concidant, suppositisque lignis sine igne superimponant. Quod item ipse faciet; tunc autem ille verus Deus existimabitur, qui preces audierit supplicantis, et emisso desuper igne oblatum sibi sacrificium combusserit. Et eodem consilio, cùm de aquâ nihil inter disceptantes de religione convenisset, neque ab aliis aliquid aquæ super sacrificium et ligna foret infusum, quominùs res suspicioni pateret, non solùm super sacrificium et altare, sed etiam latè circùm aquarum plurimùm induxit. Quod divinæ cujusdam solertiæ, et magnæ in divinâ promissione fiduciæ argumentum fuit. (1)

Vers. 24. — Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Deus exaudire dicitur per ignem sacrificantis, atque orantis vota, precesque, cùm misso desuper igne consumit, et resolutum in fumum, ac sursùm elevatum in odorem suavitatis admittit, quod quia nimis erat notum, nemo de populo toto, quem rex evocaverat, ignorare poterat, cùm illustrissimis antiquâ recentique memoriâ abundarent exemplis. Gen. 4, v. 4 : *Respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus.* Quo Patres communiter exponunt significatum esse misso desuper igne sacrificium Abelis Deo placuisse. Unde Theodotion reddidit ἐνεπύρεσεν, id est, inflammavit, seu cremavit, et Jud. 6, v. 21, ignis à Deo missus, et emicans repentè de petrâ Gedeonis sacrificia consumpsit. Idem accidit Aaroni Lev. 9, v. 24; et Davidi 1 Par. c. 21, v. 26; et non longè ab hoc tempore sacrificium à Salomone oblatum cœlestis flamma consumpsit, 2 Par. 7, vers. 1. Quare populus, licet à Jezabele, ejusque marito plus satis uxorio deceptus, illorum sacrificiorum memoriam non abjecerat. Atque ideò lubens propositam ab Eliâ conditionem admittit, dicitque, *optima propositio*, quia non videbatur honestior ulla ratio, quæ meliùs illud de religione judicium definiret.

(1) Vers. 23. — Et ego faciam alterum bovem, *faciam*, id est, sacrificabo. Summum enim et nobilissimum opus, quod facit homo, est sacrificium. Sic Virgilius :

Cùm faciam (id est, sacrificabo) *vitulâ pro frugibus, ipse venito.*

(Corn. à Lap.)

Vers. 26. — Qui cum tulissent bovem, quem dederat eis fecerunt. Elegerunt sacerdotes, prophetæque Baal bovem, quem suis consiliis magis censebant opportunum. Quem libenter illis propheta concessit, et illi patrio ritu imposuerunt altari, feceruntque reliqua quæ ad impura illa sacra lex sacrificalis, et consuetudo præscribit. *Facere* verbum est sacrificale, quod idem valet atque *immolare*, seu ad aram disponere legitimè, quod verbum Scripturæ sacræ familiare, ut habes in hoc c. supra, v. 13. Lev. 15, v. 15, et 23, v. 19, et alibi millies. Quâ de re nos pluribus in nostris Commentariis super Ezechielem c. 43, ad illud v. 25 : *Septem diebus facies hircum pro peccato quotidiè.* Apud Græcos sanè ῥέζειν, et θύειν non solùm facere, sèd etiam sacrificare significant, quod lib. 14 observavit Athenæus. Quod apud Latinos inusitatum non est : hunc illi tribuit usum Virgilius eclog. 3 :

Cùm faciam vitulâ pro frugibus, ipse venito.

Hìc suo more nugantur Hebræi, dicunt enim cum magistro suo Rab. Salomone (ut dicit hìc Lyra, et Abulensis q. 27) bovem, quem sibi elegerunt qui pro Baale certabant, fugisse ab illis, et ad Eliam se recepisse, quasi indignaretur, aut dedignaretur immolari dæmoni, et illius aram ipsius imbui et consignari sanguine, sed nihilominùs illis ab Eliâ fuisse traditum. Quod si verum fuisset, ad rem moralem non parùm habuisset momenti; sed evangelicus doctor ad instruendam utiliter concionem Hebræorum non indiget figmentis et nugis.

Transiliebantque altare quod fecerant. Matutinum tempus antagonistis suis concesserat Elias, quia magis sacrificiis idoneum, cùmque omnis in orando, atque clamando adhiberetur contentio, neque ulla appareret Baalis vox, nullus motus, aut sensus, neque tanto studio responderet Baal, magis quàm saxea moles, aut lignea, juxta patrios ritus transiliebant altare inter dissectas victimæ partes; quasi ipsi quoque, dùm altare conscendunt, vellent esse victimæ, aut victimas se esse eâ ratione simularent, aut certè eo frequente numerosoque transultu deum suum placarent, aut etiam repugnantem impellerent. Fuit autem modus ille sacrificandi usitatus gentilibus, qui vario incessu motuque deorum suorum festos obibant dies, aut sacra peragebant, quales fuerunt Corybantes, Salii, Luperci et ejusdem farinæ complures alii. Sanè idem fecisse videntur viri Israelitæ in eo maximè sacrificio, quod ad firmandum pactum adhibetur. Jeremiæ cap. 34,

v. 18 : *Vitulum quem conciderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones ejus,* et idem repetitur v. 19.

Vers. 27. — Cumque esset jam meridies, illudebat eos Elias (1). Jam transactum erat matutinum tempus, quod fuerat ex pacto Baalis sacrificio definitum; et cùm omnes animi ac corporis nervos ad illud opus intendissent prophetæ, neque sudando, atque anhelando profecissent hilum, eos amaro quodam scommate subsannabat Elias, dicebatque ut quàm maximè possent voce contenderent, ut deum suum dormientem excitarent, aut tardantem acuerent, aut distractum ad alias curas ad suum opus et sacrificium revocarent. Sic Elias insultabat prophetis, ut verè cæcis et amentibus, et Baalem quasi truncum et saxum, gravi exagitabat, liberoque convicio.

Vers. 28. — Incidebant se juxta ritum suum cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Hoc erat extremum quod offerre sacerdotes juxta sacrificalem ritum poterant, ut optata consequerentur : quasi enim infirmi essent clamores, et voces, et laceratæ victimæ ad inflectendum deum, ut postulata concederet, rem aliter tentant, novas admovent machinas, neque alieno jam litant sanguine, sed suo. Quare non aliter in se quàm in victimas sæviunt, cultris se incidunt et secant, lanceolis se compungunt, donec suo toti sanguine commadeant. Miserabile planè spectaculum videre sacerdotes suo more infulatos, rubentes, atque stillantes sanguine, rugientes ad deum inanimatum et surdum, à quo nihilò magis excipiuntur clementer et benignè, quàm à silice, aut à rudi atque sylvestri stipite.

Notum est gratum esse dæmoni quicquid ab humano corpore expressum, aut desectum est, neque quicquam magis amat in sacrificiis, quàm hominum aut abscissa membra, aut libatum sanguinem. Ita Isidorus citatus ab historiâ Scholasticâ in hunc locum. Et quidem humano sanguine delectari dæmones, et humanas sibi victimas exigere, docent regiones ævo nostro ultra oceanum ab Hispanis apertæ, in quibus passim immolantur homines, et illorum sanguine occurrunt ubique obviæ rubentes aræ. Gentiles olim aut seipsos, aut filios, aut etiam hospites immolabant diis quos sibi placatos et tutelares esse volebant, ut probant Dianæ Tauricæ belluina sacra, et alia his quàm simillima, quæ vide apud Alexandrum Neapolitanum lib. 6 Genial. cap. 26; et ibi Tiraquellum, et Lactantium lib. 1 de falsâ Religione cap. 21. Sed quod propiùs facit ad hæc sacrificia, in quibus sacerdotes non alieno litant sanguine, sed suo, est sacrificium quod offerre consueverunt antiqui quibusdam diis quos sibi voluerunt reddere propitios. De quo Lactantius loco nuper citato, cujus verba hìc referam. Nam cùm egisset de Idææ matris execrabilibus sacris, in quibus sacerdotes seipsos mutilato corpore turpiter effeminant, de Virtutis, seu Bellonæ sacerdotibus dicit : « Alia Virtutis (*sacrificia*), quam eamdem Bellonam vocant, in « quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo

(1) *Elie commença à leur insulter, en disant : Criez plus haut, car votre dieu Baal parle peut-être à quelqu'un*, etc. On ne peut blâmer cette raillerie du prophète du Seigneur, et on doit plutôt la louer, comme étant due très-justement, dit saint Grégoire, à l'extravagance de ces faux prophètes de Baal, qui abusaient de l'ignorance des peuples pour les engager à adorer des idoles inanimées. Dieu même au commencement du monde usa d'une espèce d'insulte et de raillerie à l'égard d'Adam, après qu'il l'eut offensé, en lui disant ironiquement qu'il était devenu semblable au Seigneur par la connaissance du bien et du mal. Et un savant homme de l'antiquité (Tertullien) témoigne qu'il appartient proprement à la vérité de se rire et de se jouer de ses ennemis, parce qu'elle est assurée de la victoire; qu'il faut seulement qu'elle prenne garde que sa raillerie ne soit pas indigne de sa gravité; mais que partout où elle peut l'employer dignement, elle le fait utilement. *Congruit veritati ridere, quia lætans; de æmulis suis ludere, quia secura est. Curandum planè ne risus ejus rideatur, si fuerit indignus. Cæterùm ubicumque dignus risus, officium est.*

Que si jamais, selon cet ancien, la vérité a pu dignement se railler de ses ennemis, c'a été lorsqu'un prophète, rempli de zèle pour la gloire du vrai Dieu, comme était Elie, ayant fait à ses imposteurs qui trompaient le peuple, un défi public par lequel il les obligeait de prouver la divinité de l'idole de Baal, voulut leur faire sentir d'une manière plus vive leur extravagance, en leur reprochant avec insulte que leur Dieu dormait, et détromper en même temps plus sensiblement ceux qu'ils avaient engagés dans leur erreur. Jamais le Dieu des chrétiens n'est endormi. Et si les Apôtres, s'étant vus autrefois dans un grand péril au milieu d'une tempête, se pressèrent de réveiller Jésus-Christ, afin qu'il les empêchât de périr, il les accusa de manquer de foi, et leur fit connaître par ce reproche qu'il veille toujours, mais que c'est souvent la foi de ses serviteurs qui est endormie et qui a besoin d'être excitée. Ainsi, lorsque l'Ecriture nous témoigne que les Saints ont crié vers Dieu, et qu'elle nous porte aussi nous-mêmes à implorer avec cris sa miséricorde, elle veut nous faire entendre seulement que Dieu n'écoute que ceux qui le prient avec ardeur, et qu'il se rend sourd à la voix des autres que leur tiédeur rend indignes d'être exaucés.

(Sacy.)

« cruore sacrificant. Sectis namque humeris, et « utrâque manu districtos gladios exerentes « currunt, efferuntur, insaniunt. » De hoc Tibullus, ubi feminam sacrificantem induxit :

Ipsa bipenne suos cædit violenta lacertos,
Sanguineque effuso spargit inepta deam.
Statque latus præfixa veru, stat saucia pectus,
Et canit eventus, quos dea magna movet.

Prudentius hujusmodi gentilium sacrificia deridet in hymno de S. Romano, sub finem, ubi multa commemorat his similia, quæ passi nunc sunt in sacrificando sacerdotes Baal :

Sunt sacra, quando vosmet ipsi exciditis,
Votivus et cùm membra detruncat dolor,
Cultrum in lacertos exerit fanaticus,
Sectisque matrem brachiis placat deam.
Furere ac rotare jus putatur mysticum.
Paria ad secandum dextra fertur impia;
Cœlum meretur vulnerum crudelitas:
Quid? cùm sacrandus accipit Sphragitidas
Acus minutas ingerit fornacibus.
His membra pergunt urere, ut igniverint
Quamcumque partem corporis fervens nota
Stigmârit, hanc sic consecratam prædicant.

Alia hìc in eamdem sententiam et consuetudinem memorat Prudentius, quæ hìc repetere prohibet pudor. Ex his constat, quæ hìc in suis sacrificiis faciunt sacerdotes Baal, fuisse gentilibus non inusitata, et hunc Baalem fuisse dæmonem crudelissimum, qui hoc tam barbaro ritu sibi litari vult.

Hìc ego suspicabar sacerdotes Baalitas altare, quod fecerant, transiliisse, ut habemus supra. v. 26, ut sanguis, quem cultri atque lanceolæ ex corporibus expresserant, aram imbueret, et cum bove ibidem immolato conjungeretur, ut sanguis ille quoque victima fieret, et deum magis ad commiserationem inflecteret. Neque obstare huic meæ cogitationi putabam, quòd ille priùs narretur transultus, quàm sanguinis effusio, cùm tam in sacrâ quàm in profanâ historiâ, non eodem ordine facta narrentur, quo gesta sunt, et ὕστερον πρότερον in Scripturâ sit non inusitatum. (1)

Vers. 30. — Dixit Elias omni populo : Venite ad me ; et accedente ad se populo, curavit altare, quod destructum erat (2). Præterierat jam sacrificii tempus, neque suis clamoribus atque vulneribus miserabilis ille prophetarum atque sacerdotum cœtus quidquam effecerat. Quare cùm jam spem omnem despon-

(1) Vers. 29. — Illis prophetantibus ; frustra erant omnia, clamores, supplicationes ; vexabant se, agitabantque veluti si agerentur à dæmone, œstrum et divinum afflatum ementiti. Vel potiùs, dùm illi occupabantur in ritibus suis, atque in laudes ac preces numinum versi erant : varia enim hæc unum idemque verbum *prophetare* designare potest. (Calmet.)

(2) Auctor Vulgatæ retinuit vim omnem originalis : *Curavit altare dirutum.* Persimilis loquendi phrasis recurrit in 2 Esdræ 4, 7 : *Cùm audîsset quòd obducta esset cicatrix muri Jerusalem.* Igitur ara hæc diruta una erat facilè ex illis, quæ olim Domino consecratæ fuerant sub judicibus, vel primis Hebræorum regibus, quo tempore, nullo adhuc certo loco ad adorandum constituto, religio hæc altarium permittebatur. Sermo est apud Tacitum et Suetonium de deo Carmelo, cujus erat numen in monte ejusdem nominis, quod numen Vespasianus, cùm in Judæâ versaretur, consuluit. Basilides sacerdos, qui tunc altari ministrabat, prospera omnia et exitum cœptis omnibus felicem spopondit. Porrò de eo numine ita Tacitus : « Est Judæam Syriamque inter Carmelus. « Ita vocant montem, deumque, nec simulacrum deo, aut templum (sic tradidêre majores) aram tantùm et reverentiam. » Censuère quidam Basilidem hunc sacerdotem Carmeli Judæum fuisse, sacerdotio Dei excelsi functum ; sed multò verisimiliùs paganus sacerdos, atque idem censendus est, qui olim Vespasiano in templo Serapidis in Ægypto, quanquàm à Carmelo remotissimo, apparuit. Utut sit, ara Dei Carmeli originem suam debet altari veri Dei, olim ab Hebræis ibi erecto, et ab Eliâ restituto. Obsequium illud summum erga aram illam, quam religio et prodigia commendabant, ad paganos usque transmissum, prohibuit, ne occupatus ab illis locus simulacro aliquo profano consecraretur. (Calmet.)

Alors Elie dit à tout le peuple : Venez avec moi. Et il rétablit l'autel du Seigneur qui avait été détruit. Il prit douze pierres, selon le nombre des tribus, et il bâtit de ces pierres un autel à la gloire du Seigneur, etc.

Un ancien Père demande d'où vient qu'Elie bâtit un autel sur le Mont-Carmel, contre la défense que Dieu avait faite qu'on lui sacrifiât ailleurs que dans le temple de Jérusalem ; et il répond que, selon l'Apôtre, la loi n'est point pour le juste, c'est-à-dire, que le juste est dispensé de la rigueur de la loi par l'esprit de Dieu qui l'anime, lorsqu'il s'agit de défendre les intérêts de Dieu même par quelque action qui est au-dessus de la loi. « Ainsi, dit ce « Père, Elie étant obligé de prouver devant « tout ce peuple la faiblesse des démons qui le « trompaient, et la toute-puissance du Dieu « d'Israël, et ne pouvant le conduire à Jéru- « salem à cause de la division des deux royau- « mes, il le mena sur cette montagne, où il « demeurait le plus ordinairement, et y dressa « cet autel dont il est parlé ici, afin d'y faire « éclater la grandeur de Dieu. » Mais saint Augustin prétend que ce saint prophète ne fit en cela qu'exécuter l'ordre de Dieu même. « Je ne « vois point, dit ce Père, que l'on puisse jus- « tifier l'action d'Elie d'une autre manière que « celle du saint patriarche Abraham lorsqu'il « voulut immoler son fils à Dieu. Car quand « celui qui a établi la loi commande une chose « que sa loi défend, ce commandement tient « lieu de loi, puisqu'il est le maître de la loi

dissent et animum, suum negotium audacter aggreditur Elias. Quare populum sibi magis quàm antea æquum advocat, instaurat altare, quod ibi priùs excitatum fuerat, et jam aut impiorum sacrilego conatu, aut temporum injuriâ, seu diuturnitate destructum. De hoc altari varii varia cogitant. Abulensis, q. 27, putat altare illud destructum, erectum quondam à Saüle, 1 Reg. c. 15, v. 12; et idem (ut inquit Lyra) putat Rab. Salomon, qui dicit destructum fuisse à Jezabele, quia nullum voluit veræ religionis extare vestigium. Sed ex eo loco non colligimus excitatam esse à Saüle aram, sed fornicem triumphalem, quia ibi potiùs esse voluit victoriæ monumentum, quàm sacrificii locum, quem habuit in Galgalis. Alii meliùs, meo judicio, putant ante illum articulum extructum ab Eliâ Hebræorum ritu altare in Carmelo, qui eò advocaverat prophetas et populum Baalis nefariæ religioni devotum; in quod insilierunt graviter indignati sacerdotes, videntes nihil se clamando ac sacrificando perfecisse. Quare cùm sibi persuaderent ex eo certamine nihil præter ignominiam futurum esse reliquum, irruperunt impatienter in aram illam pro sacrificio præparatam, et quod ab Eliâ constructum fuerat, factâ conspiratione disturbant. Ita Serarius putat, neque ego rationem ullam meliorem invenio.

« qu'il a établie. Et en effet il ne pouvait pas « manquer d'autres moyens aussi miraculeux « qu'était celui de ces sacrifices, pour confon- « dre et pour convaincre de fausseté les pro- « phètes des démons. Mais l'esprit de Dieu, « qui était et qui agissait dans Elie, fit en cela « ce qu'il voulut, sans que ce qu'il fit pût être « contraire à la loi, puisqu'il était lui-même le « législateur. *Non enim deesse possent miracula « alia præter sacrificium, quibus superarentur et « convincerentur prophetæ lucorum. Sed Spiritus « Dei, qui fuerat in Eliâ, quidquid de hâc re « fecit, contra legem esse non potest, quia dator « est legis.* »

Ces douze pierres dont il compose l'autel selon le nombre des douze tribus, marquaient sans doute que le sacrifice qu'il allait offrir regardait tout Israël, et qu'on ne devait avoir aucun égard à cette division des dix tribus d'avec les deux autres, quand il s'agissait du culte de Dieu, parce que le Dieu de Jacob était le Dieu des douze tribus descendues de ses douze enfants. Quant à cette eau qu'il voulut qu'on répandît par trois fois sur la victime et sur le bois de l'autel, et qui tomba tout autour dans le fossé dont il le fit environner, c'était pour ôter tout soupçon qu'il eût mis secrètement du feu, et pour faire remarquer plus sensiblement le miracle de ce feu céleste, qui consuma tout d'un coup, non pas seulement le bois avec la victime, mais encore les pierres mêmes, et l'eau du fossé qui environnait l'autel.

Saint Ambroise dit que ce qu'Elie fit alors pouvait être regardé comme une figure de ce qui se passe dans le baptême, où l'homme est couvert d'eau par trois fois, en l'honneur de la très-sainte Trinité, et où le Saint-Esprit descend pour brûler et pour consumer tout ce qu'il trouve d'impur. « C'est vous, dit ce Père, « qui êtes cette victime : Vous êtes comme « sur l'autel, lorsqu'on vous lave avec l'eau, « et que le feu du Saint-Esprit qui descend sur « vous, semble vous brûler, quoiqu'il ne con- « sume que vos péchés pour vous procurer une « vie nouvelle. N'appréhendez point ce feu di- « vin, qui consume le bois et la paille, et qui « rend votre âme tout éclatante de lumière. « *Hostia illa tu es, in te descendit vapor Spiri- « tûs sancti; te videtur exurere, cùm tua peccata « consumit. Tu es super altare, qui ablueris aquâ; « cujus exuritur culpa, ut vita renovetur. Lignum « et stipulam consumit ignis. Noli timere ignem « per quem illuminaris.* » Et le même saint fait voir encore que « ce n'est pas seulement dans « le baptême que la victime est consumée, « lorsque tout l'homme extérieur et tout le « vieil homme s'y perd heureusement pour « faire place à l'homme nouveau, mais encore « dans la pénitence, où nous sommes tout ar- « rosés de nos larmes, et où la chair périt afin « que l'esprit soit vivifié. *Nonne tibi consumi « videtur, quando in baptismatis sacramento in- « terit homo totus exterior? Vetus homo noster « et exterior corrumpitur, sed interior renova- « tur. Nec solùm in baptismate, sed etiam in « pœnitentiâ fit carnis interitus ad profectum spi- « ritûs.* » (Sacy.)

Vers. 31. — Et tulit duodecim lapides, juxta numerum tribuum filiorum Jacob. Numerus duodenarius in populo Israel celeberrimus fuit, et quodammodò sacer, propter duodecim filios Jacob, ex quo Israeliticum genus propagatum est. Sic duodecim lapides educti sunt è Jordanis alveo, et totidem eorum loco repositi, Josue c. 4, v. 5 : *Juxta numerum filiorum Israel.* Totidem lapides filiorum Israel nominibus inscripti reperiuntur in rationali summi sacerdotis inclusi. Ut ergo Elias ostenderet colere se, atque implorare nomen illius, quem antea duodecim tribus, et eorum parentes in suum et verum Deum agnoverunt, altare construxit è lapidibus duodecim, ut quotquot essent è duodecim tribubus, parentûm suorum Deo sacrificatum, et illius nomen imploratum scirent. (1)

(1) Ad quem factus est sermo Domini, dicens : Israel erit nomen tuum. Appositè, q. d. : Sicut Jacob luctans cum Deo (id est, angelo Dei vicario) eumque volentem vincens, vocatus est *Israel*, id est, *dominans Deo*, Genes. 32, sic pariter vos, si patriarchæ vestri Jacobi fidem et cultum veri Dei imitati fueritis, fietis veri Israelitæ, id est, dominantes Deo, ac omnia, quæ ab eo postulaveritis impetrabitis;

Vers. 32. — Fecit aquæductum, quasi in duas aratiunculas in circuitu altaris. Aratio apud Latinos non solùm actionem significat, quâ terra proscinditur, aperitur et subigitur vomere, sed etiam terram ipsam vomere subactam. Sic Tullius, de homine qui multis abundabat latifundiis, et qui multis in agris colendis utebatur jugis, dixit multas arationes habuisse. Sic aratio sterilis dicitur, exilis, infructuosa, id est, ager sterilis, etc. Quare cùm Elias aratiunculas fecisse dicitur, aut aquæductum, quasi duas aratiunculas, nihil videtur aliud significâsse, quàm areolam quamdam circùm altare fuisse relictam. Quam implevit aquâ, quò magis appareret vis cœlestis ignis, qui non solùm bovem immolatum, sed etiam aquam undique circumfusam consumeret. Hebr. est, *beth setaim, zerahh,* id est, secundùm saccum, seu mensuram duorum satorum seminis : quasi dicat, tantum spatium seu areolam ad excipiendam aquam esse relictum circùm altare, quantum occupare solent duo sata frumenti, nimirùm seminata. Ita putat Abul. q. 17, Lyra in lib. Differentiarum, Cajetanus hìc. Illam autem areolam cavam fuisse oportet atque profundam, clausam certè vallo, ut exciperet et contineret aquam. Hic Rab. Salomon multa suo more confingit : cùm enim videret aream illam, nisi aquarum vi multâ impleri non posse, neque satis putaret aquæ à ministris infusum pro tantâ areolæ magnitudine, dixit ab Eliseo, qui tunc aderat in illâ populi confusâ multitudine, allatam fuisse hydriam, quam cùm effunderet, partem aliquam aquæ Eliæ manus attigisse, et novo miraculo ex Eliæ manibus tanquàm è fontibus erupisse aquas, quæ latum illud spatium impleverunt. Et ideò putat lib. 4, cap. 3, vers. 11, dictum esse ab Eliseo in Eliæ manus aquam infusam. Sed quantùm fidei hujus commentis adhibendum sit, non semel admonuimus.

Cur autem tantùm aquæ super sacrificium et altare, et circumquàque sit effusum, ea ab aliis adducitur ratio, quam supra attigimus, ut major esset divinæ voluntatis atque potentiæ significatio, dùm major opponitur adversaria vis, non quæ ignem ad se attrahat et foveat, sed quæ illum potiùs retardet et extinguat ; et ne quis suspicaretur sub altari clausum esse ignem, illumque artificio aliquo ad Eliæ votum erupisse. Ita putat Lyra. Addam hìc quod in homiliâ quâdam de Petro et Eliâ, quæ est apud Metaphrastem, et refert Surius tom. 4 ad vincula S. Petri die primo Augusti. « Attende, inquit Chrysostomus, quod dictu- « rus sum : vidi enim ipse quod dicam. In ido- « lorum altaribus foramina quædam sunt ex « inferiori parte altaris, et fovea quædam ob- « scura. Descendunt autem erroris artifices in « foveam illam, et ex foraminibus, quæ dixi- « mus, ignem sufflant ad sacrificium conficien- « dum, ita ut multi decepti ignem illum cœle- « stem existiment esse. Ne igitur et Elias in su- « spicionem veniret, quòd et ipse aliquid tale « machinatus esset, aquam effudit, ut aqua « illa nulla esse infra altare foramina ostende- « ret. Ubi enim aqua foramen invenerit, illìc « aqua non consistit, sed per foramina ipsa « defluat necesse est. » Hæc Chrysostomus. (1)

Vers. 38. — Cecidit autem ignis Domini, et voravit holocausta, et ligna, pulverem quoque, etc. (2). Cùm brevem Elias orationem habuisset, plenam tamen ardoris et fiduciæ, delapsus est inopinatò à Domino ignis usque adeò vehemens et acer, ut non solùm holocaustum et ligna, sed etiam lapides, ex quibus recens altare constabat, et pulverem circumfusum et proximum, etiamsi subtùs aquam esset in illâ areolâ, ceu fossâ, de quâ nuper, imò et ipsam aquam omninò consumpserit. Quod spectabat, sperabatque propheta, quò majori prodigio concuteret populum, et ad veri Dei cultum, quem aut prodiderat aut non adeò curaverat reduceret.

Et aquam, quæ erat in aquæductu lambens. Hebr. est, *lachechah*, quæ vox maximè explicat ignis naturam, maximè flammæ, quæ potiùs videtur externa lambere, et molliter attingere, quàm interiora penetrare, altèque con-

quod ut faciatis, ecce *iisra El,* id est, *dominabitur Deus* in hoc meo sacrificio, per ignem è cœlo in illud missum, ac Baalitas prosternet; licet enim et ipsi ope sui Baal, id est, dæmonis, potuissent ignem è cœlo in bovem suum demittere (hoc enim faciet Antichristus ope dæmonis, Apocalypsis 13, 13), tamen sciebat Elias ex Dei revelatione, Deum id non permissurum, ut Baalem confunderet, et se solum Deum verum ostenderet. (Corn. à Lap.)

(1) Vers. 37. — Tu convertisti cor eorum iterum. Hebræus aliter redditur : *Convertisti denique cor eorum.* Ad litteram : *Tu revocâsti retrorsùm,* ab idololatriâ scilicet, cui sese totos dediderant. Reddendum ego maluerim : *Tu convertes tandem cor eorum.* Spero tandem futurum, ut revoces aberrantes. (Calmet.)

(2) Julianus imperator, osor ille christiani nominis, ultrò prodigium illud deducti per Eliæ preces ignis agnoscit : « Prodigium hoc « spectatum est, ait ille, semel sub Moyse, et « diù post iterùm sub Eliâ Thesbite. »
(Calmet.)

sumere. Certè ita apparet in aquâ, cujus flamma summam faciem, id est, superficiem lingit, et cùm interna non tangat, tamen summa interioresque partes fervefacit, et in calidos vapores solvit et siccat. Sic sanè Horatius lib. 1, Satyr. 5 :

Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Vulcano, summum properabat lambere tectum.

Virgilius lib. 2 Æneid. :

Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tectumque innoxia mollis
Lambere flamma comas, et circùm tempora pasci.

Claudianus lib. 1 de Raptu :

Lambit continuas innoxia flamma pruinas.

Satis itaque significanter explicatur quomodò ignis summæ innatet aquæ, eamdemque sensim populetur, et in vapores totam dissolvat.

Vers. 39. — Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam. Prodigium hoc inopinatum et rarum commovit populum, qui, licet assentatus Jezabeli et Achab ad peregrinam et barbaram religionem defecisset, non tamen antiquam superiorum temporum memoriam abjecerat, nec ignorabat quot olim modis suam Deus et suis et alienis divinitatem probavisset. Quare præteritorum memor, et hoc grandi miraculo perculsus, corruit in terram adorabundus et supplex, et Hebræorum Deum, verum esse Deum professus est. (1)

(1) Et ait : Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus. Hebr. *Jehova ipse est Elohim, Jehova ipse est Elohim*, q. d. : *Jehova*, qui primus hoc nomen suum indicavit Moysi Exodi 6, 3, ac hoc nomine ab eo et cæteris Israelitis invocatus est, ipse est solus, verusque Elohim, id est, Deus, et Numen omnia gubernans, cœlum et terram moderans, à quo proinde nos, cæterique homines omnem alimoniam, omneque bonum exspectare et postulare debemus ; *Elohim* enim significat Deum, quatenùs habet providentiam rerum omnium, omniaque regit, judicat et vindicat. Hinc Hebræi dicunt sumptum nomen Eliæ, sive, ut Hebr. vocatur, *Eliahu*, qui priùs vocabatur *Jaberscuab*. *Eliahu* enim idem est, quod *El ia hu*, id est, *fortis Deus ipse*. Jam *El* est abbreviatum *Elohim ; Ia* est contractum *Jehova*, *Hu* est *ipse*. Sic *Machabi*, id est, *Machabæi* nomen à Judâ et fratribus sumptum est ex illo Exodi 15 : *Mi camocha Baelim Jehova*, id est : *Quis similis tui, in fortibus, Domine ?* Hoc enim velut insigne et emblema suæ pugnæ et victoriæ præferebant Machabæi, nullam in suâ fortitudine spem, sed totam in Deo collocantes. Elias enim Dei ope fortior evasit Achabo, Jezabele et Baalitis, non tantùm passivè, eorum persecutiones fortiter sustinendo, sed activè, omnes mactando. Sic S. Liduina, quæ in morbis plurimis et acerbissimis per annos 30 et ampliùs admirabile fuit patientiæ speculum, hoc nomen quasi omen futuræ patientiæ accepit. *Liduina* enim Belgicè idem est, quod *lata patientia*, uti habet ejus Vita in initio apud Surium tom. 7, die 14 aprilis. Sic Mars Græcè dictus est, ἄρης, quòd naturam habeat ἄῤῥατον, id est, infractam, invictam, et immutabilem, ait Plato in Cratilo. Unde ad hoc etymon alludens Virgilius,

Infractos adverso Marte Latinos

nuncupat. Sic *Agamemnon*, Sit Plato, hoc nomen accepit ob laborum, quos perpessurus erat, tolerantiam ; decem enim annis obsidens Trojam, multa perpessus est. Unde Ἀγαμέμνων dictus quasi ἄγαν μένων, id est, *valdè manens* in obsidione Trojæ. Sic *Elias*, athleta divinus, idem est, quod *fortis Domini*, vel *fortis Dominus*, in eo ejusque operibus.

Notat Benjamin in Itinerario, in Carmelo antrum Eliæ adhuc visi, altarisque diruti vestigia ; cujus locus circularis fuerit, diametro ferè cubitorum quatuor. (Corn. à Lap.)

(1) *Elie leur dit : Prenez les prophètes de Baal, et qu'il ne s'en échappe pas un seul. Et le peuple s'étant saisi d'eux, Elie les mena au torrent de Cison, où il les fit mourir.* L'autorité avec laquelle le prophète du Seigneur fit prendre et mourir tout ce grand nombre de faux prophètes en présence du roi même, fait bien voir qu'Elie n'était en cela que l'instrument ou le ministre de la volonté de Dieu. « Il agissait, dit saint Augustin, par un esprit prophétique et par la divine autorité de celui qui a le pouvoir de faire mourir, et qui connaît parfaitement qui sont ceux à qui la mort est avantageuse. *Hæc prophetico spiritu auctoritate Dei faciebat, qui procul dubio novit cui etiam prosit occidi.* »

Il est incertain si Elie tua ces prophètes de sa propre main, comme Samuël si long-temps auparavant avait tué le roi des Amalécites. Saint Augustin l'a ainsi cru ; mais qu'il l'ait fait par lui-même, ou par le ministère d'autrui, on ne saurait admirer assez la piété si généreuse de ce grand homme, qui, pour obéir à Dieu, fait mourir tous les prophètes du roi Achab, jusqu'au nombre de quatre cent cinquante, sans se mettre en peine de la fureur de Jézabel, cette princesse si cruelle envers tous les serviteurs de Dieu. « Il le fit, comme dit encore saint Augustin, pour imprimer une frayeur salutaire dans l'esprit des peuples, et pour arrêter en même temps le cours des crimes de ceux qui auraient pu devenir encore plus impies, s'ils eussent vécu plus long-temps. Et ce n'était pas témérairement qu'il jugeait ainsi des choses, puisque c'était par la lumière de Dieu même qu'il portait ce jugement. *Non temerè ille judicabat, cui tale judicium donaverat Deus.* »

Achab fut sans doute également étonné et de la grandeur de ce miracle, par lequel le sacrifice d'Elie fut consumé tout d'un coup avec l'autel, et de cette sainte hardiesse qu'il fit paraître en tuant tous ses prophètes. Il demeura cependant comme enchaîné par une vertu invisible, sans oser toucher à celui qui paraissait tout rempli de l'esprit et de la force de Dieu. Et ce que l'on vit alors est d'une grande con-

Elias, ut omnes verum Deum agnoscerent, et sua consilia meliori jam mente damnarent. Quare cùm ad abolendam funditùs illam religionem impiam, quæ à Sidoniis in gentem Israeliticam irruperat, cœperatque latè dominari, statuit ex usu fore religionis antiquæ et veræ illos sacerdotes et prophetas tollere de medio, quorum operâ et studio publica illa populi calamitas serpebat latè, et grassabatur impunè. Cùm ergo ad quidvis audendum cerneret paratos animos, et alacres, jubet ut quotquot ibi essent prophetæ Baal (erant autem non minùs quadringentis, et quinquaginta, ut constat supra, v. 22) comprehenderent; quos deduxit Elias ad torrentem Cison, qui Carmeli radices alluebat, ubi multitudinem illam interfecit. Et quidem mirum est cùm in illo cœtu esset Achab, cujus imperio omnes

solation pour tous les justes, lorsqu'ils se voient opprimés par les méchants : car ce que Dieu a fait une fois par le ministère d'Elie, il le peut faire toujours. Quatre cent cinquante faux prophètes sont en la présence d'un vrai ministre du Seigneur plus faibles qu'une toile d'araignée, quand il plaît à la divine providence de faire éclater la gloire de son saint nom. Lors donc qu'il ne le fait pas, c'est qu'il veut que la patience et que la foi de ses serviteurs soit éprouvée, et qu'il attend à faire triompher sa vérité et sa justice dans le grand jour de l'éternité, où nul ennemi ne pourra plus s'opposer à sa puissance, lorsque toutes choses étant pleinement assujetties à Jésus-Christ, il sera lui-même, comme dit saint Paul, assujetti à Dieu, son Père. C'est donc le temps présentement de la patience de Dieu, et de celle des élus. Et ces coups extraordinaires qu'il fait quelquefois en faveur des justes passent bientôt, comme on le verra ensuite en ce qui regarde Elie, lequel après avoir signalé publiquement son courage par cet effet si surprenant de la vertu de celui qui agissait en sa personne, se vit obligé de s'enfuir encore une fois pour éviter la fureur de Jézabel. (Sacy.)

« Jamais Juif, dit Voltaire, ne fut plus barbare. Elie, selon d'autres incrédules, vengea « le meurtre de ses confrères, mis à mort par « ordre d'Achab et de Jézabel; une famine « cruelle et une sécheresse avaient, dit-on, à « la prière de ce saint homme, désolé son pays. « Miracle bien digne d'un prophète juif, par le- « quel l'innocent se trouvait bien plus puni que « le coupable! Cependant cette calamité natio- « nale força le roi d'implorer le secours d'Elie, « qu'il avait voulu faire périr. L'homme de « Dieu se laissa fléchir; mais ce fut à condition « qu'il aurait la liberté de faire égorger quatre « cent cinquante prophètes de Baal, pour ex- « pier le châtiment des prophètes hébreux que « Jézabel avait fait punir du dernier supplice. » Nous avons déjà observé qu'il est absurde de peindre Elie comme un méchant homme, et de supposer que la sécheresse et la pluie, la famine et la fertilité fussent à ses ordres. Il est faux que Dieu, par les fléaux dont nous parlons, ait puni les innocents plus que les coupables; tout Israël, à la réserve d'un très-petit nombre, était plongé dans l'idolâtrie, ainsi que son roi; il dépendait d'eux de fléchir le ciel par leur pénitence. D'ailleurs, Dieu peut dédommager ceux qu'il afflige dans cette vie. Quand il envoie des calamités générales dont tout le monde souffre, elles servent à la sanctification des bons; elles les purifient, et leur méritent un bonheur éternel. Mais, encore une fois, n'est-il pas absurde de s'en prendre au prophète, qui les prédit par ordre du Tout-Puissant?

Il est faux qu'Elie se soit laissé gagner, *sous condition* de faire tuer les prêtres de Baal. Il demande seulement à Achab de faire assembler le peuple avec cette troupe de prêtres idolâtres, de préparer un sacrifice, et de reconnaître pour seul Dieu celui qui fera tomber le feu du ciel sur la victime. Les prêtres idolâtres invoquent inutilement leur dieu; Elie prie le Seigneur à son tour; le feu tombe du ciel à la vue de tout le peuple, et consume le sacrifice. Le roi et ses sujets reconnaissent leur faute et adorent le Seigneur. Au lieu de lancer quelques traits au hasard contre la conduite d'Elie, les incrédules devraient prouver que ce miracle ne fut pas réel. Mais comment Elie aurait-il fasciné les yeux d'un peuple entier, au point de lui persuader qu'il voyait descendre le feu du ciel sur un autel; que ce feu brûlait le bois, les pierres et tout l'appareil du sacrifice? S'il y avait eu le plus léger soupçon de fraude, Elie n'eût-il pas été sur-le-champ victime de la fureur des idolâtres?

Il exige que ces imposteurs, qui séduisaient le peuple, soient mis à mort; il n'est point ici question de vengeance, mais d'exécuter la loi. Après avoir montré l'impuissance des fausses divinités dont Jézabel avait introduit le culte en Israël, il fait exécuter contre les ministres impies de ces abominables divinités, la loi portée par Moïse pour toute l'étendue de la terre de Chanaan. Ils méritèrent surtout ce traitement, après qu'à leur instigation cette reine avait fait rechercher et mettre à mort les prophètes du vrai Dieu. Il n'appartenait qu'à l'impie Voltaire d'opposer au dogme de l'unité de Dieu la prétendue *bonne foi des prêtres de Baal* et des autres divinités chananéennes.

Ce critique, à cette occasion, nous apprend une chose ignorée de tous les savants qui connaissent la valeur des termes hébreux, c'est que *Sabaoth* signifie *Seigneur*. Jusqu'ici on avait cru (et vraisemblablement on croira encore dans la suite) que *Sabaoth* signifiait *les armées*. On avait remarqué que les idolâtres employaient ce nom pour désigner cette multitude d'étoiles qu'ils divinisaient, et que les Hébreux, au contraire, nommaient le vrai Dieu unique, *Seigneur de cette multitude d'astres* que les gentils adoraient sous le nom de *milice céleste*.

Revenons au prophète Elie : « C'était un « rude homme que cet Elie qui égorgeait tout « seul 850 prophètes, ses confrères; car il est « dit qu'il les tua tous. » Ainsi, quand on lira dans un historien qu'un général a tué tant d'hommes aux ennemis; qu'il a fait tant de prisonniers; qu'il a pris ou coulé à fond tant de vaisseaux, cela signifiera qu'il a fait tout cela *seul, de ses propres mains?* (Duclot.)

illi prophetæ convenerant, nihil contra Eliæ consilium et populi conspirationem esse molitum. Sed planè illi Deus timorem incussit, et subiti illius incendii cœlestis admiratio regios fregit spiritus. Neque alioqui satis putabat tutum incitatam et conspirantem multitudinem è suo conatu tam ardenti atque alacri prohibere. Dicitur autem Elias occidisse prophetas, quia jussit ut occiderentur à populo : quo modo etiam dicitur illos duxisse ad torrentem Cison, quia fecit ut comprehensi à populo ducerentur. Quomodò enim homo unus tantam multitudinem horrore mortis renitentem adducere potuisset? Est tamen verisimile suâ manu interfecisse illorum aliquos, quomodò fecit Samuel lib. 1 Reg. c. 15, v. 33, qui suâ ipse manu Amalecitarum regem occidit.

Quærit hic Abulensis, q. 35, an Elias in tot prophetarum interitu peccaverit; et omninò negat, quod necesse est, et videtur significare non obscurè Eccles. 48, ubi ab hoc facto Elias commendari videtur : *Qui induxit in illis famem, et irritantes illum invidiâ suâ pauci facti sunt.* Cujus rei argumentum est non leve, quia statim ab horum cæde pluviam impetravit è cœlo. Neque si rem suis momentis expendas, aliquid in hoc Eliæ facto apparet injustum. Nam hi prophetæ Baalis impietatis antistites, et illius religionis vindices severi, avertebant alios à verâ sanctitate, et dùm suum Baalem commendant et colunt, Israelis Deum despiciunt et obscurant. Quare digni fuerunt quos propheta abjectæ religionis zelator et vindex, de medio populo deleret et tolleret. Ita sanè Augustinus lib. 2 de Miraculis sacræ Scripturæ, ubi dicit sine homicidii culpâ cædem illam factam. « Quippe qui Elias erat in eâ lege, quæ « dicit Levit. cap. 24 : *Blasphemum non patie-* « *ris vivere.* Nullus hominum idolum colit, nisi « Dei blasphemus extiterit. Ac per hoc, qui « idololatriæ cultores mactaverat, blasphemos « et sacrilegos de terrâ purgabat. » Basilius homil. 20 de Irâ : « Illum, qui tanquàm pharmaco ad ea quæ oportet irâ utitur, Domi« nus minimè condemnat. Moyses omnium ho« minum mansuetissimus vituli idololatriam « damnans, Levitarum manus in cædem fratrum « armavit. Phinees justâ contra publicè forni« cantes irâ, ut oportebat, usus, protinùs « utrumque trucidavit. Samuel regem Amalec « justâ irâ in medium trahens occidit. Sic ita« que fit ira sæpenumerò bonarum actionum « ministra. Elias verò zelotes quinquaginta su« pra quadringentos turpitudinis sacerdotes, « et quadringentos sacrorum nemorum come« dentes de mensâ Jezabel justâ sapientique « indignatione in totius Israel utilitatem, ut « morte mulctarentur effecit. » Hæc Basilius. Eadem penè Optatus Milevitanus lib. 3 contra Parmenianum Donatistam.

Vers. 41. — Et ait Elias ad Achab : Ascende, comede et bibe, quia sonus multæ pluviæ est (1). Non minùs, opinor, clauserat

(1) *Elie dit ensuite à Achab : Allez, mangez et buvez ; car j'entends le bruit d'une grande pluie. Et il monta sur le haut du Carmel, où, se penchant en terre, il mit son visage entre ses genoux*, etc.

Comme Achab était dans la dernière consternation à cause de cette prodigieuse sécheresse qui causait une famine générale dans son royaume, Elie, après avoir fait mourir tous ses faux prophètes, l'exhorte à prendre courage, et l'assure que Dieu enverra bientôt une grande abondance d'eau sur la terre. Ce qu'il lui dit, *qu'il entendait le bruit d'une grande pluie*, se peut encore expliquer en cette manière, *qu'il allait bientôt entendre*, ou bien l'on peut dire qu'il parlait alors en prophète de ce qui devait arriver comme s'il était déjà présent. Car puisque saint Jacques nous assure que ce saint homme ferma le ciel et qu'il le rouvrit par sa prière, on ne peut regarder cette pluie dont il est parlé ici, que comme un effet de la prière très-fervente qu'il fit aussitôt après, lorsque, mettant ses genoux en terre et s'abaissant profondément devant Dieu, il eut la force de faire tomber l'eau du ciel, comme il l'avait arrêtée jusqu'alors pour punir l'impiété d'Israël et de son roi.

Tout ce qui se passe entre lui et son serviteur, à qui il ordonne d'aller regarder du côté de la mer jusqu'à sept fois, et qui vit enfin *un petit nuage, comme le pied d'un homme, qui s'élevait de la mer*, est visiblement rempli de mystères. On pourrait dire que cette attente où l'on était de la pluie du ciel, et tous ces voyages et ces regards réitérés du serviteur d'Élie vers la mer, marquaient peut-être figurément l'ardeur et l'impatience toute sainte où étaient les justes dans l'attente continuelle du Messie, qui devait, en paraissant dans le monde sous le voile de sa sainte humanité, comme sous cette nuée dont il est parlé ici, répandre avec abondance tous les trésors de ses grâces, comme les eaux salutaires qui pouvaient seules arroser la sécheresse et désaltérer le cœur des hommes, pour faire produire des fruits de vie à une terre qui ne produisait auparavant que des fruits de mort. Heureuses les âmes qui, même après l'avénement du Fils de Dieu dans le monde, sont continuellement appliquées à regarder vers cette mer et cet océan infini, d'où elles peuvent espérer ce qui est capable de désaltérer la soif ardente que leur cause la sécheresse de cette vie misérable, et l'amour qu'elles ont pour la justice! Dieu ne leur accorde pas toujours aussi promptement qu'elles le souhaitent cette eau vive dont parlait depuis Jésus-Christ même à la femme de Samarie. Elles sont souvent obligées de la demander

cœlos, et pluviam in promissionis terrâ omnium maximè necessariam compresserat, (quæ, ut habes Deut. c. 11, v. 11, irrigua non est, sed montosa, et campestris) sacerdotum prophetarumque sedulitas, et ardens studium extinguendæ religionis veræ, et amplificandæ illius quæ Baali divinum impendebat obsequium, quàm Eliæ votum et oratio. Quare postquàm extincti sunt prophetæ et sublata populi publica pernicies, atque Baalis manifestis indiciis explorata futilitas, certus de pluviâ imminenti, dixit Elias ad Achab, qui præsens spectabat ad

sept fois, c'est-à-dire, plusieurs fois, et de soupirer long-temps après cette divine rosée du ciel qui ne se donne qu'à une terre beaucoup altérée, parce qu'étant d'un prix infini, comme une chose qui a coûté la vie même au Fils de Dieu, il est bien juste que ceux à qui il la donne sachent l'estimer par la peine que l'on a à l'obtenir.

Saint Augustin, qui a commencé, comme on l'a fait voir, à expliquer d'une manière spirituelle cette histoire, continue à nous donner une semblable explication des dernières circonstances que l'on vient de rapporter. « Elie, « dit ce Père, est la figure de notre Sauveur. « Ainsi, lorsqu'il a prié et qu'il a offert le sa- « crifice, il nous figurait Jésus-Christ priant « et s'offrant lui-même comme un sacrifice « très-pur pour tout l'univers. Elie a prié sur « le mont Carmel, et Jésus-Christ sur le mont « des Oliviers. Elie a prié pour faire tomber « la pluie sur la terre, et Jésus-Christ a prié « pour faire descendre la grâce du ciel dans « le cœur des hommes. Ce que dit Elie à son « serviteur, *d'aller sept fois regarder du côté de « la mer*, marquait les sept dons de la grâce « du Saint-Esprit, qu'il devait répandre sur « toute l'Eglise. Et cette petite nuée qu'il vit « s'élever de la mer figurait la chair même de « Jésus-Christ, qui devait naître dans la mer « du monde. Et afin que l'on n'en pût douter, « il ajoute *que cette nuée était comme le pied « d'un homme*, c'est-à-dire, de cet homme qui « demandait aux Apôtres, en parlant de soi, « *ce que l'on disait du Fils de l'homme*. De « même donc qu'après trois ans et demi de « sécheresse, la pluie descendit du ciel à la « prière d'Elie, aussi à l'avénement du Sau- « veur, après trois années et demie de sa pré- « dication évangélique, la pluie de la parole « de Dieu arrosa heureusement toute la terre. « Et comme Elie, cet ancien prophète, fit « mourir tous les prêtres des idoles, de même « le véritable Elie, qui est notre Seigneur Jé- « sus-Christ, ayant paru dans le monde, a dé- « truit et anéanti toutes les superstitions sa- « crilèges au paganisme. » C'est là ce que ce grand saint appelle *un trésor très-précieux pour le sage*, et une viande spirituelle propre pour nourrir les âmes qui s'appliquent à l'intelligences des divins mystères. Car lorsqu'on découvre ainsi par une humble et pieuse méditation les plus grands objets de notre foi sous l'écorce de la lettre et de l'histoire, on s'enflamme, dit le même Père, d'un saint désir d'y chercher de quoi nourrir de nouveau sa piété. (Sacy.)

torrentem Cison, publicum illud et horribile prophetarum exitium, ut ascenderet, nempe in montem Carmelum, ubi etiam sacrificiis intererat, et se ibi cibo maturè reficeret, et quamprimùm se ac suos expediret ad reditum, ne illos gravis pluvia, cujus ipse jam sonum et fragorem audire videbatur, opprimeret. Erat autem multùm ut apparet, temporis transactum à meridie : nam ad meridiem usque productum est Baalitarum sacrificium, inde inchoatum, perfectumque, quod immolavit Elias, in quo non exiguam moram positam oportuit, cùm excitâsset altare, adduxisset aquam effudissetque, donec areolam, seu aquæductum impleret; ac tandem deductos prophetas ad torrentem Cison omnes ad unum occidisset. Cùm ergo rex, ut est verisimile, ad illum usque articulum rerum eventum jejunus expectâsset, jubet propheta, ut cibum capiat securus de pluviâ et de meliori in posterum fructuum proventu.

Vers. 42. — Elias autem ascendit in verticem Carmeli, et pronus in terram posuit faciem suam inter genua (1). Dùm Achab post

Porrò Abulensis hinc colligit, Eliam ab hoc tempore quo in monte Carmelo cœlitùs ignem devocavit, eoque Baalitas prostravit, habitationem suam in eodem ad memoriam tanti beneficii et miraculi deinceps fixisse, atque eòdem confluxisse ad ipsum plures viros religiosos, qui se totos Deo, orationi et divinis rebus laudibusque tradebant. Quos post Christum imitati sunt, qui in eodem monte religiosè Deum coluerunt, indeque orta est antiqua et sancta Carmelitarum religio et familia. Unde septem summi pontifices, Sixtus IV, Joannes XXII, Julius III, Pius V, Gregorius XIII, Sixtus V et Clemens VIII, in Bullis huic ordini concessis, de professoribus hujus sacri instituti ita loquuntur : « *Tanquàm religionis speculum et exemplar claritate fulgentes, sanctorum- « que prophetarum Eliæ et Elisei, et aliorum « patrum qui montem sanctum Carmeli juxta « Eliæ fontem habitârunt, successionem hæredi- « tariam tenentes.* » Unde et Sixtus V huic religioni concessit, ut Eliam et Eliseum tanquàm suæ institutionis patronos coleret, dies festos in eorum honorem celebrando propriaque officia in eorum memoriam recitando, quod et ipsa religio studiosè servat, et in ipso officio nomen et solemnitatem patroni Eliæ tribuunt.

Hinc et Niceph. lib. 8, cap. 3, asserit Helenam magni Constantini matrem in Carmelo templum ædificâsse Eliæ prophetæ. Sanè tempore Eliæ et Elisei, in Carmelo fuisse oratorium, vel synagogam, ad quam festis diebus populus conveniret tum orationis causâ, tum ut Eliam, Eliseum et similes concionatores audiret, satis significatur lib. 4 Reg. 4, 23, idque ibidem docent Lyran., Abulens. et alii. Porrò etiamnum Carmelitæ Eliæ festum solemne celebrant die 20 julii, quo die Elias Martyrologio Romano adscriptus est. Vide

prophetarum cædem vadit ad capiendos cibos, Elias ad Carmeli verticem ascendit, ut ardentiùs oret, et pluviam sibi paulò ante promissam, aut excipiat oblatam, aut tardantem acceleret. Quo porrò corporis habitu Elias oraverit, obscurum est. Cajetanus hìc duas actiones, et duos orandi modos agnoscit. Primùm enim putat prostravisse se prophetam, et in faciem corruisse, sicut fecit antea, cùm Sarephthanæ viduæ filium excitaret; deinde sedisse in terrâ, ac inter genua posuisse faciem; aut certè priùs stravisse se in faciem, ut gratias ageret pro re benè gestâ; deinde mutato corporis habitu orâsse pro pluviâ. Abulensis, q. 35, non putat faciem propriè positam inter genua, quia illa corporis dispositio et difficilis est, et devotioni non admodùm idonea; sed inclinatum credit prophetam, et faciem etiam inclinatam ad genua. Idem propè historia Scholastica. Alii ita accipiunt corporis figuram sicut sonat littera, ita ut verè faciem genibus inclu-

Suaresium lib. 2 de Religione, capite 10.

Extat in Biblioth. Patrum, tom. 4 editionis tertiæ Coloniensis, p. 725, liber Joannis XLIV, Jerosolymorum episcopi, ad Caprasium, de institutione monachi, in quo Carmelitarum institutum per omnia ab Eliâ derivatum ostenditur, quem librum nonnulli recentiores vetustum esse autumant, auctoremque faciunt Joannem Jerosolymitanum episcopum, qui vixit tempore S. Hieron., et ab eo velut Origenista notatus est; sed id multis refutant doctores Colonienses in præfat. libri, ac Baronius tom. 5, anno Christi 444, et Bellarm. de Script. eccles. pag. 95, qui censent, stylum esse hominis Latini, et posteriorum temporum.

Denique Salomon montis hujus meminit Cantic. 7, 15, dicens : *Caput tuum ut Carmelus*. Vide ibi dicta. Porrò *Carmeli* nomen aptè repræsentat statum religionis, tum quia hic piis institutis et meritis abundat, sicut Carmelus frugibus et fructibus; tum quia *Carmel* Hebraicè idem est quod *scientia circumcisionis*, scilicet mortificationis, passionum, cupiditatum et affectuum terrenorum, quæ discitur in religione, quasi in propriâ hujus rei scholâ.

Quamobrem jure S. Hieronymus hos omnes quos diximus, veteris Testamenti *monachos* vocat, idemque alio loco seipsum monachis annumerans : *Noster*, inquit, *princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces filii prophetarum;* quod iisdem penè verbis dicit Isidorus lib. 2, cap. 15, qui in libro de ecclesiasticis Officiis hunc utrumque et cæteros prophetas *monachorum* appellat *principes*. Ad quos etiam accedit apertè Cassianus lib. 1, cap. 2, qui ab iis ait monasticæ professionis primordia esse fundata. Elias enim sine uxore, sine liberis, sine familiâ castam cœlibemque semper egit vitam; in tantâ insuper paupertate, ut vestium loco, zonâ pelliceâ amictus describatur; victum autem modò à viduâ, modò à corvo quasi mendicatum acciperet. (Corn. à Lap.)

serit atque inseruerit Elias. Sic Chrysostomus in Psal. 129, Aug. serm. 201 de Tempore. Et in eâ positione aliquid inveniunt quod maximè videatur ad orantis affectum, et ad sollicitandam divinam misericordiam opportunum. Eo enim habitu est fœtus in maternis adhuc visceribus inclusus, conglobatus videlicet in seipsum, eâ specie, quâ nulla videtur fingi posse miserior, quâ clamat ad Deum, sibi ut liceat lucem aspicere, et auram ducere vitalem. Quod explicuit optimè Isidorus lib. 11 Orig. cap. 1 : « Genua, inquit, sunt commis-« siones femorum et crurum, et dicta genua, « eò quòd sint in utero genis opposita; cohæ-« rent enim sibi, et cognata sunt oculis lacry-« marum indicibus et misericordiæ : nam à « genis genua dicuntur. Denique complicatum « gigni, formarique hominem dicunt, ita ut « genua sursùm sint, quibus oculi formentur, « ut cavi et reconditi fiant. Ennius genua « comprimit arctâ genâ: inde est quòd homines « dùm ad genua se prosternunt, statim lacry-« mantur. Voluit enim eos natura uteri ma-« terni rememorari, ubi quasi in tenebris con-« sidebant, antequàm ad lucem pervenirent. »

Hoc ipsum dixit Aristoteles lib. 7 de Histor. animal. cap. 8 : « Homo in semet conglobatus « sic gestatur, ut nasus inter genua, oculos su-« per genua, aures extra genua habeat. »

Sed est adhuc dubium an in hanc figuram se complicârit Elias sedens, aut humi stratus. Cajetanus sedisse putat; et quidem quomodò aliter caput genibus inserere potuerit non video, nisi admodùm indecorè. De hâc re nihil ab auctoribus definitum invenio. Si propriè caput genibus insertum statuamus, placet quod putat Cajetanus : neque enim alio corporis habitu, nisi distorto corpore fieri potest. Quòd si, ut putabat Abulensis, caput potiùs est inclinatum ad genua, et non propriè genibus insertum, utrumque videtur non difficile, neutrum certum. Qui enim in mœrore sunt, et feminæ præcipuè, caput demittunt ad genua, ne lucem videant, aut aliquid hauriant, quod exhilaret animum, ut faciunt plerùmque viduæ, cùm conjuges primùm amiserunt. Neque mihi difficile est, quando textus, præsertim Latinus, non in unam magis quàm in alteram partem pronus est, si prostratum humi dicamus Eliam, et faciem ejus appressam pulveri, ita tamen ut corpus non tam sit stratum et extensum, quàm curvatum et nixum genibus, et ab illis non procul statuto capite, quomodò converterunt Septuaginta : *Inclinavit se in terram, et*

posuit faciem suam inter genua sua. Eodem modo Chaldæus et omnes recentiores interpretes, et clariùs Hispanica translatio : *E descendiose de vientre en tierra.* Qui orandi modus Hebræis erat in summo dolore, aut orandi studio non inusitatus. Quem orandi modum audio etiam nunc quibusdam peregrinis nationibus familiarem, quæ incurvato corpore terram osculantur, quod fieri nullo modo potest, nisi facie genibus aut applicatâ, aut proximâ.

Vers. 43. — Et dixit ad puerum suum : Ascende, et prospice contra mare. Non dubitabat Elias venturam esse pluviam, eamque ingentem, cujus sonitum paulò ante audiisse videbatur; cupiebat tamen illam advenire quamprimùm, ut et propheticam statim liberaret fidem, et mœrentes animos populi solaretur, quem vehemens tunc urgebat fames, et spe promissæ pluviæ dolorem suum utcumque sustentabat. Quare iterùm ac sæpiùs dimittit puerum, quem secum adduxerat, ut versùs mare, Mediterraneum opinor, intueretur, si qua nubes inde in aere concresceret. Cùmque sexies missus nihil vidisset, iterùm atque iterùm se dedit in preces, donec tandem septimò missus videre se dicit nubeculam parvam ascendentem è mari, quale hominum solet apparere vestigium. Tunc verò ingruere vehementem pluviam odoratus per eumdem puerum, regem admonuit ut quamprimùm ascenderet currum, ne illum in aperto loco tempestas deprehendat.

Quidam hunc puerum esse putant filium Sarephthanæ viduæ, quem Elias paulò ante excitarât à mortuis. Alii Jonam esse putant, quem Sarephthana mater in Eliæ disciplinam et societatem tradidit, ut illi esset assiduus, et servilem quoad posset et liceret, operam præstaret. De hâc re pluribus Joannes episcopus Hierosolymitanus c. 120, t. 9 Bibliothecæ. Alii ista non probant, quorum ego sententiæ libentiùs adhæreo. In hâc nube S. Joannes episcopus Hierosolymitanus agnoscit B. Virginem, et ex nubis proprietate, quæ ascendens ex mari amaro, nihil tamen inde trahit amaritudinis, sine ullâ maculâ ortam esse dicit, B. Virginem conceptam, credo, intelligit, quia sicut nubes nihil habet amarum, cùm oritur è mari, sic etiam è mari nihil concipit amaritudinis. (1)

(1) Vers. 44. — Ecce nubecula parva quasi vestigium (pedis) hominis ascendebat de mari. Hebræus : *Parvula quasi vola hominis;* Vatablus : *Ad magnitudinem volæ hominis ;* Chaldæus : *Nubes parva sicut vola manûs hominis ascendit de Occidente,* id est, de mari Mediterraneo; hoc enim est ad occidentem Judææ.

Nota : Vola tam de pedibus quàm de manibus dicitur : Hebræum enim *caph,* id est, *vola,* propriè est curvitas, sive concavitas tam pedum quàm manuum, imò et cochlearium aliarumque rerum curvarum ; Chaldæus hic accipit volam manûs ; noster verò *volam pedum,* unde vertit, *vestigium hominis,* idque congruentiùs : videbatur enim Deus hic in nube, quasi pedibus descendere ad dandam Israeli pluviam, et terram fœcundandam.

(1) *Manus,* id est, vis, virtus, alacritas, agilitas ad currendum; q. d. : Deus dedit robur, vires et alacritatem Eliæ, ut licet ipse esset jejunus, fessus, et debilis ex longâ concertatione cum Baalitis, item ex prolixâ oratione, sacrificio et impetratione pluviæ, tamen curreret, imò præcurreret currum Achab, qui concitatis equis procurrebat, ut pluviam evaderet. *Currebat* ergo Elias, ut Achab et Israelitæ agnoscerent auctore Deo datam esse pluviam per preces Eliæ : item ut officium honorarium præstaret regi suo Achab, eum stipando, præeundo et præcurrendo.

(Corn. à Lap.)

Vers. 45. — Cumque se verteret huc atque illuc, ecce cœli obtenebrati sunt. Dubium est quis sit iste qui se hùc atque illùc assiduè versabat. Existimare non nemo posset fuisse Eliam, qui cùm signum vidisset instantis pluviæ, aut præ gaudio, quia res successerat ex voto, aut præ sollicitudine, ne nubes illa evanesceret, et expectationem, tam suam quàm aliorum relinqueret hiantem; hùc se atque illùc sollicitus versabat, atque anxius, quod homines in gravi aliquâ sollicitudine ac metu frequenter faciunt, quos uno in loco affectus ille acriter incitatus consistere non sinit. Aut certè orationis ardor et studium, sicut animum, qui maximè in eo orationis æstu laborat, sic etiam corpus in has atque illas partes impellit. Quod etiam accidisse videtur Eliseo lib. 4 Reg. c. 4, v. 35, qui cùm esset intentus excitando puero, et jam super eum incubuisset, *deambulavit in domo semel hùc atque illùc.* Tunc autem orâsse vehementiùs, ut magis se ad alteram incubationem compararet. Verumtamen placet magis communis sententia, quæ hæc de Achab accipit, cui, cùm maturè ab Eliâ foret per famulum admonitus, ut sunt regum tarda molimina, et illorum incessus impediti, dùm alia atque alia aut meditantur, aut curant, aut etiam quia non satis sibi persuaserat instare pluviam, extractum est aliquantulùm temporis : interim verò incubuit tempestas, et regem tardiùs molientem occupavit, qui tandem conscenso curru venit in Jezrael.

Vers. 46. — Et manus Domini facta est (1)

SUPER ELIAM, ET ACCINCTUS LUMBIS CURREBAT ANTE ACHAB. Manus Domini, opus Domini significat : tunc autem dicitur super aliquem fieri, cùm aliquid inspiratur, aut mittitur à Deo, quo ho-

« Le plus grand prophète, le premier minis-« tre de l'Éternel, s'écrie Voltaire, courir « comme un valet de pied devant la charrette « du roi d'Israël! » Suivant ce critique, les envoyés de Dieu devraient être choisis parmi les hommes puissants, parmi les riches du siècle; il en a cependant été autrement, soit dans l'ancienne loi, soit dans l'établissement et la propagation de la nouvelle; et ces prédicateurs, ces ministres *à pied* ont changé la face de la terre, et sont encore l'objet du respect et de la vénération des peuples.

« Mais pourquoi *courir?* »

C'était pour convaincre Achab que, quoique le ciel fût serein, l'orage allait venir si promptement qu'il serait impossible de l'éviter, si l'on ne faisait pas la plus grande diligence.

minum aut illustratur mens aut incitatur animus, ut aliquid arduum aut bonum aggrediatur et efficiat. Quo modo lib. 2 Par. c. 30, v. 12, dicitur facta in Juda manus Domini, ut corde uno facerent juxta præceptum regis : sic etiam nunc facta dicitur super Eliam Domini manus, et inditus novus animus et spiritus, ut tonante et fulgurante cœlo non solùm sequeretur, sed etiam antecederet regium currum, neque timeret indignationem illorum qui cædem prophetarum dolerent, et illam studiosè conarentur ulcisci; qui sanè in Jezraele esse poterant non pauci, cùm ibi esset Jezabel, de cujus mensâ tot illi, aut illorum multi prophetæ comedebant. Sed inspirante Deo vires et audaciam, superavit hæc omnia, et in civitatem illam regiam omnium primus intravit.

CAPUT XIX.

1. Nuntiavit autem Achab Jezabel omnia quæ fecerat Elias, et quomodò occidisset universos prophetas gladio.

2. Misitque Jezabel nuntium ad Eliam, dicens : Hæc mihi faciant dii et hæc addant, nisi hâc horâ cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis.

3. Timuit ergo Elias, et surgens abiit quòcumque eum ferebat voluntas; venitque in Bersabee Juda, et dimisit ibi puerum suum.

4. Et perrexit in desertum viam unius diei. Cùmque venisset, et sederet subter unam juniperum, petivit animæ suæ ut moreretur, et ait : Sufficit mihi, Domine; tolle animam meam; neque enim melior sum quàm patres mei.

5. Projecitque se, et obdormivit in umbrâ juniperi. Et ecce angelus Domini tetigit eum, et dixit illi : Surge, et comede.

6. Respexit, et ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aquæ : comedit ergo et bibit, et rursùm obdormivit.

7. Reversusque est angelus Domini secundò, et tetigit eum, dixitque illi : Surge, comede, grandis enim tibi restat via.

8. Qui cùm surrexisset, comedit et bibit, et ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus et quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb.

9. Cùmque venisset illùc, mansit in speluncâ. Et ecce sermo Domini ad eum,

CHAPITRE XIX.

1. Achab ayant rapporté à Jézabel tout ce qu'Elie avait fait, et de quelle manière il avait tué par l'épée tous les prophètes *de Baal,*

2. Jézabel envoya un homme à Elie pour lui dire : Que les dieux me traitent dans toute leur sévérité si demain, à la même heure, je ne vous fais perdre la vie, comme vous l'avez fait perdre à chacun de ces *prophètes.*

3. Elie eut donc peur, et s'en alla partout où son désir le portait; et étant venu à Bersabée, en Juda, il y laissa son serviteur.

4. Il fit dans le désert une journée de chemin ; et étant venu sous un genièvre, il s'y assit, et, souhaitant la mort, il dit à Dieu : Seigneur, c'est assez; retirez mon âme de mon corps, car je ne suis pas meilleur que mes pères, *qui sont morts aussi.*

5. Et il se jeta par terre, et s'endormit à l'ombre du genièvre. Et voilà qu'un ange du Seigneur le toucha, et lui dit : Levez-vous et mangez.

6. Elie regarda, et vit auprès de sa tête un pain cuit sous la cendre et un vase d'eau. Il mangea donc et but, et il s'endormit encore.

7. L'ange du Seigneur, revenant une seconde fois, le toucha *encore,* et lui dit : Levez-vous et mangez, car il vous reste un grand chemin à faire.

8. S'étant levé, il mangea et but; et, fortifié par cette nourriture, il marcha, quarante jours et quarante nuits, jusqu'à Horeb, la montagne de Dieu.

9. Y étant arrivé, il demeura dans une caverne; et le Seigneur, lui adressant sa parole, lui dit : Que faites-vous ici, Elie ?

dixitque illi : Quid hìc agis , Elia?

10. At ille respondit : Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel, altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, et quærunt animam meam ut auferant eam.

11. Et ait ei : Egredere, et sta in monte coram Domino, et ecce Dominus transit. Et spiritus grandis et fortis subvertens montes et conterens petras ante Dominum, non in spiritu Dominus. Et post spiritum commotio, non in commotione Dominus.

12. Et post commotionem ignis, non in igne Dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis.

13. Quod cùm audisset Elias, operuit vultum suum pallio, et egressus stetit in ostio speluncæ. Et ecce vox ad eum dicens : Quid hìc agis, Elia? Et ille respondit :

14. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel, altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio; derelictus sum ego solus, et quærunt animam meam ut auferant eam.

15. Et ait Dominus ad eum : Vade, et revertere in viam tuam per desertum in Damascum, cùmque perveneris illùc, unges Hazael regem super Syriam;

16. Et Jehu filium Namsi unges regem super Israel; Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abel-Meula, unges prophetam pro te.

17. Et erit, quicumque fugerit gladium Hazael, occidet eum Jehu, et quicumque fugerit gladium Jehu, interficiet eum Eliseus.

18. Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, et omne os quod non adoravit eum osculans manus.

19. Profectus ergo inde Elias, reperit Eliseum filium Saphat arantem in duodecim jugis boum, et ipse in duodecim jugis boum arantibus unus erat; cùmque ve-

10. Elie lui répondit : Je brûle de zèle pour le Seigneur Dieu des armées, parce que les enfants d'Israël ont abandonné votre alliance, qu'ils ont détruit vos autels, qu'ils ont tué vos prophètes par l'épée, et que, étant resté seul, ils cherchent encore à m'ôter la vie.

11. Le Seigneur lui dit : Sortez, et tenez-vous sur la montagne devant le Seigneur, et voilà passer le Seigneur. Il s'éleva un vent violent, impétueux, renversant les montagnes et brisant les rochers ; et le Seigneur n'était point dans ce vent. Après le vent, il se fit un tremblement *de terre;* et le Seigneur n'était point dans ce tremblement.

12. Après le tremblement, il s'alluma un feu ; et le Seigneur n'était point dans ce feu. Après le feu, on entendit le souffle d'un petit vent *doux, et là était le Seigneur.*

13. Ce qu'Elie ayant entendu, il se couvrit le visage de son manteau, et, étant sorti, il se tint à l'entrée de la caverne ; et en même temps une voix se fit entendre, qui lui dit : Que faites-vous là, Elie ? Il répondit :

14. Je brûle de zèle pour vous, Seigneur Dieu des armées, parce que les enfants d'Israël ont abandonné votre alliance, détruit vos autels, tué vos prophètes par le fer, et que, étant demeuré seul, ils cherchent encore à m'ôter la vie.

15. Et le Seigneur lui dit : Allez, retournez par le chemin où vous êtes venu , le long du désert vers Damas, et lorsque vous y serez arrivé, vous sacrerez Hazaël pour être roi de Syrie.

16. Vous sacrerez aussi Jéhu, fils *de Josaphat, fils* de Namsi, pour être roi d'Israël ; et vous sacrerez Elisée, fils de Saphat, qui est d'Abel-Méula, pour être prophète en votre place.

17. Quiconque aura échappé à l'épée d'Hazaël, sera tué par Jéhu, et quiconque aura échappé à l'épée de Jéhu, sera tué par Elisée.

18. Et je me réserverai dans Israël sept mille hommes qui n'ont point fléchi le genou devant Baal, et qui ne l'ont point adoré en portant la main à leur bouche pour la baiser.

19. Elie, étant donc parti de là, trouva Elisée, fils de Saphat, qui labourait avec douze paires de bœufs, et conduisait lui-même une des charrues des douze paires de bœufs. Elie s'é-

nisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum.

20. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, et ait : Osculer, oro, patrem meum et matrem meam, et sic sequar te. Dixitque ei : Vade, et revertere, quod enim meum erat feci tibi.

21. Reversus autem ab eo, tulit par boum, et mactavit illud, et in aratro boum coxit carnes, et dedit populo, et comederunt ; consurgensque abiit, et secutus est Eliam, et ministrabat ei.

tant approché d'Elisée, mit son manteau sur lui.

20. Elisée aussitôt quitta ses bœufs, courut après Elie, et lui dit : Permettez-moi, je vous prie, que j'aille baiser mon père et ma mère, et après cela je vous suivrai. Elie lui répondit: Allez, et revenez, car j'ai fait pour vous ce que j'avais à faire.

21. Elisée, après avoir quitté Elie, prit une paire de bœufs, qu'il tua ; il en fit cuire la chair avec le bois de la charrue, et la donna au peuple, qui en mangea. Il s'en alla aussitôt après, et se mit à suivre Elie et à le servir.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Nuntiavit autem Achab Jezabel omnia quæ fecerat Elias. Quo animo hæc omnia à rege fuerint uxori nuntiata, non constat, cùm multa nuntiâsset, quæ magnoperè prophetæ virtutem et sanctitatem commendare potuerint, ut quòd ignem evocârit è cœlo, pluviamque impetrârit, quod summum eo tempore beneficium existimari poterat, propter quod suspici ab omnibus, et amari deberet. Hoc narrari poterat à rege, ut uxorem impiam à vano idolorum cultu ad veram religionem adduceret, et Dei famulum Eliam plurimi faceret, et ut verum Dei prophetam agnosceret, seque illius disciplinæ excolendam traderet. An id rex curaverit incertum. Illud certum, nihilò ex eo meliorem factam Jezabelem; imò id certius, aut nihil horum cogitâsse, aut adeò id egisse molli brachio, ut nihil horum impetraverit ab uxore impiæ parentûm religioni obstinatiùs alligatâ. Quæ non tam lætata est quòd missa fuerit tandem de cœlo pluvia, quàm inflammata in prophetam odio, quòd neci dederit patriæ religionis prophetas et antistites. Quare talem prophetæ per nuntium minatur plagam, qualem ipse priùs aliis intulerat (1).

Vers. 3. — Timuit ergo Elias, et surgens abiit (1). Expositionem hujus loci moralem vide apud D. Bernardum, sermone 64 ex par-

(1) « Jézabel, dit Voltaire, est assez sotte « pour faire avertir Elie par un messager « qu'elle le fera prendre le lendemain ; c'était « lui donner un jour pour se sauver. » Le miracle qu'Elie venait d'opérer avait produit une révolution subite dans les esprits ; de là ce coup d'autorité contre les faux prophètes, qui ne fut fait que du consentement d'Achab et de tout le peuple. Quand Jézabel en fut informée, elle fit faire, dans son dépit et son emportement, des menaces à Élie, dont au fond elle redoutait la présence. Le prophète, qui connaissait la faiblesse d'Achab et le caractère inconstant des Israélites, craint que leurs dispositions passagères ne changent bientôt, et que Jézabel ne soit en état d'effectuer ses menaces. (Duclot.)

(1) *Élie eut peur, et s'en alla aussitôt partout où son désir le portait*, etc. Le grand pape saint Grégoire fait une admirable réflexion sur le courage tout divin qu'avait fait paraître Élie à l'égard d'Achab et de tous ses faux prophètes, et sur cette extraordinaire frayeur dont il fut saisi tout d'un coup, à la seule voix de Jézabel, qui le fit fuir de tous côtés, non pas où le mouvement de Dieu le conduisait, mais où la faiblesse de la nature l'emportait. « Les saints, « dit-il, que l'Esprit de Dieu a élevés dans un « haut degré de perfection et de connaissance, « sont rabaissés ordinairement par quelque ten- « tation, tant qu'ils sont en cette vie, de peur « que leur élévation, ne les porte dans l'or- « gueil. C'est ainsi qu'Élie, étant arrivé au « comble de tant de vertus, fut rabaissé tout « d'un coup, lorsqu'il fuyait Jézabel, qui, bien « que reine, n'était néanmoins qu'une faible « femme. Je considère, d'une part, ajoute-t-il, « la force étonnante de cet homme qui ferme « le ciel par sa parole et qui l'ouvre quand il « le veut ; qui ressuscite les morts et qui pré- « voit les choses futures ; je regarde, d'autre « part, la faiblesse et la frayeur de ce même « homme qui s'enfuit devant une femme, et « qui souhaite de recevoir la mort de la main « de Dieu sans la pouvoir obtenir, dans le « même temps qu'il s'efforçait de l'éviter du « côté de cette femme, qui le voulait perdre. « D'où vient donc qu'il paraissait si puissant « pour opérer ces grandes merveilles ? et d'où « vient qu'il paraissait si faible, jusqu'à fuir « devant une femme, sinon, parce qu'autant « que les saints sont forts par la puissance de « Dieu, autant ils sont faibles par leur propre « infirmité ? Ainsi, lorsqu'Élie parut si rempli « de force, il fit connaître que c'était de Dieu « qu'il avait reçu sa force. Et lorsqu'au con- « traire il parut si faible, il reconnaissait la fai- « blesse qui lui était naturelle. La puissance « qu'il fit éclater aux yeux des hommes était « une preuve de sa vertu, et la faiblesse dans « laquelle on le vit tomber aussitôt après, était « la gardienne et comme l'affermissement de « cette même vertu. *Illa potentia virtus fuit ;* « *ista infirmitas custos virtutis.* » (Sacy.)

« Mais un homme qui ressuscite les morts, « et qui dispose des nuées et de la foudre, « est-il assez poltron pour fuir devant une

vis. Qui neque regem timuit, neque populum, qui regium stipabat latus, qui ausus est copiosum prophetarum agmen occidere, ille nunc unius feminæ vultum sustinere non potest, et illius minaci oratione perterritus, in fugam se quamprimùm dat, neque tutum se putat, nisi quadraginta dierum itinere confecto. Hæc eloquentissimè, ut solet, amplificat Chrysostomus homil. de Petro et Eliâ, quæ est apud Metaphrastem, et adducitur à Surio, tom. 4 in mense Augusto, qui illius timoris et fugæ aliquas adducit causas. Ait enim primùm in his, quæ hactenùs exposuimus, aliquam Eliæ intercessisse culpam, crudelitatis nempe, quod mihi durum est, neque omnibus probari video; culpam verò spiritus debilitare ac frangere, et strenuis etiam atque audacibus animis pavorem incutere, satis Scriptura sacra clamat, et docet experientia. Alia ratio est, « quia Deus « declarare voluit miracula illa, quæ ostensa « fuerant, non ab Eliâ, sed à suâ ipsius potentiâ facta fuisse. Vide quid faciat, quo tempore « Deus ipse operabatur, reges, principes, et « populi Eliæ succumbebant; cùm verò Deus « abscessisset, etiam mulier una prophetæ ibi « terribilis visa est. Abscessit Deus, et natura « humana redarguta fuit. » Deinde ut ex hâc tantâ rerum dissimilitudine Elias intelligeret dùm aliquid faceret, aut auderet egregium, divinæ potentiæ potiùs ac benignitati, quàm suis viribus esse tribuendum. « Vidisti, inquit, « quemadmodùm recedente gratiâ redarguta « est natura humana; fugit enim Elias itinere « quadraginta dierum. Non uno aut altero, sed « quadraginta diebus aufugit, et ad regionem « omninò desertam se contulit, non nutrimentum, non cibum aliquem secum ferens; nam « tanquàm ebrius præ metu cætera nihil curabat, sed desertas tantùm regiones sequebatur. » Idem penè hìc Angelomus, et Rabanus. « Sancti, inquiunt, viri, sublevante spiritu ad « summa rapiuntur: quamdiù verò in hâc vitâ « sunt, ne superbiant, tentationibus reprimuntur. » Idem Theodoretus q. 47. Sanè cùm capite præcedenti in fine manus Domini facta est super Eliam, contra vim tempestatis pedibus suis regios currus turbinis in modum volantes præcedebat, et eum in locum ubi Jezabelem esse noverat, prophetarum ultricem, properabat alacer. At ubi Deus manum illam, quæ vires prophetæ inspirabat et animos, subduxit, feminam timet, et ne in illius manus incurrat, ignobilem fugam meditatur: neque quantùmcumque semotus securum se putat à femineo furore. Cur Elias Jezabelem timuerit, cùm priùs fuerit omni formidine superior, tractat Abulensis optimè hìc, q. 3.

Quocumque eum ferebat voluntas. Ebrio nuper similem esse Eliam dixit Chrysostomus, neque enim minùs timor aut furor mentem eripit, quàm vinum aut ebrietas, unde in Scripturâ sæpè audimus homines ebrios non à vino, sed à mœrore, desperatione, aut à graviori aliquâ perturbatione. Sic sanè Isaias cap. 29, v. 9: *Obstupescite, et admiramini, fluctuate, et vacillate, et non à vino;* et cap. 51, v. 21: *Audi hoc, paupercula et ebria, et non à vino.* Præterea hominem in æstu gravi, et perturbatione animi similem facit navi, quæ gravi æstu maris jactatur, quam non regit ars ulla nautica, quia ars omnis à tempestate vincitur, neque aliquid est fervente pelago in gubernatore consilii. Sic certè sæpè in descriptione horribilium tempestatum audimus. Ovidius lib. 3 de Tristib. Eleg. 1:

Rector in incerto, nec quid fugiatve, petatve
Invenit, ambiguis ars stupet ipsa malis.

Utramque similitudinem conjunxit David Psal. 106, v. 26: *Ascendunt usque in cœlos, et descendunt usque ad abyssos; anima eorum in malis tabescebat, turbati sunt, et moti sunt, sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est.* Sic, inquit Chrysostomus: « Elias tanquàm ebrius, quòcumque illum ferebat voluntas, rapiebatur « potiùs quàm quò illum consilium, et ratio « deducebant; sicut et navis, quam rapit tempestas omni arte superior, non regit gubernatoris prudentia. » Comparat cum vento vehementi Jezabelis orationem furoris et minarum plenam; nam quemadmodùm ventus navim jactat rapitque, sic Jezabelis oratio minax prophetam rapuit incertum et vagum, quòcumque ferebat timoris impetus, aut quà se primus aditus aperiebat ad fugam. Audi Chrysostomum: « *Quemadmodùm Zephyrus cùm « vehementer flat in velum aliquod, navigium ipsum cum impetu transmittit, ita mulieris oratio « in prophetam irruens multo cum impetu ad solitudinem desertam eum compulit.* »

Venitque in Bersabee Juda, et dimisit ibi

« femme? » Cet homme savait que ce n'était pas par sa propre puissance qu'il avait opéré ces prodiges; que Dieu, qui en était l'auteur, ne s'était point engagé à les répéter à tout instant; qu'il y aurait de la présomption et de l'orgueil à négliger les moyens humains d'échapper au danger que fournit la prudence, lorsque le ciel n'en indique point d'extraordinaires. (Duclot.)

PUERUM SUUM. Bersabee est in extremâ parte Judæ et terræ promissionis, ad australem plagam, quæ respicit desertum. Unde cùm extremi adhibentur fines terræ promissionis, Dan ab aquilonari parte ponitur, ab australi, sive à deserto, Bersabee. Cùm eò igitur veniret primo die ex quo ex Jezraele profugit, reliquit ibi puerum, quem in montem Carmelum secum adduxerat, aut quia noluit ut puer secum laborem et famem sustineret, aut ne puer ab aliis cognitus dùm foràs egreditur obsonandi gratiâ, aut ob alias causas agit incautè, magistrum prodat. Maluit enim ut recessum haberet magis occultum, ut fecit ad torrentem Carith, latere solus, quàm cum periculo socium habere solitudinis suæ.

VERS. 4. — CUMQUE VENISSET, ET SEDERET SUBTER UNAM JUNIPERUM, PETIVIT ANIMÆ SUÆ, UT MORERETUR. Ubi noster, *juniperus*, Hebr. est *Rothem*, quam quidam genistam esse dicunt. Unde ea planta apud Hispanos appellatur *Retama*. Neque obstare putant, quòd hoc arbustum, in multis locis humile, neque ad opacandum locum aut frondes habeat explicatas et latas, neque ad inducendam umbram ramos diffusos; sæpè enim videmus ut quæ uno in loco exilia sunt, et parùm supra terram elevata, eadem alibi procera sint, et crassa, et cum magnarum arborum magnitudine certent. Quod in hâc ipsâ regione probat sinapi, quod cùm aliis in locis sit exile et humile, in terrâ tamen promissionis ejus est magnitudinis, ut in arborem crescat, ut habes Matthæi cap. 13. Nihilominùs juniperum esse arbitror, ut cum vulgato converterunt aliqui, cujus umbra, licet non usque adeò grata sit, est tamen multò magis idonea ad quietem. Cùm autem ad illum locum pervenisset propheta, cùm languor animi, et lassitudo corpus occupâsset, neque quo in eâ solitudine famem levaret, haberet aliquid opportunum, cœpit illum tædere vitæ, atque ideò mortem optat, eamque non minùs ardenter postulat, quàm antea vitam filio Sarephthanæ viduæ. Petere porrò animæ suæ, nihil est aliud quàm sibi petere. Animal enim ex usu Scripturæ per illius animam circumscribitur. Quare idem est *anima mea* atque *ego*; *animam suam* atque *se*; *animæ suæ* atque *sibi*.

Quærit hìc Abulensis, q. 3, quare cùm tam se priùs constantem præstiterit Elias, nunc mulierem tantoperè metuat, ut fugiat ab illâ quàm longissimè: cujus jam rationem supra reddidimus. Nunc addimus multò magis mulierum quàm virorum iram esse metuendam; mulier enim in utramque partem potentissima, imò impotentissima est, quæ si sibi aliquid faciendum proposuit, illud ad mortem usque persequitur: neque ratione ducitur, aut consilio, sed à suâ libidine impotenter abripitur. Multa de mulierum irâ implacabili dixerunt antiqui, quæ hìc referre longum esset, et est ab interpretis instituto alienum. Vide Juvenalem Satyrâ 6; Ovidium lib. 2 de Arte, sic de irâ mulieris:

Sed neque fulvus aper mediâ tam sævus in irâ est,
Fulmineo rabidos dùm rotat ore canes:
Nec lea cùm catulis lactantibus ubera præbet,
Nec brevis ignaro vipera læsa pede.

Seneca in Hercule Œteo de iratâ feminâ;

Scylla et Charybdis Sicula contorquens freta
Minùs est timenda; ullâ non melior ferâ est.

Sed habemus in Scripturâ testimonium illustrius, Eccles. 25, v. 23: *Non est caput nequius super caput colubri, et non est ira super iram mulieris.* Ambrosius Epist. 23 graviores esse dicit tentationes à mulieribus, quibus viri etiam strenui superati sunt; et licet de pugnâ spirituali locutus esse videatur, illud tamen ipsum de corporali periculo, eo, quem diximus, sensu potest intelligi. De muliere optimè Chrysostomus in sermone de Decollatione S. Joannis.

Illud etiam hìc quærendum, quomodò cùm tanto studio mortem fugiat Elias, mortem tamen expetat, quam paulò ante invenisse videbatur, quamque subiisset à Jezabele, nisi suæ sibi vitæ maturâ fugâ providisset. Ejus rei plurimæ adducuntur causæ. Angelomus et Rabanus duo mortis, seu potiùs duo homicidarum genera considerant: occidi à muliere turpe existimatur, et homine ingenuo prorsùs indignum, maximè in casu, in quo de religione est certamen. Horrebat Abimelec mortem illatam à feminâ, Judic. cap. 9, v. 54; expetebat à viro forti, et ideò dixit ad armigerum suum: *Evagina gladium tuum, et percute me, ne fortè dicatur quòd à feminâ interfectus sum.* Sic ergo horrebat Elias illatam à Jezabele mortem, non solùm quia id viro foret indecorum, sed quia non tam ipsi quàm religioni, de quâ proximè videbatur instituta contentio, grave inferebatur et importunum vulnus. At à Deo, à quo afferri sibi mortem optabat, vulnus accipere lethale, et vitæ declinare longa fastidia, non putabat horribile. In hanc sententiam inclinat Cajetanus; vide hâc de re Petrum Damianum tom. 2, serm. 2 de S. Vitali.

Chrysostomus Epist. ad Olympiam, cùm hanc

tractaret quæstionem, ait sæpè tristitiam multò esse morte duriorem, atque adeò homines optare sæpè, dùm se à molestis curis et angoribus exolvant, vitam duram et tristem cum honestâ morte commutare. Sic inquit : « Jonas « tristitiam fugiens confugit ad mortem; sic « etiam David mortem requirit. *Notum fac*, « inquit, *Domine, finem meum.* » De hâc re nos pluribus in nostris Commentariis super Jeremiam cap. 20, vers. 14, ad illud : *Maledicta dies in quâ natus sum*, et ad illud cap. 32, v. 5 : *Et ibi erit donec visitem eum;* ubi satis exemplorum adduximus tam ex profanâ quàm ex sacrâ paginâ. Quod homo patientissimus Job suo confirmavit exemplo, cap. 3, vers. 20 : *Quare misero data est lux, et vita his qui in amaritudine animæ sunt ?* Quod etiam docuit Ecclesiasticus cap. 30 : *Melior est mors quàm vita amara.* Contingit aliquando ut aliquis maximè mortem declinare studeat, meliorem sibi statum, conditionemque pollicitus, qui tamen, si labi in miseram conditionem, et statum ærumnosum contingat, optaret magis tunc interiisse, quàm trahere ægrum et infelicem spiritum. Sic multi dolent quòd mortem effugerint, quam mallent cum aliis habuisse communem, quàm in vitam incidisse, quam undique gravissima circumstant incommoda. Exempla ibi adduximus ad loca proximè citata; nunc aliud accipe ex Senecâ in Agamemnone, ubi mortem qui evaserant è Græcis, onustique barbaris exuviis revertebantur in patriam, cùm se jactari viderent tempestatibus, illos felices vocant, qui in acie ceciderunt; et mallent subiisse mortem, quàm in æstuante pelago tam dirâ tempestate jactari. Sic autem ibi Seneca :

Quid fata possunt ? invidet Pyrrhus patri,
Ajaci Ulysses, Hectori Atrides minor,
Priamo Agamemnon. Quisquis ad Trojam jacet
Felix vocatur.

Ad hunc igitur modum cùm Elias defessus jaceret, neque commodam haberet umbram in gravi, ut arbitror, æstu, indigeret cibo et potu, neque in solitudine illâ utriuslibet haberet copiam, in votis cœpit habere mortem, quam horruerat priùs cùm nondùm tantam rerum inopiam esset expertus.

SUFFICIT MIHI, DOMINE, TOLLE ANIMAM MEAM : NEQUE ENIM MELIOR SUM QUAM PATRES MEI (1). Hâc oratione sibi à Deo diem efflagitat extremum Elias. Quasi dicat satis jam sibi patriæque vixisse, neque majorem vitæ usuram datam esse patribus, id est (ut exponit Abulensis, quæst. 4) aliis prophetis qui præcesserunt, quos honoris gratiâ patres appellat, eo fortasse nomine, quia pro religione jugulum ultrò subjecerunt Jezabelis gladio. Sufficit, inquit, hùcusque occisis fratribus meis me fuisse superstitem. Sufficiat abs te tantùm accepisse honoris apud populum, cui pluviam orando abstuli, ablatamque orando iterùm restitui; cujus votis voluisti obsecundare nubes, parere cœlos ; et ipsam obsequi mortem, cùm, me orante, vitam reddidit illi, cui ademerat. Satis itaque

prophète; mais on doit juger de la véritable disposition de son cœur par ces paroles, qu'il dit dans la suite en parlant encore à Dieu : *Je brûle de zèle pour vous, Seigneur, parce que les enfants d'Israël ont abandonné votre alliance; qu'ils ont détruit vos autels, qu'ils ont tué vos prophètes par l'épée, et que je suis demeuré seul.* Voyant donc ce renversement général de la véritable religion parmi le peuple de Dieu, et sentant très-vivement l'outrage que les enfants d'Israël faisaient tous les jours à celui qu'ils reconnaissaient pour leur Seigneur ; croyant, d'ailleurs, qu'il était resté presque seul à défendre les intérêts et la gloire du vrai Dieu, il désira, comme une chose avantageuse pour lui, de mourir, afin de n'être plus témoin de tant de crimes et de sacriléges qui lui déchiraient le cœur. Pourquoi, Seigneur, disait-il, différez-vous à me retirer de ce monde corrompu ? Pourquoi ne vous contentez-vous pas que j'aie vu jusqu'à présent tant de sujets d'affliction ? C'est assez que vous m'ayez fait passer par tant d'épreuves, et ayant vécu autant que mes pères, c'est-à-dire, étant déjà vieux, je ne suis pas meilleur qu'ils n'étaient, pour vivre plus long-temps qu'ils ont eux-mêmes vécu. Ou bien, selon quelques interprètes, il entend parler des autres prophètes que Jézabel avait fait mourir; et il demandait à Dieu de ne leur pas survivre.

Elie, étant, selon les saints Pères, la figure de Jésus-Christ, a en cela figuré les faibles qui font partie de son corps mystique, comme le Sauveur lui même les a figurés en sa personne lorsqu'il s'affaiblit volontairement, et que la crainte de la mort lui causa cette agonie mystérieuse rapportée dans l'Evangile. Car, en effet, quoique ce prophète brûlât de zèle pour Dieu, c'était néanmoins en lui une véritable faiblesse, de s'être ainsi abattu par la crainte de Jézabel. Et quand même il se fût vu seul attaché à la défense de l'honneur de Dieu, il aurait dû lui suffire d'avoir Dieu pour protecteur. Mais puisque Jésus-Christ s'est plaint à son Père, aux approches de sa mort, qu'il l'avait abandonné, on ne doit pas s'étonner si l'un de ses serviteurs, avant son avénement, s'est plaint de ce qu'il était demeuré seul et sans appui du côté des hommes. (Sacy.)

superque datum est, nihil ampliùs opto, illud superest, quod aveo vehementer, ut tollas animam meam, id est, me de numero viventium. Quid enim à me sperari potest, quod præstare non potuerint parentes mihi charissimi, quos tamen Jezabelis ferro subjectos video? aut quid ego gravius commerui, propter quod me in tam ærumnosum vitæ aut mortis genus compegisti? Parentes, ut dixi, aut illi sunt, qui priùs pro religione vitam profuderunt, aut certè alii, qui non Eliæ solùm, sed etiam Israelitici generis parentes appellari potuerunt, quales fuerunt Abraham, Isaac, etc., qui omnes mortui sunt, neque est cur Elias illo numero aggregari non debeat.

Sed diceret aliquis immeritò queri Eliam, aut imprudenter optare in moriendi tempore aut vitæ modo similem esse parentibus, cùm illi supra centenarios decesserint, ille autem non videatur eò annorum esse provectus, ut suorum parentûm adæquaret ætatem. Respondeo illud visum esse prophetæ in eo mentis angore, quod miseris hominibus, qui æternas putant futuras esse miserias, quia illas vehementer horrent, sicut contra, qui in deliciis sunt, et hilares vivunt, momentaneam putant, aut timent futuram felicitatem. Eo fortassè erat affectus animo propheta, ut non putaret impositum iri calamitati modum, etiam cùm ad parentûm ætatem pervenisset. Quid si jam à Deo cognoverat sibi ad finem usque mundi non esse moriendum? quod fortassè verum est. Tunc queri potuit, aut dolere propheta, quòd exors esset conditionis illius, quam parentes optimi non effugerunt, cùm illorum fuerit nemo, cui moriendi necessitas ignoverit.

Vers. 5. — Projecitque se, et obdormivit in umbra juniperi (1). A jejuno stomacho abesse plerùmque solet somnus et quies; attulit tamen Eliæ somnum mœror et lassitudo. Sanè Davidem Psalm. 118, vers. 28, præ tædio dormitâsse legimus: *Dormitavit anima mea præ tædio.* Idem accidisse tribus discipulis in horto, docet Lucas cap. 12, vers. 45: *Et cùm surrexisset ab oratione, et venisset ad discipulos suos, invenit eos dormientes præ tristitiâ.* Sed illud Eliæ præterea accidit incommodi, quòd arborem nactus est infelicem, cujus umbra aut nulla est aut exilis, cùm frondes juniperus non habeat, sed spinas, quæ etiamsi à nobis se radiis solaribus opponant, neque solem avertunt, neque calorem frangunt. Adde quòd non solùm juniperi umbra inutilis est, id enim ferendum esset, sed etiam vehementer noxia. Ita Virgil. eclog. 10:

Surgamus: solet esse gravis cantantibus umbra;
Juniperi gravis umbra.

Tale miseris mundus parat hospitium, in quo nihil sit, quod ames, nihil quod non horreat. Primùm spinas affert, et si quid habet,

(1) *Et il se jeta par terre, et il s'endormit à l'ombre d'un genièvre. Un ange parut alors, et l'ayant touché, lui dit: Levez-vous et mangez*, etc. Dieu a soin de secourir son prophète dans ce grand abattement où il était. Et il lui envoie un ange, comme il en envoya un depuis à Jésus-Christ même pour le fortifier. « Voyez, dit Saint-Augustin, quelle est la « bonté de Dieu à l'égard de ceux qui sont « dans l'affliction et dans le jeûne. Il envoie un « ange à Elie pour lui commander de prendre « de la nourriture, afin qu'il pût se soutenir « dans le long chemin qu'il avait à faire, ayant « à marcher à jeun durant l'espace de qua- « rante jours dans le désert, pour arriver à la « montagne de Sina, où il allait. Mais celui, « continue-t-il, qui avait créé le ciel et la « terre, et à qui toutes les créatures appar- « tiennent, ne pouvait-il pas lui envoyer tous « les jours dans ce désert, par un ange, de « quoi se nourrir, de même qu'il envoyait à « Daniel sa nourriture dans la fosse où il était « avec les lions? Il le pouvait bien, sans doute. « Mais il savait que ce saint prophète ne pour- « rait point surmonter d'une autre manière le « démon qui le tentait, qu'en jeûnant, et que « ce serait par l'exercice et par l'épreuve du « jeûne qu'il se rendrait digne de repousser les « efforts de cet artificieux ennemi. *Sciebat Deus « prophetam suum tentantem diabolum aliter « superare non posse, ni jejuniis eruditus insi- « diantis inimici tentamenta repelleret.* »

Quelques-uns expliquent en un sens allégori que ce pain que l'ange donnaau prophète, et l'entendent de la sainte Eucharistie, qui fortifie véritablement ceux qui marchent dans le désert de ce monde, jusqu'à ce qu'ils soient arrivés à la montagne de Sion, qui nous figure le ciel et la vue de Dieu. Saint Bernard l'entend de sa divine parole, « qui est, dit-il, « comme ce pain cuit sous la cendre, simple « et grossier en apparence, mais qui enferme « intérieurement une vertu et une douceur « ineffable. *Et ecce subcinericius panis, id est, « pastus divini dogmatis, forinsecùs quidem ru- « dis, sed medullitùs ineffabiliter confortativus et « dulcis.* »

On peut remarquer ici, avec quelques interprètes, que si Elie eût marché par le droit chemin, il ne lui aurait fallu que quatre ou cinq jours pour arriver à Oreb, ou à Sina, qui est la même chose, mais qu'allant par divers détours, comme ceux qui fuient, et n'ayant pas même peut-être d'abord dans l'esprit de se retirer sur cette montagne, il y arriva par l'ordre de Dieu après plusieurs égarements. Ce pain, dont l'ange l'avait obligé de manger, le soutint divinement durant ces quarante jours par la puissance de celui qui imprima autrefois dans le fruit de l'arbre de vie une vertu surnaturelle, qui devait rendre l'homme immortel. (Sacy.)

quod ullam præ se ferat utilitatis speciem, qualis est non tam bonum, quàm vana quædam bonitatis umbra, illa noxia est, quæ dolorem affert capiti, visceribus angorem, et tandem somnum, vivam mortis imaginem, à mœrore et tædio, quam optimè vocare possumus umbram mortis, quia nimirùm ad mortem adducit, et cùm ab æstu non deflectat, sed inflammet potiùs, eripit tamen solis splendorem, relinquitque animum obnubilatum et obscurum. Bernardus aliam invenit umbram, quæ recreat ab æstu, reficit vires, homil. 2 super *Missus est*. Hæc verò umbra Christus est: « Qui parvulos ad se confugientes sub « umbrâ alarum suarum protegere non desinit, « sive ab æstu carnalium desideriorum, sive « à facie impiorum, qui eos afflixerunt. Bona, « et desiderabilis umbra sub alis Jesu, ubi « tutum est fugientibus refugium, gratum « fessis refrigerium. » Sub alis hominum si quis sibi perfugium parat, umbram sibi parat juniperi, in quâ nihil invenit, nisi spinarum aculeos, et capitis vertiginem, et hoc in deserto arenti et squalido, ubi nullum apparet animæ laboranti subsidium. Quare maledictus dicitur, qui confidit in homine, cujus status futurus dicitur myricæ quàm simillimus, quæ cùm in terrâ sitienti plantata sit, nunquàm tamen videbit à cœlesti rore infusum sibi bonum. Jeremiæ cap. 17, v. 5: *Maledictus homo, qui confidit in homine*, etc.; *erit enim quasi myrica in deserto, et non videbit, cùm venerit bonum. Benedictus vir, qui confidit in Domino*, etc.

Et ecce angelus Domini tetigit eum, et dixit illi: Surge, et comede. Sanè Deus adjutor est in tribulationibus, et tunc propior, cùm homo maximè videtur ab humano subsidio destitutus. Jacebat sub spinosâ atque infelici plantâ Elias, sic lasso corpore ac deficientibus viribus, ut non tam homo putaretur vivus quàm viventis hominis spirans simulacrum. Adfuit tunc è cœlo, cùm non speraretur è terrâ, opportunum auxilium. Excitavit illum angelus à somno, ac jussit ut oblatos sibi assumeret cibos, cùmque à gravi sopore jam esset solutus, invenit propè se subcinericium panem, et vas aquæ plenum, quibus cùm se refecisset, rursùs in somnum relapsus est.

Non aderat aspectabili specie angelus Eliæ cùm comederet, alioqui non se rursùs ad dormiendum componeret, sed audivit vocem, cujus tamen esset, non videtur prorsùs agnovisse, neque fortassè se vocatum ab aliquo, atque jussum comedere putâsset, nisi solutus jam à somno paratam sibi mensam invenisset. Cùm autem an provisum sibi de alimento ignoraret fore in posterum, parcè videtur usus oblato cibo, ne sibi in crastinum et reliquos dies deficerent alimenta, quod potiùs esset protrahere mortem, quàm sustentare vitam. Quare gustato modico cibo, iterùm sopori vehementer prementi succubuit. (1)

Vers. 7. — Reversusque est angelus Domini secundò, etc. Grandis tibi restat via (2). Cum stomacho hæc videri possunt dicta ab excitante angelo, quasi reprehendat nimis securum et torpentem Eliam, et quòd tali pastus cibo languescat adhuc, et somno se rursùs ac desidiæ tradat, cùm inimicam habeat, et tunc maximè infensam Jezabelem, quæ nihil magis habeat in votis, quàm ut anhelantem rabiem sedet occiso prophetâ. Quod facere posset non difficilè, cùm non esset longè, et sint ex regiâ familiâ non pauci, qui reginæ prophetæ sanguinem sitienti sedulam atque constantem operam præstare velint. Quare jubet, ut de crastino victu curam deponat, expleat famem, quam vix obtuderat modici cibi gustatione levi, sibique persuadeat longam adhuc superesse viam, quam nisi conficiat, salutem suam non omninò fore à periculo immunem. Quocirca oportet ut seipsum ad longum opus, et immensa locorum spatia, magnaque rerum discrimina confirmet. Atque adeò monet ut comedat et bibat, seque extra omnem aleam in loco tuto ac separato constituat.

(1) Vers. 6. — Subcinericius panis, et vas aquæ. Attulit hæc angelus, Eliâ dormiente. Hebræus: *Panis carbonum, et scyphus aquæ. Bidpha*, quod idem est ac Hebræum *Razepha*, appellant Arabes panes coctos in lapidibus ad eam rem excisis, qui injecto igne incalescentes, farinam aquâ subactam decoquunt. (Calmet.)

(2) In ejusmodi iter usque ad montem Horeb impendit reliquos quadraginta dies, totidemque noctes, post requiem sub junipero captam. Substitisse tamen in viâ aliquandiù censendus est; vel fortè rectius iter non tenuit, cùm Bersabee à monte Horeb vel Sinai ampliùs quinquaginta leucas, ut maximè, non distet, ipseque viam unius diei, egressus è Bersabee, in deserto jam confecisset. Reddi posset Hebræus: *Grandior restat enim tibi via*. Difficile tibi erit longum hoc iter in regione sterili et desertâ, nisi hoc cibo reficiaris. Fortè intra hanc quadraginta dierum periodum continetur tempus moræ in Horeb, ut jejunium prophetæ æquale fuerit Mosaico. Contendunt quidam, non unis quinquaginta itineris diebus inedam servasse, sed diù adhuc prorogâsse, cùm in Horeb subsisteret. Sed quorsùm prodigia nullâ exigente necessitate multiplicentur? (Calmet.)

Vers. 8. — Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus (1). Excitatus iterùm ab angelo, iterùm comedit et bibit, et vires integrat, quas inediâ proximè, et lassitudine perdiderat, qui cibus tantam ad firmandum corpus virtutem habuit, ut ad arduum opus per quadraginta dies, quos in itinere conficiendo consumpsit, usque ad montem Horeb, et per aliquot alios, quos in speluncâ posuit, qui sanè videntur esse non pauci, vires firmitatemque suffecerit. Horeb idem est, qui mons Sinai, ubi Moysi lex data est, qui locus antiquâ religione celebris. Eò pervenit Elias, et ibi lubens constitit, quia erat maximè ab hominum convictu separatus, neque eò videbatur perventura Jezabelis sedulitas. Quamdiù ibi Elias latuerit, non constat; latuisse verò dies non paucos constat: utquid enim tam longam susceptam esse viam oportuit, si statim ab illius termino recedendum fuit? ut autem, quamdiù in eodem loco stetit Moysis, ita jejunus fuit, ut ne modicum quidem aquæ gustaverit (ut constat Exod. cap. 34, vers. 28 : *Fuit ergo ibi* (Moyses) *cum Domino quadraginta dies et quadraginta noctes ; panem non comedit, et aquam non bibit;* idem habes Deuteron. cap. 9, vers. 6 et 18), sic etiam neque quamdiù ibi mansit Elias, esculentum aliquid, aut poculentum habuit; sed robur accepit ab eo cibo, quem sibi per angelum divina providentia ministravit. Ita putat Abulensis q. 8, qui multis tractat hanc quæstionem. Sunt qui putent eam vim habuisse illum panem ministratum ab angelo, ut aleret, conservaretque prophetam, et insuper calorem innatum prohiberet, ne quid ex humore radicali minueret; quod indicat Augustinus in lib. de Mirabilibus sacræ Scripturæ. In eâ porrò speluncâ latuisse existimatur Elias, in quâ priùs Moyses inclusus vidit gloriam Dei. Ita putat Rabbi Salomon à Lyra citatus, cujus sententiam alii complexi sunt. De hâc autem speluncâ dicitur in Exod. cap. 33, vers. 22 : *Cùm transibit gloria mea* (verba sunt Dei ad Moysem), *ponam te in foramine petræ, et protegam dexterâ meâ, donec transeam ; tollamque manum meam, et videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Quòd si ita est, constat quàm ille locus gratus fuit Deo, cùm sæpè in eo apparere voluerit, ante illud etiam tempus quo data est lex, ut tradit Josephus lib. 2 Antiquit. cap. 12, ubi tradit ante Moysis ætatem locum illum ita antiquis visum esse sacrum, ut pastores religione quâdam prohiberentur greges ad illum montem appellere, quia ibi divinum esse aliquid suspicabantur.

Vers. 9. — Et ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi : Quid hic agis, Elia (1)? Quoto ab ingressu in illâ speluncâ die locutus fuerit Dominus ad Eliam, non constat; non tamen diù, quâ est Deus in suos clementiâ, videtur

(1) Tropologiam totius historiæ habet S. Bernard. toto serm. 64 inter parvos.

Allegor., per panem hunc Eliæ, Patres accipiunt Eucharistiam, cujus virtute per quadraginta dies, id est, per totam vitam, quæ nobis est tempus jejunii et pœnitentiæ, ambulamus *ad montem Dei Horeb,* ut scilicet videamus *Deum deorum in Sion.* Ita Paschasius Radbertus lib. de Sanguine et Corpore Domini, cap. 10; Algerus lib. 2 de Sacramento Altaris, cap. 1; Rupert. lib. 5, cap. 16; R. Samuel Maroch. lib. de Adventu Messiæ, cap. 20.

Anagog., panis hic repræsentat suavissimam refectionem sanctorum in cœlo, per quam non quadraginta diebus, sed per omnem æternitatem sine cibo sani, fortes, læti et gloriosi permanebunt. Ita Rupert.

Nota hìc, Eliam jejunâsse quadraginta diebus, æquè ac fecit Moyses, et postea Christus, cujus imitatione Ecclesia instituit jejunium Quadragesimæ.

Scripsit S. Ambros. lib. de Eliâ et Jejunio, in quo ostendit commoda jejunii, afferìque varia hâc de re è sacrâ Script. exempla, æquè ac nocumenta ebrietatis et intemperantiæ. (Corn. à Lap.)

(1) Symbol. S. Greg. lib. 2 in Ezech. hom. 13: « Elias, ait, cùm vocem Domini secum loquentis audiret, in specluncæ suæ ostio stetisse « describitur, et faciem velâsse, quia cùm per « contemplationis gratiam vox supernæ intelligentiæ fit in mente, totus homo jam intra « speluncam non est, quia animam carnis cura « non possidet, sed stat in ostio, quia mortalitatis angustias exire meditatur. Sed jam qui « in ostio speluncæ consistit, et verba Dei in « aure cordis percipit, necesse est ut faciem « velet, quia dùm per supernam gratiam ad « altiora intelligenda ducimur, quantò sublimiùs levamur, tantò semper per humilitatem « nosmetipsos intellectu nostro premere debemus, ne conemur plus sapere, quàm oportet « sapere. » Et nonnullis interjectis : « Aurem « enim intendere, et faciem operire, est vocem « interioris substantiæ audire per mentem, et « tamen ab omni specie corporeâ oculos cordis « avertere, ne quid sibi in illâ corporale animus fingat, quæ ubique tota et ubique circumscripta est. » (Corn. à Lap.)

Etant arrivé là, il demeura dans une caverne. Et le Seigneur lui dit : Que faites-vous là, Elie? Cette demande de Dieu marquait assez, selon plusieurs interprètes, qu'Elie n'était point au lieu où il devait être. Et c'est comme s'il lui avait demandé : Est-ce ainsi que vous vous acquittez du ministère que je vous ai confié? Dieu l'avait laissé fuir autant qu'il l'avait voulu, et semblait même l'avoir secondé dans sa fuite, l'ayant envoyé nourrir par un ange

Eliam reliquisse solum et mœstum in illo loco tenebricoso, et magis ad contrahendum, quàm explicandum et hilarandum animum opportuno. Est igitur illum allocutus Dominus, per angelum videlicet, ut aliis etiam locis atque temporibus docent communiter scholastici. Sanè hoc ipso in monte, ubi divinæ præsentiæ plura leguntur argumenta, datam esse legem non à Deo, sed angelorum ministerio, docet apertè Stephanus, Actor. 7, v. 31 et 35, ubi angelum, docuit apparuisse in rubo, et v. 53, in dispositione angelorum datam esse legem. Sic ergo nunc angelus, aut Dominus per angelum, ad Eliam : *Quid hìc agis, Elia?* Hanc vocem Tertullianus ad Psychicos cap. 6, plenam esse dicit benevolentiæ, quam sibi à Domino promeruit Eliæ jejunium. « Elias, « inquit, minante Jezabel, fugiens post uni- « cum pabulum et potum, quæ ab angelo ex- « pergefactus invenerat, et ipse quadraginta « diebus et noctibus, vacuo ventre, arido ore, « pervenit ad montem Horeb, ubi cùm in spe- « luncâ divertisset, quàm familiari congressu « Dei exceptus est : Quid tu, Elia, hìc? multò « amicior ista vox, quàm : Adam, ubi es? Illa « enim pasto homini minabatur, ista jejuno « blandiebatur, tanta est circumscripti cibi « prærogativa, ut Deum præstet homini contu- « bernalem, parem reverà pari. Si enim Deus « æternus non esuriet, hoc erit tempus quo « homo Deo adæquetur, cùm sine pabulo « vivit. »

Vers. 10. — Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel (1). Rationem reddit propheta fugæ, et eam adducit aut solam, aut præcipuam, quia cùm patriæ religionis zelator esset acer et constans, neque ferre posset à filiis Israel divinam voluntatem et legem conculcari, et assiduè illos reprehendebat et acerbè; ex quo sic in illum sunt animati hostiliter, ut ad mortem quærant, et omnibus vestigiis indagent. Cùmque alios occiderint prophetas et antiquæ legis zelatores, non dubitandum, quin ipsius vitæ parcendum non fuerit, qui ex omnibus solus relictus est. Quòd autem legem et avitam religionem filii Israel prodiderint, ex eo probat, quia altaria in divinum cultum olim excitata à parentibus, qualia variis in locis religionis ergo à posteris visebantnr, subversa sunt, et in montibus, ac lucis, variisque delubris, ac sacrariis infinita propè ad impias idolorum victimas excitata fuerint, et nunc quoque impudentiâ simili excitentur quotidiè. Hanc itaque suæ fugæ atque secessûs in vastum illud secretumque latibulum causam reddit, ut hostilem nempe gladium et odium vitet, quod in caput suum assiduâ atque gravi reprehendendi libertate conflaverat.

Hæc communis, et, ut opinor, vera responsio, et illius intelligentia. Chrysostomus durior est in Eliam, quem alicujus culpæ reum redarguit, quæ illi vim ademit atque constantiam, et formidinem incussit ingentem, quæ in fugam contulit, ut unius feminæ furorem declinaret. Vide homiliam primam tom. 1, ubi crudelitatis, aut inclementiæ prophetam accusat, et docet voluisse Dominum multis illum modis ad lenitatem traducere, et vix tandem fuisse consecutum. Sed hoc ostendit in homiliâ jam tertiò citatâ de Petro et Eliâ, ubi sic Deum cum Eliâ loquentem inducit, et ignobilem fugam objicit, à quâ dicit non abfuisse culpam, sicut neque à Petro, cùm vocem exhorruit ancillæ. « Duo, inquit, illa propugna- « cula (Petrus et Elias) et arces à duabus mu- « lieribus sunt redargutæ. Petrus ancillam « extimuit, et Elias Jezabel formidans in simile « incidit peccatum, et fugit itinere dierum « quadraginta. » Et paulò post, sic ad Eliam Chrysostomus : « Tu quidem facinus commisisti « crudelitatis plenum. At Deus calamitatem « tantam misertus est. Cùmque omnium esset « curator, volebat ille quidem inhumanitatem « tuam lenire; tu verò in illâ permanebas. » Deinde aliud etiam peccatum in Eliâ deprehendit, cùm ad hunc locum veniret in cujus

dans le désert, ainsi qu'on l'a vu. Mais après s'être servi très-avantageusement de sa frayeur, pour l'humilier et pour l'affermir en même temps, n'ayant pas voulu, comme le dit saint Grégoire, bannir de son cœur cette crainte, lors même qu'il lui envoya l'ange pour le nourrir, parce qu'elle lui était salutaire : *Quia in corde prophetæ magna erat custodia fortitudinis, illa infirmitas timoris*, il le fait enfin rentrer en lui-même : *Que faites-vous là, Elie?* lui dit-il. Est-ce en ce lieu que je vous demande? Comment la crainte des hommes vous a-t-elle saisi jusqu'à vous faire fuir dans ce désert, vous qui vous êtes moqué auparavant de la fureur d'un roi impie, lorsque vous avez tué en sa présence quatre cent cinquante de ses faux prophètes? (Sacy.)

(1) Docent Rabbini, Eliam queri neglectum abjectumque circumcisionis puerorum ritum : his stimulis excitatus est propheta. Querebatur ille : *Dereliquerunt pactum tuum*, sigillum scilicet fœderis tui. Sed interpretatio hæc nimis arctis limitibus definita est. (Calmet.)

nunc commentatione versamur. Sic enim nunc facit Deum cùm Eliâ loquentem : « *Quid tu « hìc, Elia?* quid, inquam, hìc agis? Hæc di- « cens fugam illius innuebat, quasi diceret : « Cur tu aufugisti? Ubinam est tua in loquendo « libertas? ut discas viribus tuis non confidere. « Respondet Elias, alia in mente habens et alia « dicens : *Domine, prophetas tuos interfecerunt, « et altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum « solus, et quærunt animam meam, ut auferant « eam.* Quid ad hæc Deus? Statim illum re- « darguens : Non propterea, inquit, fugisti, « Elia : non enim tu solus es Baal non adorans. « Subjungit autem illum redarguens : *Reliqui « mihi ipsi septem millia virorum, qui non curva- « verunt genu ante Baal.* Redarguit igitur illum, « quòd non eam ob causam fugisset, sed prop- « ter mulieris timorem. » Hæc Chrysostomus : qui certè severior est in Eliam censor, quàm alii omnes, et fortè quàm Eliæ merita et æquitas postulabant.

VERS. 11. — ET AIT EI : EGREDERE, ET STA IN MONTE CORAM DOMINO (1). Latebat, ut apparet, in speluncâ, Elias, cùm superiores accepit sermones ab angelo : nunc secundò audit, ut è latibulis prodeat, in lucem videlicet, ita tamen ut non recedat à monte, imò fortassè neque ex ipso latebrarum ostio. Eo enim consilio videtur evocatus fuisse, ut Domini audiat incedentis strepitum, et loquentis vocem, et alia videat, quæ maximè ab illo observari oportuit, de quibus proximè.

ET ECCE DOMINUS TRANSIT, ET SPIRITUS GRANDIS ET FORTIS, SUBVERTENS MONTES, ET CONTERENS PETRAS ANTE DEUM, NON IN SPIRITU DOMINUS. Multa hìc habet Elias, et nos in eo præclara documenta, quæ nos hìc exploremus atque expendamus oportet; neque erit leve ad rem moralem hujus operis pretium. Primùm revocemus in mentem necesse est eadem penè hoc ipso in loco accidisse prodigia, cùm data lex est, ut liquet Exod. cap. 19, v. 16 : *Et ecce cœperunt audiri tonitrua, et micare fulgura, et nubes densissima operire montem.* Quare locus iste iterùm jam fulminentem Deum et tonantem fuerat expertus. Cùm Deus pactum iniit cum Israelitico populo, montem concussit Sinai, audiri fecit tonitrua, et apparere fulgura, et splendere ignes; eadem etiam edidit signa, cùm contemptum pactum et conculcatam legem reparare vellet. Neque enim opus minoris esse operæ, atque studii solet, facere novum, quàm instaurare, aut revocare ruinosum et vetus. Ingressus est quodammodò Dominus in hominum animos tonando, fulgurando, commovendo montes, quando legem tulit in monte Sinai, id est, in loco senticoso et aspero : et idem Deus, cùm populus pactum, quod priùs amplexus fuerat, foret trangressus, ut illum renovaret et reformaret populum, quem ante datâ lege formaverat, eadem edidit signa in monte Horeb, qui aut idem est cum monte Sinai, aut certè illius pars non ignobilis, qui aliquid significat siccum, desertum et æstuosum. Et quidem cùm Deus remigrare meditatur in animum, ex quo fuerat à peccatore relegatus, quia id fit plerùmque per pœnitentiam, fulgurat, tonat et radicitùs fundamenta convellit; neque aliter parare sibi domicilium solet. Quod optimè Magnus explicuit Gregorius libro quinto Moral. cap. 25, ubi considerat et ponderat quomodò Spiritus sanctus in die Pentecostes in discipulorum viscera descenderit. Cùm enim explicaret illud Job cap. 4 : *Et vocem quasi auræ lenis audivi:* « Quid, inquit, per vocem auræ lenis, nisi Spiritûs sancti cognitio designatur? Qui tamen super Apostolos veniens per exteriorem sonum tanquàm per vehementem demonstratur, cùm dicitur : *Factus est repentè de cœlo sonus tanquàm advenientis spiritûs vehementis.* Sanctus enim Spiritus cùm se notitiæ humanæ imbecillitatis insinuat, et sonitu vehementis spiritûs, et voce auræ lenis exprimitur, quia videlicet veniens, et vehemens et lenis; lenis, quia notitiam suam, quatenùs cognosci utcumque valeat, nostris sensibus temperat; vehemens, quia quantùmlibet hanc temperet, adventu tamen suo infirmitatis nostræ cæcitati illuminando perturbat. »

(1) *Le Seigneur passa, et on entendit avant le Seigneur un vent violent et impétueux, et le Seigneur n'était point dans ce vent. Il se fit après un tremblement de terre, et le Seigneur n'était point dans ce tremblement. Il s'alluma ensuite un feu, et le Seigneur n'était point dans ce feu. Après le feu, on entendit le souffle d'un petit vent*, etc.

Comme le zèle d'Elie paraissait trop embrasé contre les violateurs de la loi divine, Dieu voulut en quelque sorte le modérer par cette vision toute pleine de mystères. Il lui fit connaître, disent quelques Pères, qu'il usait dans sa conduite de douceur et de patience à l'égard des hommes, et que lorsqu'il lui était très-facile d'accabler tous ces impies par ses foudres, ou de faire ouvrir la terre pour les y précipiter tous vivants, ce qu'il marquait par ces vents impétueux, par ces tremblements de terre et par ces feux, la clémence néanmoins lui était plus agréable, et qu'il n'y avait qu'une malice consommée qui eût la force d'attirer sur les méchants ces fléaux de sa divine justice. (Sacy.)

Idem multò docuit expressiùs libro 11 Moral. c. 42, ad illud Job c. 10 : *Reversusque mirabiliter me crucias.* « Omnipotens, inquit, Deus « unde mentem nostram visitans, ad amorem « suum erigens, inde hanc per lacrymas graviùs « affligit. Ac si apertè dicat : Relinquendo me « nequaquàm afficis, quia insensibilem reddis, « sed cùm reverteris, crucias: quia dùm te in- « sinuas, mihi quàm sim lugendus, demonstras. »

Accommodatè ad hanc Gregorii cogitationem dixit Seneca, tunc esse ægroto de valetudine gratulandum, cùm dolet, cùm gemit, et cùm se malè habere cognoscit, et se in gravi existimat periculo versari, et indigere aut igne, aut ferro, quibus serpens coerceatur malum, cùm de morte pavidus, et salutis amans, medicum advocat, et illa quæ horrebat, appetit, et amarum poculum, quasi aliquid esset palato non ingratum lubens haurit. Nam priùs cùm delirâ laboraret phrenesi, aut sensuum stupore, neque judicabat ægrotum, neque erat de vitâ saluteque sollicitus.

Hoc idem videtur Deus commendare Eliæ, cui id à Domino videtur datum negotii, ut corruptos sanet, et quasi recudat Israelitarum mores. Quare jubet, ut Dominum quasi præcursor antecedat in spiritu vehementi, qui dura peccatoris corda commoveat, et scelerum spinosas atque sylvestres plantas ab imis usque radicibus evellat, quod facit ventus, qui ubi violentior est, saxa commovet atque diffringit, et sicut ignis quicquid est vitiorum prorsùs exurit. Quod fecit postea Joannes præcursor, qui venisse dicitur in spiritu et virtute Eliæ, Lucæ capite primo ; imò et Elias ipse vocatur à Christo Domino Matth. cap. 11, v. 14, et cap. 17, v. 12. Dicitur autem Joannes Elias, quia eo spiritûs ardore prædicavit, quo priùs Elias, quando occurrit Achab, et occidit prophetas, aut qualis hoc loco hieroglyphico signo esse jubetur, in quo ventum audimus vehementem, commotionem et ignem; neque verò minus se post hanc admonitionem severum et acrem Elias exhibuit, quàm antea præbuerat, cùm ignem evocârit è cœlo, quo milites ab Ochoziâ missi combusti sunt, et non minùs impavidè occurrit secundò Achab post occisum Naboth; et Ochoziæ, cujus quadrigenarios interfecerat, ut durum illi et brevem enuntiaret interitum. Hoc idem Joannes fecit, qui spiritum habuit et virtutem Eliæ, quique ideò Elias vocatus est. Nam cùm ad viros potentes, et doctrinæ et sanctitatis inflatos opinione ageret, ignem se præbuit et turbinem, cùm illa tonat, quæ hominum possent ita animos concutere et inflammare, sicut illa quæ in hoc hieroglyphico signo proposita fuerunt Eliæ. Matth. capite tertio, v. 10 : *Jam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.* Et infra, versiculo 12 : *Cujus ventilabrum in manu suâ, et permundabit aream suam, et congregabit triticum suum in horreum : paleas autem comburet igni inextinguibili.* Neque minùs fuit in Baptistâ spiritus audax, cùm synagogæ principes, à quibus non leviora timere poterat, quàm Elias ab Achab et Ochoziâ, severè exagitavit convicio, cùm genimina, seu progeniem appellavit viperarum, et futuram iram denuntiavit. Quod Eliæ et Joanni datum est negotii, id quoque viris apostolicis et Evangelii præconibus commissum est. Qui enim verbum accepit Domini, ignem accepit et malleum, quo petras conterat, et vitiorum exurat genimina et stirpes. De quo Jeremias cap. 23, versiculo 14 : *Nonne verba mea quasi ignis, dicit Dominus, et quasi malleus conterens petras?* Vide quæ nos in nostris Commentariis ad hunc locum. Qui verò, cùm se profiteantur evangelicum obire ministerium, neque tamen adurunt peccatorum germina, neque radices elidunt, et adamantina pectora non frangunt, sanè satis ostendunt tractare se neque satis castè, neque satis fideliter apostolicum munus.

Aliter exponi potest hic locus, qui ad morales sensus plurimos patet, quod etiam quasi in ænigmate videtur docere Dominus. Quasi velit docere prophetam, qualem se præbeat in eos qui et curriculum ingressi sunt spirituale, et cum Deo student familiariter agere. Principio enim àntequàm se animi sui amantibus intimè communicet, agere solet minùs familiariter, cùm reprehendit, et his exercet atque excolit modis, quos viri spirituales in viam conferunt purgativam. Tunc enim Deus pœnitentes animos compungit, ciet lacrymas, facitque ut homo sibi omninò displiceat, judicium horreat divinum, et pœnas timeat suorum scelerum ultrices. At ubi hæc antecessit severa purgatio, jam non ventus vehemens perflat, aut ignis furit, sed aura tenuis, et sibilus exhilarans purgatum animum, qualis est ille qui in sinu dormit sponsi, et ad cellam vinariam introductus est. Ita penè Gregorius, lib. 5 Moralium cap. 26, ubi cùm hæc verba de adveniente Domino retulisset, ait : « Spiritus « ante Dominum evertit montes, et petras con-

« terit, quia ex adventu ejus irruit, et altitudi-
« nem cordis nostri dejicit, et duritiam lique-
« facit; sed spiritui commotionis et igni non
« inesse Dominus dicitur, esse verò in sibilo
« auræ tenuis non negatur, quia nimirùm mens
« cùm in contemplationis sublimitate suspendi-
« tur, quicquid perfectè conspicere prævalet,
« Deus non est, cùm verò subtile aliquid con-
« spicit, quod de incomprehensibili substantiâ
« æternitatis audit. Quasi enim sibilum tenuis au-
« ræ percipimus, cùm saporem incircumscriptæ
« veritatis contemplatione subitâ degustamus. »

His verbis Deus consolari videtur mœrentem, et quasi desperantem animum Eliæ, qui videbatur spem abjecisse tranquillitatis et otii, cùm ex uno in aliud continenter periculum trahatur, et unius mali finis gradus sit alterius. Quasi dicat, post vehementem turbinem, et ignem devorantem, successuram auram rorantem et tenuem; neque semper cum durâ congrediendum esse fortunâ, neque diù cum potestate futuros illos, quorum horret minas et timet inflammatum odium, atque ideò quasi melior jam incipiat aspirare aura, et candidior fulgere dies, jubet ut novos ungat reges tam Israelis quàm Syriæ, qui domos subvertant Jezabelis et Achab, et prophetam novum pro se constituat, quem spiritûs sui relinquat hæredem, quasi ille statim auferendus sit ab hominum congressu, et meliorem vivendi conditionem habiturus.

Neque, credo, erraret à veritate longè, qui existimaret respexisse Deum ad futurum Eliæ statum non longè ab hoc tempore; nam raptus est ab igne et turbine, quæ duo potiùs horrorem et vim afferunt, quàm mollem et pacatum incessum: post ignem tamen et turbinem auram nactus est suaviter aspirantem, vitam nimirùm longam, eamque aut beatam aut beatæ proximam. De quo lib. 4, c. 2, v. 11: *Ecce currus igneus, et equi ignes diviserunt utrumque, et ascendit Elias per turbinem in cœlum.* Idem Eccles. cap. 48, v. 13. In raptu turbinem audimus atque ignem; in fine tamen raptûs, post ignem et turbinem, quietem mollem et auræ sibilum.

Alii hoc loco reprehendi putant Eliæ durum et præfractum ingenium, quòd ad vindictam et plagam exardescit facilè, neque spontè ad clementiam et misericordiam traducitur. Atque ideò præmisit Deus turbinem, commotionem et ignem, in quibus Deus ipse non erat, et deinde tenuem auram, et sibilantem placidè, et in illâ Deum, quasi in suâ familiari sede quiescentem. Tonat Deus, fulminat, fulgurat, concutit montes, sed id quodam modo facit invitus, et tactus dolore cordis intrinsecùs, quia proprium est illius misereri et parcere; atque ideò non inhabitare dicitur in turbine et igne, quia hæc aliquid sonant horribile, et humanis commodis importunum; sed in aurâ tenui, quæ recreat ac reficit laborantem spiritum. Si tamen in igne et turbine suum sibi videtur locâsse domicilium, id facit aut nostris provocatus sceleribus, quæ punire vult, aut ut ostendat se nostris ærumnis cruciari quodam modo, et iisdem se quoque laborare incommodis, quibus nos ab aliorum inclementiâ vexamur et urimur. Jactabatur populus à Domino quondam charus et electus ab Ægyptiis, et quasi inter spinas morabatur, et fornacibus urebatur assiduè: atque ideò Deus in eodem tempore visus est à Moyse in ardenti et spinosâ plantâ. Erat Job variis tum corporis morbis, tum aliorum conviciis, quasi à vehementi spiritu et turbine jactatus; eodem tempore, ut se illius dolorem familiariter dolere significaret, apparuit in turbine, et ad illum de turbine locutus est, Job cap. 38 et 40. Sic sanè Gregorius lib. 8 Moral. cap. 28: « Si sano at-
« que incolumi loqueretur (Deus), ex tranquil-
« litate dominica locutio facta esse diceretur;
« sed quia flagellato loquitur, de turbine lo-
« cutus fuisse describitur. »

Cùm ergo Deus in flammis et turbine esse soleat, aut cùm punit peccatores, aut cùm dolentibus condolet, tamen quia plerùmque in aurâ refrigerante ac placidâ commorari assolet, in aurâ tenui esse dicitur, non in igne et turbine. Sicut rex, licet aliquando sit in acie, aliquando in fluctibus, si navigare contingat, tamen habitare dicitur in regiâ domo, quia illa regi stabile ac proprium domicilium est.

Ut igitur ad explicandam postremam hanc sententiam redeamus, commendat Deus Eliæ lenitatem, quam ipse plurimùm amat, et in quâ libenter requiescit, si velit Deum ipsum habere sibi familiarem. « Neque enim, ut ho-
« mil. 6 optimè Macarius, decet servum Dei in
« hoc tam incomposito statu vivere, sed in
« omni tranquillitate ac sapientiâ, ut inquit
« propheta Isai. cap. 66: *Ad quem respiciam,*
« *nisi ad mansuetum, et quietum, et trementem*
« *sermones meos.* Et temporibus Moysis et
« Eliæ reperimus, quòd cùm in apparitio-
« nibus, quæ illis obtigerunt, multa minis-
« teria tubarum et virtutum præcessisset
« dominicam dignitatem, in illis omnibus

« separatim apparuerit adventus Domini in « pace, et tranquillitate, et quiete. *Ecce* enim, « inquit, *vox auræ tenuis, et in eâ Dominus.* « Liquet ergo quòd quies Domini sita est in « pace et tranquillitate. » Hæc Macarius. Eadem propè Tertullianus lib. de Patientiâ, cap. 15 : « Sedet in throno spiritus ejus (id est, « Dei) mitissimi et mansuetissimi, qui non « turbine glomeratur, non nubilo livet, sed « est teneræ serenitatis, apertus et simplex, « quem tertiò vidit Elias : nam ubi Deus, ibi « et alumna ejus, patientia scilicet. »

Hanc sententiam tenent, ut dixi, interpretum plerique. Theodoretus quæst. 57, ait ostendisse Deum facilè se posse momento temporis universum aut vento vehementi, aut igne, aut terræ concussu, aut alio modo, sed maluisse mundum administrare lenitate « Per hoc, in« quit, ostendens, quòd lenitas, benignitas, « et clementia sola est Deo grata : unumquod« que autem aliorum attrahit hominum impro« bitas. » Chrysostomus in hâc re explicandâ multus est, tum homiliâ primâ de Eliâ tom. 1, tum homil. de Petro et Eliâ, à nobis sæpiùs citatâ. Ubi eleganter, ut solet, atque copiosè docet multis modis voluisse Deum Eliæ curare animum efferum et durum, exemplo corvorum, et Sarephthanæ viduæ, quæ in illum contra quàm illorum natura, et hujus status angustus exigebat, misericordes et liberales extiterunt : et nunc etiam docet multò clariùs, « dùm ante « se præmittit tanquàm aliquid alienum, tur« binem, commotionem et ignem, et in aurâ « molli, et placidè sibilanti, quiescens ingre« ditur. »

Hæc ego ideò probo magis, quia magnis placent auctoribus, sed nihilominùs non tam hic durum Eliæ ingenium reprehendi, aut illi commendari clementiam, quàm tradi formam, quæ in corrigendis, aut puniendis divinæ legis transgressoribus servari debeat, nempe ut illa imitetur, quæ maximè sunt in rerum naturâ violenta, ventum nimirùm, qui concutit atque subvertit montes, et ignem, qui consumit et dissipat omnia, idque celeritate incredibili, neque suavitatem assumit tenuis et refrigerantis auræ, donec Deum advenire videat, quem antecedunt quasi stratores viarum, et præcursores ad parandum hospitium, ventus, commotio, ignis. Quod videtur indicare Eccles. cap. 48, v. 7, ubi sic de Eliâ : *Qui audis in Sina judicium, et in Horeb judicia defensionis,* ubi Græcè κρίματα ἐκδικήσεως, judicia ultionis, quasi dicat : Accepit modum quo Deum, aut illius legis contemptum ulciscereturi, sumpto gravi de idololatris supplicio. Quòd verò hæc sit hujus loci sententia, ideò mihi persuadeo, quia ille idem, qui in auræ tenuis sibilo venisse dicitur, nihil Eliæ præcipit non severum, nihil quod non oleat turbinem, commotionem et ignem. Nam contra illos qui transfugæ à lege idola coluerunt, adversùs quos antea acriter et hostiliter dimicaverat, rursùs jubetur arma sumere, non minùs quàm in priori congressu, cruenta. Jubetur enim, ut tres hostes contra Israelitas idololatras armet, quorum manibus impium illud hominum genus intereat, Jehu, Hazael et Eliseum, de quibus statim. Neque si Elias jussus esset servare clementiam, et abstinere à ventorum impetu, et flammarum incendio, evocâsset ignem è cœlo, qui quinquagenarios, et illorum cohortem ad unum extingueret. Neque sanè post hanc admonitionem minùs severum aut efferum videmus Eliam, quàm antea fuerat. Adde quòd Christus spiritum laudat Eliæ, dùm tantoperè laudat Joannem, quem venisse dicit in spiritu et virtute Eliæ, imò et illum propter morem et instituti similitudinem Eliam appellat, uti nuper dicebamus. Hæc mihi explicatio omnium maximè videtur expedita. Neque parùm huic sententiæ suffragatur, quòd illa eadem, quæ à nonnullis in Eliâ reprehenduntur, laudantur ab Ecclesiastico c. 48, cujus institutum est laudare viros gloriosos. In laudibus autem Eliæ numeratur, quòd ipse fuerit quasi ignis, et verba sua non aliter funderet, quàm si è faucibus flammas eructaret : hoc enim valet illud : *Surrexit Elias propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat.* Et statim famem immissam laudat, et Baalis sacerdotes occisos, evocatum esse ter ignem de cœlo, confractam esse regum potentiam, et illa tandem omnia, quæ prophetam possent feritatis arguere.

Hic ad extremum observare lubet, quæ hic narrantur omnia, ut ab spiritu seu vento provenire possunt, prout variè attemperatur ad varia, sic etiam hominum spiritum, eorum præsertim, qui vitam meditantur apostolicam, variè etiam, prout hominum exigit usus et necessitas, attemperari debere. A spiritu, id est, vento, cùm se vehementiùs motat, et frequenti se vertigine circumagit, turbo fit ; cùm terram subit, illam concutit, et saxa interdùm aut disrumpit, aut è suis sedibus horribili fragore convellit. Idem ignem excitat in nubibus exagitatis acriter, aut collisis vehe-

menter, ut docuit Aristoteles, lib. 1 Meteor. cap. ultimo. Et in sylvis observatum est à rusticis ignem excudi, cùm vi ventorum sylvestrium arborum rami inter se colliduntur. Quod etiam Lucretius docuit cap. 5 :

Exprimitur validis extritus viribus ignis,
Et micat interdùm flammaï fervidus ardor,
Mutua dùm inter se rami stirpesque teruntur.

Sic etiam Virgilius, aut quicumque, est ille qui opus de Ætnâ composuit, et magis ad nostrum institutum accommodatè :

Ardentesque simul flammas ac fulmina rumpunt,
Haud aliter, quàm cùm prono jacuêre sub austro,
Aut aquilone fremunt sylvæ, dant brachia nodo
Implicitæ, et semper junctis incendia ramis.

Hæc omnia à ventis fieri, cùm illorum est flatus vehementior, docuit Ovidius, qui in fabulas interdùm occulta philosophiæ sacramenta inclusit. Sic enim lib. 6 Metamorph., ad finem, languentem inducit Boream :

Apta mihi vis est : hâc tristia nubila pello,
Hâc freta concutio, nodosaque robora verto,
Idem ego cùm fratres cœlo sum nactus aperto,
(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor,
Ut medius nostris concursibus insonet æther,
Exiliantque cavis elisi nubibus ignes.
Idem ego cùm subii convexa foramina terræ,
Supposuique ferox imis mea terga cavernis,
Sollicito manes totumque tremoribus orbem.

Idem etiam ventus interdùm remittit vim, aspiratque sedatam, verèque vitalem auram, et qui priùs terrori, idem postea levamento est, et quasi aliquid voluptati et valetudini opportunum, maximè à delicatis et mollibus captari solet.

Huic similis esse debet viri apostolici spiritus, modò sic incitatus et vehemens, ut disrumpat saxa, et ab imâ stirpe robora convellat, modò excitet ignes, exurat vitiorum fibras, et inolitas sordes concoquat, ut purum relinquat aurum, et divinæ mensæ non indecorum. Hujus exemplum fuit Paulus, quem modò videas tonantem, fulminantem, concutientem saxorum instar obduratos animos, modò lenientem oratione leni, et quasi nutricem pusillorum ori lac immulgentem evangelicum. Quod ut discipulus Timotheus faceret, verbis gravissimis admonuit, 2 ad Timoth. 4. Hæc enim omnia his verbis complexus est : *Prædica verbum, insta opportunè, importunè; argue, obsecra, increpa in omni patientiâ et doctrinâ.* Est autem vir ille apostolicus fabro non dissimilis, qui vel ex ligno aut marmore imaginem exculpit, vel ex ære format et excudit. Ille enim, cùm lignum rude est, aut vastum saxum, aut æs informe, securim adhibet, malleum et vectes, ignem et incudem, et sic in materiam arti subjectam, secando, tundendo, et urendo desævit, ut nihil aliud sibi videatur proposuisse, quàm ut lignum diffindat, saxa confringat, ferrum omninò perdat, quia tunc plurimùm invenit in materiâ, quod deterat securis et malleus, aut quod ignis exurat, et informet incus. At cùm jam hæc omnia duriter detrita aut informata sunt, cessat malleus et incus, cessant ignis et folles, cessat securis, et mitiori jam manu totum opus politur et absolvitur, et ad nobilem aliquam et speciosam formam adducitur.

Vers. 13. — Quod cum audiisset Elias, operuit vultum suum pallio, et egressus stetit in ostio speluncæ (1). Quod ad historiam spectat, cur hæc Elias fecerit, obscurum non est. Egressus fuit ab speluncâ, sicut acceperat mandatum ab angelo, sed exterritus à vehe-

(1) *Ce qu'Elie ayant entendu, il couvrit son visage de son manteau, et étant sorti, il se tint à l'entrée de la caverne*, etc. Le profond respect qu'il eut pour la présence de Dieu lui fit imiter Moïse, en se couvrant le visage comme lui, et n'osant pas regarder ce qui se passait. Sur quoi saint Grégoire pape fait cette belle réflexion, que lorsque l'âme est frappée intérieurement par le son spirituel et tout-puissant de la voix de Dieu, elle se trouve comme à l'entrée de sa grotte, sortant, pour le dire ainsi, de son corps, par le grand désir qu'elle a d'en sortir, et n'étant plus touchée d'amour pour sa chair ; mais qu'en même temps qu'elle s'élève ainsi vers Dieu par une plus haute contemplation, elle se doit rabaisser dans la vue de sa propre infirmité, et couvrir en quelque sorte son visage, de peur qu'elle ne soit accablée par une trop grande lumière. « A présent « donc, continue ce saint, que nous sommes « assurés par la mort, par la résurrection, et « l'ascension de notre Sauveur, de la gloire et « de la joie éternelle qui nous attend dans le « ciel, tenons-nous dans la sainte Eglise, « comme à la porte, toujours attentifs à ce « divin roi qui nous appelle ; fermons nos « yeux à tous les objets corruptibles de cette « vie périssable, et n'aspirons qu'à la liberté « des saints citoyens du ciel. Que si nous som- « mes encore arrêtés comme par le poids de « plusieurs soins temporels, et que nous ne « puissions pas sortir tout-à-fait en nous dé- « pouillant entièrement de ce corps mortel, « demeurons au moins à l'entrée de notre ca- « verne, c'est-à-dire, de cette chair corrupti- « ble, où nous sommes retenus, toujours prêts « à en sortir quand il plaira au Sauveur de « nous en retirer heureusement par sa grâce. « *Qui ergo perfectè exire non possumus, saltem* « *in speluncæ nostræ ostio stemus, exituri quan-* « *doque prosperè per gratiam Redemptoris nostri.* » (Sacy.)

menti spiritu, qui videbatur commovere montes, et saxa convellere, et ab igne, qui præcedebat suaviter spirantem, et sibilantem auram, continuit se in ostio foraminis, quod solent facere, qui in timore sunt, ut commodiorem habeant ad sua latibula recessum. Et quia satis præcepto factum putabat, cùm jam è latebris foràs prodiisset. Deinde pallium oculis opposuit, operuitque vultum; quod etiam faciunt, qui vident, aut videre se putant aliquid horribile, quod et ipsa docet experientia quotidiana. Ad hæc reverentiæ cujusdam et observantiæ est, ut notavit Abulensis, quæst. 19, faciem operire, quasi indigni videamur intueri faciem ejus cui reverentiam deberi magnam intelligimus. Sic Moyses Exod. 3 vocatus à Deo est, qui visus fuerat in ardenti rubo, cùm tamen illud à Domino præceptum non esset, vultum operuit, postquàm in rubo Deum esse cognovit: *Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum.* Ab hoc tanti magistri facto fortassè didicit Elias ante Deum esse cooperiendum vultum, aut id maximè fortassè commovit observantiæ genus, quia id in casu non dissimili videbatur Moysi contigisse. Nam Exod. c. 33, v. 22, faciem illius Dominus suâ manu texit, donec transiret: post verò sublatâ manu, ut posteriora videret, facultatem fecit. Ad hujus igitur exemplum Elias videtur operuisse pallio vultum suum.

Gregorius, lib. 5 Moralium cap. 26, id propriæ infirmitatis cognitioni tribuit, quæ cùm sibi persuadeat se non posse cognoscere divina, neque tutum esse lippis oculis adversum solem intueri, operit vultum, tegit oculos, et doceri magis vult à Deo, quàm curiosiùs ejus scrutari majestatem. « Tunc, inquit, verum est quòd de Deo cognoscimus, cùm « plenè nos aliquid de illo cognoscere non « posse sentimus. Unde benè illic subditur: « *Quod cùm audiisset Elias, operuit vultum suum « pallio, et egressus stetit in ostio speluncæ.* « Post auræ tenuis sibilum vultum suum pro- « pheta operuit pallio, quia in ipsâ subtilissimâ « contemplatione veritatis, quantâ ignorantiâ « homo contegatur, agnoscit. Vultui namque « pallium superinducere est, ne altiora mens « quærere audeat, hanc ex consideratione pro- « priæ infirmitatis velare, ut nequaquàm in- « telligentiæ oculos ultra se præcipitanter « aperiat, sed ad hoc, quod deprehendere non « audeat, reverenter claudere. » Deinde ad hanc explicationem accommodatè exprimit, quare Elias ultra speluncæ ostium egressus non fuerit. Ait primò speluncam esse humanæ corruptionis statum obscurum et cæcum, et ad illius ostium tunc hominem prodire, quando aliquam Dei cognitionem captare incipit. « Quia enim, inquit, progredi perfectè non « possumus, ad cognitionem tamen veritatis « inhiantes, jam aliquid de libertatis aurâ cap- « tamus. » Eadem penè omnia à Gregorio repetit Angelomus.

Et ecce vox ad eum, dicens: Quid hic agis, Elia? Iterùm angelus Eliam, quid agat, interrogat; et ille idem iterùm ad interrogata respondet. Neque est cur illorum iteratò explicationem adducamus. Tantùm dico Eliam rogatum fuisse secundò, ut ex illius responsione occasione oblatâ solaretur angelus Eliam, et quid ab eo factum vellet, admoneret. (1)

(1) Prophetas tuos occiderunt gladio (quia sese opponebant cultui Baal); derelictus sum ego solus (propheta et zelator veræ religionis, qui me valdè eidem oppono), et quærunt animam meam, ut me occidant: me ergo occiso nullus supererit propheta, nullus zelator, qui tuum cultum propugnet, et Baalitis sese opponat. Actum ergo est de verâ religione, de tuo cultu, de totâ Synagogâ; omnia occupat impia Jezabel; ubique colitur Baal; ubique exundat perfidia et idololatria. Hæc est causa mei doloris et mœroris, meæ fugæ et exilii, ut mori optem potiùs, quàm vivere, et videre tanta mala gentis meæ et populi Dei. Ita Elias mœrore, irâ et zelo confectus. (Corn. à Lap.)

Je suis demeuré seul, etc. Saint Augustin nous fait remarquer par l'exemple de ce saint prophète, qu'il est dangereux aux plus justes, lorsqu'ils considèrent la multitude des méchants, et la chute de quelques-uns qui passaient pour bons, de faire un secret retour sur eux-mêmes, et de se considérer comme étant seuls attachés à la fidélité que l'on doit à Dieu, et qu'ils doivent craindre de tomber ainsi insensiblement dans un orgueil pire que les désordres qu'ils condamnent dans les autres. *Vide ne pejor sit ista superbia, quàm illa nequitia. Noli solum te dicere.* Et il ajoute qu'Elie se trouvant comme accablé de chagrin par la vue de ce grand nombre d'impies qui avaient tué les saints prophètes et renversé les sacrés autels, et disant à Dieu *qu'il était demeuré seul*, il fut rabaissé par cette divine voix, qui lui déclara que le Seigneur *s'était réservé sept mille hommes dans Israël qui n'avaient point fléchi le genou devant Baal.* « Ainsi, continue ce saint, il « n'y a qu'un seul remède contre ces scanda- « les, qui est de n'avoir point de sentiments « désavantageux de nos frères. Soyons hum- « blement ce que nous souhaitons que soient « tous les autres, et nous ne nous persuade- « rons pas aisement qu'ils soient autres que « nous ne sommes. *Humiliter esto quod vis eum « esse, et non putabis eum esse quod non es.* »

Saint Grégoire pape confirme la même pensée de saint Augustin, et témoigne, comme lui, que cette déclaration que Dieu faisait à Elie, *qu'il s'était réservé sept mille hommes qui*

Vers. 15. — Vade, et revertere in viam tuam per desertum in Damascum, etc. Hæc à metu liberant sollicitum animum prophetæ, cùm occidendi dicantur illi, quorum ut effugeret longas et cruentas manus, tam longam intenderat et molestam fugam. Item mœrentem spiritum à dolore levant, quia grave dicitur inferendum bellum divini nominis inimicis, et his qui in Israelitico populo gentilicam fovent religionem. Quotquot enim hi uncti dicuntur, et quasi bellorum duces designati, illos præsertim insectabuntur, et magnis afficient detrimentis, qui à vero Dei cultu ad superstitionem vanam transfugerunt. Jubetur primùm Elias per desertum penè repetitis magnâ ex parte vestigiis, adire Damascum, ut ibi ungat Syriæ regem Hazael, quem acerrimum hostem experientur Israelitæ; deinde Jehu regem Israel, qui familiam Jezabelis et Achab sic insectabitur hostiliter, ut omninò deleat; deinde sui spiritûs ac muneris successorem designet, qui quod ab aliis reliquum fuerat ex impio idololatrarum ordine, ipse persequatur et extinguat. Hæc aperta sunt; quis eorum sit sensus, et qui eventus hujus designationis futurus sit, ex his, quæ proximè dicentur, manifestum fiet.

Illud hic observandum, primùm, cur jussus fuerit Elias ire per desertum Damascum, cùm per regionem Israelitidem multò sit brevior et commodior transmissio. De brevitate constat, de commoditate multò magis, cùm in illo spatio, quod ad desertum spectat, neque esculentum aliquid, neque poculentum occurrat, ut proximè Elias ipse cum magno viæ, imò et vitæ fastidio fuerat expertus : sed hic apparet paterna in servum fidelem providentia. Neque enim voluit, ut per Israelitarum terminos, id est, per regiones Achab et Jezabeli subjectas, iter haberet, ne aut ille aliquid ab hostibus pateretur acerbius, aut illum saltem periculi suspicio à profectione retardaret. Et quod ad cibum et potum attinet, satis à Deo fuerat provisum abundanter. Nam panis ille subcinericius, et vas aquæ, quæ data sunt ab angelo, cùm sub junipero jaceret, non solùm aluerunt, confirmâruntque prophetam per quadraginta dies peregrinationis usque ad montem Horeb, sed per totum tempus, quo in speluncâ delituit, et quo in deserto fuit, ubi nullum offerebatur naturæ subsidium. Ita putat Abulensis supra, quæst. 8.

Quærendum item an propriè Elias reges et prophetam unxerit, et quo oleo, sacrone, an vulgari et profano. Quidam putant unctos non fuisse reges, sed tantùm ad regna esse destinatos, quæ designatio pro unctione et designatione fuit. Neque enim putant alienos reges aut ungi solitos, aut ungi debere, maximè oleo sacro, cùm illud non aptè cadat in profanum caput. Historia Scholastica putat Hazaelem non unctum à quoquam, sed propheticâ tantùm voce Syriæ regem designatum; secùs de Jehu, qui licet non ab Eliâ, Eliæ tamen mandato ab aliis unctus est. Idem tenent Dionysius et Rabbanus. Cajetanus incertum esse dicit, an duo illi reges uncti fuerint, an tantùm reges futuri declarati; eò tamen inclinat magis, ut putet omnes fuisse unctos, ut ipsa docet littera. Quod etiam tenet Abulensis quæst. 21 et 22. Et, licet obscuriùs, affirmare etiam videtur Theodoretus quæst. 58. Et hoc de duobus regibus id mihi longè videtur probabilius, quia id sonat littera, à cujus proprio atque directo sensu, ad improprium et figuratum recedendum non est, nisi cùm gravis urget ratio, qualis hic apparet nulla. De Hazaele minus mihi dubium ; neque enim aliam ob causam Elias profectus est Damascum, et longioris et inamœnæ viæ molestiam assumpsit. Neque quicquam incommodat profanum esse caput, et à verâ religione alienum, cùm neque necesse fuerit oleum esse sacrum, imò cùm omninò vulgare fuerit, atque commune, ut dicemus statim, neque inusitatum fuerit externos etiam reges inaugurari oleo ritu legitimo. Sanè Cyrus, Isai. c. 45, Christus appellatur, id est, unctus, cùm esset non Judæorum, sed Persarum rex. Scio hanc putari non propriam, sed figuratam unctionem, quod nobis eo loco visum est; verumtamen non legimus unctionem externis regibus esse negatam, licet illam solis Hebræorum regibus tribuat Augustinus ad illud Psal. 44: *Propterea unxit te Deus.* Sed fateamur illud regibus externis non esse legitimum; at, ut constat, reges ad illud usque tempus per unctionem plerùmque à prophetis designati sunt. Cùm ergo hoc notum esset vicinis regibus, neque, ut est verisimile, Hazael ignoraret prophetam

n'avaient point fléchi le genou devant Baal, tendait, en lui faisant reconnaître qu'il n'était pas demeuré seul fidèle à Dieu, à lui faire en même temps éviter l'élèvement de la vaine gloire qui pouvait naître de cette même singularité qu'il semblait s'attribuer dans le service du Seigneur; *Et dum non solum se remansisse cognosceret, elationis gloriam, quæ et de singularitate surgere poterat, evitare posset.* (Sacy.)

esse Eliam, habenda ratio fuit non tam designati alieni regis, quàm designantis prophetæ. Quòd autem apud Romanos aliqui magistratus olim solemni quàdam et sacrâ initiarentur unctione, docuit Varro lib. 5 de Linguâ Latinâ. Qui postquàm alios adduxit solemnes ritus, advocari dixit viros quosque præcipuos in templum; post hæc addit : « Ubi lucet, « censor, scriba, magistratus, myrrhâ un- « guentisque ungatur. »

De Jehu idem puto dicendum, idque potiori jure, cùm rex futurus esset Israel, neque obstare arbritror, quod nonnullis, ut negarent ab Eliâ unctum, argumento fuit, quia lib. 4 Regum cap. 9, unctus fuisse traditur à prophetâ, quem ad id negotii miserat Eliseus. Nam nihil inusitatum video, cùm secundò unctus dicatur fuisse Saül, et tertiò David. Neque præterea otiosa fuit posterior hæc unctio, cùm ungi potuerit ab Eliâ tanquàm rex aliquando futurus, eo nimirùm tempore, cùm à Deo vocaretur ad solium et regale munus; illud verò tempus jam advenisse posterior unctio definiret, sicut etiam accidit in unctione Davidis.

De Eliseo plures negant, et dicunt pro unctione, et oleo fuisse pallium, quo Elias Eliseum operuit. Ita historia Scholastica, Dionysius, Rabbanus, neque id Lyræ et Abulensi displicet. Sed idem ego de Eliseo atque de aliis regibus dicendum esse censeo. Quid enim prohibet? Dicunt aliqui de his unctionibus nihil haberi certum in Scripturâ sacrâ; neque vident plurima omitti, quæ salvâ religione negari non possint, cùm aliis locis tradita fuerint, aut saltem indicata. In his autem unctionibus satis est à Domino fuisse præceptas, ut credamus à tanto viro non fuisse omissas. Sanè hos tres fuisse initiatos verâ et propriâ unctione, docet Innocentius III, de sacrâ Unctione cap. unico, dùm hujus veræ unctionis tria hæc adducit exempla. Porrò quid præter unctionem habuerit Eliseus ab Eliæ pallio, dicemus suo loco pluribus.

In eo etiam quod deinde traditur, ab Eliseo occisum iri eos qui à Jehu et Hazaelis manibus elapsi fuerint, aliqui nonnihil vident, quod admirentur, et ita futurum esse negant, sicut præ se fert ipsius litteræ proprietas. Angelomus : « Non ita, inquit, accipiendum est, « quòd propheta Dei Eliseus homicida futurus « sit et tyrannus, sed magis spiritualiter intel- « ligendum, quia justitia divina, quæ singulis « reddit opera sua, punit peccata hominum « aliquando manifestâ ultione, aliquando oc- « culto judicio, vindicat per reges et judices, « vindicat per prophetas et sacerdotes, cùm « alios nocentes facit plecti mucrone, alios « transverberat gladio linguæ. » Et adducit illud Oseæ cap. 6 : *Dolavi eos in prophetis, et occidi eos in verbis oris mei.* Simile est illud Isai. c. 11 : *Percutiet terram virgâ oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium.* Eodem modo putant Rabbanus et Hugo. Sed sanè hujusmodi locutiones in hunc locum minùs aptè cadunt. Nam eodem modo occidendi dicuntur ab Eliseo homines impii, quo ab Hazaele et ab Jehu, quia videlicet qui fugerint duorum regum manus, id est, qui ab illorum armis interfecti non fuerint, non effugient manus Elisei, id est, illam subibunt mortem, quam se evasisse crediderant, mortem utique corporis.

Quare dicendum est reverà transfugas à verâ religione ab Eliseo fuisse sublatos, quia aut ferro occisi, quo modo ab Eliâ sacerdotes et prophetæ Baal, vel oratione, quo modo cœlitùs igne quinquagenarii cum suis quinquaginta perierunt. Quando ferro viros idololatras Eliseus confecerit, non legimus, neque enim omnia quæ gesta sunt, à sacrâ produntur historiâ. At oratione et imprecatione minaci aliquos esse peremptos, habemus lib. 4 Regum cap. 2, ubi quadraginta duo pueri de Bethel, id est, de præcipuâ idololatrarum sede, interfecti traduntur. Neque est improbabile, qui imprecatione suâ hos occidit insultantes pueros, eumdem alios quoque plurimos eodem sustulisse spiritu de medio. Ita putant Abulensis quæst. 23, et Lyra, Cajetanus et alii. Quomodò Hazael et Jehu rem Israeliticam, et regis Achab familiam durè mulctaverint, commodior succedet postea disputandi locus (1).

(1) Eliseum... unges prophetam pro te. Questus fuerat Elias cum Deo, se unum prophetam reliquum veri Dei superesse, quem pariter è medio subducere illatâ nece molirentur. Adjutorem hìc illi Deus et successorem Eliseum jungit Vir erat nullo rei gestæ facinore eximius, quo pararetur ad prophetiam. Agebat Abelmeulæ, urbe tribûs Ephraim, vel Manasse cum suis, notæ probitatis hominibus qui conscios se superstitionis vitulorum aureorum non dederant. Mandavit Deus Eliæ, *ut illum ungeret*, ex quo colligere visum est, tria hominum genera apud Hebræos unctione initiari consuevisse, sacerdotes, reges et prophetas. Sed è postremis hisce unicum hoc suppetit Elisei exemplum, ipsumque non satis perspicuum et certum; nusquàm enim legimus, Eliam cùm virum hunc ad munus prophetiæ evocavit, oleo in caput affuso consecrâsse, quæ sanè

Vers. 18. — Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal. Dixerat Elias supra, do-

animadversio in re præsenti omittenda non videbatur. Illum solummodò conveniens Elias, pallium suum humeris ejus injecit; dein permisit, ut quæcumque vellet, ageret; se quidem ea explêsse quæ sibi fuerant imperata. Ex his non malè colligas, ea verba : *Unges eum prophetam pro te*, designare tantùm : Voca illum ad munus prophetiæ signo aliquo, vel humeris pallio injecto. Apud S. Epiphanium in libello de Vitâ et Obitu prophetarum, et in Chronico Alexandrino, legimus in ipso, quo exortus est Elias, temporis articulo, unum ex aureis vitulis, in Galgalis erectum, tam horrendum immugiisse, ut Hierosolymam usque sonus reboârit. Nuntiabat autem rauco sono mugitus ille, exortum esse hominem singularem à quo idola omnia fusilia everterentur ac confringerentur. Sed traditiones istæ fidei sunt sublestæ.

Abelmeula. Eusebio et S. Hieronymo urbs ista decem mille passibus à Scythopoli distat, jacetque in plagâ meridionali et in magno Campo. (Calmet.)

« De quoi se mêlent, disent les incrédules, « Elie et ensuite Elisée de désigner un roi à la « Syrie, et un autre à Israël ; de cabaler chez « une nation et dans un royaume étranger ? « Ce sont les vrais auteurs des révolutions « arrivées dans ces deux états. » Ils se mêlent de ce que Dieu leur commande, et l'ordre de Dieu est prouvé par des miracles. Ces deux prophètes n'ont cabalé ni en Syrie pour Hazaël, ni dans Israël pour Jéhu; ils n'ont contribué en rien à ces révolutions. Lorsque les rois ont péri dans les batailles, sont morts de maladie, ou qu'ils ont été tués par trahison, les incrédules prétendent que les prophètes en ont été la cause, parce qu'ils ont prédit quels seraient leurs successeurs. Jéhu tua le roi d'Israël, extermina la maison d'Achab et tous les adorateurs de Baal; mais ce ne fut ni par les conseils d'Elie, qui n'existait plus, ni par ceux d'Elisée. La prédiction en avait été faite plus de vingt ans auparavant. Les malheurs de la nation juive ont été causés par les crimes des rois et du peuple, et non par les prophètes, qui ont fait tout ce qu'ils ont pu pour les prévenir. (Duclot.)

Vers. 17. — Quicumque fugerit gladium Hazael, occidet eum Jehu. Oraculis hisce sua fides constabit inferiùs, 4 Regum 8 et 9.

Quicumque fugerit gladium Jehu, interficiet eum Eliseus. Nusquàm legitur in Scripturâ Eliseus gladium in cujuspiam necem eduxisse, sed immisisse tantùm ursos in quadraginta duos pueros Bethel sibi illudentes. An verò illud vim totam implêsse hujus oraculi censendum est? Maluerim ego ita interpretari : Si Hazaelis de impiis Israelitis ultio minor fuerit, supplebitur à Jehu ; et nisi Jehu consilia omnia mea impleverit, absolvet Eliseus. Non tamen ita reputandum est, quasi Eliseus reipsà in necem alicujus armandus fuerit. Jehu mandata omnia Dei in domum Achabi explevit. Hazael in miserum illud regnum plus nimiùm malorum intulit; quod explendum superesset Eliseo, nihil erat. (Calmet.)

lere se vehementer, et religionis zelo intimis uri præcordiis, quòd ex Dei cultoribus ipse tantùm fuerit relictus in Israel ; consolatus illum Dominus fuerat, cùm duos reges et prophetam unum esse dixit, qui causam Domini tuerentur, et Baalis idolorumque cultores ferro conficerent, aut certè sic attererent, ut pro mortuis judicari potuerint. Sed hoc non poterat esse prophetæ non molestum, cùm juxta suam opinionem nullus ex tantâ Israelitarum multitudine videretur esse relictus. Hâc igitur de re iterùm Deus consolatur prophetam, et ab hoc etiam mœrore atque sollicitudine relevat, dùm ait, etiamsi omnes extinguantur idololatræ, futuros tamen esse plurimos, qui nunquàm ad Baalis aras supplices accesserunt, quos ab hostili ferro pietas exemit.

Interpretum plerique hunc certum esse numerum existimant, quasi tantùm in Israele fuerint virorum septem millia, qui à religione verâ non defecerunt. Quod quia placet pluribus, mihi etiam placere debet. Nihilominùs nescio quo modo ad hanc cogitationem duriùs afficior. Nam ex tantâ multitudine exiguum hunc numerum esse relictum, qui uni Baal, id est, Sidoniorum deo, flexo genu non supplicaverint, videtur non omninò facile; neque enim hic de vitulis aureis, et aliorum idolorum monstris sermo est, nisi de uno Baale. Nisi dicas Baalem hìc per synecdochen usurpari pro reliquâ idolorum turbâ. Sanè multò plura Israelitarum, quàm septem millia esse relicta, videtur certum omninò, cùm post tempora Hazaelis et Jehu magna fuerit Israelitarum regum potentia, et exercitus numerosos sæpè conflaverint, qui ex tam exiguis reliquiis conflari non poterant. Quapropter suspicabar ego numerum hìc finitum et determinatum, pro infinito et indeterminato sumi, quod cùm in aliis numeris sæpè in Scripturâ sacrâ fiat, in septenario sæpissimè factum observamus. Illud Proverb. 24 : *Septies in dies cadit justus*, omnium consensu magnum significat et indefinitum numerum, valetque idem quod *sæpè*. Idem dicendum de illo Psal. 118: *Septies in die laudem dixi tibi;* et Psal. 11: *Argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.* Et ubi vulgatus legit, 1 Reg. cap. 2, in Cantico Annæ : *Donec sterilis peperit pluri-*

Et quicumque fugerit gladium Jehu, interficiet eum Eliseus, gladio non corporali, sed spirituali, puta gladio linguæ, quâ eos acriter redarguet, minabiturque mortem præsentem et æternam, inquiunt Angelom., Rabbanus et Hugo. (Corn. à Lap.)

mos, Hebræi habent et Septuaginta, *septem*. De hoc septenario numero vide apud Salmeronem proleg. 20 de septenario numero, ubi docet septem millia virorum (de quibus hoc loco) innumeram significare hominum multitudinem. In quam ego sententiam libentiùs abeo, quia neque adhorret à sacræ Scripturæ consuetudine, et multa extricat, quæ sacram historiam et filum narrationis impediunt. Quod magis quæ proximè succedunt, ostendent.

Et omne os quod non adoravit eum osculans manus. Duo hic ponuntur adorationis genera usitata olim à gentilibus impiè, nunc autem à Christianis religiosè ac piè. Alterum est incurvare genua, quod ut demittit et abjicit corpus, sic etiam demissum et abjectum significat animum coram illo cui exhibetur religiosus honor. Alterum est osculari simulacrum, aut applicito ore, osculo proximè libato, aut ubi manus simulacrum tetigerit, illam ad os referre, et partem illam eâ ratione venerari, quia rem meruit contrectare sacram, quæque censetur ex rei sacræ contactu aliquid libâsse et contraxisse sanctitatis. Quòd si adeò res procul illa absit, in quâ profitemur aliquid esse divinum, ut tangi non possit, ad illam saltem manus extenditur, cui deinde tanquàm rei quodammodò sacræ osculum imprimitur. Quod faciebant idololatræ, cùm solem adorarent, quod indicat Job cap. 31, v. 26 : *Si vidi solem cùm fulgeret, et lunam incedentem clarè, et lætatum est in abscondito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo.* Hujus consuetudinis externi quoque meminerunt; Plinius lib. 28, c. 2 : « Inter adorandum dexteram ad osculum « referimus. » Minutius in Octavio : « Cæcilius « simulacro Serapidis viso, ut vulgus super- « stitiosus solet, manum ori admovens osculum « labiis impressit. » Aliquando non osculabantur manum, sed conformabant labia, quasi osculum absentibus impressura, observantiæ atque amoris signum. Quo modo qui plusquàm familiariter amant, se vicissim non tam re, quàm imagine quâdam et significatione osculantur absentes. Ita Tertullianus, in Apologetico cap. 16, ad gentiles : « Sed et plerique vestrùm « in affectatione aliquando ut cœlestia adorandi « ad solis ortum labia vibratis. » His omnibus modis credo ab idololatris Israelitis cultum fuisse Baalem, et præcipuè osculo ab ore verè et propiùs impresso, quod faciebant, nisi quid interjectum obstaret, gentiles in suâ adoratione frequentiùs. Quâ de re externi plurima. Unum tantùm adducam ex Cicerone, actione 4 in Verrem, ubi Tullius dicit simulacrum Herculis æreum usque adeò Agrigentinis fuisse religiosum, « ut rictus ejus, et mentum paulò sit at- « tritius, quod in precibus et gratulationibus « non solùm id venerari, verùm etiam osculari « solent. » In Hebraico textu tantùm habemus, *quod non osculatum est eum.* Et ita recentes aliæ versiones transtulerunt. Vulgatus *manus* addidit, ut certam aliquam adorandi formam exprimeret, et quia hæc fortassè fuit in adorando Baale aut sola, aut certè magis usitata. Sed est non improbabile alias etiam intercessisse osculorum formas.

Hic porrò observandum eosdem omninò esse illos de quibus hic dicitur non incurvâsse genua, et eos qui ab impuris osculis dicuntur abstinuisse labia. Ita putat Abulensis quæst. 23. Quod facilè ille sibi persuadebit, qui textum adhibuerit Hebraicum, et alias translationes, tam novas quàm antiquas, unâ exceptâ Vulgatâ, cujus tamen eadem est sententia, licet translatio paulò obscurior. Ad verbum sic habet Hebraicus codex : *Et relinquam in Israel septem millia, omnia genua, quæ non curvaverunt se ad Baal, et omne os, quod non osculatum illum.* Ita fermè translationes aliæ; Septuaginta paulò aliter : *Et relinques in Israel septem millia virorum, omnia genua, quæ non flexerunt genu ipsi Baal, et omne os, quod non adoravit eum.*

Hic ego epexegesim quamdam agnosco, id est, iteratam sententiam, quæ nihil addit hemistichio priori, sed tantùm rem declarat et amplificat. Quare hic nihil significatur aliud quàm ex gravi clade tantùm relictum iri septem millia virorum, qui non adoraverunt Baal. Quod videtur expressisse Paulus ad Romanos cap. 11, vers. 4, ubi altero tantùm hemistichio totam sententiam complexus est. Sic autem ille : *Sed quid dicit illi* (nempe Eliæ) *divinum responsum : Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.* Nihil hic de superstitum numero reliquit Paulus, et tamen alteram reliquit hemistichii partem. Neque aliud significat vulgata translatio, quam sic ordino : *Derelinquam mihi septem millia virorum* (hic distinctionem adhibeo) *eos videlicet, qui non incurvaverunt genua ante Baal, neque illum per osculum adoraverunt.* Quòd autem vulgatus non transtulerit eodem modo quo alii Hebraicos codices secuti, ea videtur esse ratio, quia imitari voluit Apostolum, qui eodem ferè modo alteram hemistichii partem priorem convertit.

Vers. 19. — Profectus ergo inde Elias, reperit Eliseum filium Saphat aratrem in duo-

DECIM JUGIS BOUM (1). Cùm ad Elisæum pervenit Elias, jam in Syriâ unxerat Hazaelem; ut enim paulò ante vidimus, jussus fuerat per desertum adire Damascum, et sicut primo loco nominatus est Hazael, sic etiam verisimile est primo etiam loco fuisse unctum ab Eliâ, et deinde Jehu, tertiò tandem Eliseum. Cur verò hic nihil de utriusque regis unctione, ea causa fuit, quia in illorum unctione speciale aliquid nihil accidit scriptione dignum, et divinum mandatum ab homine fideli atque obsequenti susceptum satis indicat, nihil in modo atque ordine executionis omissum eorum quæ à Deo priùs fuissent injuncta. Pater Elisei dicitur esse Saphat, homo, ut apparet, rei rusticæ locuples et potens, ut qui duodecim boum jugis araret. Quòd autem non araret Eliseus tanquàm servus alienum agrum, sed paternum ac suum excoleret, ex eo fit probabile, quia par mactavit boum, quos cùm in aratro coxisset, aratorum turbæ ac populo distribuit,

(1) *Elie s'étant approché d'Elisée, mit son manteau sur lui; et Elisée quitta aussitôt ses bœufs, et courut après Elie,* etc. On peut juger du dessein qu'avait Elie en couvrant de son manteau Elisée, par ce qu'on vit arriver depuis, lorsque ce manteau miraculeux eut la force de diviser les eaux du Jourdain deux fois différentes pour faire passer à sec ce saint maître et son disciple. Il voulait donc, en le revêtant de son manteau, le revêtir en même temps de son esprit, ce qui arriva effectivement, puisqu'Elisée en étant rempli dans l'instant, quitta aussitôt ses bœufs, et courut après Elie, imitant ainsi, ou pour mieux dire, figurant très longtemps auparavant la promptitude avec laquelle les Apôtres quittèrent depuis et leurs filets et leurs barques, pour se mettre à la suite de Jesus-Christ. Que s'il demanda la permission d'aller saluer son père et sa mère, ce que les Apôtres ne firent pas, il paraît assez qu'il ne le fit point par aucune attache, mais pour s'acquitter de son devoir et dans la simplicité de son cœur. Aussi Elie le lui permit, mais en lui disant ces paroles remarquables et pleines d'instruction : *Allez, et revenez, car j'ai fait pour vous ce qui dépendait de moi*, ce qui est la même chose que s'il lui eût dit : Prenez bien garde à ne pas être infidèle à cette grâce de votre vocation que Dieu vous a conférée par mon ministère. Car pour moi, je me suis acquitté de l'ordre qu'il m'avait donné à votre égard. Et c'est à vous maintenant de répondre à ce qu'il demande de vous. C'est pourquoi ne vous attachez pas à votre père et à votre mère; mais revenez aussitôt que vous aurez pris congé d'eux.

Quelques-uns ont cru qu'Elisée n'avait point reçu d'autre onction pour être prophète, que d'avoir été couvert du manteau d'Elie. Mais d'autres témoignent, ce qui est plus vraisemblable, qu'encore que l'Ecriture n'exprime point qu'il ait été oint, il le fut sans doute, selon l'ordre que Dieu en avait donné à Elie, et qu'il dit lui-même avoir accompli. (Sacy.)

quod servus neque posset facere, neque auderet. De tribu fuisse Ruben dixit S. Epiphanius de Vitâ et Interitu prophetarum c. 6; Isidorus de Vitâ et Morte sanctorum cap. 36. Hi autem cum auctore Historiæ Scholasticæ, et cum Joanne episcopo Hierosolymitano 13, dicunt in ortu Elisei mugiisse unum è vitulis aureis, quos conflavit Jeroboam, et illius mugitum auditum fuisse Hierosolymis, et ex eo sacerdotem quemdam prudentem conjectâsse, eo die aliquem esse natum, qui futurus esset sculptilibus omnibus atque idolis extrema labes. Plura deinceps occurrunt de Eliseo, quæ nos suis locis multò commodiùs. Quòd verò hic dicitur arâsse in duodecim jugis, nihil arbitror aliud quàm in suis aut paternis agris colendis habuisse duodecim juga, quibus ipse præerat, neque ipsum laborem illum rusticum recusâsse, cùm unus quoque foret ex aratorum numero.

CUMQUE VENISSET ELIAS AD EUM, POSUIT PALLIUM SUUM SUPER ILLUM. Hic nonnulli, de quibus paulò antea, cogitant hoc pallium Eliseo fuisse pro unctione et oleo, quia prophetali amictu destinatus videbatur et assumptus ad prophetale ministerium. Quod, meo judicio, dici non debet, quia nimis sunt voces à suâ proprietate distortæ : neque etiam si minùs dura foret illa translatio, sine gravi causâ vocum esset deserenda proprietas. Est porrò Patrum communis sententia, tres hominum ordines inungi solitos, sacerdotes, reges et prophetas, et omnes Eliseum nominant : neque enim ullus alius in Scripturâ reperitur, qui fuerit unctione ad munus illud destinatus. Ita S. Thomas ad illud Psal. 44 : *Propterea unxit te Deus.* Et in c. 1 Matthæi ad illud: *Liber generationis Jesu Christi.* Quâ de re nos pluribus in nostris Commentariis ad illud cap. 10 super Acta : *Quomodò unxit eum.* Esse autem hanc unctionem Elisei propriam docuit Innocentius tertius, cap. unico de sacrâ Unctione, ibi hoc ipsum caput adduxit: « In veteri, inquit, Testamento non solùm ungebatur sacerdos, sed etiam rex et propheta; « sicut in lib. 3 Regum Dominus præcepit Eliæ: « *Vade et revertere,* etc. *Eliseum autem prophetam, qui est de Abel Meula, unges prophetam pro te.* »

Quid ergo, dices, sibi velle potuit injectum pallium ab Elisâ Eliseo? Illud, opinor, ut postquàm unctione designatus esset propheta, per pallii communicationem ad eamdem societatem et vitæ communionem vocaretur. Neque enim, si propheta esset, eo nomine cogebatur cum Eliâ vitam degere communem. Injecto

itaque pallio, in suam sibi societatem adscivit, quasi ejusdem secum instituti participem; quo modo ex veteri Hebræorum ritu sponsus, quam habere vult domûs thalamique consortem, suo tegit pallio, ut docuit Ruth, quæ cùm nuptias expeteret Booz, dixit cap. 3, v. 9 : *Expande pallium tuum super famulam tuam.* Et Ezech. c. 16, v. 8 : *Expandi amictum meum super te.* Et quidem si eo jam tempore Elias discipulos habuit, qui ut vitæ genus, sic etiam instituti insigne, et indumentum habuêre commune, dùm pallium injicit, ad suum institutum vocat et cœtum. Quod non videtur ignorâsse Eliseus, quandoquidem orat sibi ut liceat osculari parentes, ut, illorum postea oblitus, deinde illum expeditior sequatur. Unctio igitur fecit prophetam Eliseum; pallium autem contubernalem et monachum.

VERS. 20.— (1) OSCULER, ORO, PATREM MEUM ET MATREM. Consuetudo fuit inter Hebræos ut osculo exciperent, et osculo item dimitterent cognatos et amicos : cujus rei in Scripturâ sacrâ exempla sunt obvia. Unus Jacob utriusque nobis documento erit; nam Genes. cap. 29, v. 11, cùm cognatam sibi Rachelem primùm vidisset, juxta patrium morem osculatus est illam. Et cap. 31, vers. 8, conquestus est Laban quòd furtim se corripuisset Jacob; neque passus esset ut filias oscularetur abeuntes. Hoc porrò osculum Elisei futurum esse postremum videbatur, quasi statuisset propheta novus, repudiatis omnibus, adhærere Eliæ, et Dei se totum obsequio atque tutelæ tradere.

VERS. 21. — REVERSUS AUTEM AB EO (2) TULIT PAR BOUM, ET MACTAVIT, etc. Duo hic invenio, quæ maximè Elisei commendant alacritatem in relinquendo seculo, et in amplexando religioso instituto strenuum animum, et studium fidele. Alterum in mactandis bobus, et aratro comburendo, quasi nuntium jam remitteret ruri, rusticisque proventibus, neque aliquid habere vellet, à quo postea de medio revocaretur cursu. Alterum, quòd convivium paravit rusticæ ac populari turbæ, quod fieri solet, aut cùm aliquid accidit fortunatum et lætum, ut in triumpho et nuptiis, aut in feriis parentalibus, cùm vitâ jam functis justa persolvimus. Hæc duo videri possunt novo prophetæ ac monacho contigisse. Iniit enim nuptias felicissimas cum Deo, quem ex omnibus sponsum elegit, quia, utpote propheta, jam cum illo familiarem atque intimum convictum habiturus est. Atque ideò exhibere voluit aliis nuptiale et verè geniale convivium. Quod etiam facere debuit alio nomine, quia qui religiosum ingreditur stadium, quod homines expeditos desiderat et nudos à seculari pondere, ille si sui instituti rationem, et quid exigat illa nova vivendi forma, cognoverit, mortuum se putabit et mundo et sibi. Quare, quæ mortuorum sunt, meditatur et curat; et ita se gerit, quasi neque motum habeat ullum, non ullum sensum, non aliquid eorum ad quæ, cùm seculo et sibi viveret, magno anhelabat studio. Quòd autem apud Hebræos in mortuorum parentalibus sacris publicum instruatur convivium, diximus in nostris Commentariis super Jeremiam ad illud cap. 26, v. 5: *Ne ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum.* Et super Ezechielem cap. 24, v. 17 : *Nec cibos lugentium comedes.* Hæc probabilia, sed credo illud potiùs geniale quàm ferale convivium, quod putavit Cajetanus.

(1) QUOD MEUM ERAT, FECI TIBI. Dei jussiones explere, tuum est; ego mea omnia complevi. Sequere impetum et ductum agentis intùs Numinis. Hebræus : *Quia quid feci tibi?* Considera attentiùs id quod in te operatus sum. Ne retrorsùm redeas : *Hoc age.* Nihil aliud cures, nullâ tangaris sollicitudine, quàm ut Deum vocantem sequaris. Aliter : *Quia quid feci tibi?* An coegi te mihi socium addi? Tuum erit quid tibi facto opus sit, quid Deus jubeat, inquirere. Ego quod tibi imperem, nihil habeo. (Calmet.)

(2) REVERSUS AB EO TULIT PAR BOUM. Maluerim ego textum ita reddere : *Dixit ei* Elias : *Vade et revertere, quia quid feci tibi? Et rediit retro post illum*, id est, rediit absolutis omnibus, quorum causâ ab illo discesserat. Vel planiùs : Rediit ad Eliam, quem ad aliquid temporis dimiserat; rediit, inquam, ducens par boum, quibus mactatis coctisque instruxit convivium parentibus ac gentibus suis, qui vale ipsi dicturi ex urbe venerant. Abelmeulam Elias non venit, sed in eodem agro, ubi priùs convenerat Eliseum, redeuntem illum expectavit. (Calm.)

Elisée étant retourné vers ses proches, *prit* ensuite, etc. Ce qui semble obscur en ce lieu se peut expliquer en cette manière, selon tous les interprètes : Elisée, quittant Elie, s'en retourna vers ses proches. Et après qu'il eut prit congé d'eux, il revint au même lieu où il labourait auparavant, accompagné de plusieurs personnes qui le suivirent, à cause qu'il s'en allait les quitter. Il tua deux bœufs, dont il fit cuire la viande avec le bois même de sa charrue, soit pour ne point perdre de temps à aller couper d'autre bois, soit pour témoigner par là qu'il renonçait à la vie qu'il avait menée jusqu'alors ; et il en donna à manger à ceux qui étaient présents. Aussitôt après il s'en alla, et suivit Elie, qu'il servait comme son disciple. On laisse à faire la réflexion sur une conduite si sainte, et il suffit d'ajouter ici avec saint Jérôme, que ce que fit extérieurement Elisée en quittant ses bœufs, et en brûlant sa charrue, était la figure du changement tout divin par lequel il renonça à sa vie passée pour se vouer tout entier à Dieu. *Eliseus boves et juga prioris operis vertit in vota.* (Sacy.)

Quomodò fecit multò postea Matthæus, qui vocatus à Christo reliquit omnia, et convivium apparavit splendidum, ad quod Christum cum discipulis, et eorum aliquos, quos habuerat amicos et socios, invitavit, Matth. cap. 9.

CAPUT XX.

1. Porrò Benadad rex Syriæ congregavit omnem exercitum suum, et triginta duos reges secum, et equos et currus; et, ascendens, pugnabat contra Samariam et obtinebat eam.

2. Mittensque nuntios ad Achab, regem Israel, in civitatem,

3. Ait: Hæc dicit Benadad: Argentum tuum et aurum tuum meum est; et uxores tuæ et filii tui optimi, mei sunt.

4. Responditque rex Israel: Juxta verbum tuum, domine mi rex, tuus sum ego et omnia mea.

5. Revertentesque nuntii, dixerunt: Hæc dicit Benadad, qui misit nos ad te: Argentum tuum, et aurum tuum, et uxores tuas, et filios tuos dabis mihi.

6. Cras igitur hâc eâdem horâ mittam servos meos ad te, et scrutabuntur domum tuam et domum servorum tuorum, et omne quod eis placuerit ponent in manibus suis et auferent.

7. Vocavit autem rex Israel omnes seniores terræ, et ait: Animadvertite et videte quoniam insidiatur nobis; misit enim ad me pro uxoribus meis et filiis, et pro argento et auro, et non abnui.

8. Dixeruntque omnes majores natu et universus populus ad eum: Non audias neque acquiescas illi.

9. Respondit itaque nuntiis Benadad: Dicite domino meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me servum tuum in initio faciam, hanc autem rem facere non possum.

10. Reversique nuntii retulerunt ei. Qui remisit, et ait: Hæc faciant mihi dii et hæc addant, si suffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me!

11. Et respondens rex Israel ait: Dicite ei: Ne glorietur accinctus æquè ut discinctus.

12. Factum est autem, cùm audisset Benadad verbum istud, bibebat ipse et reges in umbraculis, et ait servis suis: Circumdate civitatem. Et circumdederunt eam.

13. Et ecce propheta unus accedens ad

CHAPITRE XX.

1. Or Bénadad, roi de Syrie, ayant rassemblé toute son armée, sa cavalerie et ses chariots, et trente-deux rois avec lui, marcha pour attaquer Samarie, et l'assiégea.

2. Et il envoya dans la ville des ambassadeurs à Achab, roi d'Israël,

3. Pour lui dire: Voici ce que dit Bénadad: Votre argent et votre or est à moi, vos femmes et vos enfants les mieux faits sont à moi.

4. Le roi d'Israël lui répondit: O roi mon seigneur, je suis à vous, comme vous le dites, et tout ce que j'ai est à vous.

5. Les ambassadeurs, revenant, dirent: Voici ce que dit Bénadad, qui nous a envoyés vers vous: Vous me donnerez votre argent, votre or, vos femmes et vos fils.

6. Demain donc, à la même heure, j'enverrai mes serviteurs vers vous; ils visiteront votre maison et la maison de vos serviteurs, et ils prendront tout ce qui leur plaira et l'emporteront.

7. Alors le roi d'Israël fit venir tous les anciens de son peuple, et leur dit: Considérez et voyez qu'il nous tend un piège, car il m'a *déjà* envoyé pour mes femmes, pour mes fils, pour mon argent et mon or, et je ne lui ai rien refusé.

8. Tous les anciens et tout le peuple lui répondirent: Ne l'écoutez point, et ne vous rendez point à ce qu'il désire.

9. Achab répondit donc aux ambassadeurs de Bénadad: Dites au roi mon seigneur: Je ferai toutes les choses que vous m'avez demandées, à moi votre serviteur, mais pour cette *dernière* chose, je ne le puis.

10. Les ambassadeurs s'en étant retournés firent leur rapport à Bénadad, qui, les renvoyant encore, fit dire: Que les dieux me traitent dans toute leur sévérité, si toute la poussière de Samarie suffit pour remplir seulement le creux de la main de tous les gens qui me suivent!

11. Le roi d'Israël leur répondit: Dites à votre maître: Celui qui prend les armes ne doit pas se vanter.

12. Bénadad reçut cette réponse lorsqu'il buvait dans sa tente avec les *autres* rois, et il dit à ses gens: Qu'on aille investir la ville. Et ils l'investirent.

Achab, regem Israel, ait ei : Hæc dicit Dominus : Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam : ecce ego tradam eam in manu tuâ hodiè, ut scias quia ego sum Dominus.

14. Et ait Achab : Per quem ? Dixitque ei : Hæc dicit Dominus : Per pedissequos principum provinciarum. Et ait : Quis incipiet præliari ? Et ille dixit : Tu.

15. Recensuit ergo pueros principum provinciarum, et reperit numerum ducentorum triginta duorum ; et recensuit post eos populum, omnes filios Israel, septem millia.

16. Et egressi sunt meridie. Benadad autem bibebat temulentus in umbraculo suo, et reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium ejus venerant :

17. Egressi sunt autem pueri principum provinciarum in primâ fronte. Misit itaque Benadad, qui nuntiaverunt ei, dicentes : Viri egressi sunt de Samariâ.

18. Et ille ait : Sive pro pace veniunt, apprehendite eos vivos ; sive ut prælientur, vivos eos capite.

19. Egressi sunt ergo pueri principum provinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur.

20. Et percussit unusquisque virum qui contra se veniebat ; fugeruntque Syri, et persecutus est eos Israel. Fugit quoque Benadad rex Syriæ in equo cum equitibus suis.

21. Necnon egressus rex Israel percussit equos et currus, et percussit Syriam plagâ magnâ.

22. Accedens autem propheta ad regem Israel, dixit ei : Vade, et confortare, et scito et vide quid facias, sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te.

23. Servi verò regis Syriæ dixerunt ei : Dii montium sunt dii eorum, ideò superaverunt nos ; sed melius est ut pugnemus contra eos in campestribus, et obtinebimus eos.

24. Tu ergo verbum hoc fac : amove reges singulos ab exercitu tuo, et pone principes pro eis ;

25. Et instaura numerum militum qui

13. Et voilà qu'un prophète vint vers Achab, roi d'Israël, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur : Vous avez vu toute cette immense multitude ; je vous déclare que je vous la livrerai aujourd'hui entre les mains, afin que vous sachiez que c'est moi qui suis le Seigneur.

14. Achab lui demanda : Par qui ? Il lui répondit : Voici ce que dit le Seigneur : Ce sera par les valets de pied des princes des provinces. Achab ajouta : Qui commencera le combat ? — Vous, dit le prophète.

15. Achab fit donc la revue des valets de pied des princes des provinces, et il en trouva deux cent trente-deux. Il fit ensuite la revue du peuple de tous les enfants d'Israël, *et il en trouva* sept mille.

16. Ils sortirent de la ville sur le midi. Cependant Bénadad était dans sa tente, qui buvait et qui était ivre, lui et les trente-deux rois qui étaient venus à son secours.

17. Les valets de pied des princes des provinces marchaient à la tête de l'armée. Bénadad ayant envoyé *à leur reconnaissance*, on vint lui dire : Ce sont des gens qui sont sortis de Samarie.

18. Et il dit : Soit qu'ils viennent pour traiter de la paix, soit qu'ils viennent pour combattre, prenez-les tout vifs.

19. Les valets de pied des princes des provinces s'avancèrent donc, et tout le reste de l'armée après eux ;

20. Et chacun d'eux tua ceux qui se présentèrent devant lui. Les Syriens s'enfuirent, et l'armée d'Israël les poursuivit. Bénadad, roi de Syrie, s'enfuit aussi à cheval, avec les cavaliers qui l'accompagnaient.

21. Et le roi d'Israël, étant sorti de Samarie, tua les chevaux, renversa les chariots, et frappa la Syrie d'une grande plaie.

22. Alors un prophète vint trouver le roi d'Israël, et lui dit : Allez, fortifiez-vous, et considérez bien ce que vous avez à faire, car le roi de Syrie viendra *encore* l'année prochaine pour vous combattre.

23. Alors les serviteurs du roi de Syrie lui dirent : Leurs dieux sont les dieux des montagnes, et c'est pour cela qu'ils nous ont vaincus, il faut que nous combattions contre eux en rase campagne, et nous les vaincrons.

24. Voici donc ce que vous avez à faire : faites retirer tous les rois de votre armée, et mettez en leur place les officiers ;

ceciderunt de tuis, et equos secundùm equos pristinos, et currus secundùm currus quos ante habuisti; et pugnabimus contra eos in campestribus, et videbis quòd obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, et fecit ita.

26. Igitur, postquàm annus transierat, recensuit Benadad Syros, et ascendit in Aphec, ut pugnaret contra Israel.

27. Porrò filii Israel recensiti sunt, et acceptis cibariis profecti ex adverso, castraque metati sunt contra eos, quasi duo parvi greges caprarum; Syri autem repleverunt terram.

28. (Et accedens unus vir Dei, dixit ad regem Israel : Hæc dicit Dominus : Quia dixerunt Syri : Deus montium est Dominus, et non est deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tuâ, et scietis quia ego sum Dominus.)

29. Dirigebantque septem diebus ex adverso hi atque illi acies; septimâ autem die commissum est bellum, percusseruntque filii Israel de Syris centum millia peditum in die unâ.

30. Fugerunt autem qui remanserant in Aphec, in civitatem; et cecidit murus super viginti septem millia hominum qui remanserant. Porrò Benadad fugiens ingressus est civitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum.

31. Dixeruntque ei servi sui : Ecce audivimus quòd reges domûs Israel clementes sint : ponamus itaque saccos in lumbis nostris, et funiculos in capitibus nostris, et egrediamur ad regem Israel; forsitan salvabit animas nostras.

32. Accinxerunt saccis lumbos suos, et posuerunt funiculos in capitibus suis, veneruntque ad regem Israel, et dixerunt ei : Servus tuus Benadad dicit : Vivat, oro te, anima mea. Et ille ait : Si adhuc vivit, fratermeus est.

33. Quod acceperunt viri pro omine; et festinantes rapuerunt verbum ex ore ejus, atque dixerunt : Frater tuus Benadad. Et dixit eis : Ite, et adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadad, et levavit eum in currum suum.

25. Rétablissez vos troupes, en y remettant autant de soldats qu'il en a été tué, autant de chevaux qu'il y en avait dans votre armée, et autant de chariots que vous en avez eu auparavant; et nous combattrons contre eux en rase campagne, et vous verrez que nous les battrons. Il crut le conseil qu'ils lui donnèrent, et il fit ce qu'ils lui avaient dit.

26. Un an après, Bénadad fit la revue des Syriens, et il vint à Aphec, pour combattre contre Israël.

27. Les enfants d'Israël firent aussi la revue de leurs troupes; et, ayant pris des vivres, ils marchèrent contre les Syriens, et campèrent vis-à-vis d'eux. *Ils ne paraissaient que* comme deux petits troupeaux de chèvres, au lieu que les Syriens couvraient toute la terre.

28. Alors un homme de Dieu vint vers le roi d'Israël, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que les Syriens ont dit : Le Seigneur est le dieu des montagnes, mais il n'est pas le dieu des vallées, je vous livrerai toute cette grande multitude, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

29. Les deux armées furent rangées en bataille l'une devant l'autre pendant sept jours. Le septième jour la bataille se donna, et les enfants d'Israël tuèrent en un jour cent mille hommes de pied des Syriens.

30. Ceux qui échappèrent s'enfuirent dans la ville d'Aphec; et une muraille tomba sur vingt-sept mille hommes qui étaient restés. Bénadad, s'enfuyant, entra dans la ville, et se retira dans le cabinet d'une chambre.

31. Alors ses serviteurs lui dirent : Nous avons entendu dire que les rois de la maison d'Israël sont cléments : mettons donc des sacs sur nos reins et des cordes à notre cou, et allons trouver le roi d'Israël; peut-être qu'il nous donnera la vie.

32. Ainsi ils se mirent des sacs sur les reins et la corde au cou, et vinrent trouver le roi d'Israël, et lui dirent : Bénadad, votre serviteur, vous envoie faire cette supplication : Accordez-moi la vie. Il leur répondit : S'il est encore en vie, c'est mon frère.

33. Les Syriens tirèrent de là un bon présage, et prenant aussitôt ce mot de sa bouche, ils lui dirent : Votre frère Bénadad *vous fait cette prière*. Il leur répondit : Allez, et amenez-le-moi. Bénadad vint donc se présenter à Achab, qui le fit monter sur son chariot.

34. Et Bénadad lui dit : Je vous rendrai les villes que mon père a prises sur votre père; et

34. Qui dixit ei : Civitates quas tulit pater meus à patre tuo reddam, et plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samariâ, et ego fœderatus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, et dimisit eum.

35. Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini : Percute me. At ille noluit percutere.

36. Cui ait : Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes à me, et percutiet te leo. Cùmque paululùm recessisset ab eo, invenit eum leo atque percussit.

37. Sed et alterum inveniens virum, dixit ad eum : Percute me. Qui percussit eum et vulneravit.

38. Abiit ergo propheta, et occurrit regi in viâ ; et mutavit aspersione pulveris os et oculos suos.

39. Cùmque rex transisset, clamavit ad regem, et ait : Servus tuus egressus est ad præliandum cominùs, cùmque fugisset vir unus, adduxit eum quidam ad me, et ait : Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro animâ ejus, aut talentum argenti appendes.

40. Dùm autem ego turbatus hùc illùcque me verterem, subitò non comparuit. Et ait rex Israel ad eum : Hoc est judicium tuum quod ipse decrevisti.

41. At ille statim abstersit pulverem de facie suâ, et cognovit eum rex Israel quòd esset de prophetis.

42. Qui ait ad eum : Hæc dicit Dominus : Quia dimisisti virum dignum morte de manu tuâ, erit anima tua pro animâ ejus, et populus tuus pro populo ejus.

43. Reversus est igitur rex Israel in domum suam, audire contemnens, et furibundus venit in Samariam.

faites-vous des places publiques dans Damas, comme mon père en avait fait dans Samarie ; et quand nous aurons fait cette alliance entre nous, je me retirerai. Achab fit donc cette alliance avec lui, et le laissa aller.

35. Alors un des enfants des prophètes dit de la part du Seigneur à un de ses compagnons : Frappez-moi. Et comme il ne voulut pas le frapper,

36. Il lui dit : Parce que vous n'avez pas voulu écouter la voix du Seigneur *pour me frapper*, aussitôt que vous m'aurez quitté, un lion vous tuera. Lorsqu'il fut éloigné de lui, un lion l'attaqua et le tua.

37. Ayant rencontré un autre homme, il lui dit : Frappez-moi. Cet homme le frappa et le blessa.

38. Le prophète, au sortir de là, s'en alla donc au-devant du roi, qui était en chemin ; et il se rendit méconnaissable en se mettant de la poussière sur le visage et sur les yeux.

39. Et lorsque le roi fut passé, il cria après lui, et lui dit : Votre serviteur s'était avancé pour combattre les ennemis de près, et l'un d'eux s'étant enfui, quelqu'un me l'a amené, et m'a dit : Gardez-moi bien cet homme-là ; et, s'il échappe, votre vie répondra de la sienne ou vous paierez un talent.

40. Et comme, étant troublé, je me tournais de côté et d'autre, cet homme a disparu tout d'un coup. Le roi d'Israël lui dit : Vous avez vous-même prononcé votre arrêt.

41. Aussitôt il essuya la poussière de son visage, et le roi d'Israël reconnut qu'il était du nombre des prophètes.

42. Il dit au roi : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que vous avez laissé échapper de vos mains un homme digne de mort, votre vie répondra pour la sienne, et votre peuple pour son peuple.

43. Le roi d'Israël retourna donc en sa maison, ne faisant pas de cas de ce que ce prophète lui avait dit. Et il entra plein de fureur dans Samarie, *étant irrité de cette menace du Seigneur.*

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Porrò Benadad rex Syriæ congregavit omnem exercitum suum. Rex iste Syriæ Benadad exercitum conflavit quàm maximum potuit contra regem Achab, adduxitque secum plurimos reges, quos habebat sibi vectigales et subditos, aut quos ad id negotii mercede conduxerat; qui his copiis Samariam Israelitici imperii caput obsedit. Neque Achab contra, cùm multò esset viribus inferior, ausus est copias extra muros educere, et aperto in campo cum hoste concurrere. Cùm regis Israel ingentem metum non dubiis signis cognosceret Benadad, suisque viribus nihil non tribueret homo gloriosus et insolens, legationem misit ambitiosæ cujusdam acerbitatis plenam, asserens sua esse omnia, quæ in suâ rex Israel haberet potestate, aurum, argentum et ea quæ ab hominibus numerantur in bonis; insuper

uxores et filios. Annuit rex, ut eâ ratione importunum hostem ab obsidione summoveret. Cùm autem sequenti die acerbiorem legationem mitteret, affirmaretque deberi sibi omnium etiam servorum regis bona, et die crastino mittendos esse servos, qui optima quæque scrutarentur et auferrent, visum est hoc Achab insolens et durum; quapropter ex suorum consilio legatos duriùs acceptos ad dominum suum remittit, affirmans facturum se, quæ ante promiserat; quidlibet autem subiturum potiùs quàm ut à secundâ legatione postulata concederet. Hæc aperta sunt, neque aliâ indigent explicatione, quæ eodem fermè modo explicat Josephus. Porrò hic Benadad à Septuaginta dicitur filius Ader, à Josepho filius Adadi. (1)

Vers. 10. — Hæc faciant mihi dii, et hæc addant, si suffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. Accepit regis populique responsum Benadad cum stomacho, et minatus est, quod à barbaro tantùm et arroganti spiritu expectari poterat; eas nempe, et habere tunc, et habiturum copias in obsidione civitatis, ut vix pro singulis militibus

(1) Vers. 3. — Hæc dicit Benadad (ad Achab, ejusque populum Israel): Argentum tuum, et aurum tuum meum est, non jure, sed potestate et imperio, quia ego illud habere volo, et deposco, qui te sum potentior, ut mihi resistere nequeas. Erant enim res Achab et Israelis afflictæ, ita ut in aciem educere non posset nisi septem millia, v. 15. Hìc ergo incipit Deus punire Achab et Israelitas ob cultum Baal.
(Corn. à Lap.)

Vers. 4. — Tuus sum ego, et omnia mea. Ultrò se tributarium et subditum Benadadi Achabus fatetur, ac spontè se subdit tributo, quod hostis imperârit. In ejus se fidem et clientelam dat. Eodem consilio Paulus Æmilius persuadere conabatur regi Perseo, *ut se suaque in fidem et clientelam populi Romani permitteret.* Sed Achabi mens longè alia erat, ac consilium regis Syriæ. Volebat Benadad pro arbitrio de rebus, hominibus et subditis regis Israelis, tanquàm suis decernere, ut in secundâ legatione ad Achabum missâ exponit apertiùs. Achabus se tantummodò spe conditionum æquiorum submittebat, ratus se vel cogendum fore tantùm ad tributum, vel ad redimendam pretio urbis direptionem et pacem.
(Calmet.)

Vers. 5. — Revertentesque nuntii, missi à Benadad obsidente Samariam ad Achab in eâ obsessum, dixerunt:

Vers. 6. — Cras igitur hac eadem hora mittam servos meos ad te, et scrutabuntur domum tuam, etc. Est hæc nova Benadad petitio, quâ petit ab Achab, ut permittat à suis diripi non tantùm regiam, sed et totam Samariæ civitatem, ait Josephus, ut scilicet spoliet urbem, et pretiosissima quæque ex eâ ad libitum auferat.
(Corn. à Lap.)

tantùm pulveris futurum sit in totâ Samariâ, quantùm posset capere pugillus. Dubitare hìc aliquis posset, cur ad explicandam suam potentiam, et infinitam propè militum multitudinem à pulveris pugillo comparationem sumpserit Benadad? Quasi dicat, non tot futuras pulveris in totâ Samariâ pugilli mensuras, quot ipse in exercitu habet militum capita. Quidam putant Samariam egregiè fuisse munitam, et mœnibus et aggere intra mœnia, ex quo milites tutò contra externas copias dimicare poterant. Quo aggere ac munitione freti Samaritæ, cùm satis se putarent contra hostiles incursiones et machinas habere præsidii, secundæ legationi responderunt audaciùs. Cùm igitur non ignoraret Benadad ex illo aggere animos addi desperanti populo, ut ab hâc spe, atque audaciâ deducat, aut sibi esse perquàm facile alium aggerem extrarium moliri interiori parem, ut non minùs ipsi commodè extra quàm Samaritæ intra muros dimicare possent. Id porrò fieri posse, si quilibet eorum, quos habet in castris, pugillum saltem aggerat pulveris. Ita putat Josephus lib. 8 Antiq. cap. 8, Historia Scholastica, Lyra, Dionysius. Quæ sententia minùs placet, quia aggerem illum interiorem sine fundamento, imò fortassè sine ullo exemplo fingit. Deinde quia verba Benadad nihil sonant de aggere; imò potiùs videntur significare in Samariâ non satis futurum esse pulveris ad excitandum aggerem, saltem, ut implere possit singulorum militum pugillum.

Ego hìc allusum puto ad duos apud Hebræos familiares, et quasi proverbiales dicendi modos, quibus aut hominum multitudinem, aut civitatum extremam vastitatem significare solent. Notum est terræ pulverem in multitudinis ingentis comparationem adduci, quia pulveris terræ, sicut arenæ maris, infinitus est numerus. Sic lib. 2 Paralip. cap. 1, v. 9, ubi sic ad Deum Salomon: *Tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est quàm pulvis terræ.* In hoc sensu diximus explicari posse illud Isai. cap. 16, v. 4, de Assyriorum exercitu: *Consumptus est pulvis*, id est, periit exercitus, qui sicut terræ pulvis erat innumerabilis. Quare hoc dicendi modo significare voluisse videtur Benadad non tantùm esse in Samariâ pulveris, quantùm ipse in castris militum haberet. Sed est sine dubio alius pulveris magis accommodatus et hyperbolicus usus, quo summa explicatur civitatum strages: cùm enim significare volumus dele-

tam funditùs civitatem, neque pulveris minimum ex antiquâ mole relictum esse dicimus, sed scopandum esse, aut radendum pulverem ex eâ. Quâ de re plura supra, cap. 14: *Mundabo reliquias domûs Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum.* Erit igitur sensus verborum Benadad, ita à se excindendam esse Samariam, ut neque in eâ pars minima pulveris sit futura reliqua. Quod sibi factu futurum dicit esse facillimum, quia tantam in castris militum habet copiam, ut si illorum quisque pugillum egerat pulveris, res momento temporis peragenda sit. Neque in Samariâ aliquid relinquendum præter purum nudumque saxum, in quo fundata est. Quod de Tyro dixit Ezechiel cap. 26, v. 4, cui simile minatur exitium: *Et radam pulverem ejus de eâ, et dabo eam in limpidissimam petram.* Non longè ab hâc sententiâ abludit Abulensis q. 5, ubi optimè superiorem explicationem confutat.

Septuaginta aliter hunc locum converterunt; ubi enim vulgatus *pugillus*, ipsi reddiderunt *vulpibus*, tametsi eorum aliqui codices, sicut vulgatus, *pugillis* habeant. Translationis varietas unde provenerit, non est cognitu difficile; vox enim Hebraica modico flexu utrumque significat à radice שעל *Saal.* Juxta hanc Septuaginta versionem sensus videtur esse non incommodus, ex totâ Samariâ non esse relinquendum locum, ubi vulpes parare sibi possit foveam. In ruinis enim civitatum necesse est latebræ maneant ad occultandas feras opportunæ, in quibus præcipuè numerantur vulpes, quæ in eâ regione frequentissimæ sunt. Sanè de Jerusalem excisâ dixit Jerem. Thren. cap. 5, v. 18: *Propter montem Sion, quia disperiit, vulpes ambulaverunt in eo.* Chaldæus aliter: *Si suffecerit pulvis Samariæ, ut tollatur vestigiis plantæ pedum populi qui mecum est.*

Vers. 11. — Ne glorietur accinctus æquè ut discinctus (1). Proverbialis hæc videtur forma, quâ illius insolentia deprimitur, qui cùm nihil, aut parùm possit, nihil sibi putat difficile; aut qui ante certamen concipit animo, imò et voce et tubâ anticipat victoriam. Tale est illud Latinorum, quo reprehendere solemus illos, qui quod adhuc est acerbum et crudum, ad tempestivam tamen maturitatem pervenisse putant, et cùm plurimùm superest laboris et operæ, rem tamen esse perfectam existimant. Hos dicimus ante victoriam canere encomium, et fructum velle demetere ex segete, quæ nondùm est matura, sed quæ antè messem, aut sterni potest à grandine, aut imbre procelloso, aut à vento sic affici, ut in favillam et fumum convertantur, quæ videbantur agricolis magnum emolumentum allatura, et spem ante conceptam miserabiliter eludant. Talis autem spes et messis dicitur adhuc esse in herbâ, ex quâ ad messem et horreum multi intercedunt casus, multa pericula, quæ agricolarum expectationem relinquunt hiantem. Hâc spe nondùm maturâ seipsum fallebat ille, ad quem dixit femina, quam alter non magis tempestivè, quàm pudicè lactabat:

Sed nimiùm properas, et adhuc tua messis in herbâ est.

Hebræi aliorum præproperum studium, et anticipatum gaudium, aut in dubio eventu certam spem alio solent coercere, aut corrigere proverbio. Dicunt enim aliud præcincto, aliud discincto futurum esse consilium, aliud meditandum illi, qui rem jam quietè possidet, quique nullum habet, qui contra aliquid adversum moliatur; aliud illi, qui possessionem ambit, dùm adhuc causa severis exagitatur judiciis. Illum enim securitas otiosum reddit et pacatum; hic, quia ancipitem videt esse fortunam, et exiguis momentis magnas interdùm accidere rerum inclinationes, neque attollit spiritus, si sapit, neque securum agit otium, sed undecumque putat imminere periculum. Qui in acie est, et hostem habet nondùm subactum, nunquàm deponit arma, neque pondus illud molestum putat, dùm vitæ cavet et hostis vivit. Cùm verò jam parta est victoria, neque hostis vivit, aut ita est fractus ut mutire non audeat, exfibulat loricam, armorum abjicit pondus, et pro pellibus, sub quibus agebat excubias, vitem eligit, aut ficum, ad quarum umbras securos captat somnos. Septuaginta paulò aliter ver-

(1) *Ce n'est pas en prenant les armes qu'on doit se vanter; mais quand on les quitte.* Ces paroles, qui ne regardaient que les guerres temporelles des rois de la terre, peuvent s'appliquer très-justement à ce qui regarde les combats tout spirituels dont parle saint Paul, que tous les Chrétiens ont à soutenir contre les princes des ténèbres. Il n'est donc pas temps pour nous de nous glorifier, tant que nous avons encore les armes entre les mains, c'est-à-dire tant que nous vivons, puisque toute notre vie, selon les saints Pères, est une guerre continuelle, où nous sommes exposés à mille périls. Il faut attendre, pour jouir de la gloire des enfants de Dieu, qu'on soit parvenu au repos céleste, lorsque toutes choses étant assujéties au Fils, il n'y aura plus de guerre à craindre, et qu'une paix souveraine règnera éternellement parmi ceux qui, ayant vaincu le monde, déposeront et leurs armes et leurs couronnes aux pieds de l'Agneau. (Sacy.)

tunt, eodem tamen sensu, nec diversâ metaphorâ : *Non glorietur gibbosus ut rectus.* Miles cùm onustus incedat armis, vallo, frumento, ad multorum dierum cibaria, necesse est ut incurvus incedat; quis enim recto progrediatur corpore, qui tali subsit oneri, quale Tullius dicit esse familiare militi, dùm militari progreditur more? Fert enim, ut docuit ille in Tusculanis, præter arma, quæ non computantur in onere, vallum, dimidiati mensis cibaria. Quæ omnia, quis ferre queat, nisi curvato corpore et inflexo collo? Unde fit, opinor, ut familiare militis epitheton sit incurvus aut gibbosus, quia hic nisi militari onere et labore perfunctus, erecto corpore non est. Quare sensus erit : Non glorietur, qui in acie adhuc est, et onustus armis, aliisque militaribus sarcinis incurvus incedit, sicut ille, qui confecto feliciter bello, securo fruitur otio. Pro *discincto*, Hebr. est *mepateach*, id est, *apertus;* est autem apertus, qui inermis est, quique vulneri patet, aut qui jam securus, incomitatus incedit, et à satellitio nudus, quia nullum habet, à quo sibi cavendum putet. Ut autem is, quem alii custodiæ gratiâ comitantur, clausum habere dicitur, aut tectum latus, sic qui solus incedit, apertum dicitur habere latus, aut ab armis, quibus corpus includitur, aut à sociis, qui pro muro sunt.

Illud porrò observârunt, qui de re militari commentarios ediderunt, aut viri prudentes, qui aliquando militiam professi sunt, hostes non esse nimis urgendos, quibus animus à desperatione augetur, et ut sunt varii casus, et anceps fortuna belli, qui victores videbantur futuri, imò qui jamjam videbantur manu apprehendisse victoriam, percussos fuisse ab abjectis. Quâ de re nos pluribus supra lib. 2, cap. 2, ad illud : *An ignoras quòd periculosa sit desperatio?*

Quidam ex Hebræis aliam hic metaphoram, seu metaphoricum proverbium agnoscunt, ex voce חגר *choguer*, quæ accinctum, et מפתח *mepatheach*, quæ aperientem significat. Sic ergo vertit Hispanica translatio : *No salve el que cinne las llaves, como el que abre con ellas.* Tormenta muralia, arietes, catapultæ, claves quædam sunt, quibus ab obsidente hoste murorum claustra reserantur. Sed quemadmodùm non omnibus, qui claves sibi conflaverunt, facultas conceditur aperiendi portas, aut arculas, unde sumant quod sibi maximè fuerat in votis (unde videtur frustra accinctus clavibus, quales gestare materfamiliâs solet, cui datæ sunt claves tantùm ad speciem, et utendi negata potestas, atque ideò de clavibus, si sapiat, gloriari non debet, quia præter onus nihil habet à clavibus), sic qui luculentum habet militarem apparatum, si non contingat aperire muros, et quæ intùs recondita fuerint suæ sibi potestati subjicere, quod multas ob causas videmus accidere quotidiè, frustra jactat militum copias, et quæ communi vocabulo bellorum impedimenta vocantur. Et quidem intempestivè scrutari vult Benadad regiam domum, et subditorum arculas, licet claves habere se putet, cùm nondùm victor domum aut arculas aperuerit. (1)

Vers. 13. — Et ecce propheta unus accedens ad Achab (2). Quis fuerit hic propheta,

(1) Vers. 12. — Circumdate civitatem. Et circumdederunt eam. Nondùm urbem arctiori coronâ cinxerant, nec obsidionem ritè formaverant : vallum, et fossa nulla ducta fuerat, quibus cuilibet ingressus egressusque pro receptâ tunc in obsidionibus disciplinâ prohiberetur. Quis sibi persuasurus fuisset, Achabum pati obsidionem suscepisse adversùs formidabilem adeò exercitum, duobus et triginta regibus validum? Hebræus : *Dixit : Ponite; et posuerunt super* (vel contra) *civitatem.* Accedite propiùs ad urbem, admovete copias et machinas, parate omnia ad agressionem necessaria. Septuaginta : *Ædificate vallum circùm urbem.* Chaldæus : *Dixit : Expedimini; et posuerunt se in insidiis adversùs urbem.* Quæ postrema explicatio litteræ magis servire videtur. Utitur sæpè Scriptura hâc phrasi in obsidionibus urbium : *Ponere, locare insidias.* Phrasis est hìc suspensa : *Ponite, et posuerunt,* uti vernaculo nostrorum sermone usurpari solet : *Ils donnèrent,* pro, manus conseruerunt, inierunt prælium.

(Calmet.)

(2) *Vous voyez toute cette multitude innombrable. Je vous déclare que je vous la livrerai demain entre les mains, afin que vous sachiez que c'est moi qui suis le Seigneur.* On a d'abord de la peine à concevoir comment Dieu peut se déclarer en faveur de l'impie Achab, et l'on s'attendait sans doute que Bénadad, roi de Syrie, allait fondre sur Israël pour le punir de tant de crimes qu'il avait commis. Mais ses jugements sont bien élevés au-dessus des nôtres. Les rois de la terre ne diffèrent point ordinairement à exécuter leurs vengeances, et l'impatience naturelle à l'homme le porte à presser la punition des coupables. Si Dieu en usait ainsi, qui oserait se promettre de subsister un seul jour en sa présence puisque ce monde, comme le dit excellemment Tertullien, est tout entier comme une prison qui enferme un nombre infini de criminels? Il use donc de patience et d'une très-longue attente, dit saint Paul, envers les pécheurs, et il les invite par la douceur de cette conduite à la pénitence. Ainsi il déclare au roi d'Israël, *qu'en lui livrant cette multitude innombrable d'ennemis,* il voulait lui faire connaître *que c'était lui qui était véritablement le Seigneur* de l'univers, c'est-à-dire, le

non constat; fuisse tamen verum, nemo dubitat, cujus propheticam vocem ipse satis probavit eventus. Quidam putant fuisse Michæam filium Jemla, non Morastitem, qui, ut cap. 22 videbimus, his temporibus floruit. Sed cùm alii hoc tempore prophetæ vixerint, nihil potest affirmari certi. Mihi nemo minùs fuisse videtur, quàm Michæas; quis enim credat cùm hoc nuntium tum lætum, tum verum attulerit Michæas, cui victoriam jure optimo adscribere debuisset Achab, postea ab illo tam severo edicto conjiciendum in carcerem fuisse cap. 12, v. 17? Hæc dicit rex: *Mittite virum istum in carcerem, et sustentate eum pane tribulationis et aquâ angustiæ.* Accedit quòd Achab ab isto Michæâ v. 8, nullum se audiisse dicit vaticinium bonum, cùm tamen hoc, de quo statim, perquàm optimum fuerit. *Remansit,* inquit, *vir unus, per quem possumus interrogare Dominum; sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Jemla.*

Ego tradam eam (multitudinem) in manum tuam hodiè, ut scias quia ego sum Dominus. Cùm tam angustè à Syriis premeretur Achab, eòque esset desperationis adductus, ut ad illam fœdam ac duram conditionem descenderet, verisimile est adiisse deorum aras, quas uxoris hortatu variis in locis excitârat, atque inibi fecisse vota, et sacrificio multiplici Baalis et aliorum deorum misericordiam et auxilium advocâsse. Sed planè frustra, cùm majus in dies singulos immineret ab hoste periculum, et ipse ac sui ita languerent animis, ut dare se in campum non auderent. Voluit autem Deus stolidum illum atque impium regem sui admonere erroris, atque ideò ut intelligeret nihil in idolis esse fidei, nihil constantiæ, et à vero Deo sperari posse ac debere victoriam, prophetam mittit, qui victoriam promittat, certumque præscribat pugnandi modum, et prodigiosam illam victoriam argumento futuram edoceat, ut cognoscat illum solum verum esse Deum, cujus ipse religionem, inductis novis idolorum monstris, abjurârat.

Vers. 14. — Per pedissequos principum provinciarum. Tam Hebraica vos נער *naar*, quàm Græca παιδάριον, filios significat et servos, Josephus filios esse putat, cum quo Historia Scholastica consentit. Vulgatus ad servos contraxit, cùm dicit *pedissequos.* Illi autem magis videntur fuisse familiares, aulici videlicet, quique à principum latere nunquàm discederent. Quod ex eo videtur verisimilius, quia non videntur eo numero tot fuisse venturi principum filii, qui eâ essent ætate, ut tractare possent arma, et in primâ pugnatorum acie consistere: fuerunt enim ducenti triginta duo. Qui numerus pro principum filiis jam bello maturis multus esset et magnus; pro servis verò admodùm exiguus, nisi illos intelligamus, qui honorarii sunt et assidui, quique propriè possunt appellari pedissequi. Hos igitur dicit propheta futuros esse primos in acie, et à quibus, ut incœpturum esset prælium, sic incœpturam esse victoriam. Quod consilium licet altius sit quàm ut illud suggesserit bellica disciplina, quia illud Deus signum esse voluit divinitùs concessæ victoriæ, tamen ad fortunatos rerum eventus plurimùm refert viros principes, et regem ipsum, quem venerantur reliqui, interesse certamini. Addunt enim animos inferiori turbæ, et aliis quemdam ingenuum pudorem incutiunt, si detrectârent arma, aut minùs strenuè adierint bellorum discrimina. Quâ de re nos plura lib. 2, cap. 17, parùm à principio, ubi hoc idem consilium dedit Absalomo Chusai, ut ille præsens esset pugnæ. Similiter nunc Achab jubetur agmen antecedere, et initium facere pugnandi.

Vers. 16. — Et egressi sunt meridie. Benadad autem bibebat temulentus in umbraculo suo, et reges triginta duo cum eo. Hoc, opinor, etiam dixerat propheta, ut tempus illud Achab captaret ad pugnam, quod minùs esset

convaincre de l'impiété de sa conduite, lorsqu'il quittait un Dieu tout-puissant pour adorer des idoles faibles et incapables de secourir ceux qui les servaient.

On peut dire encore, avec quelques interprètes, que Dieu, en épargnant Israël, avait égard à ces sept mille personnes qui lui étaient demeurées fidèles, puisqu'un petit nombre de justes a la force quelquefois d'arrêter son bras, lorsqu'il est déjà levé et prêt à frapper les autres qui ont irrité sa justice, comme il l'assura à Abraham, quand il lui parlait en faveur de la ville de Sodome, que dix justes auraient pu sauver, s'ils s'y étaient rencontrés.

Un ancien Père nous fait fort bien remarquer que Dieu, pour convaincre plus fortement Israël que la victoire ne serait due qu'à lui seul, et non à leur force ni à leur courage, leur déclare avant le combat, par la bouche d'un prophète, qu'il se servirait pour vaincre leurs ennemis, des valets de pied des chefs des provinces, c'est-à-dire de deux cent trente-deux jeunes hommes accoutumés à servir, et non à combattre. Il ne pouvait pas sans doute humilier davantage toute la puissance des rois, qu'en faisant ainsi connaître que le succès des batailles dépendait, quand il le voulait, non du nombre, ni de la force, ou de la faiblesse des combattants, mais uniquement de sa souveraine volonté.

(Sacy.)

hostibus opportunum, nempe meridianum, quando homines sunt intenti dapibus, distenti vino, in quibus est consilii parùm, et plurimùm languoris et inertiæ. Neque enim cùm opera datur instructis epulis, et frequentibus poculis, armati sunt homines, et idoneè ad inferenda, seu propulsanda vulnera comparati. Cùm autem Benadad egressos hostes ex urbe didicisset, hoc suis inprimis mandatum dat, ut sive pacem petant, sive bellum intentent, illorum neminem occidant, sed vivos ad se referant, ut vel à captivis discat, quo in statu sit Israelitarum fortuna, sive ut miseræ illos alliget servituti, sive ut duris illos cruciatibus excarnificatos extinguat. Accidit autem multò aliter quàm mente conceperat Benadad: nam cùm illi, qui primùm occurrerant, essent à pedissequis principum provinciarum, qui in primâ fronte constiterant, gravi plagâ percussi reliqui exanimati subitò, et inopinato metu aut confecti sunt, aut in fugam diffusi, in quibus fuit rex ipse Benadad, et tot illi reges, qui auxiliares copias et manus ad illius imperium, sive votum armaverant.

Vers. 22. — Accedens autem propheta. Idem hic videtur esse propheta, qui proximè Achab victoriam promiserat de Syro. Pergit Deus in regem impium esse beneficus, ut reducat ad se transfugam, et verum esse Deum cognoscat. Quare admonet regem, ut se in annum proximum præparet, quasi cum Syris iterùm certamen habiturus, quo tempore non minùs se regi propitium præbuit quàm antea præbuerat.

Vers. 23. — Dii montium sunt dii eorum. Vox hæc, ut apparet, et ut conjectat Abulensis q. 10, adulatorum est, qui nolunt regem Syriæ ab hoste mortali videri victum, quod non poterat esse non molestum regi, qui spe sibi certissimâ de Israelitide gente victoriam devorârat, et præ suâ aliorum nullam putabat esse potentiam. Dicunt igitur adulatores isti, qui maxima principum pestis sunt, superatum esse Syrum non à mortali, sed à divinâ manu. Atque ideò oportere, ut hostes astu ab eo abducantur loco, ubi paratum sibi habet, et familiare Numinis auxilium. Hoc autem sentiunt, aut dicunt gnathones isti ex illo gentilium errore, qui putant pro locorum varietate varia etiam numina constitui: quæ ubi dominantur et præsunt, vim existimantur habere potentissimam, extra verò aut nullam aut infirmam. Sic in mari marinos deos plurimùm posse aiunt; quorum tamen in terris potentia nec imploratur nec timetur. Sic alii creduntur in aere, alii in terris, alii sub terris exercere potentiam, quos si ex suis sibi sedibus extrahas, non est cur quicquam metuas aut speres. Exemplum hoc ex fabulis accommodatum succurrit. Favebat Antæo filio terra mater, dùm tamen terram attingeret, quia supra terram nihil poterat; cùm terram tangeret, à domitore belluarum Hercule superari non poterat; at sublatum è terrâ facilè suo complexu Hercules compressit et extinxit. Inter hos deos vana gentilium superstitio fingebat numina quædam quæ montes incolerent, illis præessent, et quæ in montibus fierent, suo moderarentur arbitratu, extra verò neque divinitatem haberent aliquam, neque magis essent timenda, quàm quæ nihil censerentur habere divinum. Quales sunt Sylvani, Fauni, Oreades, et illi de quibus August. lib. 4 de Civitate cap. 8, ubi montium jugis Jugatinum deum, collibus Collatinam, Valloniam vallibus deam præfecerunt.

Deinde observandum existimâsse gentiles aliis nationibus alios deos favere, aliis adversari, prout variè illarum exigerent merita. Exemplis abundat tota Ilias Homeri et Æneis Virgilii, quod etiam de Hebræorum Deo suspicabantur Palæstini, lib. 1 Reg. cap. 4; ideò, cùm viderunt arcam Dei in castris, quasi cum Deo existimarent sibi fore pugnandum, dixerunt: *Quis nos salvabit de manu Deorum sublimium istorum?* Vide quæ nos ad illum locum, quæ valdè hùc faciunt. Hi ergo qui regi Benadad erant à consiliis, pugnatum esse dicebant cum diis Hebræorum (sic enim illi plures esse Hebræorum deos putabant, sicut plerùmque aliarum nationum), et ab illis superatum fuisse Syrorum exercitum, non autem ab Hebræis. Quare ut cum hominibus potiùs quàm cum cœlesti aliquo numine ineatur pugna, castra non in montosis, sed in planis atque profundis locis constituenda sunt.

Sed unde Syri Hebræorum Deum in montibus potiùs quàm in planis aut depressis locis habitare ac dominari suspicati sunt? Sanè si victus foret in campo aut valle Benadad, in campestribus ac profundis locis, ut opinor, dominari dicerent, ne Israelitæ de Syris dicerentur retulisse victoriam. Sed quia in montibus gravem illam plagam acceperunt, in montibus dominari existimârunt, persuaseruntque nimis facili ac credulo Syrorum regi. Sed habuit Syrorum error aliquod in Scripturâ sacrâ fundamentum. Audierant in monte datam esse legem, neque dubia aut pauca fuisse signa quæ divinam in eo præsentiam declara-

rent. Visus etenim fuit fulgurum splendor, tonitruorum fragor, tubarum clangor, fumante monte, et horribile aliquid humanis oculis objiciente. Idem penè acciderat proximè, cùm Dominus apparuit Eliæ, quod ignotum Syris non videtur, cùm paulò ante fuisset Elias in Damasco, et regem unxisset Hazaelem, et multò ante Deus Moysi adhuc pastori ad eumdem montem Sinai in ardente rubo se videndum obtulisset. Adde quòd ante excitatum à Salomone templum, in excelsis Deo sacrificabant Hebræi, quod vicinos Syros latere non poterat; qui etiam nôrant in monte Moria constitutum esse templum, et Deum maximè coli Hierosolymæ, et ibi illius esse præcipuum et quasi stabile domicilium.

Vers. 24. — Amove reges singulos ab exercitu tuo, et pone principes pro eis. Quò spectat hoc consilium, divinandum est: neque enim apparet quodnam à principibus majus, quàm à regibus præstari possit ad secundum bellorum exitum emolumentum. Fortassè audierant à principum filiis (si modò illi potiùs filii fuêre quàm servi) turbata castra, et primum ad victoriam aditum apertum; atque ideò sumere voluerunt ab hoste consilium, et principum filios, aut etiam pedissequos in acie primâ constituere; qui hostilem impetum exciperent primi et inimicas acies disturbarent. Aut certè quia reges illi potiùs alienam causam quàm propriam susceperant, et pro alienâ commoditate certabant, minùs se gesserunt strenuè quàm exigebat sociale fœdus, et data fides; quod de principibus, qui non solùm pro communi, sed etiam pro suâ causâ laborabant, timeri non poterat. Aut certè, quia reges, utpote molliùs educati, languidi sunt et inertes, et quia laborem onusque recusant; principes verò, nempe in re bellicâ (nam ubi Vulgatus *principes*, Hebraicè est *duces*) magis idonei sunt, et ferendo oneri, et bello administrando. Sic ego conjecto, alii alias rationes invenerunt, quas ego sicut omninò probare non possum, sic etiam omninò improbare non audeo.

Vers. 26.—Ascendit in Aphec (1), ubi pugnaret contra Israel. Conscripto exercitu, qualem anno superiore collegerat, instruxeratque, ascendit in civitatem Aphec non montosam et arduam, qualis erat Samaria, sed planam atque campestrem, quæ erat in tribu Aser, de quâ Josue cap. 19 (nam alia et ejusdem nominis in tribu Juda, de quâ Josue cap. 12, et lib. 1 Regum cap. 4). Hæc autem civitas licet pertineret ad filios Israel, cùm esset in terrâ Chanaan, erat tamen à Syris occupata, sicut aliæ plures, ut constat ex hoc ipso c. 34, v. 31, cùmque ex eo loco commoda esset in Israelitarum terminos irruptio, occurrit Achab, ut Syrorum impediret consilia, et spiritus frangeret.

Vers. 27. — Quasi duo parvi greges caprarum, Syri autem repleverunt terram. Ubi vulgatus *parvi greges*, Hebr. est *casiphe*, à radice חשף, quæ discooperire ac nudare significat. Quare שחיף nudationem, sive spolium significare potest, quale esset vellus, seu pellis à pecore detracta et ideò Hispanica translatio vertit: *Como dos pelleios de cabras;* et Tigurina: *Ac si essent duo denudati greges caprarum.* Prior explicatio planè hyperbolica est, si tamen aliquis illius habendam rationem esse putet. Duo enim caprarum pelles exiguæ sunt, et vehementer duorum agminum tenuitatem amplificant. Est fortassè Hebræorum proverbium, quod ad hunc usum non videtur ineptum. Sed non mihi displicet Tigurina translatio, quæ pro parvis gregibus greges posuit denudatos, quales nempe sunt cùm tonsione vellera deposuerunt. Tunc enim licet numerosi sint greges, ita ut latam compleant planitiem et spatiosam sylvam, cùm tamen recentes sunt à tonsione, et de lavacro ex pastoritiâ disciplinâ egrediuntur, ut se mutuò confoveant, evitentque frigus, quod deposito proximè vellere, et ex

(1) Eadem facilè est urbs, cujus supersunt vestigia in lacu montis Libani mersa. Occupat is lacus tractum, quem olim facilè Aphec tenebat. Est autem lacus novem vel decem millium passuum circuitu. In imo aquarum fundo integræ plures ædes cernuntur; ex quibus capere licet urbis pulcherrimæ et amplissimæ argumentum. Decem horarum itinere abest ab agro Balbec. Docent veteres jacuisse lacum propè Aphacam, ejusque in agro solum quoddam, unde flammæ identidem erumpebant. Juvant hæc nostram conjecturam quòd scilicet urbs Aphec lacu absorpta fuerit, subsidente ejus solo, cùm ejus viscera depascens ignis solidam materiam, cui inhærebat, et ædium fundamenta incumbebant, absumpserit. Lacûs hujus aquas crassas et bituminis plenas reputemus oportet, si quidem vera narrantur, munera scilicet deæ Aphachitidi oblata ad aquas hujus lacûs probari consuevisse. Si illa aquis injecta mergebantur, grata erant numini, si innatarent, ingrata. Levia quæcumque, uti linum et lana, mergebantur; lapides et sæpè metalla innatabant. Aphec de quâ hic textus, alia est urbs, de quâ 1 Reg. 29, 1, jacente in magno Campo haud procul ab Jezrael, atque omninò diversa ab alterâ Aphec monti Libano insidente. (Calmet.)

aquâ, quâ recenter abluti sunt, contraxerunt, constipant sese, et ita in angusto coarctant spatio, ut exigui videantur greges. Ex hâc gregum constipatione cùm detonsis villis ex lavacro redeunt, sumitur illa similitudo, quæ Canticor. cap. 4, sponsæ dentes exprimit et commendat: *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro.* Duo spectamus in dentibus, primum ut candidi ac mundi sint, et quòd non sint rari, neque aliquid vacui spatii inter ipsos relicti. Alterum habent ab ovibus, quæ lotæ sunt, cùm primùm villos deposuerunt. Quod fieri debere docuit Columella lib. 7 de Re rusticâ, cap. 4, et Virgilius lib. 3 Georg.:

Turpis oves tentat scabies, ubi frigidus imber
Altiùs ad vivum persedit, et horrida cano
Bruma gelu: vel cùm tonsis illotus adhæsit
Sudor, et hirsuti secuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcircò fluviis pecus omne magistri
Perfundunt; udisque artes in gurgite villis
Mersatur.

Quare cùm pecudes spoliatæ villis et madentes aquâ necessariò frigeant, quâ possunt ratione se calefaciunt et fovent, atque ideò confertæ et constipatæ gradiuntur. Ex quo fit ut greges, etiamsi numerosi fuerint, exigui tamen videantur, quia parùm occupant spatii. Quare optimè, meo judicio, et juxta Hebraicos codices transtulit Tigurina, neque in alium sensum quo vulgata translatio, dùm reddidit: *Ac si essent duo denudati greges caprarum*, quia hi conspicati exigui judicantur. Porrò in Palæstinâ capras esse tonsiles nemo non scit, cùm audiamus saga ex pilis caprarum fieri ad cooperiendum tabernaculum, Exod. capite trigesimo sexto, et à filiis Israel oblatos esse caprarum pilos, Exod. capite trigesimo quinto. Sanè Plinius libro octavo de naturâ animal. capite 18, in Ciliciâ, quæ non procul abest à Judæâ, caprarum villos tonsiles esse tradunt.

Vers. 28. — Et accedens unus vir Dei, dixit ad regem Israel. Erat Syrorum exercitus usque adeò copiosus, ut terram, ubi consederat, latè constraverit. Huic verò rex Israel duas acies opposuerat pertenues, quales apparere solent totidem caprarum greges exigui. Quare non poterant Israelitarum animi esse non contracti, cùm tanta esset inter duo castra dissimilitudo. Sed adfuit Deus qui abjectos excitavit animos, et desperantes confirmavit, à quo missus fuit vir Dei. Idem fortassè, qui proximè, qui victoriam promisit contra Syrios, quia linguâ impudenti atque impiâ Israelitarum Deum in montibus tantùm dominari dixerunt.

Vers. 30. — Et cecidit murus super viginti septem millia hominum, qui remanserant (1). Congressi sunt septimo, postquàm è regione constiterant, die, duo exercitus, et contranitente Deo fractæ sunt vires et spiritus Syrorum; stratis in acie centum hominum millibus, quibus ad fugiendum equorum velocitas subsidio non fuit. Nihilò tamen fuit his, qui fugâ elapsi sunt, fortuna melior; nam ex illis, qui ex castris se in Aphec civitatem proximam receperunt, viginti septem millia à murorum inopinatâ ruinâ perierunt. Quo id modo contigerit Scriptura non docet; est tamen verisimile, cùm victor instaret Israelita, ut belli persequeretur reliquias, stetisse pro mœnibus propugnatores, ut hostem summoverent; et divinâ virtute corruisse muros, sicut olim ceciderunt Jerichuntini, et ab illorum insanâ mole oppressos esse Syros, luisseque subito ac miserando casu petulantis linguæ atque blasphemæ scelus.

In cubiculum quod erat intra cubiculum.

(1) Selon la Vulgate, on dit: *La muraille tomba sur vingt-sept mille hommes qui étaient restés.* Un mur qui écrase par sa chute vingt-sept mille hommes présente un fait véritablement incroyable. Le continuateur des *Réponses critiques, par M. l'abbé Bullet*, a prouvé que ce passage devait être traduit ainsi: *Et ceux qui étaient demeurés à Aphec prirent la fuite vers la ville* et on tomba avec fureur *sur les vingt-sept mille hommes qui étaient restés.*

Toutes les circonstances exigent ce sens. Les Syriens, voyant leur armée détruite, cherchent à se sauver vers la ville d'Aphec, qui leur appartenait. Les Israélites vainqueurs les poursuivent et les taillent tous en pièces, suivant la prophétie de l'homme de Dieu: *Voilà que je vais livrer cette grande multitude entre vos mains.* Dès-lors on conçoit parfaitement que la ville d'Aphec a pu ne pas tomber entre les mains des Israélites, et Benadad, qui s'y était réfugié, aura pu de là envoyer des ambassadeurs, et traiter avec le roi d'Israël.

C'est aussi le sens de l'hébreu. La première partie du verset se traduit littéralement: Ceux qui restèrent en Aphec s'enfuirent *vers la ville.* Dans la seconde partie, 1° le mot hébreu que la Vulgate a rendu par *murus, mur*, signifie aussi *ira, furor, excandescentia, indignatio*, colère, fureur, indignation, etc. 2° Le verbe que la Vulgate a rendu par *cecidit, tomba, écrasa*, signifie également *percussit, occidit, invasit*, frappa, extermina, etc. Le texte original porte donc: *Et irruit furor super viginti septem millia virorum residuorum;* ou bien, *percussum est cum furore super*, etc.; ou enfin, *percussit furor super*, etc.; on tomba avec fureur sur les vingt-sept mille hommes qui étaient restés. (Duclot.)

Id est, in abditissimum cubiculum, quod miserorum est, timidorumque perfugium, in quod aut non ingrediuntur exploratores hostes, aut certè postremùm. Hæc verò, quæ cubicula dicuntur, latebræ sunt, et subterraneæ foveæ, quas obscurat caligo, neque in illas hostis propter loci fœtorem libenter irrumpit. Josephus subterraneam vocat cellam. Hunc dicendi modum, nescio quid olet proverbiale, qui adhiberi solet ad explicandum in summo periculo summum timorem. Sic Michæas filius Jemla ad Achab statim capite vigesimo secundo versiculo vigesimo quinto: *Visurus es in die illâ, quando ingredieris cubiculum intra cubiculum, ut abscondaris.* Pro *cubiculo*, Hebr. est, *cheder*, quod aliquid occultum significat, penetrale puta et adytum, locum denique ad latendum idoneum.

Vers. 31. — Ecce audivimus quod reges domus Israel clementes sint. Ingenio oportet truculento et barbaro fuerint reges alii, quando reges Israel, qui non adeò fuêre clementes, ut non gravia aliquando dederint crudelitatis exempla, visi tamen fuerint clementes et humani. Illorum igitur clementia confirmavit Syrorum animos, ut benè sperarent de salute et vitâ Benadad. Quare statuerunt regis Achab tentare animum, et explorare an ab illo impetrare possint, ut vitam penè exanimato regi condonet, cùm alioqui illi, ut præsentes urgebant angustiæ, pereundum esset.

Ponamus itaque saccos in lumbis nostris, et funiculos in capitibus nostris. Hic habitus supplicum est, et eorum qui ad misericordiam alios inflectere student. Ita putat Josephus libro octavo Antiquit. capite quarto, ubi dicit antiquum esse Syris morem in supplicando, ut induantur saccis et restibus capita redimiant. Sanè usitatum esse ut supplices, sicut etiam qui lugent et capite damnantur, caput operiant, multa probant. Coronari supplices dixit Tertullianus de Coronâ capite septimo: *Erant*, inquit, *supplices coronarii apud veteres.* Sed hi Syri, qui pro regis sui capite laborant, coronant caput suum, non olivâ quam gestare supplices solent, sed restibus, qui habitus mœstorum est, et eorum qui se aliquid admisisse capitale fatentur. Est autem usitatum et rerum naturæ maximè conveniens, ut qui orant veniam, statum præ se ferant sordidum, miserandum, ut se quidvis subire ab altero paratos non dubiis signis fateantur. Ideò cùm oramus, manus conserimus conjungimusque, quasi ligatæ forent, admisisse nos aliquid dicimus propter quod manus malorum operum instrumenta ligari debeant. Sic docuit Nicolaus Papa ad consultationes Bulgarorum: « Quia in Evangelio, inquit, reproborum ligari manus et pedes reperiuntur, quid aliud isti agunt, qui manus suas quodammodò ligant, nisi Domino quodammodò dicant: « Domine, ne manus meas ligari præcipias, ut mittas in tenebras exteriores, quoniam ecce ego jam eas ligavi, et ecce in flagella paratus sum. » Ad hunc modum aliæ supplicum cæremoniæ explicari possunt, et, meo judicio, debent. Incurvant victi ante victorem hostem cervicem et dorsum, quasi jugum accepturi, et onus quod victor imponere voluerit; hoc modo jugum et onus à cervice et dorso deprecantes procumbunt humi, osculantur terram ab hoste calcatam, quasi ab hoste calcandi; quod victi à victoribus sæpè patiuntur, ut hoc miserabili spectaculo placati hostes cætera omittant crudelitatis exempla. Ad hunc igitur modum Syri saccos induunt, servile nimirùm indumentum, et aptum animi pœnitentis indicium, ut ostendant se jam superiora damnare consilia, et velle impositum à domino servile subire ministerium. Circumdant caput funiculis, ac restibus, ex sparteâ, aut junceâ, aut vili aliquâ materiâ contextis, ut ostendant deberi sibi restim et laqueum, qui insertus collo spiritum intra fauces includat. Aut certè, quia illa corona imponi per ludibrium solet fatuorum aut sceleratorum capiti, ideò hanc Syri subeunt ignominiam, ut majorem fugiant. Voluerunt Ægyptii, ut auctor est Philo in Flaccum, parùm à principio, insultare Agrippæ regi, et illum ignominiosis quasi stupidum et bardum exagitare conviciis. Quam ad rem insanum quemdam hominem Carabam nomine regis loco supponunt, et ejus caput papyraceo, id est, junceo, seu palustri diademate coronant, eodem, opinor, modo quo nunc coronati legationem supplicem obierunt Syri.

Vers. 32. — Servus tuus Benadad dicit: Vivat, oro te, anima mea. Hæc summa legationis est, quâ rex paulò ante supra modum inflatus, usque adeò subitâ rerum inclinatione se demittit, ut servum sese offerat, vitæ tantùm possessione contentus. Hic est horum verborum brevis atque germanus sensus. Quem sic Josephus explicat: « Illi induti saccos et restibus capita redimiti, qui priscus apud Syros supplicandi mos fuit, Achabum adeunt, et salutis tantùm gratiam petere Adadum significant, deditilium ejus in perpetuum futurum. »

Si adhuc vivit, frater meus est. Putabat Achab cum aliis plurimis ipsum quoque regem interiisse, neque de illius vitâ ac fortunâ ullum videbatur cepisse consilium, quasi omnis eâ de re foret deliberatio sublata. Quare responsum dedit legatis neque præmeditatum antea, neque cum viris communicatum, cum quibus de re tantâ priùs actum oportuit. Quare non illum servum, sed fratrem appellat, non inferioris utique conditionis virum. Quo verbo illi plusquàm sperare poterat, concessit. Benignum hoc responsum acceperunt legati pro auspicato omine; meliora sibi in posterum polliciti, apertè dicunt in vivis esse regem, quem Achab ad se deduci jussit, sublatumque in currum loco fratris habuit. Porrò ex usu Scripturæ, qui amici sunt, aut sociali fœdere conjuncti, fratres se mutuò salutant. Sic Hiram Salomonem appellat fratrem supra, cap. 9, v. 13; et Judæi à Romanis Machab. lib. 1, cap. 14, v. 41, fratres appellantur. (1)

Vers. 34. — Qui dixit ei: Civitates, quas tulit pater meus a patre tuo, reddam; et plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria (2). Magnum accepit ab Achab, sibique indebitum officium Benadad: quare ut illi censeri posset non ingratus, magna promittit, nempe civitates omnes, quas ex Israeliticâ ditione pater sibi usurpaverat. Quæ porrò illæ civitates fuerint Scriptura tacet; ex earum numero videtur fuisse Aphec, quia, ut diximus, ad Israelitarum sortem pertinebat, et tamen nunc à Syris tenebatur. Plateam promittit in Damasco. Quid hoc fuerit, aut quis ex illâ concessione Israelitarum bonos et commoditas, obscurum est. Jus hoc videtur regium, atque ideò videtur Benadad regni secum habere voluisse consortem illum, cui acceptum refert non regnum solùm, sed vitæ quoque reliquam usuram. Quid enim aliud est in Damasco, id est in totius Syriæ metropoli, platearum jus et usum concedere? Sunt autem plateæ fora quædam, in quibus res proponuntur venales, ex quibus magna ad platearum dominos proveniunt emolumenta. Hoc autem jus quoddam videtur regium, aut regio proximum. Si autem ex rebus venditis vectigalia concessit, verisimile est ibi etiam ex Israeliticâ gente concessisse judices, qui jura dicerent, et controversias negotiorum in eo rerum commercio componerent.

Pepigit ergo fœdus, et dimisit eum. Accepit conditionem Achab, cùmque fœdus illud juramento firmâsset legitimè concepto, dimissus est liber Benadad, rebus ex suo magis quàm ex Israelitarum usu compositus. Neque videtur quicquam præstitisse postea libertatem nactus, quæ priùs obligatâ persanctè fide prolixè promiserat. Neque enim reddidit Ramoth Galaad, quæ ab Israelitis fuerat erepta, pro quâ iterùm Achab eidem Benadad bellum intulit, in quo cecidit à Syro quodam sagittario confossus. Quâ in re facilè quivis intelliget neque fidem à Benadad, neque amicitiæ fœdus fuisse servatum.

Vers. 35. — Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini: Percute me. Et noluit vir percutere eum.

(1) Vers. 33. — Festinantes rapuerunt verbum ex ore ejus. Hebræus: *Festinaverunt et rapuerunt, num ipse esset.* Vel potiùs: *Et miscentes* verba ejus cum suis, *dixerunt: Fraterne tuus est Benadad?* Quasi scilicet illi, ut audiere Achabum de Benadado loquentem *fratrem suum* appellare, reputârint, minùs quàm pro opinione hominem invisum esse victori. Ex hoc responso prosperum omen duxêre, nec excidere passi lætum illud: *Frater meus*, à rege prolatum, sciscitati sunt, an volens prudensque, et infelicem principem miseratus id pronuntiâsset. Sed interpretum plures reddunt planiùs: Festinârunt, et arripuerunt illud ab ipso. Collegerunt avidè verbum, quod regi exciderat. Pronius id nobis videtur, et magis Vulgatæ ac Septuaginta cohærere. Cernis hic morem principum amicorum et fœderatorum, qui se fratris nomine appellabant: reges subditi et tributarii filios se ac subditos profitebantur. Achaz hoc se nomine submittit, verba ad Theglatphalasarum faciens. (Calmet.)

(2) Innuit facilè Benadad urbes, quas superior Syriæ rex Baasæ regi Israelis eripuerat. Baasam autem patrem Achabi appellat, reputans, quemadmodùm in regno illi successerat, ita pariter eodem patre natum esse. Nihil enim erat, cur Benadad scire teneretur genealogiam Achabi, neque quibus vicibus post Baasam regni illius successio mutata fuerit.

Et plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria. Interpretum quidam reddunt Hebræum: *Facies tibi vicos in Damasco.* Exponunt alii de vallo, vel munitionibus, quibus prohiberentur Syri ab aditu in regionem Israeliticam vicissim autem Israelitis pateret ingressus in ditionem Syriacam. Porrò David præsidia, vel copias in nonnullis Syriæ urbibus locaverat: *Posuit David præsidium in Syriâ Damasci*; locaverat et in Idumæâ. Philisthæi, Samuele rerum potiente, initio regni Saülis, quàm multis in locis stationes constituerant! *Stationes Philisthinorum.* Idem, inquiunt, permisit Benadad, ut ab Achabo præstaretur in urbe Damasco, vel in locis adjacentibus.

Ego fœderatus recedam a te. Auctor Vulgatæ, aliique post illum plures, verba textûs explicant ceu partem petitionis seu conditionis, quam Benadad offerebat; sed textus Hebræus accipiendus est de responso Achabi ad Benadadum: *Et ego in fœdere dimittam te.* Si integrâ fide hæc omnia reddideris, liberum te remittam, et habebo fœderatum. (Calmet.)

MINI : PERCUTE ME. Quis fuerit hic propheta Scriptura silet ; sed videtur fuisse Michæas filius Jemla, quia aliquid hic regi Achab durum et infaustum edicit, quo nomine statim capite vigesimo secundo Michæam accusat. Hic itaque Michæas, seu quicumque est alius, Dei nomine jubet socio suo, qui tunc illi casu aderat, ut ipsum percutiat, plagâ nempe ejusmodi, quæ sanguinem eliciat, ut eo modo deformatus ac sanguinolentus occurrat regi, et non solùm verbis, sed etiam specie miserabili ac fœdâ illi cædem, deformitatemque denuntiet. Est autem usitatum, ut prophetæ in seipsis tanquàm in symbolo exprimant eventum, quem aliis à Domino prædicunt. Sic Isaias nudus nuditatem Ægyptiis, et ignominiam portendit capite vigesimo. Jeremias ligatus catenis nationibus quibusdam minatur servitutem capite vigesimo septimo. Ezechiel Judæis captivitatem et transmigrationem enuntiat assumens sibi peregrinantis speciem, capite 12. Quid plura ? Etiam in Testamento novo exempla non desunt. Actor. capite vigesimo primo Agabus propheta ligatis manibus ac pedibus Paulo vincula et carceres vaticinatus est. Sic ergo modò propheta sanguine ac pulvere fœdatus, cædem Achab regi et mortem annuntiat ignominiæ plenam.

VERS. 36. — QUIA NOLUISTI AUDIRE VOCEM DOMINI, ECCE RECEDES A ME, ET PERCUTIET TE LEO (1). Noluit socius, etiamsi audiisset id præceptum fuisse à Domino, manus injicere violentas prophetæ, cui propheta ipse non minùs intonuit vaticinium horribile, quàm esset postea denuntiaturus Achab. Dixit enim contempti Dei præcepti leonem futurum esse vindicem, cujus unguibus lacerandus esset inobedientiæ reus. Et reverà ita accidit : missus enim à Domino leo, percussit illum, et licet Scriptura non dicat hominem occisum, sed tantùm à leone percussum, ipsa tamen belluæ ferocitas mortem potiùs indicat quàm plagam non lethalem. Quomodò hæc, quæ levis videtur esse culpa, tam gravi sit mulctata supplicio, eoque non injusto, diximus supra, capite 13, ubi egimus de prophetâ, quem interfecit leo, cùm tamen illius culpa non videretur gravis.

VERS. 38. — ABIIT ERGO PROPHETA, ET OCCURRIT REGI IN VIA, ET MUTAVIT ASPERSIONE PULVERIS OS ET OCULOS SUOS (1). Cùm ab alio magis obsequente vulnus accepisset propheta, et sanguine oblevisset faciem, et illam insperso vulnere fœdâsset, ne cognosceretur à rege, qui fortassè minùs patienter narrationem audiisset totam, occurrit illi velatâ facie, et quasi inductâ alienâ personâ. Hebræi dicunt linteo quoque ligâsse faciem, quomodò facere solent qui vulnus acceperunt, ut facie partim velatâ, partim fœdatâ sanguine ac pulvere regiis oculis alienam objiceret speciem. Et cùm historiam aliam esset commentus, in quâ seipsum rex imprudens et incautus agnosceret, damnaretque, detraxit alienam personam, et ostendit suam. Ac tandem dixit eamdem regi Achab, et ejus populo subeundam esse pœnam, quam subire debuit Benadad et Syrorum populus, nisi in illos Achab nimis egisset negligenter et molliter. Eodem artificio usus est Nathan cùm adulterii atque homicidii accusavit Davidem, qui callidè deceptus aut instructus, in alienâ personâ condemnavit suam.

Sed quodnam tantum peccatum hoc fuit Achab, quod tam diro supplicio expiari debuit? Hebræi dicunt illud regi Achab de Benadad datum esse præceptum, quod olim Saüli de Amalec. Et quemadmodùm justè è regno excidit Saül, quia manus ab Amalec vindices abstinuit, sic etiam Achab, quia incolumem Benadad abire permisit, suæ lenitatis, aut potiùs inertiæ pœnas dedit. Sed hanc rationem optimè confutat Abulensis q. 16, tum quia de hoc præcepto nihil habemus ex Scripturâ; tum etiam, quia si illud à Domino habuisset Achab, certus fuisset in ipsius manus vivum venisse Benadad, quod tamen ignorâsse ex eo constat, quia ipse rogavit à servis an illorum dominus vive-

(1) Audi S. Chrysost. orat. 1 contra Judæos, sub initium : « Qui percussit prophetam, evasit « incolumis; qui pepercit, dedit pœnas, ni- « mirùm ut intelligeres, in jussis divinis non « oportere curiosum esse, examinareque re- « rum, quæ præcipiuntur naturam, sed nihil « aliud quàm obtemperare. Etenim ne prior « ille veritus parceret prophetæ, non dixit illi « simpliciter : *Percute me,* sed addidit : *In verbo « Domini*, hoc est, Deus præcipit, ne quære « ulteriùs. Rex est, qui hanc præscribit legem; « reverere jubentis auctoritatem, summâque « cum animi promptitudine obtempera. At id « facere non sustinuit, eòque pœnas dedit « gravissimas, suoque exemplo secuturos ad- « hortans, ut quiquid præceperit Deus, per « omnia obtemperarent, moremque gererent « in posterum. »

R. Salomon et Lyran. volunt prophetæ hujus sanguinem pro populi Israelitici peccatis satisfecisse, ne cum Achabo periret cap. ult. ; sed populus ille victus est, et pro eo satisfacere istiusmodi plagâ non potuit nec voluit propheta. (Corn. à Lap.)

(1) Hebræus ad litteram : *Mutavit se in velo*, quod posuit super oculos suos, vel *pulvere*, quem aspersit *super oculos suos.* (Calmet.)

ret Benadad; ac proinde ipse sentit puniri magis inertiam et mollitiem Achab, quàm grave aliquod scelus violati præcepti.

Mihi non omninò displicet Hebræorum sententia, quam probant Dionysius, Lyra et Rupertus lib. 5, cap. 13. Neque illa ex sacro textu obscurè colligitur. Dixit enim vir Dei ad Achab supra, vers. 8 : *Quia dixerunt Syri: Deus montium est Dominus, et non est Deus vallium, dabo omnem multitudinem grandem in manu tuâ.* Quæ verba grave indicant esse Syrorum scelus, atque ideò Dominus multitudinem illam potestati ac gladio subjecit Achab, ut de tantâ blasphemiâ regi subditisque communi pœnas exigeret. Neque ignorare debuit, aut etiam potuit Achab, quid agere ex divino præcepto debuerit, cùm ideò dixerit Deus multitudinem illam esse subjugandam, quia in tam impiam vocem sacrilegam linguam acuisset. (1)

(1) Vers. 40. — Hoc est judicium tuum, quod ipse decrevisti. Tuam tibi mortis sententiam indixisti. Persimili artificio usus est Nathan, exprobraturus Davidi adulterium et cædem; et mulier Thecuitis à Joabo missa, ut revocationem Absalomi impetraret. Docent Hebræi, Deum Achabo de Syris non absimile quid imperâsse, quod olim injunxerat Saüli de Amalecitis. Delendus ab illo erat gentis illius rex, subigendus populus, ultio de illis expetenda, pro sacrilegio et blasphemiâ, quibus ausi sunt tribuere Deo Israelis imperium montium, ut ad agrum non perveniret. Deus qui promiserat Achabo de toto hostium exercitu victoriam, consulendus erat utique quid de victis agendum foret. (Calmet.)

Vers. 42. — Virum dignum morte. Hebræus : *Dimisisti virum anathematis mei de manu,* Benadadum, quem ego neci destinavi, et quem à te delendum decrevi. Sunt qui reddant textum : *Virum retium meorum;* virum scilicet, qui in retia mea inciderat, qui mihi tanquàm præda venatori erat; tu verò ad arbitrium de illo decrevisti, et liberum meo injussu dimisisti. (Calmet.)

Virum dignum morte. Benadad regem Syriæ, qui reus erat mortis tum ob continuum odium et bellum contra Israelitas, tum præcipuè ob blasphemiam, quâ dixit me esse Deum montium, non vallium; hæc enim valdè Deum irritavit, ut patet v. 28. Ita Hebræi, Rupert., Lyran., Dion. et alii.

Erit anima tua pro anima ejus. Occideris pro Benadad, quem occidere debuisti.

Et populus tuus pro populo ejus occidetur pro Syris Benadad subjectis, quos occidere debuit. Ita reipsà contigit, ut audiemus cap. ult.

Est hoc exemplum neglectæ justitiæ, justèque vindictæ notandum, altèque infigendum mentibus regum et judicum : *Homicida es, eò quòd hostem dimiseris,* ait S. Chrysost. loco citato. (Corn. à Lap.)

Ce roi de Syrie était véritablement la figure du démon. L'un était l'ennemi visible des Israélites, et l'autre est d'une manière invisible celui de tous les Chrétiens. Comme ce premier feignait de se vouloir réconcilier avec le peuple de Dieu, quoiqu'il n'eût effectivement que la haine dans le cœur, ce dernier aussi affecte souvent de flatter les âmes par de fausses espérances des biens temporels et d'une fortune passagère. Mais de même que la fin de toutes ces belles promesses de Bénadad, fut que non seulement il ne tint aucune parole au roi d'Israël, et lui refusa les villes qu'il lui avait enlevées, mais que, dans la guerre qu'ils eurent ensuite, il donna un ordre formel contre sa personne, voulant le faire tuer par ses officiers, ainsi la fin ordinaire de toutes les espérances dont le roi du siècle amuse ceux qui le suivent, est la perte de leur salut. Heureux sont ceux qui savent mieux profiter des salutaires avertissements que leur donnent sur ce sujet leurs pasteurs, que ne fit ce prince impie, lorsqu'au lieu d'écouter avec une humble frayeur la menace que lui faisait le prophète de la part de Dieu, *il méprisa ce qu'il lui disait, et s'en retourna plein de fureur dans Samarie.* (Sacy.)

Vers. 43. — Reversus igitur est rex Israel in domum suam, audire contemnens. Delirum fortassè, atque insanum judicârat prophetam, delirus ipse atque insanus Achab; et quasi verba forent à sano sensu vacua, audire noluit, id est, eo loco habuit ac si non audiisset. Quare ac si nihil jam superesset negotii, et res esset cum Syro honestè utiliterque composita, reversus est domum, neque præter datam ab Benadad fidem de servando fœdere, cautionem aliam accepit.

Et furibundus venit in Samariam. Qui lætus redire debuit de victoriâ, et grato in omnes, atque hilari vultu, furoris rediit, et insaniæ plenus, ut magis illum victum ab imbelli hoste, quàm de hoste potentissimo victorem putares. Vox una tantùm prophetæ, id est, Dei, qui per prophetam alloquebatur, omne turbavit gaudium, quod capi de victoriâ debuit, et fructum ademit, quem captat animus maximè sollicitus et mœstus. Quod accidit quotidiè his qui violatâ fide ac religione ea consequuntur, quæ hominum opinione maxima censentur. Quorum Deus vim omnem adimit, posset aut exhilarare animum, aut gloriam conciliare novam, aut antiquam augere.

Josephus lib. 8 Antiq. cáp. 8, sic exarsisse dicit Achab, ut statim jusserit in vincula compingi prophetam, quod tradit Historia Scholastica, Dionysius et Hugo. Neque hoc mihi videtur abs re, tum quia idem fecerunt sub hoc tempus alii reges, ut Asa lib. 2 Paralipomenon cap. 16, vers. 10; et Baasa supra cap. 16, vers. 7, qui propter vaticinium non dissimile prophetam occidit. Et ipse Achab hoc

ipsum fecisse traditur contra Michæam filium Jemla infra, cap. 22, vers. 27. Et facit valdè ad hanc Josephi sententiam, quòd Achab eodem capite vers. 8, dicit unum apud se remansisse Domini prophetam, eum nimirùm quem ipse sciebat esse in vinculis; alioqui nullum in suo regno solutum, et liberum esse pateretur regnante Jezabele, quæ et ipsa odio prophetas insectabatur hostili, et ad illorum cædem conjugem nimis obsequentem et credulum inflammabat. Ex quo etiam mihi fit maximè probabile, illum à quo Achab hoc durum accepit vaticinium, fuisse Michæam, illum videlicet qui unus supererat è multis, quemque ideò remansisse noverat Achab, quia sciebat illum è vinculis evolare non potuisse. Quod putat Josephus lib. 8 Antiquit. capite 10, qui dicit in vinculis tunc esse Michæam, quando de repetendâ Ramoth Galaad suscepta fuit deliberatio non aliam ob causam, nisi quia injucunda nuntiabat.

CAPUT XXI.

1. Post verba autem hæc, tempore illo vinea erat Naboth Jezrahelitæ, quæ erat in Jezrahel, juxta palatium Achab regis Samariæ.

2. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens : Da mihi vineam tuam ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina est et propè domum meam, daboque tibi pro eâ vineam meliorem, aut, si commodius tibi putas, argenti pretium, quantò digna est.

3. Cui respondit Naboth : Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.

4. Venit ergo Achab in domum suam indignans, et frendens super verbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Jezrahelites, dicens : Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et, projiciens se in lectulum suum, avertit faciem suam ad parietem, et non comedit panem.

5. Ingressa est autem ad eum Jezabel uxor sua, dixitque ei : Quid est hoc unde anima tua contristata est? et quare non comedis panem?

6. Qui respondit ei : Locutus sum Naboth Jezrahelitæ, et dixi ei : Da mihi vineam tuam, acceptâ pecuniâ; aut, si tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro eâ; et ille ait : Non dabo tibi vineam meam.

7. Dixit ergo ad eum Jezabel uxor ejus : Grandis auctoritatis es, et benè regis regnum Israel! Surge, et comede panem, et æquo animo esto; ego dabo tibi vineam Naboth Jezrahelitæ.

8. Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, et signavit eas annulo ejus, et misit ad majores natu et optimates qui erant in civitate ejus et habitabant cum Naboth.

CHAPITRE XXI.

1. Après ces événements, dans le même temps, Naboth de Jezraël avait à lui, dans Jezraël *même*, une vigne près du palais d'Achab, roi de Samarie.

2. Et Achab lui dit : Donnez-moi votre vigne, afin que je puisse faire un jardin potager, parce qu'elle est proche de ma maison; et je vous en donnerai une meilleure pour celle-là, ou, si cela vous accommode mieux, je vous la paierai, en argent, le prix qu'elle vaut.

3. Naboth lui répondit: Dieu me garde de vous donner l'héritage de mes pères.

4. Achab revint donc chez lui, tout en colère et plein de fureur à cause de cette parole de Naboth de Jezraël, qui lui avait dit : Je ne vous donnerai point l'héritage de mes pères; et, se jetant sur son lit, il se tourna du côté de la muraille, et ne mangea point.

5. Jézabel, sa femme, étant venue le trouver, lui dit : Qu'est-ce donc que cela? d'où vous vient cette tristesse, et pourquoi ne mangez-vous point?

6. Il lui répondit : J'ai parlé à Naboth de Jezraël, et je lui ai dit : Donnez-moi votre vigne, et je vous en donnerai l'argent, ou, si vous l'aimez mieux, je vous en donnerai une meilleure pour celle-là; et il m'a répondu : Je ne vous donnerai point ma vigne.

7. Jézabel, sa femme, lui dit : Votre autorité est grande, et vous gouvernez bien le royaume d'Israël! Levez-vous, mangez, et ayez l'esprit en repos; je me charge de vous faire avoir la vigne de Naboth de Jezraël.

8. C'est pourquoi elle écrivit des lettres au nom d'Achab, qu'elle cacheta du cachet du roi, et les envoya aux anciens et aux premiers de la ville de Naboth, qui demeuraient avec lui.

9. Litterarum autem hæc erat sententia : Prædicate jejunium, et sedere facite Naboth inter primos populi,

10. Et submittite duos viros filios Belial contra eum, et falsum testimonium dicant : Benedixit Deum et regem. Et educite eum et lapidate, sicque moriatur.

11. Fecerunt ergo cives ejus majores natu et optimates, qui habitabant cum eo in urbe, sicut præceperat eis Jezabel, et sicut scriptum erat in litteris quas miserat ad eos.

12. Prædicaverunt jejunium, et sedere fecerunt Naboth inter primos populi.

13. Et adductis duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos sedere contra eum ; at illi, scilicet ut viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine : Benedixit Naboth Deum et regem. Quamobrem eduxerunt eum extra civitatem, et lapidibus interfecerunt.

14. Miseruntque ad Jezabel, dicentes : Lapidatus est Naboth, et mortuus est.

15. Factum est autem, cùm audisset Jezabel lapidatum Naboth et mortuum, locuta est ad Achab : Surge, et posside vineam Naboth Jezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere et dare eam acceptâ pecuniâ; non enim vivit Naboth, sed mortuus est.

16. Quod cùm audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, et descendebat in vineam Naboth Jezrahelitæ ut possideret eam.

17. Factus est igitur sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens :

18. Surge, et descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samariâ ; ecce ad vineam Naboth descendit ut possideat eam :

19. Et loqueris ad eum, dicens : Hæc dicit Dominus : Occidisti, insuper et possedisti. Et post hæc addes : Hæc dicit Dominus : In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.

20. Et ait Achab ad Eliam : Num invenisti me inimicum tibi? Qui dixit : Inveni, eò quòd venumdatus sis ut faceres malum in conspectu Domini.

9. Ces lettres étaient conçues en ces termes : Publiez un jeûne, et faites asseoir Naboth entre les premiers du peuple,

10. Et gagnez contre lui deux enfants de Bélial, qui rendent un faux témoignage en disant : Naboth a blasphémé contre Dieu et contre le roi. Qu'on le mène hors de la ville ; qu'il soit lapidé et mis à mort.

11. Les anciens et les premiers de la ville de Naboth, qui demeuraient avec lui, firent ce que Jézabel leur avait commandé, et ce que portait la lettre qu'elle leur avait envoyée.

12. Ils publièrent un jeûne, et firent asseoir Naboth entre les premiers du peuple.

13. Et, ayant fait venir deux enfants du diable, ils les firent asseoir vis-à-vis de lui ; et ces deux enfants du diable portèrent témoignage contre lui devant l'assemblée, en disant : Naboth a blasphémé contre Dieu et le roi. Et, ensuite de ce témoignage, ils le firent mener hors de la ville, et le lapidèrent.

14. Et ils envoyèrent à Jézabel, pour lui dire : Naboth a été lapidé, et il est mort.

15. Jézabel ayant appris que Naboth avait été lapidé et qu'il était mort, vint dire à Achab : Levez-vous, et mettez-vous en possession de la vigne de Naboth de Jezraël, qui n'a pas voulu se rendre à votre désir, ni vous la donner pour le prix qu'elle valait ; car Naboth n'est plus en vie, mais il est mort, *comme criminel de lèse-majesté, et son bien est confisqué à votre profit.*

16. Achab, ayant appris la mort de Naboth, alla *aussitôt* dans la vigne de Naboth de Jezraël pour en prendre possession.

17. Le Seigneur parla donc à Elie de Thesbé, et lui dit :

18. Allez, et descendez au-devant d'Achab, roi d'Israël, qui est dans Samarie ; car le voilà qui va dans la vigne de Naboth pour en prendre possession,

19. Et vous lui parlerez en ces termes : Voici ce que dit le Seigneur : Vous avez tué, et de plus vous avez usurpé! Et vous lui direz ensuite : Voici ce que dit le Seigneur : Dans ce même lieu où les chiens ont léché le sang de Naboth, ils lécheront aussi votre sang.

20. Et Achab dit à Elie : En quoi m'avez-vous trouvé votre ennemi *pour me faire de telles menaces?* Elie lui répondit : Je l'ai trouvé en ce que vous vous êtes vendu pour faire le mal aux yeux du Seigneur. *C'est pourquoi écoutez la parole du Seigneur.*

21. Ecce ego inducam super te malum, et demetam posteriora tua, et interficiam de Achab mingentem ad parietem, et clausum et ultimum in Israel.

22. Et dabo domum tuam sicut domum Jeroboam filii Nabath, et sicut domum Baasa filii Ahia, quia egisti ut me ad iracundiam provocares, et peccare fecisti Israel.

23. Sed et de Jezabel locutus est Dominus, dicens : Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel.

24. Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes, si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli.

25. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venumdatus est ut faceret malum in conspectu Domini ; concitavit enim eum Jezabel uxor sua.

26. Et abominabilis factus est, in tantum ut sequeretur idola quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israel.

27. Itaque cùm audîsset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, et operuit cilicio carnem suam, jejunavitque et dormivit in sacco, et ambulavit demisso capite.

28. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens :

29. Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est meî causâ, non inducam malum in diebus ejus, sed in diebus filii sui inferam domui ejus.

21. Je vais faire fondre les maux sur vous ; je vous retrancherai, vous et votre postérité, de dessus la terre ; et je tuerai de la maison d'Achab jusqu'aux plus petits enfants et aux animaux, et depuis le premier jusqu'au dernier dans Israël.

22. Je rendrai votre maison comme la maison de Jéroboam, fils de Nabath, et comme la maison de Baasa, fils d'Ahia, parce que vos actions ont irrité ma colère, et que vous avez fait pécher Israël.

23. Le Seigneur a prononcé aussi cet arrêt contre Jézabel : Les chiens mangeront Jézabel dans le champ de Jezraël.

24. Si Achab meurt dans la ville, il sera mangé par les chiens, et s'il meurt dans les champs, il sera mangé par les oiseaux du ciel.

25. Achab n'eut donc point son semblable en méchanceté, comme ayant été vendu pour faire le mal aux yeux du Seigneur; car il y fut excité *encore* par Jézabel, sa femme.

26. Et il devint tellement abominable qu'il suivait les idoles des Amorrhéens, que le Seigneur avait exterminés de devant la face des enfants d'Israël.

27. Achab ayant entendu ces paroles, déchira ses vêtements, couvrit sa chair d'un cilice, jeûna, et dormit avec le sac, et marcha ayant la tête baissée.

28. Alors le Seigneur adressa sa parole à Elie de Thesbé, et lui dit :

29. N'avez-vous pas vu Achab humilié devant moi ? Puis donc qu'il s'est humilié à cause de moi, je ne ferai point tomber *sur lui*, pendant qu'il vivra, les maux *dont je l'ai menacé;* mais sous le règne de son fils, j'en accablerai sa maison.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Post verba autem hæc tempore illo vinea erat Naboth Israelitæ. Eodem tempore, quo jam erat Achab bello perfunctus, et hoste subacto ac supplice, securus et otiosus, adjecit animum ad ornandam domum, et ad comparandas undecumque delicias, tum ad belli subsidia, tum etiam ad pacis ornamenta, ut habes cap. 22, v. 39. Cùm ergo propè domum regiam in Jezraele vineam quamdam haberet Naboth Jezraelita, illam sibi voluit homo deliciosus adjungere, ut è vineâ hortum faceret, non tam ad domesticos usus, quàm ad inertis et otiosi animi voluptates. Vinea enim maximâ anni parte aridi ligni instar habet, et licet vitam habeat intra terram et corticem latentem, speciem tamen præ se fert mortuæ, et nullam animo voluptatem affert. Hanc itaque vineam sive ex vitibus consitam, sive ex arboribus, quæ non semper virorem venustatemque conservant (nam vinea, ut diximus in nostris Commentariis super Cantica, latiùs apud Hebræos quàm apud Latinos patet) hanc, inquam, vineam in hortum olerum convertere studebat Achab; quod licet aliquid afferat utilitatis cultori suo, plus tamen parit domino voluptatis. Ubi vulgatus, *hortum olerum*, He-

braicè est *legan iarak;* ירק autem licet herba sit ad esum opportuna, aliquid tamen significat odoriferum ac viride, quod sic arridet palato, ut etiam pascat oculos. Vatablus hâc voce significari putat virentes atque odoriferas herbas. (1)

Vers. 3. — Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi (2). Quia rex idololatra avitam religionem abjuraverat, quid divinis cautum esset legibus nihil habebat pensi. Longè aliter Naboth, homo patriæ religionis amator et tenax, nihil admittere voluit contra legem, etiamsi ideò propositum sibi sciret capitis periculum. Atque ideò interpositâ jurisjurandi religione omnem sibi alienandi fundi facultatem præcidit. Est autem apud Hebræos hæc jurandi forma non inusitata, ut etiam libro primo Reg. cap. 24, vers. 7 : *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem.* Cujus est sensus : Iratum mihi precor Deum, si paternam à meâ familiâ hæreditatem distraxero, eamque ad alienos abire permisero; seu, quod idem est : Propitius sit mihi Deus, si non tradidero tibi hæreditatem acceptam à parentibus ; et contra infensus, si tibi sub quâcumque conditione concessero. Aut certè, si hic nulla intercedit jurisjurandi necessitas, sensus erit : Opto precorque Deum, ne tam mihi sit infensus, ut tantum à me scelus patrari permittat. Aut hanc à me impietatem Deus avertat, ut de vineâ ad alienum dominum transferenda cogitem. Ratio verò cur Naboth tantoperè alienare paternam hæreditatem perhorrescat, ex divinæ legis amore atque observantiâ nascitur. Cautum erat lege ne venderentur hæreditates, sed semper remanerent apud dominos primos. Quòd si propter paupertatem id aliquando fieri necessarium videretur, id tamen sic erat à lege permissum, ut

(1) Vers. 2. — Faciam mihi hortum olerum. Hebræus ad litteram : *Mihi erit in hortum virentium,* vel in hortum herbarum, sive olerum, sive aliarum herbarum. Porrò de hortis aliud est Orientalium quàm apud nostros, ingenium. Syri præsertim deliciarum loco habent hortos, ubi cucumeres, pepones, cucurbitæ, cæpæ, aliaque id generis olera proveniant; vix autem illis persuaderi potest, quæ sit apud nos voluptas in deambulationibus per longa illa ambulacra, nullo alio bono, quàm ut cieamur. Ex his omnibus intelligimus, reges Israelis, quanquàm plenâ et absolutâ auctoritate utebantur in suos, nunquàm tamen sibi arrogâsse, ut pro imperio illorum agros et hæreditates usurparent : illud autem, quod Samuel exposuerat Hebræis tanquàm *jus regium,* futurum scilicet, ut reges auferrent sibi agros et vineas privatorum, non de legitimo imperio intelligendum esse, sed de jure arrogato et usurpato, uti Estio visum est. (Calmet.)

Tropologicè, vinea est anima, quæ est tota hæreditas nostra ; quare cave ne eam vili pretio voluptatis vel honoris vendas diabolo, morti et gehennæ. Unde S. Ambr. Exhort. ad virgines per vineam accipit virginitatem, per Jezabel concupiscentiam, per Naboth Christum : « Vinea, inquit, quidam fructus virginalis est; « conjugia velut olerum plantaria sunt, in « quibus frequens zelus est; et ideò olera herbarum citò cadunt atque marcescunt, nisi « finem imponat senectus, aut ad perfectum « vehat continentia. Non veniat ergo in vos « Achab, qui concupiscat vineam vestram delere et extinguere : nec veniat in vos Jezabel, « vanum illud et seculare profluvium; hoc « enim significatur vocabulo *vana et vacua redundantia*, sed veniat Nabuthe, *qui venit à « Patre,* sicut indicat nominis ipsius interpretatio, qui vineam sanguine defendat suo, et « pro eâ mortem offerat. Hic est qui lapidatus « pro nobis est, pro nobis mortuus, pro nobis « falsis appetitus testimoniis. »

Notat S. Ambr., cap. 3, regis avari impudentiam : « Hæc erat igitur, inquit, omnis « insania, hic omnis furor, ut spatium vilibus « oleribus quæreretur. Non tam ergo ipsi cupitis quasi utile possidere, sed alios vultis « excludere. Major vobis cura de pauperum « spoliis, quàm de vestris emolumentis. Injuriam vestram putatis, si quid pauper habeat, « quod dignum possessione divitis æstimetur. « Damnum vestrum creditis, quidquid alienum « est. » (Corn. à Lap.)

(2) Un ancien auteur, Origène, expliquant d'une manière spirituelle ce même endroit, et nous représentant Achab comme la figure de l'impie et du chef de tous les impies, qui est le démon, et Naboth comme la figure des justes, dit que Naboth répondit alors véritablement comme un homme juste, lorsqu'il ne put point souffrir que l'on détruisît la vigne de ses pères, qui nous marquait et la justice, et la sagesse, et la vérité, pour y planter les légumes du roi Achab, c'est-à-dire, l'iniquité et l'erreur représentées dans l'Ecriture par ces herbes qui verdissent promptement, mais qui se sèchent encore plus promptement. Il ajoute que nous autres, qui croyons en Jésus-Christ, nous avons aussi une vigne plantée par la main de Dieu, que nous sommes obligés de garder avec un grand soin, de peur que l'impie Achab, l'ennemi de notre vigne, ne nous trouble dans la possession de la vraie sagesse, et que par les artifices de Jézabel, c'est-à-dire, d'une sagesse et d'une science charnelles, il ne détruise à la fin en nous cette vigne qui est l'intelligence de la vérité, et encore plus la piété. Aussi il semble que saint Augustin a envisagé Naboth comme la figure de ceux qui sont attachés très-saintement à la tradition des saints Pères, et il dit que, de même que cet innocent accablé par l'imposture se doit élever un jour contre Achab, le Catholique s'élèvera aussi contre l'hérétique, qui l'a accablé, pendant qu'il vivait, par la violence de son impiété pleine de fureur. *Stabit Nabuthæus adversùs Achab : sic stabit Catholicus adversùs hæreticum, qui abstulit labores ejus, quando furores prævalebant impiorum.* (Sacy.)

Jubilæi tempore ad veteres primosque possessores reverterentur, Levit. capite vigesimo quinto. Cùm autem tunc nullâ Naboth necessitate premeretur, nullo modo paternam hæreditatem poterat ad alienum possessorem venditione transferre. Levit. capite vigesimo quinto, versiculo vigesimo tertio : *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, et vos advenæ, et coloni mei estis. Unde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam,* etc., *et non invenerit manus ejus, ut reddat pretium, habebit emptor quod emerat, usque ad annum Jubilæi.* At quomodò Naboth, aut ejus posteri vendicare sibi possent alienatum fundum, cùm ille jam in regiam potestatem venisset? An rex à se abire pateretur hæreditatem, quam cum hortis suis in unum corpus, imò cum domo suâ regiâ tanto studio et aviditate conjunxerat? Quare cùm legis divinæ rationem habet Naboth, et ab illâ recedere non vult, nihil curat regis stomachum, quem commotum iri graviter timere poterat, nihil minas, nihil mortem, quam levioribus de causis reges subditis sibi hominibus infligunt. Qui quominùs regio sive imperio obsequatur, sive precibus, non obtendit sibi perire proventum magnum ex ubere atque spatiosâ vineâ, non alia commoda, quæ fortassè neque pauca fuerant, neque vulgaria, sed tantùm quòd à parentibus prædium illud acceperat, neque fas esse, ut permutatione ac pretio illud à suâ posteritate distraheret, cùm staret contra lex antiqua, quæ nullo modo violari debet.

Ponderavit hoc optimè Ambrosius lib. 3 Offic. cap. 9 : « Quid, inquit, sancto Nabuthæ, « quæ fuit causa mortis, nisi honestatis con- « templatio? Nam cùm ab eo vineam rex pos- « ceret, pecuniam daturum se pollicens, inde- « corum pretium pro paternâ recusavit hære- « ditate, maluitque morte declinare hujusmodi « turpitudinem. *Non mihi,* inquit, *fiat à Do- « mino, ut dem tibi hæreditatem patrum meo- « rum.* Hoc est, tantum mihi opprobrium non « fiat; non permittat Deus tantum extorqueri « flagitium. Non utique de vitibus dicit (neque « enim de vitibus cura est Deo, neque de ter- « reno spatio), sed de jure loquitur patrum. « Potuit utique et aliam vineam de vineis regis « accipere, et in amicis esse, in quo non me- « diocris hujus seculi utilitas existimari solet, « sed quod turpe erat judicavit non videri « utile, maluitque periculum cum honestate, « quàm utilitatem cum opprobrio. »

Vers. 4. — Venit ergo Achab in domum suam, indignans et frendens. Qui ambitiosus est et avarus, vix fieri potest, ut à dolore sit vacuus, quia etiam vix fieri potest, ut id ad quod toto anhelat spiritu consequatur. Duas habuit rex superbus, et bonorum appetens, causas, cur frenderet, et totus dolens effervescéret in iram, et quòd repulsam tulerat ab homine paupere, quod non putabat, etiamsi aliquid contra pietatem et legem ambiret; et quòd alienum fundum, quem sibi ad animi laxationem putabat opportunum, consecutus non esset; atque ideò rediit domum doloris impatiens, non magis in Naboth quàm in seipsum infensus. Et quasi æger esset, non solùm animo, sed etiam corpore, projecit se in lectum, et quia hominum congressum horrebat, quod accidit plerùmque, cùm quis vehementi premitur angore, convertit se ad parietem, quasi lucis fugitans et humani consortii; neque cibum sumpsit, neque admisit ullam aut animi quietem, aut laborantis spiritûs levamentum. Fecit idem, quod Achab, Ezechias, sed spiritu longe meliori, et in causâ dissimili. Hominum enim declinavit conspectum et alloquium, ut cum Deo liberiùs commodiùsque loqueretur. Isai. cap. 38, v. 2 : *Et convertit Ezechias faciem suam ad parietem, et oravit ad Dominum.*

Mirus est Ambrosius in explicandâ potentiorum ac divitum miserandâ fortunâ, quod idem de ambitiosis dicendum, qui quò plura consecuti sunt, plura appetunt, eaque vehementiùs. De divitibus ita Ambrosius, lib. de Nabuthe cap. 2, cujus hìc verba referre non gravabor, quia mirè explicant quàm sit locupletum neque amanda, neque approbanda conditio. « O dives, inquit, nescis quàm pau- « per sis, quàm inops tibi ipsi videaris, qui te « divitem dicis? Quantò plus habueris, plus « requiris, et quanquàm acquisieris, tamen « tibi adhuc indiges. Inflammatur lucro avari- « tia, non restinguitur. Quasi gradus quosdam « cupiditas habet; quò plures ascenderit, eò « ad altiora festinat, unde sit gravior ruina « lapsuro. Tolerabilius tamen iste, cùm minus « haberet, censûs contemplatione mediocria « requirebat : accessioni patrimonii accessit « cupiditatis augmentum. Non vult esse dege- « ner votis pauper in desideriis. Ita duo into- « lerabilia simul jungit, ut ambitiosam spem « divitiis augeat, et non deponat mendicitatis « affectum. Rex Achab in Israel erat, et pauper « Naboth. Ille regni opibus affluebat, iste an- « gusti soli cespitem possidebat. Nihil pauper

« de divitis possessionibus concupivit, rex sibi « egere visus est, quia vineam habebat pauper « vicinus. Quis igitur tibi pauper esse videtur, « qui contentus est suo, an qui concupiscit « alienum? » Deinde amplificat illam vocem Achab : *Da mihi vineam tuam.* « Quæ alia, in- « quit, vox egentis est? Quæ alia vox stipem « publicè postulantis, nisi, da mihi, hoc est, « da mihi, quia egeo; da mihi, quia aliud vi- « vendi subsidium habere non possum; da mihi, « quia non est mihi panis ad victum, nummus « ad potum, sumptus ad alimentum, ad indu- « mentum substantia. Da mihi, quia tibi Domi- « nus dedit, unde largiri debeas, mihi non « dedit. Da mihi, quia scriptum est : *Date* « *eleemosynam.* » Hæc Ambrosius.

Idem quod divites patiuntur etiam ambitiosi, quorum animos nihil satiat, et quò majora consecuti sunt honorum auctoramenta, eò altiora desiderant, neque ullus est ambitionis finis, nullus modus. In quam sententiam optimè Seneca lib. 2 de Beneficiis cap. 27, qui cùm de divitiarum cupiditate dixisset ea fermè, quæ proximè Ambrosius, conclusit : « Majora « cupimus, quò majora venerunt, multòque « concitatior est avaritia in magnarum opum « congestu collocata, ut flamma infinitò acrior « est, quò ex majori incendio emicuit. Æquè « ambitio non patitur quemquam in eâ mensurâ « honorum conquiescere quæ quondam ejus « fuit impudens votum. Nemo agit de tribu- « natu gratias, sed queritur quòd non est ad « præturam usque perductus. Nec hæc grata « est, si deest consulatus. Nec hic quidem « satiat, si unus est : ultra se cupiditas porrigit, « et suam felicitatem non intelligit, quia non « unde venerit, respicit, sed quò tendat. » Et iterùm idem Epist. 74 : « Adjice quòd nemo « eorum, qui in republicâ versantur, quos « vincat, sed à quibus aspicit, et illis non tam « jucundum est multos post se videre, quàm « grave aliquem ante se. Habet hoc vitium « ambitio, item et cupiditas, ut à fine semper « incipiat. »

Ubi Vulgatus : *Avertit faciem suam ad parietem,* Septuaginta legunt, *velavit faciem suam.* Utrumque signum est doloris et pudoris, cujus vim, quia is, qui patitur, ferre non potest, faciem velare solet, quæ maximè à pudore patitur, et ubi se maximè prodit pudor. Quòd autem in dolore aut dedecore obnubatur caput, et veletur facies, docuimus pluribus ad illud Thren. cap. 2, v. 43 : *Operuisti in furore, et percussisti nos;* et ad illud Ezechielis cap. 12, v. 12 : *Faciem tuam velabis, et non videbis terram.* (1)

Vers. 7. — Dixit ergo ad eum Jezabel uxor ejus : Grandis auctoritatis es, et bene regis regnum Israel (2)! Postquàm Jezabel causam dicit, cur sic mœreret ac fureret Achab, quasi spiritus muliebres potiùs aleret quàm viriles et regios, ad illum cum fastidio locuta est, et sub amaro risu, significans abesse longè ab eâ auctoritate quam in administrando regno reges habere solent. Quare hortatur ut cibum sumat, et meliori sit animo : se enim curaturam ut

(1) Non comedit panem. Audi S. Ambrosium, cap. 5 : « Non comedit panem suum, quoniam « quærebat alienum; etenim divites magis alie- « num panem quàm suum manducant, qui raptu « vivunt, et rapinis sumptum exercent suum. « Aut certè non manducavit panem suum, vo- « lens se morte mulctare, quòd ei aliquid nega- « retur. » Et eleganter cap. 6 : « Ditem, inquit, « dicunt gentiles inferorum præsulem, arbi- « trum mortis. Ditem appellant et divitem, « quòd nisi mortem dives inferre non noverit, « cui regnum de mortuis, cui sedes inferi sint. « Quid est enim dives, nisi quidam inexplebilis « gurges divitiarum, inexplebilis auri fames? « Quò plus hauserit, plus inardescit. » Et nonnullis interjectis : « Dulcis enim somnus servi, « etsi modicum vel multum edat; at satiato « divitiis non est qui eum sinat dormire; ex- « citat eum cupiditas, exagitat cura pervigil « aliena rapiendi; torquet invidia, mora vexat, « sterilitas proventuum infœcunda perturbat, « sollicitat abundantia. » (Corn. à Lap.)

(2) *Jézabel, sa femme, lui dit : Votre autorité est grande, à ce que je vois! Levez-vous, mangez, et ayez l'esprit en repos : c'est moi qui vous donnerai la vigne de Naboth.* « N'écoutons pas, s'écrie « saint Ambroise, cette Jézabel, cette vaine et « cruelle ambition, qui nous dit à tous mo- « ments comme à Achab : *Vous êtes triste,* « parce que vous vous amusez à considérer « toutes les mesures de la justice, pour ne pas « prendre ce qui appartient aux autres. Pour « moi, j'ai mes droits particuliers et j'ai mes « lois. J'userai de calomnies pour dépouiller « l'innocent. J'ôterai la vie au pauvre pour lui « enlever son bien. Car quelle autre chose, « continue le même saint, nous est représentée « dans cette histoire, sinon l'avarice cruelle « des riches, qui, comme une espèce de débor- « dement de cupidité et de vanité, emporte « tout avec elle? C'est là cette Jézabel qui se « multiplie et qui se diversifie en tant de ma- « nières différentes; qui n'a pas été seulement « en un temps particulier, mais qui subsiste « dans tous les temps, et qui dit à tous les « hommes, comme celle qui la figurait dit à « Achab : *Ayez l'esprit en repos, je vous donnerai* « *la vigne de Naboth. Hæc est Jezabel illa, non* « *una, sed multiplex, non unius temporis, sed* « *temporum plurimorum. Hæc omnibus dicit,* « *sicut illa dixit viro suo Achab :* Tu tristis es, « *quia vis me suam considerare justitiæ, ut alie-* « *num non rapias. Ego habeo mea jura, meas* « *leges. Calumniabor, ut spoliem; et ut possessio* « *pauperi eripiatur, vitâ pulsabitur.* » (Sacy.)

ad illius potestatem quamprimùm hæreditas veniat, quam negârat Naboth, et ipse tantoperè cuperet ad suos sibi usus et delicias adjungere.

Vers. 8. — Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, et signavit eas annulo ejus, et misit ad majores natu (1). Audax planè consilium, quod à feminâ solùm oriri poterat, quæ, ut votorum suorum impotens est, sic etiam insano planè impetu in omnem se porrigit audaciam. Oderat hominem alienum à suâ religione; alienum autem esse non difficili conjecturâ nôsse potuit, cùm usque adeò videret majorum suorum disciplinæ tenacem, ut decedere vellet à vitâ, cujus haud dubiè periculum adibat, ne alienatâ paternâ hæreditate, à divinâ lege et patriâ religione decederet. Statuit vineam eripiendam esse Naboth, cujus voti ut tandem compos fieret, honorem tandem et vitam eripuit non minùs scelerato consilio. Quam ad rem senatum, qui ex optimatibus et senioribus constabat, id est, judices, qui vindices sunt atque custodes æquitatis et legum, aut metu concussit, aut corrupit pretio, ut procacis et blasphemæ linguæ convictum morte damnarent. Quam ad rem induci testes jussit, quorum esset lingua delibuta perjuriis et venalis fides. En quot in uno crimine juncta sunt crimina : empta testimonia, corrupta judicia, innocenti per summam injuriam adempta hæreditas, honor, spiritus. Quis hoc auderet, nisi femina, quam inflat potestas, et facit audacem, rapit cupiditas, inflammat iracundia, deserit pudor? De hâc humanæ naturæ labe atque ignominiâ Chrysostomus, cùm de Herodiade, id est, de huic quàm simillimo monstro loqueretur in sermone de Decollatione Joannis Baptistæ, multa dicit notatu dignissima; post quæ tandem addit : « O malum intolerabile, « vipera irremediabilis, venenum insanabile, « mulier mala! Si injuriam patitur, insanit; si « honorem accipit, extollitur; et quod vult « importuna, rapit violenter. » De mulieris irâ vide quid nos cap. 19, in principio, diximus, cùm sermo esset de hâc ipsâ Jezabele.

Hæc itaque Jezabel litteras dedit regio consignatas annulo, quibus edixit his qui in Jezraele rei præerant judiciariæ ac publicæ, ut, quod fieri solet, cùm grave aliquod peccatum admissum, aut Deus existimatur graviter offensus, indicant jejunium, ne quid fiat temerè atque inconsulto Deo. Jejunium autem, quod antecedit, aut aliqua doloris significatio, qualis est vestimentorum discissio, ostendit aliquid esse contra Dominum admissum, quod publicâ et capitali pœnâ expiari debeat. Jerem. capite 35, versiculo 24, miratur quòd in gravi Joachim peccato contra Deum, cujus verba contempserat, qui aderant, non timuerint cohorruerintque ad impium factum, neque, quod fieri solet, vestimenta consciderint. Conscidit certè Caiphas sacerdotum princeps ex illius gentis consuetudine, cùm Christum blasphemiæ reum esse dixit. Sed fortassè, ut putat Abulensis, id tantùm egit Jezabel, ut quidquid in innocentis caput esset statutum, id sanctè et ritè videretur esse susceptum.

Hic verò reprehendi posset Achab, qui cùm in annulo signatorio regni regisque contineatur auctoritas, illam tamen uxori tam levi atque impiæ, tam in judicando atque suis affectibus obsequendo præcipiti, annulo porrecto concesserit. Sanè reges non deposuisse annulum è manibus, argumento est quòd quæ maximè nobis curæ sunt et honori, illa cum annulo signatorio comparamus. Jerem. capite 22, versiculo 24 : *Si fuerit Jechonias filius Joachim regis Juda annulus in manu dexterâ meâ, inde evellam eum.* De hoc annulo intelligit Hieronymus. Septuaginta *sigillum* convertunt, qui regis repræsentat personam, et quasi alter ipse existimatur. Cùm verò in annulo magna contineantur rerum momenta, servari à rege debet diligenter. Non minùs in casu non dissimili peccavit Assuerus, dùm suum annulum tradidit Aman, quo regio nomine Judæorum capita morti destinavit. (1)

(1) Hebræus : *Ad seniores et ad albos urbis suæ*, ad eos scilicet, qui candidis splendidisque vestibus induebantur. Iis enim vestibus viri quique honestissimi, atque amplissimi utebantur. *Omni tempore sint vestimenta tua candida*, ait Ecclesiastes, 9, 8, *et oleum de capite tuo non deficiat. Antiquum dierum* describit Daniel 7, 9, cujus *vestimentum candidum quasi nix.* Neque angeli aliter fermè quàm candidatos sese per visum offerebant. Ægyptii, uti et veteres Græci lineis induebantur. Porrò carbasinæ quæque telæ et candidissimæ in usum erant locupletissimorum, judicum et principum. Hebræum *Chorim* in hunc sensum sæpè usurpatur. (Calmet.)

(1) Vers. 9. — Prædicate jejunium, uti in re gravissimâ, in quâ de vitâ regis agitur. Porrò impii judices simulârunt facilè, nihil se scire aliud, quàm quòd blasphemus aliquis indigna evomuisset in Deum et regem, furensque Achabus civibus omnibus extrema minitaretur, nisi statim reum deposcerent ad necem. Pluribus Scripturæ exemplis discimus, jejunium indici consuevisse, cùm religiosus aliquis conventus habendus esset. Jejunium in universum regnum edixit Josaphat, atque è reliquis urbi-

Vers. 10. — Benedixit Deum et regem : et educite eum, et lapidate. Litterarum, quas regio signo munierat Jezabel, hæc erat summa brevisque complexio : Primùm ut publicum

bus populus coivit Hierosolymam et in templum, cùm percrebuit, Ammonitas, Moabitas et Idumæos in regionem irrupisse. Jejunium pariter decrevit Esdras, cùm iter initurus esset è Babyloniâ in Judæam. De extraordinariis ejusmodi jejuniis agunt non semel prophetæ. Describit illa non obscurè, nec semel Joelus : *Sanctificate jejunium; vocate cœtum, congregate senes.* Jejunia erant publica et communia, ac cœtus ex universo populo indicti in loco ubi jejunium imperatum fuerat. Hæc autem nonnisi in rebus insolitis, et cùm de rebus reipublicæ gravissimis ageretur, constituebantur. Porrò conjuratio, de quâ Nabothum accusaverant, traducebatur ut crimen, quo nihil minùs quàm de vitâ regis ageretur.

Sunt qui reddant : *Convocate cœtum.* Sed Chaldæus, Septuaginta, Syriacus, Arabs, et optimi quique interpretes de indicto jejunio exponunt. Utrumque conjungit Josephus tradens, in epistolâ imperatum, ut jejunium ageretur, cogereturque populus, ac toti consessui præesset Nabothus, tanquàm ex illustri familiâ vir amplissimus. Fert quidem Hebræus, Nabothum positum fuisse *in capite populi.* (Calmet.)

Ces lettres étaient conçues en ces termes : Publiez un jeûne, et faites asseoir Naboth entre les premiers du peuple; et gagnez deux hommes sans foi et sans conscience, qui s'élèvent contre lui, et qui portent un faux témoignage en disant : Naboth a blasphémé, etc. O jeûne, s'écrie saint Jean-Chrysostôme, ô jeûne rempli de malice, et qui est le fruit d'une iniquité consommée! On se couvre d'une piété apparente pour justifier un crime énorme. On ordonne un jeûne, pour commettre un homicide. *O jejunium summâ iniquitate plenum! Prædicant jejunium ut faciant homicidium.* On cherche, dit saint Ambroise, deux témoins d'iniquité. Car l'innocence de Suzanne a été de même attaquée par deux faux témoins. Et la Synagogue en trouva aussi deux depuis qui déposèrent plusieurs faussetés contre Jésus-Christ. Ainsi le pauvre étant accablé par la déposition de deux témoins corrompus, est condamné à la mort. *Quæruntur duo testes iniquitatis. Duobus enim testibus et Suzanna est appetita. Duos testes et Synagoga invenit, qui adversùs Christum falsa jactarent. Duobus testibus pauper occiditur.*

Que s'il n'était pas si surprenant qu'une femme impie, sans religion et sans conscience, se portât jusqu'à cet excès d'inhumanité de vouloir faire mourir un innocent comme un criminel, pour se rendre maîtresse de son bien, il est presque inconcevable comment elle osa proposer l'exécution d'un si grand crime aux anciens et aux premiers d'une ville. Mais ce qui paraît encore plus incompréhensible, c'est que ces anciens et ces premiers de la ville, qui demeuraient avec Naboth, n'étant possédés d'aucune autre passion que de celle d'une lâche complaisance pour cette princesse, exécutèrent si fidèlement ses ordres, pour opprimer, par une horrible imposture, celui dont ils connaissaient l'innocence. L'on peut dire cependant que sous le règne d'Achab et sous la

ediceretur jejunium, quasi res foret de religione disceptanda; deinde ut seniorum optimatumque fieret frequens legitimusque consessus, ad quem etiam cum aliis accerseretur Naboth, quo tempore curandum esse, ut aliquot testes, quos non puderet venale falsumque testimonium producere, et ad quodlibet audendum forent impudenter projecti, essent ab ipso senatu comparati, qui crimen objicerent Naboth, propter quod ex lege deberet opprimi lapidibus, quale est aliquid impium dixisse contra Deum et regem, et quod lex in ejusmodi criminis reos supplicium statuisset, illud in Naboth legitimo judicio decernerent, et quamprimùm exigerent.

Pro *blasphemare,* aut verbum in Deum, sacramque aut supremam potestatem, qualis est regia, contumeliosè jactare, vulgatus textus posuit *benedicere.* Sicut etiam Job, capite 1, versiculo 50 : *Ne fortè peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in cordibus suis.* Sed hujus loci aliam expositionem magis probavimus in nostris Commentariis in Job, et versiculo 11 : *Tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.* In benedictione peccatum nullum est : ponit autem pro maledictione per antiphrasim, seu per illam figuram, quæ à Græcis vocatur euphemismus, qui ab aliquo, cui benè cupimus, vocem illam summovet, quæ aliquid significat durum et infaustum, et illius loco supponit mitiorem aliam et contrariæ interdùm significationis; quod fieri interdùm solet boni ominis gratiâ. Quâ de re nos aliquot adduximus exempla libro primo Regum, capite vigesimo, ad illud versiculi 15 : *Requirat Dominus de manu inimicorum David.* Hoc verò maximè observant Judæi in Dei nomine, cui nihil volunt adjungere, quod non in illius majestatem et sanctitatem conveniat. Quare removent maledictionis nomen, et illius loco adhibent contrarium. Ita Hieronymus Epist. trigesimâ quartâ ad Julianum; et Ambrosius libro de Nabuthe, capite 11 : « Ne divitem ma-

domination tyrannique de Jézabel, on ne pouvait guère se figurer qu'un règne presque général d'impiété et d'iniquité dans tout Israël. L'exemple d'un prince et d'une princesse qui ne travaillaient qu'à étouffer la piété, en exterminant tous les serviteurs de Dieu, inspirait à tous les peuples un semblable étourdissement d'esprit et une pareille insensibilité pour toutes les choses de la conscience. Et quoique l'Esprit de Dieu se fût réservé plusieurs personnes qui ne prenaient point de part à l'impiété d'Achab et de Jézabel, elles se tenaient cachées lorsque le crime régnait publiquement et impunément partout. (Sacy.)

« ledicti nomen offendat, et sermonis ipso læda-
« tur sono, benedictum pro maledicto vocatur. »
Quæ sententia communis est omnium fermè expositorum, et omnium mihi maximè placet.

Porrò blasphemum sive in Deum, sive in principem obnoxium esse lapidationi, aut alteri capitis supplicio constat; de lapidatione quidem capite vigesimo quarto, versiculo 15: *Homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum; et qui blasphemaverit nomen Domini, morte morietur : lapidibus opprimet eum omnis multitudo;* quæ lex usque ad Christi Domini seculum servata fuit, de quo Joan. decimo, dixerunt Judæi : *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemiâ.* De principe verò non est adeò aperta lex, sed est verisimile ex lege, seu ex consuetudine hanc in principum injuriam esse capitalem, ut putat Abulensis quæst. quintâ, et colligit ex illo Exod. capite vigesimo secundo. *Diis non detrahes, et principi populi tui non maledices.* Et Exod. capite vigesimo primo : *Qui maledixerit patri suo, morte moriatur.* At princeps pater est patriæ, et eo nomine ab antiquis afficitur et colitur.

Vers. 13. — Et duxerunt eum extra civitatem, et lapidibus interfecerunt (1). Fecerunt seniores et optimates, quod à Jezabele imperatum fuerat, remque ad statum illum deduxêre, non tam legitimo ac justo, quàm simulato ac corrupto judicio, ut jam agi in illum posset capitali pœnâ. Quare de more educunt extra civitatem, ut cautum erat lege Levit. 24, v. 14; et Deuteron. cap. 17, v. 5, educi jubentur quorumdam scelerum rei extra portas : *Educes virum ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrârunt, ad portas civitatis tuæ, et lapidibus obruentur.* Idem accidit Stephano, Actorum capite 7 : *Et ejicientes eum extra civitatem, lapidabant.* Servatum etiam fuit sine dubio in hoc judicio quod legitimum censeri voluit Jezabel, quod Deut. c. 17 præscriptum est à lege, ut in lapidatione omnium primi testes lapidem mittant : *Manus testium prima interficiet eum, et manus reliqui populi extrema mittetur.* Et quòd testes manus suas imponerent capiti Naboth. Id enim etiam jubetur Lev. cap. 24, v. 14. Quod fecerunt duo senes adversùs Suzannam Dan. cap. 13. Illud etiam opinor servatum esse in hâc tam indignissimâ tanti viri cæde, ut nudo omninò corpore lapides exciperet. Quod ingenuis ac verecundis ipsâ lapidatione gravius est, quibus non tam facit dolorem vulnerum acerbitas, quàm à nuditate pudor et ignominia. Lapidari Judæos nudos docet Abulensis in cap. 20 Levit. q. 21; et Petrus Damianus serm. de S. Stephano. (1)

Vers. 16. — Quod cum audiisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, et descendebat in vineam Naboth Jezraelitæ, ut possideret eam. Ex his apparet hæc sic meditatam esse Jezabelem, ut neque illorum ignarus esset Achab, neque ipso invito res esset à corruptis iniquisque judicibus peracta, quando et annulum tradidit uxori, quo signavit epistolas, neque diù commoratus est, donec hæreditatem adiret, quam sciebat ab innocente viro per summam iniquitatem ereptam. Quare frustra aliqui ab hoc peccato liberant Achab, cùm ipse sui animi satis apertum documentum dederit; imò cùm id Deus per Eliam ostenderit, dùm illum tanti sceleris dicit esse participem : *Occidisti,* inquit, *insuper et possedisti,* et ut homicidæ cædem etiam non dissimilem minatur. Sed cur sibi rex injustus alienam vendicat hæreditatem? quam huic injuriæ adumbratam prætexit honestatis speciem? An nullus erat, qui defuncto Naboth in adeundâ possessione succederet, et qui in eâdem conservaret familiâ? Aut certè lege cautum erat, aut antiquâ receptum consuetudine, ut damnatorum bona regius sibi fiscus adscriberet. Tractavit hanc quæstionem Abulensis, q. 6, neque certum aliquid definit, sed tantùm quæ adducit, pruden-

(1) Duobus viris filiis diaboli duobus falsis testibus. Hebræus : *Duobus filiis Belial;* duobus viris sine fide, pudore et lege. (Calmet.)

Allegor. Naboth fuit typus Christi, quia à Scribis et Pharisæis ambientibus ejus vineam, id est, Synagogam, per falsos testes accusatus blasphemiæ, quòd se diceret Filium Dei, ideòque occisus est, juxta parabolam vineæ quam hâc ipsâ de re eis objecit Christus, Matth. 21, vers. 23. Scribarum enim de Christo vox est vers. 38 : *Hic est hæres; venite, occidamus eum, et habebimus hæreditatem ejus.* Hinc et canes, id est, gentiles (hos enim Judæi despiciebant quasi canes) Romani, duce Tito et Vespasiano linxerunt sanguinem Judæorum Christicidarum, in eodem loco, puta Jerosolymæ, et in eodem tempore, scilicet in Paschate, quo ipsi occiderant Christum. Ita Angelomus.
(Corn. à Lap.)

(1) Vers. 15. — Surge, et posside vineam Naboth. Versabatur tunc Achabus Samariæ. Monet illum Jezabel, tutò proficisci posse Jezraelem, atque usucapere vineam Nabothi, quippe quæ sibi deberetur jure fisci, uti patrimonium viri, crimine majestatis damnati; vel jure caducario, cùm Nabotho unà cum filiis omnibus interfecto, hæres nullus superesset. Vel denique, juxta nonnullos, hæreditas Nabothi, utpote patrui Achabi, ad regem tanquàm hæredem maximè propinquum deferebatur : hæc tamen posterior sententia adstrui melioribus debet. (Calmet.)

ter divinando conjectat, aut potiùs ea producit, quæ judicârunt alii. Quidam enim dicunt damnatorum bona, eorum maximè, qui divinam aut regiam majestatem læsissent, ad regium fiscum pertinere. Alii Naboth cognatum esse Achab, quem putant non suscepisse filios, aut certè simul cum patre fuisse obtritos lapidibus (sicut legimus Josue cap. 7, cujus filii simul cum patre sublati sunt), ne qua maneret ex impio atque maledico semine posteritas. Quòd autem cum Naboth filii etiam ejus fuerint extincti, colligitur ex lib. 4, cap. 9, v. 26 : *Si non pro sanguine Naboth, et pro sanguine filiorum ejus*, etc. : verba sunt Jehu, de quibus statim. Tunc autem, quia nemo erat cognatione propior, in vacuam et quasi caducam possessionem venit Achab. Ad extremum addit Abulensis, vero videri similius omnia bona Naboth propter confictum scelus blasphemiæ adjudicata esse regio fisco, quod item placet Cajetano. Ego quid ad hæc addam, nihil habeo. Tantùm dico ab homine tyranno et barbaro, cur aliquid fecerit, non esse quærendam honestam causam, cùm illi pro lege sit voluntas et libido.

Vers. 19. — Occidisti, insuper et possedisti (1). Verba sunt Domini per Eliam quibus cùm rediret Achab ex alienâ vineâ, quam sibi iniquè vendicaverat, illum et cædis reum, et rei alienæ possessorem violentum accusat. Magnum scelus est alicui eripuisse vitam, maximè si mortem comitetur acerbitas, et acerbitatem dedecus et pudor. Quòd si ad hæc accedat obstinatum odium, dira cupiditas, et alienæ hæreditatis injusta vendicatio, multa videtur fieri ad tyrannicum ingenium, et legum proditionem accessio. Occidere aliquem ignominiosè et crudeliter, ingentis immanitatis est : in alienas possessiones irrumpere audaciæ singularis, et intolerabilis avaritiæ. Quare de se turpissima audit, qui occidisse dicitur et possedisse.

In hoc loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. Verisimile est cadavera Naboth et filiorum (si cum illo filii quoque lapidatione perierunt), mansisse per aliquod tempus insepulta, et illorum effusum sanguinem sive è terrâ, sive è lacerato corpore canes linxisse; quod est argumentum non leve, ut existimemus nudis corporibus innocentes excepisse lapides, ex quorum vulneribus expressus fuerit sanguis quem linxerunt canes. Hic ego duo observo : alterum est plura verba dicta fuisse à Deo Eliæ, quàm hic referuntur, aut certè plura dixisse Eliam ad Achab, quàm accepisset à Domino. Quod sanè nihil incommodat canonicæ fidei, quia quæ hic narrantur à Domino, fuerant prophetæ præscripta. Quòd verò præterea aliquid dixerit propheta, non est mirum, quia cùm prophetæ alios alloquuntur, aliquid etiam narrare solent de suo, aut explicationis gratiâ, aut etiam quia sic exigit illorum, ad quos legationem obeunt, ingenium aut protervum, aut compunctum et humilè, quod fecit hoc loco Elias, ut constat, quia statim addit, *eò quòd venumdatus sis*, etc. Sed est verisimilius plura esse dicta à Domino prophetæ, et à prophetâ Achab, quàm nunc à sacro historico commemorantur. Neque enim sacra historia integras orationes aut colloquia repetit : sed tantùm illa, quæ totum pondus et sententiam continent, omissis interdùm aliquibus, quibus detractis, verum nihilominùs, et integrum videtur institutum historiæ. Quod in Testamento novo experimur frequenter : solent enim Evangelistæ non integras repetere conciones, sed aliquid plerùmque omittunt, neque omnes eadem. Unde fit ut quædam ab uno Evangelistâ dicantur, quæ omittuntur ab alio, quia orationis capita non eodem modo Evangelistæ colligunt. Plura dicta fuisse ad Achab ab Eliâ quàm hic commemorantur, habemus lib. 4 Reg. cap. 9, v. 26. Nam cùm Jehu Joram filium Achab interfecisset, jussit illum projici in agrum Naboth, ut ibi canes lingerent sanguinem filii Achab, ubi priùs canes linxerant sanguinem filiorum Naboth ; quemadmodùm ipse audierat per prophetam denuntiatum Achab, hoc nimirùm loco, in quo nostra laborat commentatio. *Dixitque Jehu ad Badecer ducem : Tolle, projice eum* (nempe Joram) *in agrum Naboth Jezraelitæ ; memini enim quando ego et tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem hujus, quòd Dominus onus hoc* (id est, durum vaticinium) *levaverit super eum, dicens : Si non pro sanguine Naboth, et pro sanguine filiorum ejus, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle et projice eum in agrum, juxta verbum Domini.*

Observo secundò ex his verbis simul cum Naboth occisos fuisse filios ejus, pro quibus occisus nunc quoque fuit Joram filius Achab.

(1) Tropol. vide hic quàm vilis, miser et infelix sit peccator, qui instar Achab ob modicam voluptatem, imò ob unum aureum, vendit se suamque animam diabolo, eamque ut mancipium tradit suæ cupiditati, ut fiat pabulum mortis et fomentum gehennæ. (Corn. à Lap.)

Item observo, altero die post mortem Naboth, egressum fuisse Achab de Samariâ, et adiisse hæreditatem Naboth, et in ipsâ viâ occurrisse Eliam, et talia denuntiâsse, qualia nunc legimus. Ait enim : *Pro sanguine Naboth, et pro sanguine filiorum ejus, quem vidi heri.* (1)

VERS. 20. — NUM INVENISTI ME INIMICUM TIBI? QUI DIXIT, INVENI, EÒ QUÒD VENUMDATUS SIS, UT FACERES MALUM IN CONSPECTU DOMINI (2). Jampri-

(1) IN LOCO HOC IN QUO LINXERUNT CANES SANGUINEM NABOTH, LAMBENT QUOQUE SANGUINEM TUUM. Ita reipsà per congruam justamque Dei vindictam contigisse narratur cap. 22, 38. Dices : Ibi dicitur quòd canes linxerint sanguinem Achab in Samariâ ; atverò Naboth sanguinem canes linxerunt in Jezrael, ubi occisus est. — Resp. Jezrael pertinuisse ad Samariam, quæ erat metropolis et caput totius regni Israel. Idem ergo locus hic intelligendus est in genere, non in individuo. Ita Abulens., Lyran., Vatabl. Aliter respondent Hebræi, scilicet arma Achab sanguine ejus tincta abluta fuisse in piscinâ Jezrael, cùm eò ad armamentarium deferrentur ; quare tunc canes sanguinem ejus ablutum linxisse : sed id confutat Abulens., ex eo quòd 12, 38, prophetia hæc impleta dicatur cùm ejus sanguinem linxerunt canes in Samariâ, pro quâ perperàm Josephus substituit Jezrael. Posset quoque dici Deum mitigâsse et revocâsse hanc pœnam ob pœnitentiam Achab, uti insinuatur v. 29. (Corn. à Lap.)

(2) *Et Achab dit à Elie : En quoi avez-vous trouvé que je me déclarasse votre ennemi? Elie lui répondit : En ce que vous vous êtes vendu vous-même pour faire le mal aux yeux du Seigneur.* Saint Ambroise dit sur ce sujet, que ni les prophètes, ni les évêques ne doivent pas légèrement s'élever contre les rois pour leur faire de la confusion et pour les reprendre, à moins qu'ils ne tombent dans de grands crimes; mais, qu'en ce cas, ces pasteurs leur doivent cette charité de les corriger salutairement par de justes répréhensions. *Regibus non temerè vel à prophetis Dei, vel à sacerdotibus facienda injuria. Ubi autem peccata graviora sunt, ibi non videtur à sacerdote parcendum, ut justis increpationibus corrigantur.*

C'est la coutume des méchants de regarder ceux qui les reprennent comme s'ils étaient leurs ennemis, au lieu qu'ils devraient les regarder comme leurs véritables amis, qui ne haïssent et ne condamnent leurs désordres que parce qu'ils aiment leurs personnes. Aussi, lorsqu'Achab demande à Elie, qui lui prononçait l'arrêt de Dieu, en quoi il l'avait trouvé son ennemi, Elie lui répondit généreusement et très-véritablement, qu'il n'était son ennemi qu'en ce qu'il était l'ennemi de Dieu, *s'étant,* pour le dire ainsi, *comme vendu, afin de faire le mal aux yeux du Seigneur.* Cette expression est admirable pour représenter l'esclavage très-funeste du pécheur, qui semble s'être vendu au démon, pour lui obéir en toutes choses, et dépendre de sa volonté comme un esclave.

Jézabel tenait lieu à Achab du démon même, lui faisant faire tout le mal qu'elle voulait, comme si ce prince eût été véritablement l'esclave de ses volontés, au lieu qu'il devait,

dem Achab non viderat Eliam, à quo priùs orationem acceperat magis severam et gravem, quàm illius ferre posset sive intolerabilis arrogantia, sive nimis delicata mollities. Quare cùm nunc post longum intervallum redire videt ad ingenium, et non minùs audacter, quàm antea nuntiare horribilia, rogat quidnam in ipso deprehenderit sceleris, propter quod immortales videatur alere inimicitias. Ad quem Elias ait non deesse causas propter quas ipsum odio debeat insectari implacabili, et illam esse instar omnium, quia venumdatus est, ut faceret malum. Quid autem hoc sit, explicandum est. Vendit se alteri, aut sua opera aliquis, ut illa, aut seipsum ad certum aliquod opus, aut laborem conferat, nempe colendum agrum, pascenda pecora, aut fingenda simulacra, aut aliquid aliud certum artificium ; à quo nullo licet modo discedere, et ad rem aliam operam et studium transferre. Quare hic optimè potest appellari venumdatus ad quodlibet horum operum, quæ ex pacto debet. Sic ergo Achab usque adeò se improbitati tradidit, rebusque quibus cum honestate nihil est affine, ut vendidisse videatur, aut locâsse suam operam peccato, ut nihil meditetur aut faciat, nisi quod à peccato manet, aut ad peccatum spectet, aut denique peccatum oleat. Dicitur porrò venum-

comme son mari et comme roi, empêcher ses injustices et s'opposer à ses violences. Aussi le prophète lui reprocha de la part de Dieu qu'il avait tué Naboth, quoique ce ne fût point lui qui eût commandé cet homicide, parce que sa cupidité en avait été la première cause, et que d'ailleurs non-seulement il n'arrêta point Jézabel dans le dessein criminel qu'elle avait formé, mais qu'après même qu'il eut appris que Naboth avait été lapidé, il alla très-promptement se rendre maître de sa vigne, témoignant par là qu'il avait lui-même approuvé sa mort.

C'est donc avec très-grande raison que l'Ecriture nous représente la cupidité comme la source des plus grands crimes, en déclarant qu'elle nous *fait tomber dans le piége du démon et en des désirs très-pernicieux, qui nous précipitent dans l'abîme de la perdition et de la damnation.* Achab d'abord envisage un héritage comme lui étant commode. Il désire de l'avoir. Il le demande, et sur le refus qu'on lui en fait, il s'enflamme de colère; il tombe dans la tristesse de la mort. Il fait ensuite mourir, ou pour le moins il consent qu'on fasse mourir celui qui était le légitime possesseur de cette vigne, et il s'empare de l'héritage de l'innocent et du pauvre. On ne tombe dans *cet abîme de perdition* que par degrés. C'est pourquoi le premier pas qui mène à ce précipice étant redoutable, on ne peut assez veiller pour étouffer dans son cœur jusqu'aux premiers mouvements, dont les suites peuvent être si funestes.

(Sacy.)

datus potiùs quàm locatus, quia ille perpetuo quodam nexu libertatem suam alterius addixit imperio, à quo exsolvi non potest, neque seipsum sibi, ut maximè cupiat, restituere. Qui verò locatus est, non in perpetuum, sed in finitum aliquod tempus, puta in annuum, aut menstruum, sic suam operam alligavit alteri, ut, eo exacto, sui sit juris. Venumdatus igitur dicitur Achab, quia à multis jam annis eò videtur intentus, ut nihil faciat aut meditetur bonum.

Hic porrò dicendi modus, quo is qui assuetus est peccato, appellatur venumdatus, Scripturæ sacræ familiaris est : sicut etiam, quod idem fermè est, peccati vocatur servus. Sic etiam avarus, aut ambitiosus, aut delicatus, et mollis, servire dicuntur avaritiæ, honori, carnis affectibus et similibus. Servus est planè avaritiæ ille qui nullum non adit periculum, ut rem augeat suam : mari se committit et ventis ; atque prædam, si aliter non potuerit, ex flammâ sumit. Hic videri potuit ille dominus cui se Achab jampridem vendidit, qui cùm jussit ut alienam hæreditatem usurparet, obsecutus est statim, neque quiescere potuit, donec ab avaritiâ quod fuerat imperatum, impleret. Quàm dura fuerit servitus quam homines subeunt à vitiis, quibus semel cervicem subdiderunt, repetunt non solùm sacri scriptores, sed etiam profani. De sacris diximus plura, et huic loco maximè accommodata, in nostris Commentariis in Isaiam, ad illud cap. 50, in secundâ expositione : *Quis est creditor meus, cui vendidi vos ?* quæ tu vide. De profanis unum adducam, in quo describitur quàm sit imperium avaritiæ tyrannicum, et illius qui avaritiæ paret, miserabilis atque ærumnosa servitus. De quâ ita Persius Satyr. 5 :

Mane, piger, stertis; surge, inquit avaritia; eia,
Surge. Negas, instat; surge, inquit : non queo ; surge.
Et quid agam? rogitas? en saperdam advehe ponto,
Castoreum, stupas, ebenum, thus, lubrica coa.

Sed credo Achab hoc loco dici Jezabeli venumdatum, cujus imperio non aliter obsequebatur quàm humilis servus nimis severo atque arroganti domino ; illi se vendidit Achab, et dùm illius præceptis repugnare non audet, peregrinam induxit religionem, aras struxit Baali, et quia impia et audacissima femina nihil meditabatur et curabat, nisi quod peccatum pareret, aut peccatum oleret, ideò venumdatus dicitur Achab uxori, ut quasi vile mancipium illi omninò se præberet obsequentem; et quia illa præcipiebat semper, et hortabatur ad malum, venumdatus dicitur à prophetâ, ut faceret malum. Hoc satis colligitur ex hoc c. v. 25 : *Igitur non fuit alter talis, sicut Achab, qui venumdatus est ut faceret malum in conspectu Domini : concitavit enim eum Jezabel uxor sua, et abominabilis factus est.* Hujus imperii uxorii vox illa fuit, quâ Jezabel marito quasi inerti et languido dixit cum irrisione et stomacho, v. 7 : *Grandis auctoritatis es, et benè regis Israel !* Et habuisse annulum signatorium, quo muniret litteras contra Naboth.

Malum in conspectu Domini ideò dicitur factum, aut quia directè contra Dominum, quia Dominum è suo regno Jezabele instigante videtur expulisse, inducto Baale. Ut enim fert quotidiani sermonis frequens usus, in alicujus conspectu, aut coram oculis id fieri dicitur, quod in alicujus domo fit aut possessione. Quo modo peccata quæ fiunt in templo, fieri dicuntur in conspectu Dei. Sic quia in Dei regnum peregrinam religionem induxit Achab, malum videtur admisissse in conspectu Domini. Aut certè in conspectu Domini illud videtur factum, quod fit inverecundè ac publicè, qualia fuerunt quæ commisit Achab. Scriptura enim sacra de Deo loquitur sæpè humano modo, et ad hominum sensum. Ut autem in hominum oculis, aut conspectu illa dicuntur fieri, quæ non in tenebris ac timidè fiunt, sed apertè ac publicè, sic quæ eodem fiunt modo, fieri dicuntur in divino conspectu.

Vers. 21. — Ecce ego inducam super te malum, et demetam posteriora tua, etc. Hæc ad versum 23 explicata sunt à nobis supra cap. 16, v. 3, et cap. 14, v. 10, ubi eadem penè leguntur verba.

Vers. 23. — Canes comedent Jezabel in agro Jezrael. Hic exploremus oportet, quomodò quæ dicta sunt à prophetâ de Jezabele et Achab, videri possint reipsà completa, cùm Jezabel non fuerit canibus lacerata, Achab autem neque cæsus fuerit in Jezraele, neque ibi canes illius sanguinem linxerint. De Jezabele minùs est difficultatis, cùm ceciderit propè agrum in quo fuerat vinea Naboth, et ibi à canibus discerpta, ut habes lib. 4 Reg. cap. 9. Erat autem vinea propè regiam domum; nam ideò illam sibi, ut domui conjungeret, vendicare voluit Achab. Est autem in Scripturâ sacrâ frequens, ut quæ propè aliquem locum fiunt, in eodem loco facta esse dicantur.

De Achab res videtur magis impedita, nam

neque cecidit in Jezrael, neque in eâ canes sanguinem illius linxerunt; sed in Samariâ, ut habemus statim cap. 22, v. 38. Quidam putant non de civitate ipsâ intelligendum esse prophetæ vaticinium, sed de regione illâ in quâ ædificata erat Jezrael. Fieri autem potuit, ut tractus illo, ubi paulò ante aut constructa fuerat, aut amplificata Samaria, diceretur ager Jezrael. Quare licet in Samariâ canes lamberint sanguinem Achab, non id accidit extra terminos et agrum Jezrael. Ita putant Historia Scholastica, Abulensis q. 10, Vatablus et Lyra cap. sequenti. Hebræi affirmant currum Achab lotum fuisse in piscinâ Samariæ, arma verò in agro Jezrael. Putant enim in Jezrael fuisse regium armamentarium, in quod cùm ab armorum præfectis arma forent delata, à sanguine priùs mundari debuerunt; tunc autem contigit, ut cluium ab armis sanguinem lingerent canes. Hujus verò sententiæ illud ab illis fundamentum adducitur, quia ubi à Vulgato redditur, *et habenas laverunt*, Hebraicè est, *et arma laverunt*. Horum explicationem Cajetanus complectitur, quam optimè confutat Abulensis, quia tunc impleta dicitur prophetia, quando detersum sanguinem in piscinâ Samariæ linxerunt canes.

Aliter, fortassè meliùs, dici posset mutatum aliquid de hâc Eliæ denuntiatione minaci propter regis pœnitentiam. Tunc enim Deus mitiùs quàm ante in regem animatus remisit de acerbitate minarum plurimùm; et sicut alia in tempus filii illius distulit infra, v. 29, sic etiam hoc quod de lingendo sanguine in agro Jezrael. Notum est autem ex lib. 4 Regum cap. 9, v. 25, sicut in diebus Joram filii Achab excidit regnum ab illius familiâ, sic etiam canes in agro Naboth sanguinem lambisse Joram. Et ideò hæc cogitatio minùs mihi displicet, quia multa explicat, quæ in hoc vaticinio maximè videntur impedita, ut quod proximè sequitur v. 24 : *Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes; si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli.* At constat cap. sequenti, v. 37, nactum fuisse in Samariâ sepulturæ locum.

Hæc mihi explicatio omnium maximè placet, quam ideò puto esse verissimam, quia nihil violentum habet atque distortum, et expedit aliqua, quæ aliter aut nullos habent, aut certè difficiles explicatus. Sed addam aliam, quæ alicui fortassè non improbabitur, et quam aliis placuisse video, ita ut in sanguine Achab sanguis intelligatur filiorum, quod et usus habet Latinorum, et apud Hebræos sæpè quæ promittuntur parentibus, aut objiciuntur in minis, illa nonnisi in posteris videmus esse completa. Qualia sunt omnia fermè quæ Jacob Gen. cap. 49, et Moysis Deut. cap. 33, prædixerunt duodecim filiis Israel. Quòd autem sanguis pro filiis sumatur, satis tam ex sacrâ quàm ex profanâ litteraturâ constat : ex sacrâ quidem obscuriùs, cùm seminis nomine significantur filii ; ex profanâ frequenter et expressè. Sic sanè Maro lib. 6 Æneid., ubi Anchises cum Julio Cæsare loquitur :

Projice tela manu, sanguis meus.

Et in carmine seculari Horatius Augustum sanguinem appellat Anchisis :

Clarus Anchisæ Venerisque sanguis.

Et apud Silium Jupiter ad Venerem :

Tenet, longumque tenebit
Tarpeias arces sanguis tuus.

Mille alia occurrunt exempla. Sanguis itaque Achab effusus est in agro Jezrael, quia in illo Joram filius illius interfectus est. Hæc explicatio ita probatur, ut tamen multò magis illa mihi probetur, quæ proximè antecessit.

Vers. 24. — Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes, etc. His verbis nihil aliud significari puto, quàm mansurum regium cadaver insepultum. Quod supra iterùm audivimus de Jeroboam cap. 14, v. 11; et cap. 16, v. 4, de Baasa. At videmus in Samariâ honestum Achab sepulcrum habuisse. Quare placet quod paulò antea suspicabar propter pœnitentiam Achab aliquid esse remissum de severitate judicii.

Vers. 25. — Concitavit enim eum Jezabel uxor sua. Hinc constat, aut certè hinc non levis conjectura sumitur, ut probemus, quod paulò ante dicebamus, Achab quasi vile mancipium alligatum fuisse perpetuo nexu uxoris voluntati. Nam cùm proximè diceretur venumdatum esse Achab, ut faceret malum, nunc ratio redditur, quia herili illum imperio Jezabel ad malum quasi reluctantem incitabat.

Vers. 26. — Et abominabilis factus est in tantum, ut sequeretur idola, quæ fecerunt Amorrhæi. Cùm primùm Jezabel à conjuge aut precibus aut vi extorsit, ut præter aureos vitulos, quos à parentùm stupore successor ipse, hæresque stuporis ac impietatis acceperat, alios etiam deos, quos è Sidone in Israeliticos fines invexerat, secum adoraret, facile fuit regem jam corruptum, et novis infectum religionibus, ad vicinarum gentium idola defluere.

Quare non Sidonios solùm coluit deos, hortante aut etiam herili dominatu cogente uxore; sed et Chananæorum, quod hic, sicut aliis sæpè locis, Amorrhæorum nomine significat. Amorrhæi enim suis aliis provinciis nomen communicârunt, aut quia omnium fortissimi, aut quia hi omnium primi ab Israelitis tentati bello atque subacti sunt. Solent enim qui primi occurrunt his qui regionem aliquam explorant, aut ingrediuntur (ut probant regiones, quas ultra Oceanum aperuerunt Hispani) nomen suum toti regioni communicare. Quare dùm Amorrhæorum deos ascivisse dicitur Achab, Chananæorum omnium dicitur idola coluisse.

Vers. 27. — Scidit vestimenta sua, et operuit cilicio carnem suam. Noverat Achab Eliæ minas habuisse pondus et exitum talem, qualem prophetico spiritu ante designâsset, atque ideò experientiâ edoctus verè timuit eventum ab Eliâ prædictum. Quare pœnitentis animi non obscura dedit documenta. In vestimentis, dùm regia conscindit, et induit cilicina, dùm à cibis abstinet, humi cubat, et caput antea regiâ majestate sublime demittit supplex, et Hebræorum fortassè more consperso cinere deformat. De hujusmodi luctu diximus plura lib. 2 Reg. cap. 12, et in Commentariis nostris in Jonam cap. 3, ubi duorum regum legimus exempla quàm simillima : alterum Davidis, alterum regis Ninive, qui Deum sibi offensum afflicto corpore et abjectâ regiâ majestate placârunt.

An vera fuerit Achab, vel tantùm ficta atque simulata pœnitentia, dubitant interpretes et antiqui Patres. Quidam ortam esse dicunt ex timore eorum quæ imminere sibi à prophetâ didicerat, atque ideò imperfectam et indignam veniâ. Ita Lyra, Dionysius, Cajetanus, Hugo. Quæ sententia non displicet Abulensi, licet aliam magis probet. Dicunt autem ejusmodi pœnitentiam, utpote infirmam, et ex affectu quodam servili conceptam, temporariâ aliquâ commoditate muneratam, penè nimirùm dilatione, aut aliquo modo temperato supplicio. Quod ideò factum est, ut illa regis humiliata et abjecta majestas non abiret sine aliquâ compensatione, ut plerique putant. Aut, ut putat Hugo, ut aliis Deus commendaret pœnitentiam, ut qui pœnitentem viderent regem, viderent quoque aliquem ex pœnitentiâ cepisse fructum. « Dominus, inquit, non dimisit « ei pœnam, sed distulit, non propter Achab, sed « propter alios, ut ostenderet quantùm valeat « humilitas pœnitentiæ. » Quod item Gregorius putat homil. 19 super Ezechielem ad finem, ubi cùm historiam retulisset, ait : « In quibus « Domini verbis pensandum est, quomodò ei « in electis suis mœror amaritudinis placeat, « qui amittere timent Deum, si sic ei et re- « probi pœnitentia placuit, quia timebat per- « dere præsens seculum ; aut quomodò ei grata « sit spontanea afflictio pro culpis, in eis qui « placent, si hæc ad tempus placuit, et in eis « qui displicebant. » Ex quibus Gregorii verbis habemus ita gratam Deo esse pœnitentiam, ut ejus etiam vanam imaginem gratis aspiciat oculis, quo modo amicorum absentium intuemur effigiem cum voluptate, etiamsi immenso à nobis distet intervallo. Vana prorsùs est illa pœnitentia, quæ vestimenta conscindit, tundit pectus, conspergit caput cinere, cibos adimit abundantes et molles, adhibet insuaves et parcos, et cor nihilominùs relinquit intactum et integrum, neque exuit antiquam intemperantiam ; non deponit odia et studium vindictæ ; non restituit quæ per vim aut fraudem ablata sunt ; nihil denique mutat interiùs in animo, cùm tamen omnia, aut pleraque mutet, quæ ad externam corporis speciem et habitum pertinent. Testis est hic Achab, in quo pœnitentis apparet spirans quidem, et vivum simulacrum ; simulacrum tamen, in quo neque spiritus esset, neque vita. Quæ enim in eâ pœnitentiâ vita, quæ neque restituit vineam, quam iniquè possidet, neque ablatum honorem illi, qui ipso conscio et non invito, tanquàm blasphemus accusatus et lapidatus est, cùm tamen pro suo munere tam crudele facinus impedire debuisset ; cùm non exemerit è vinculis Michæam, quem paulò ante continebat in carcere, neque simulacra confregerit, quæ ad uxoris vota seu imperium in Israeliticos fines induxerat ? Neque aliquod aliud ediderit signum pœnitentis animi, præter speciem illam externam, quam intuebantur alii, quique non tam studebat obtinere peccati veniam, quàm retinere regnum et evitare mortem, quorum metum durum prophetæ vaticinium incusserat.

Verumtamen magis mihi videtur verisimile veram fuisse pœnitentiam Achab, verè doluisse de culpâ, verè studuisse placare sibi Deum, quem offensum dolebat. Quod ex interpretibus tenet Abulensis quæst. 14, Vatablus, inclinat Historia Scholatica, in hanc sententiam magis propendet Hugo. Ex Patribus apertè docet Chrysostomus, Epist. ad

Theodorum lapsum, et habetur de Pœnitentiâ, dist. 3, ubi cùm dixisset : « Talis est « erga homines pietas Dei : nunquàm spernit « pœnitentiam, si ei sincerè et simplici- « ter offeratur, etiamsi quis ad summum per- « veniat malorum. » Quod statim exemplo confirmat Achab : « Evidentius, inquit, « nobis testimonium dabit etiam rex ille im- « pius, qui cupiditatis quidem suæ prædam « uxoris nequitiâ quæsivit, sed perturbatus « ipsius sceleris immanitate pœnituit, et cili- « cio circumdatus facinus suum flevit, atque ita « erga se Domini misericordiam provocavit, « ut à cunctis eum absolverit peccatis. Sic « enim ait Deus ad Eliam : *Vidisti quomodò « compunctus est Achab à facie meâ ? Quia fle- « vit in conspectu meo, non inducam mala in « diebus ejus.* » His similia dicit, homil. 22 ad populum. Hoc idem Hieronymus, Epist. 30, ad Oceanum, ubi sic de pœnitentiâ Achab : « *O felix pœnitentia, quæ ad se Dei traxit ocu- « los : quâ furentem Dei sententiam confesso er- « rore mutavit!* » Hæc ferè iterat Epist. 46, ad Rusticum. Ambrosius lib. de Nabuthe cap. 17, mutatum dixit animum Achab per pœnitentiam, sed relapsum postea uxoris blanditiis. « Considera, inquit, quia Jezabel « habuit uxorem, cujus ducebatur arbitrio, « quæ evertit cor ejus, et nimis sacrilegiis « execrabilem fecit, et hunc ejus pœnitentiæ « revocavit affectum. » Nota postrema Ambrosii verba. Tertullianus lib. 4 adversùs Marcionem cap. 10, cùm de virtute ageret pœnitentiæ, pœnitentiam Achab cum Davidis et Ninivitarum pœnitentiâ conjunxit. « Lego et « Nathan prophetam agnoscenti David de- « lictum suum in Uriam dixisse : *Et Dominus « circumduxit delictum tuum, et non morieris.* « Proinde et Achab regem maritum Jezabel « reum idololatriæ et sanguinis Nabuthe, ve- « niam meruisse homicidii, et sanguinis pœ- « nitentiæ nomine. »

Neque argumenta contra hanc cogitationem superiùs allata admodùm premunt : fieri enim potuit, ut tunc verè pœnitentiâ compungeretur Achab, cui Dominus fuerit veniam largitus. Deinde verò ad ingenium vomitumque redierit, quia, ut dixit Theodoretus q. 60, homo erat levissimus, quique vel à suo, vel ab alieno judicio facilè mutabili in hanc atque in illam sententiam versaretur. Eamdem rationem adduxit supra Ambrosius, cùm dixit eversum fuisse illius affectum à Jezabele, cujus ducebatur arbitrio. Neque facilè potuit jugum excutere quod uxor imposuerat, aut libertatem redimere, quam ante vendiderat. Quare cùm paratum haberet animum eo tempore, cùm sordidatus et demissus incederet, ad restituendam vineam, honoremque sublatum innocenti Naboth, ad eximendum è vinculis prophetam, ad confringenda idola, ac tandem illa accuratè præstanda, quæ ab eo exigeret pœnitentiæ ratio, non tamen, ut facere meditabatur, præstitit, quia ex transverso statim incurrit Jezabel, cujus operâ fuerat erepta vinea, et idolorum introducta religio, quæ quòd ipsa construxerat in ipso exordio, ab aliis dissolvi et aboleri noluit.

VERS. 29. — NONNE VIDISTI HUMILIATUM ACHAB CORAM ME ? QUIA IGITUR HUMILIATUS EST MEI CAUSA, NON INDUCAM MALUM. Ex his verbis communiter Patres argumentum sumunt, ut dicant veram fuisse pœnitentiam Achab, neque aliter Deus dixisset humiliatum esse regem coram se. Quomodò enim coram Deo pœnitens, cujus est impœnitens animus, quem unum intuetur Deus ? aut quomodò Dei causâ humiliatus ille, qui propter Deum non dolet, aut qui Deum non vult verâ pœnitentiâ placare ? Paulò aliter legit Hieronymus Epist. 46 ad Rusticum : *Quoniam reveritus est Achab faciem meam.* Quæ verba pœnitentiam indicant non simulatam.

Non inducam malum in diebus ejus. Hic fuit pœnitentiæ fructus, ut grave illud malum, quod proximè annuntiârat propheta, ad filii tempus differretur, et aliquid, ut ante diximus, remitteretur de minaci vaticinio. Quare non necesse erit investigare anxiè quomodò quæ rex in suum caput audivit ab Eliâ, ad unum fuerint exactè completa, cùm ex illis aliqua detraxerit Deus, aliqua in illius filii tempora distulerit.

CAPUT XXII.

1. Transierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam et Israel.

2. In anno autem tertio, descendit Josaphat rex Juda ad regem Israel.

3. Dixitque rex Israel ad servos suos : Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad,

CHAPITRE XXII.

1. Après cela trois ans se passèrent sans qu'il y eût guerre entre la Syrie et Israël.

2. Mais en la troisième année, Josaphat, roi de Juda, descendit vers le roi d'Israël ;

3. Car le roi d'Israël avait dit à ses serviteurs : Ignorez-vous que la ville de Ramoth

et negligimus tollere eam de manu regis Syriæ?

4. Et ait ad Josaphat: Veniesne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad?

5. Dixitque Josaphat ad regem Israel: Sicut ego sum, ita et tu; populus meus et populus tuus unum sunt; et equites mei, equites tui. Dixitque Josaphat ad regem Israel: Quære, oro te, hodiè sermonem Domini.

6. Congregavit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, et ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt: Ascende, et dabit eam Dominus in manu regis.

7. Dixit autem Josaphat: Non est hìc propheta Domini quispiam, ut interrogemus per eum?

8. Et ait rex Israel ad Josaphat: Remansit vir unus per quem possumus interrogare Dominum (sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum), Michæas filius Jemla. Cui Josaphat ait: Ne loquaris ita, rex.

9. Vocavit ergo rex Israel eunuchum quemdam, et dixit ei: Festina adducere Michæam filium Jemla.

10. Rex autem Israel et Josaphat rex Juda sedebant unusquisque in solio suo, vestiti cultu regio, in areâ, juxta ostium portæ Samariæ; et universi prophetæ prophetabant in conspectu eorum.

11. Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, et ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam donec deleas eam.

12. Omnesque prophetæ similiter prophetabant, dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, et vade prosperè, et tradet Dominus in manus regis.

13. Nuntius verò qui ierat ut vocaret Michæam, locutus est ad eum, dicens: Ecce sermones prophetarum ore uno regi bona prædicant: sit ergo sermo tuus similis eorum, et loquere bona.

14. Cui Michæas ait: Vivit Dominus! quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.

en Galaad est à nous et que nous négligeons de l'enlever des mains du roi de Syrie?

4. Et le roi d'Israël dit à Josaphat: Viendrez-vous avec moi à la guerre, pour prendre Ramoth en Galaad?

5. Josaphat répondit au roi d'Israël: Vous pouvez disposer de moi comme de vous-même; mon peuple et votre peuple ne sont qu'un seul *peuple*, et ma cavalerie est votre cavalerie. Et il ajouta, en parlant au *même* roi d'Israël: Consultez aujourd'hui, je vous prie, la parole du Seigneur.

6. Le roi d'Israël assembla donc ses prophètes, qui se trouvèrent environ quatre cents, et il leur dit: Dois-je aller à la guerre, pour prendre Ramoth en Galaad, ou me tenir en paix? Ils lui répondirent: Allez, et le Seigneur livrera la ville entre les mains du roi.

7. Josaphat lui dit; N'y a-t-il point ici quelque prophète du Seigneur, afin que par lui nous consultions le Seigneur.

8. Le roi d'Israël répondit à Josaphat: Il est demeuré un homme par qui nous pouvons consulter le Seigneur; mais je hais cet homme-là, parce qu'il ne me prophétise jamais rien de bon, et qu'il ne me prédit que du mal. *C'est* Michée, fils de Jemla. Josaphat lui répondit: O roi, ne parlez pas ainsi.

9. Le roi d'Israël ayant appelé un eunuque, lui dit: Faites venir promptement Michée, fils de Jemla.

10. Le roi d'Israël et Josaphat, roi de Juda, étaient dans la cour, près la porte de Samarie, assis chacun sur leur trône, avec des habits d'une magnificence royale; et tous les prophètes *des hauts lieux* prophétisaient devant eux.

11. Sédécias, fils de Chanaana, s'était fait faire aussi des cornes de fer, et il dit: Voici ce que dit le Seigneur: Vous battrez avec ces cornes et vous agiterez la Syrie jusqu'à ce que vous l'ayez toute détruite.

12. Tous les prophètes prophétisaient de même, et disaient: Allez contre Ramoth en Galaad, et marchez heureusement, et le Seigneur *la* livrera entre les mains du roi.

13. Celui qu'on avait envoyé pour faire venir Michée, lui dit: Voilà tous les prophètes qui dans leurs réponses prédisent tout d'une voix un bon succès au roi; que vos paroles soient donc semblables aux leurs, et que votre prédiction soit favorable.

14. Michée lui répondit: Vive le Seigneur! je ne dirai que ce que le Seigneur m'aura dit.

15. Venit itaque ad regem, et ait illi rex : Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad prœliandum, an cessare? Cui ille respondit : Ascende, et vade prosperè, et tradet eam Dominus in manus regis.

16. Dixit autem rex ad eum : Iterùm atque iterùm adjuro te ut non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini.

17. Et ille ait : Vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oves non habentes pastorem; et ait Dominus : Non habent isti dominum, revertatur unusquisque in domum suam in pace.

18. Dixit ergo rex Israel ad Josaphat : Numquid non dixi tibi quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?

19. Ille verò addens, ait : Propterea audi sermonem Domini : Vidi Dominum sedentem super solium suum, et omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris et à sinistris.

20. Et ait Dominus : Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat et cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba hujuscemodi, et alius aliter.

21. Egressus est autem spiritus, et stetit coram Domino, et ait : Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus : In quo?

22. Et ille ait : Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Et dixit Dominus : Decipies, et prævalebis; egredere, et fac ita.

23. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt, et Dominus locutus est contra te malum.

24. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, et percussit Michæam in maxillam, et dixit : Mene ergo dimisit Spiritus Domini, et locutus est tibi?

25. Et ait Michæas : Visurus es in die illà, quando ingredieris cubiculum intra cubiculum ut abscondaris.

26. Et ait rex Israel : Tollite Michæam, et maneat apud Amon, principem civitatis, et apud Joas filium Amelech.

27. Et dicite eis : Hæc dicit rex : Mittite virum istum in carcerem, et susten-

15. Michée se présenta donc devant le roi ; et le roi lui dit : Michée, devons-nous aller à la guerre, pour prendre Ramoth en Galaad, ou y renoncer? Michée lui répondit : Allez, vous serez heureux, et le Seigneur la livrera entre les mains du roi.

16. Le roi ajouta : Je vous conjure au nom du Seigneur de ne me parler que selon la vérité.

17. Michée lui dit : *Voici ce que je vous dirai selon la vérité :* J'ai vu tout Israël dispersé dans les montagnes comme des brebis qui n'ont point de pasteur; et le Seigneur a dit : Ils n'ont point de chef, que chacun *donc* retourne en paix dans sa maison.

18. Aussitôt le roi d'Israël dit à Josaphat : Ne vous avais-je pas bien dit que cet homme ne me prophétise jamais rien de bon, mais qu'il me prédit toujours du mal?

19. Et Michée ajouta : Ecoutez la parole du Seigneur : J'ai vu le Seigneur assis sur son trône, et toute l'armée du ciel autour de lui, à droite et à gauche ;

20. Et le Seigneur a dit : Qui séduira Achab, roi d'Israël, afin qu'il marche contre Ramoth en Galaad et qu'il y périsse? Et l'un dit une chose, et l'autre une autre.

21. Mais l'esprit *malin* s'avança et, se présentant devant le Seigneur, il lui dit : C'est moi qui séduirai Achab. Le Seigneur lui dit : Et comment?

22. Il répondit : J'irai, et je serai un esprit menteur dans la bouche de tous ses prophètes. Le Seigneur lui dit : Vous le séduirez, et vous prévaudrez; allez, et faites comme vous le dites.

23. Maintenant donc le Seigneur a mis un esprit de mensonge en la bouche de tous vos prophètes qui sont ici, et le Seigneur a prononcé votre arrêt de condamnation.

24. En même temps Sédécias, fils de Chanaana, s'approcha de Michée, et lui donna un soufflet, et lui dit : L'esprit du Seigneur m'a-t-il donc quitté, et n'a-t-il parlé qu'à vous?

25. Michée lui dit : Vous le verrez au jour où vous passerez dans le cabinet de votre chambre pour vous cacher.

26. Alors le roi d'Israël dit : Prenez Michée, qu'on le mène chez Amon, gouverneur de la ville, et chez Joas, fils d'Amélech.

27. Et dites-leur : Voici ce que le roi a ordonné : Renfermez cet homme dans la prison; et qu'on le nourrisse d'un pain de douleur et d'une eau d'affliction, jusqu'à ce que je revienne en paix.

tate eum pane tribulationis et aquâ angustiæ donec revertar in pace.

28. Dixitque Michæas : Si reversus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Et ait : Audite, populi omnes.

29. Ascendit itaque rex Israel et Josaphat rex Juda in Ramoth Galaad.

30. Dixit itaque rex Israel ad Josaphat : Sume arma, et ingredere prælium, et induere vestibus tuis. Porrò rex Israel mutavit habitum suum, et ingressus est bellum.

31. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens : Non pugnabitis contra minorem et majorem quempiam, nisi contra regem Israel solum.

32. Cùm ergo vidissent principes curruum Josaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israel, et impetu facto pugnabant contra eum. Et exclamavit Josaphat.

33. Intellexeruntque principes curruum quòd non esset rex Israel, et cessaverunt ab eo.

34. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, et casu percussit regem Israel inter pulmonem et stomachum ; at ille dixit aurigæ suo : Verte manum tuam, et ejice me de exercitu, quia graviter vulneratus sum.

35. Commissum est ergo prælium in die illâ ; et rex Israel stabat in curru suo contra Syros, et mortuus est vesperè. Fluebat autem sanguis plagæ in sinum currûs.

36. Et præco insonuit in universo exercitu antequàm sol occumberet, dicens : Unusquisque revertatur in civitatem et in terram suam.

37. Mortuus est autem rex, et perlatus est in Samariam ; sepelieruntque regem in Samariâ,

38. Et laverunt currum in piscinâ Samariæ, et linxerunt canes sanguinem ejus, et habenas laverunt, juxta verbum Domini quod locutus fuerat.

39. Reliqua autem sermonum Achab, et universa quæ fecit, et domus eburnea quam ædificavit, cunctarumque urbium quas exstruxit, nonne hæc scripta sunt in

28. Michée lui dit : Si vous revenez en paix, le Seigneur n'a point parlé par moi. Et il ajouta : Peuples, tous tant que vous êtes, soyez-en témoins.

29. Le roi d'Israël et Josaphat, roi de Juda, marchèrent donc contre Ramoth en Galaad.

30. Cependant le roi d'Israël, *qui savait que Bénadad en voulait particulièrement à sa personne,* dit à Josaphat : Prenez vos armes, et combattez avec vos habits *royaux.* Mais le roi d'Israël se déguisa avant de donner la bataille.

31. Or le roi de Syrie avait donné cet ordre aux trente-deux capitaines de ses chariots : Ne combattez contre qui que ce soit, ni petit ni grand ; n'attaquez que le seul roi d'Israël.

32. Les capitaines des chariots, ayant donc vu Josaphat, s'imaginèrent que c'était le roi d'Israël, et, étant venus fondre sur lui, ils le combattaient. Alors Josaphat jeta un grand cri *vers le Seigneur.*

33. Et les capitaines des chariots reconnurent que ce n'était pas le roi d'Israël, et ne le pressèrent pas davantage.

34. Il arriva cependant qu'un homme, ayant tendu son arc, tira une flèche au hasard ; et elle vint percer le roi d'Israël entre le poumon et l'estomac. Il dit aussitôt à son cocher : Tourne ta main, et retire-moi de la mêlée, parce que je suis dangereusement blessé.

35. Le combat *n'en* dura *pas moins* tout le *reste du* jour ; et le roi d'Israël, *tout blessé qu'il était,* demeura dans son chariot, en face des Syriens. Or le sang coulait de sa blessure sur tout son chariot ; et il mourut le soir,

36. Et avant que le soleil fût couché un héraut sonna de la trompette dans toute l'armée, et dit : *Le roi est mort,* que chacun s'en retourne dans sa ville et dans son pays.

37. Le roi étant donc mort fut porté à Samarie, où il fut enseveli.

38. On lava son chariot et les rênes dans la piscine de Samarie ; et les chiens léchèrent son sang, selon la parole que le Seigneur avait prononcée.

39. Le reste des actions d'Achab, et tout ce qu'il fit, la maison *enrichie* d'ivoire qu'il fit faire, et toutes les villes qu'il fit bâtir, sont écrites au livre des Annales des rois d'Israël.

libro Sermonum dierum Regum Israel?

40. Dormivit ergo Achab cum patribus suis, et regnavit Ochozias filius ejus pro eo.

41. Josaphat verò filius Asa regnare cœperat super Judam anno quarto Achab regis Israel.

42. Triginta quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, et viginti quinque annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Azuba filia Salai.

43. Et ambulavit in omni viâ Asa patris sui, et non declinavit ex eâ, fecitque quod rectum erat in conspectu Domini.

44. Verumtamen excelsa non abstulit, adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis.

45. Pacemque habuit Josaphat cum rege Israel.

46. Reliqua autem verborum Josaphat, et opera ejus quæ gessit, et prælia, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

47. Sed et reliquias effeminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris ejus, abstulit de terrâ.

48. Nec erat tunc rex constitutus in Edom.

49. Rex verò Josaphat fecerat classes in mari quæ navigarent in Ophir propter aurum; et ire non potuerunt, quia confractæ sunt in Asiongaber.

50. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Josaphat: Vadant servi mei cum servis tuis in navibus. Et noluit Josaphat.

51. Dormivitque Josaphat cum patribus suis, et sepultus est cum eis in Civitate David patris sui. Regnavitque Joram filius ejus pro eo.

52. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samariâ, anno septimo decimo Josaphat regis Juda, regnavitque super Israel duobus annis.

53. Et fecit malum in conspectu Domini, et ambulavit in viâ patris sui et matris suæ, et in viâ Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

54. Servivit quoque Baal et adoravit eum, et irritavit Dominum Deum Israel juxta omnia quæ fecerat pater ejus.

40. Achab s'endormit donc avec ses pères. Et Ochozias, son fils, régna en sa place.

41. Josaphat, fils d'Asa, avait commencé de régner sur Juda la quatrième année d'Achab, roi d'Israël.

42. Il avait trente-cinq ans lorsqu'il commença de régner, et il régna vingt-cinq ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Azuba, fille de Salaï.

43. Il marcha dans toutes les voies d'Asa, son père, sans s'en écarter, et il fit ce qui était droit et juste devant le Seigneur.

44. Néanmoins il ne détruisit pas les hauts lieux; car le peuple y sacrifiait encore, et y brûlait de l'encens *au Seigneur*.

45. Josaphat eut la paix avec le roi d'Israël.

46. Le reste des actions de Josaphat, tout ce qu'il fit, tous ses combats, sont écrits au livre des Annales des rois de Juda.

47. Il extermina aussi de la terre le reste des efféminés qui étaient demeurés pendant le règne d'Asa, son père.

48. Et il n'y avait point alors de roi établi dans Edom.

49. Or le roi Josaphat, *se trouvant maître d'Elath et d'Asiongaber sur le golfe Elanitique*, avait fait faire une flotte *pour la mettre* en mer, afin qu'elle fît voile en Ophir pour *en apporter* de l'or; mais ses vaisseaux ne purent y aller, parce qu'ils se brisèrent à Asiongaber.

50. Alors Ochozias, fils d'Achab, dit à Josaphat: Que mes serviteurs aillent en mer avec les vôtres. Mais Josaphat ne voulut pas.

51. Josaphat s'endormit avec ses pères, et fut enseveli avec eux dans la ville de David, son père. Et Joram, son fils, régna en sa place.

52. Ochozias, fils d'Achab, avait commencé de régner sur Israël dans Samarie la dix-septième année de Josaphat, roi de Juda, et il régna deux ans sur Israël.

53. Il fit le mal devant le Seigneur; il marcha dans la voie de son père et de sa mère, et dans la voie de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

54. Il servit aussi Baal, et l'adora; et il irrita le Seigneur Dieu d'Israël selon tout ce que son père avait fait.

COMMENTARIUM.

Vers. 1 — Transierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam et Israel. Ex quo superatus secundò fuit Benadab, nullum per tres annos movit bellum in Israël, neque fortassè moveret, aut pacti memor cum Israele percussi, aut quia attenuatas imperii vires nondùm ad tanti belli molem confirmârat; donec Achab superiorum bellorum eventu insolentiùs inflatus, recuperare voluit Ramoth Galaad, quam Syri quondam ab Israelitarum regibus abstulerant. Hæc itaque fuit præsens belli causa, in cujus cogitationem ideò venisse videtur rex Israel, quia eo anno officii ac benevolentiæ gratiâ ad illum invisendum profectus fuerat Josaphat rex Juda, qui cum Achab et Jezabele infaustis planè auspiciis amicitiam affinitatemque contraxerat, ut habes lib. 2 Paralip. c. 18. In cujus adventu, ut suâm in amicum fidem, et aliis suam majestatem ostenderet, lauto regem et populum, qui illum comitatus fuerat, excepit convivio, arietibus, bobusque plurimis in eorum epulum occisis. Vide lib. 2 Paralip. nuper citatum caput, ubi idem, et eodem penè modo tractatur argumentum. (1)

Vers. 4. — Et ait ad Josaphat: Veniesne mecum ad prælianduin? Affinitatem, ut diximus, contraxerat Josaphat cum Achab, quia Joram ipsius filius uxorem duxerat Athaliam filiam Achab: et ita sicut genus connubio, sic etiam res suas quodam modo, rationesque conjunxerat. Quare audacter Achab petit à Josaphat, ut secum ad repetendam Ramoth Galaad proficiscatur, sibique, quando certamen futurum erat cum hoste fortissimo, auxilium præbeat. Quod prolixè promisit Josaphat, quia ex quo duæ illæ familiæ connubiali nexu copulatæ sunt, et reliqua facta communia, communes quoque esse debent equites et currus, et reliqui bellorum apparatus. Dixit tamen optare, ut nihil tentaretur novum inconsulto Domino: quod licet facere non solerent reges Israel, ex quo decem tribus à duabus aliis dissectæ sunt, faciebant tamen, et ante discessionem reges alii, et post illam, qui duabus aliis præfuerunt.

Vers. 6.—Congregavitque rex Israel prophetas quadringentos (1). Hi prophetæ non erant veri, quos Spiritus afflaret divinus, sed falsi, quos instigabat dæmon, et Baalis nefariæ religioni præfecerat. Quod facilè cognovit Josaphat, tum ex habitu externo, in quo distin-

(1) Vers. 2. — Descendit Josaphat rex Juda ad regem Israel. Inter Josaphatum et Achabum res erant compositæ, quorum regum alter filiam Achabi duxisse creditur. Legimus in Paralipomenis, ut venit Samariam Josaphat, regio apparatu exceptum fuisse. Amicitiam hanc inter duos principes non probavit Deus, et quidem mira erat et insueta inter regem adeò pium, qualis Josaphat, et impium adeò principem, qualis Achabus fuit. Brevi intelligemus, cui discrimini princeps religiosus expositus fuerit pro Achabo; alibi verò audiemus, quàm acriter amicitiam hanc Deus per prophetam suum Josaphato exprobraverit. (Calmet.)

Vers. 13. — Ignoratis, quod nostra sit Ramoth Galaad? Jacebat ad fontes Jaser, et in mediâ fermè longitudine montium Galaad, è meridie ad septentrionem. Juris erat regum Israelis, eamque rapuerant Syri præcedentibus regibus, et Achabo restituere detrectabant; sive quòd non recenseretur inter urbes à Benadado rege Syriæ usurpatas, quas tantùm restituendas Benadad filius ejus spoponderat; sive quòd alia esset retinendæ illius causa, in Scripturâ non expressa. (Calmet.)

(1) Non Dei, sed Baal sive dæmonis, ideòque pseudoprophetas, idololatras et hæreticos. Hinc Lucifer Calarit., lib. 1 de Apostat. regibus, notat principes hæreticos suis adhærere pseudoprophetis, id est, prædicantibus hæreticis, ac veros Dei prophetas despicere, imò persequi et occidere, uti fecêre Constantius, Valens, Julianus et alii, qui proinde à suis Arianis seducti miserè perierunt. (Corn. à Lap.)

Le roi d'Israël assembla donc ses prophètes, qui se trouvèrent environ quatre cents, et il leur dit: Dois-je aller à la guerre pour prendre Ramoth de Galaad? Achab est ici la figure de beaucoup de faux Chrétiens, qui feignent de consulter Dieu, et de rechercher à connaître sa volonté, lorsqu'ils ne veulent effectivement que suivre leurs propres désirs. Ce prince a déjà formé le dessein d'aller combattre le roi de Syrie, et lorsqu'on le presse de consulter le Seigneur sur cette guerre, il ne s'adresse qu'à ceux-là seuls qu'il sait être assez complaisants pour ne lui rien dire que d'agréable. Il témoigne de l'aversion des autres, qui avaient accoutumé de lui parler conformément à la vérité. L'application en est très-aisée à faire, et l'on ne voit tous les jours sous le règne de Jésus-Christ que trop de ces hypocrites qui feignent de vouloir suivre les saintes maximes de son Évangile, mais qui haïssent les vrais pasteurs qui les leur déclarent de sa part, et n'écoutent que ceux qui les trompent.

Quatre cents prophètes étaient appliqués à flatter Achab, et à le surprendre, lorsqu'un seul Michée lui disait la vérité. Et l'on peut dire de ce prince qu'il était dans la même disposition à l'égard de ce prophète du Seigneur, où les Juifs furent depuis à l'égard de Jésus-Christ, lorsqu'il leur demandait à eux-mêmes, *pourquoi ils ne voulaient point le croire, puisqu'il leur disait la vérité.* Sur quoi un grand saint leur met dans la bouche cette réponse très-sincère, qui fut aussi celle qu'Achab fit secrètement et dans son cœur à Michée: Nous refusons de vous croire pour cette même raison que vous nous dites la vérité, *quia veritatem dicis nobis.* (Sacy.)

guebantur à veris, tum ex ipso sermone, modoque prophetandi, qualem in suis prophetis nunquam audierat. Quod cùm rex pius animadvertisset, consulendum censuit prophetam aliquem Domini, cùm alios omnes nugatores esse sciret, et illorum sermones non solùm à bono spiritu, sed à sanâ mente vacuos. Cajetanus dicit falsos esse prophetas, qui à vero Deo afflatos se esse dicebant, non Baalis; sed prior sententia communior est, et verior.

Hinc disce quanta fuerit Achab inconstantia et levitas, quanta in illum Jezabelis potestas et imperium. Quis cùm nuper vidisset illum Eliæ vaticinio tantoperè concussum, discidisse vestes, assumpsisse saccum, et tot exhibuisse pœnitentis animi tamque illustria documenta, non putaret nunquàm rediturum ad ingenium et ad illa quæ tam videbatur ex animo damnâsse? Sed, ut vides, prophetas consulit Baalis, quos excitârat, opinor, Jezabel, et sicut alios, de quibus supra, cap. 18, v. 19, regius sumptus alebat, et ab his sciscitatus est de bellorum exitu responsum, quasi neque errare possent in edendis oraculis, et illorum verbis pondus inisset divinæ fidei. Omnes hi eodem animo, et eodem instigante spiritu, fallaci videlicet, cùm ad regium palatum attemperarent oraculum, responderunt eventum successurum ex votis; quare urgeret profectionem, et omnia speraret eventura feliciter.

Vers. 7. — Non est hic propheta Domini. Nihil in his prophetis sacrum suspicabatur rex Juda, et illorum responsum futile putabat et dolosum; quare hortatur Achab, ut si quem apud se prophetam haberet Dei, ab illo potiùs disceret quid opus esset facto. Cui respondit rex unum esse apud se Michæam filium Jemla, illum tamen esse suis rationibus parùm opportunum, cùm semper vaticinetur adversa, propter quod neque sibi unquàm placuisse, neque ex usu fore suo, atque communi cum illo de re tantâ deliberare, aut illius expectare sententiam. Cùm tamen urgeret, Michæas adscitus fuit per eunuchum, id est, atriensem famulum, ex carcere nempe, in quem supra, cap. 20, ad finem, conjectum esse putabamus. Eunuchi porrò illi dicuntur, qui in aulâ morantur principum, illisque adstant ad aulicas curas, et ad exercendum familiare mandatum. Erant quidem olim emasculati, qui gynæceis præerant, aut quibus credita erat feminarum custodia, aut illis quoquo modo servilem operam navarent, quia ab illo evirato hominum genere tutus videbatur feminarum pudor. Unde factum est, ut nomen illud honestum, quod significat conclavis, thalamique custodes, ad exectos mares magnâ ex parte contractum sit, cùm tamen in illos propriè conveniat, qui principibus assidui sunt, et cum illis agunt familiariter. Talis erat iste per quem rex Michæam accersivit è vinculis. (1)

Vers. 10. — Rex autem Israel, et Josaphat rex Juda sedebant unusquisque in solio suo vestiti cultu regio. In cultu regio vestes significantur splendidæ et lautæ, quæ longè absunt à vulgari cultu. Sed opinor aliquid hìc significari ampliùs, nempe illud regium insigne, quo qui summum obtinent in republicâ locum, à reliquâ multitudine distinguuntur. De variis regum insignibus et ornamentis vide Alexandrum lib. 1 Genial. cap. 28, ubi hâc de re plurima. Quæ verò regum Israelis et Juda fuerint tantæ dignitatis insignia, conjectura sumi potest ex Ezechielis cap. 21, v. 26, ubi his verbis propheta regem Juda è regum majestate deturbat : *Aufer cidarim, tolle coronam.* Et Actor. cap. 12, v. 21, regiam majestatem Herodes ostendisse videtur, cùm de illo sic scribitur : *Statuto autem die, Herodes vestitus veste regiâ sedit pro tribunali.* Qualis porrò vestis illa fuerit, docet Josephus, lib. 19 Antiquit. cap. 7 : « Processit, inquit, Herodes in theatrum amictus veste totâ ex argento mirabili « opere contextâ, quæ radiis orientis solis « perculsa, et divinum quemdam splendorem « emittens, venerationem cum horrore excu- « tiebat spectantibus. » Vestem regum esse purpuream, indicat illud Cant. c. 7 : *Comæ tuæ sicut purpura regum.* Et cùm sæpè audiamus in Scripturâ vestes *Phrygias, varias, opus plumarium*, etc., verisimile est aliquod horum ornamentum habuisse regium cultum, quem tunc duo illi reges in populi conspectu ad

(1) Vers. 9. — Vocavit eunuchum. Hebræa vox verum eunuchum exprimit; quo posito, servum hunc alienigenum fuisse quemdam à rege Achabo sibi vel uxoribus suis emptum, constituamus oportebit. Hæc tamen vox in Hebræo, quemadmodùm et in vernaculo cæterarum gentium sermone, usurpatur sæpè pro famulo, domestico, mancipio, qui in aulâ principis servitium exhibet.

Michæas filius Jemla. Unicus erat inter prophetas Dei qui Samariæ substiterit. Elias et Eliseus secesserant in solitudines et loca remota cum suis. Hunc ipsum prophetam exprobrâsse Achabo præposteram erga regem Syriæ indulgentiam, eâque de causâ in carcerem detrusum, hâc demùm occasione solutum fuisse, censet Josephus cum aliis nonnullis. Porrò longè alius erat à Michæâ, cujus scripta recensentur inter duodecim prophetas.

regiæ majestatis ostentationem produxerunt.

Vers. 11. — Fecit sibi quoque Sedecias filius Chanaana cornua ferrea. Usitatum fuit prophetis non solùm verbis, sed etiam hieroglyphicis quibusdam signis futuros rerum eventus portendere, ut fecit Jeremias, Isaias; Ezechiel, quâ de re supra plura cap. 21, v. 35. Imitatus igitur hìc Sedecias qui princeps videtur esse illorum prophetarum, finxit sibi cornua ferrea, quibus significavit duorum regum in expugnandâ Syriâ eam futuram esse potentiam, ut nihil sit in latissimâ illâ provinciâ, quod ad Israelis juga non cogatur. Porrò cornua significare potentiam, diximus in nostris Commentariis in Zachariam ad illud cap. 1 : *Et ecce quatuor cornua,* quibus etiam quædam regna dicuntur ventilata. Est autem metaphora sumpta ab illis animalibus quæ instructa cornibus aliis terrori sunt, qualis est taurus, rhinoceros, qui obvios quosque sternunt et conficiunt. Et dùm cornua profert ferrea Sedecias, cum rhinocerote et tauro videtur conferre reges Israel. Et continuatâ metaphorâ ventilanda ab his regibus dicuntur regna, quia etiam taurus et rhinoceros ventilare dicuntur cornibus pondus, quod cornutis appetunt frontibus. Sic Zacharias : *Hæc sunt cornua, quæ ventilaverunt Juda et Israel.*

Vers. 15. — Ascende, et vade prosperè, et tradet eam Dominus in manus regis. Hìc in Michæâ errorem quidam esse putant aut fraudem, quia ignorâsse existimant quisnam exitus in eâ profectione expectaret regem, aut cùm sciret illum voluisse decipere. Cajetanus sentit, cùm Michæas adductus est ad regem, nondùm accepisse divinum responsum, atque ideò sensisse cum aliis, suo videlicet sensu, et felicem prædixisse rerum eventum. Deinde verò cùm adjuratus est à rege, illustratum fuisse à Deo, et verum pronuntiâsse ac propheticum oraculum. Abulensis, q. 9, non videtur hanc Cajetani sententiam improbare. Theodoretus, q. 65, putat voluisse Michæam suspicionem illam à se depellere, propter quam odiosus erat regi, quasi omnia optaret regi adversa, et ideò illi inauspicata prædiceret. Quare priùs suum in regem animum benevolum ostendit, et quod alii fecerunt, ex Syriaco bello omnia fore fortunata respondit. At quando adjuratus est, et coactus à rege, quasi invitus omnia illa dixit inauspicata et dura, quæ à divinâ illustratione didicerat.

Lyra hoc loco nihil putat affirmâsse prophetam, sed optâsse; quare hunc opinatur esse sensum : Utinam ire posses, et subactis hostibus tui voti compos in patriam redire ! Quæ explicatio neque Abulensi displicet, et probant Dionysius et Historia Scholastica, atque Dionysius addit hanc responsionem esse ambiguam, quæ in varios sensus trahi potest, et quocumque interpreteris modo, verum habet sensum. Qualia fuerunt plurima Apollinis oracula, quæ obscurâ quâdam amphibolià decipiebant potiùs quàm docebant interrogantes. Qualia fuisse Apollinis tradit Cicero lib. 2 de Divinatione, ubi tradit Chrysippum illius oraculis integrum volumen implevisse, partim falsis, partim casu veris, partim flexiloquis et obscuris, partim ambiguis, ubi adducit responsum illud redditum Cræso :

Cræsus Halim penetrans magnam pervertet opum vim.

Qui verborum ambiguitate delusus trajecit Halim, et cùm hostium vim sese putaret perversurum, pervertit suam. Et illud responsum redditum Pyrrho, quod scripsit Ennius :

Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.

Hanc tamen sententiam optimè confutat Abulensis, quia si prophetæ verba cum regis interrogatione conjungas, nihil in responsione apparet ambiguum. Licet enim illud, *In manus regis,* tam posset in Achab quàm in Benadad convenire, quia uterque rex erat, at illud, *tradet,* ad Syriæ regem aptari non poterat, quia in illius tunc erat potestate.

Mihi placet quod visum est plerisque, eo loco prophetam locutum esse ironicè primùm, deinde propriè; quare si figuram tollas, idem est sensus utriusque loci. Est autem ironia in Scripturâ sacrâ non infrequens. Genes. 3, v. 22 : *Ecce Adam quasi unus ex nobis.* Et supra cap. 18, v. 27 : *Clamate voce majori,* dicebat Elias insultans sacerdotibus Baal. Eccles. 11, vers. 9 : *Lætare ergo, juvenis, in adolescentiâ tuâ.* Thren. cap. 4, vers. 29 : *Gaude et lætare, filia Edom.* Quæ verba contraria omninò suadent quàm propriè sonant. Sic ergo puto desuasisse potiùs prophetam profectionem in Ramoth Galaad, quàm sensisse cum aliis falsis prophetis, et ad inauspicatum illud bellum impulisse. Ita in hanc expositionem magis inclinant Abulensis, Dionysius; tenent apertè Serarius, Mariana, Vatablus, neque hìc video aliquid esse distortum, aut inveniri illa incommoda, à quibus explicationes aliæ expediri non possunt.

VERS. 16. — ITERUM ATQUE ITERUM ADJURO TE, UT NON LOQUARIS MIHI, NISI QUOD VERUM EST, IN NOMINE DOMINI. Ex gestu modoque loquendi cognoscere potuit Achab non id significare propriè voluisse prophetam, quod verba propriè sonant; aut certè quia non præposuit illud quasi legitimum, quod divinis oraculis prælegi solet: *Hæc dicit Dominus*, aut similia: id enim est loqui in nomine Domini. Quare adjurat prophetam quàm gravissimè potest iterùm atque iterùm, ut sibi id apertè ac verè dicat, quodcumque à Deo acceperit responsum; id enim valet illud, *in nomine Domini*. Quod enim divino nomine consignatur, id à se omnem falsitatis suspicionem excludit. Neque enim qui legationem obit pro Deo, et ejus loquitur nomine, quicquam existimatur affingere voluisse veritati.

VERS. 17. — VIDI CUNCTUM ISRAEL DISPERSUM IN MONTIBUS, QUASI OVES NON HABENTES PASTOREM. Jam citra figuram ullam loquitur propheta, et verbis non obscuris ostendit quid ex illâ profectione sperare posset rex Israel. Significat enim moriturum Achab, idque ut apparet, in primo congressu et certaminis exordio, cùm omnis Israel dicatur quasi grex fusus et palabundus sine pastore, erraturus in montibus. Hoc verò non vidit primo loco propheta, sed post deliberationem, de quâ statim, quam consecuta est, et regis cædes, et exercitûs dispersa fuga.

NON HABENT ISTI DOMINUM: REVERTATUR UNUSQUISQUE IN DOMUM SUAM. Hæc verba indicant extincto rege fugandum exercitum, neque esse ulteriùs progressuram Syrorum in persequendis hostibus contentionem, quare ad regis interitum sedato ardenti atque exultante furore, reliqui pacificè in suas domos redierunt. Quod autem nunc prædicit propheta, clangente postea tubâ edixit præco, v. 36, dicens: *Unusquisque revertatur in terram suam, et in civitatem suam.*

VERS. 19. — VIDI DOMINUM SEDENTEM SUPER SOLIUM SUUM, ET OMNEM EXERCITUM CŒLI ASSISTENTEM EI, A DEXTRIS ET A SINISTRIS (1). Accommodat se Deus hominum sensibus, qui eo modo de divinis, quomodò de humanis judicare solent. In hominibus consultatio quædam, ac deliberatio antecedit rerum executionem. In consultatione autem variæ proponuntur sententiæ, quarum illa tandem eligitur, quæ omnium maximè censetur opportuna. In Deo consultatio nulla est, quia ille nullius indiget consilio. *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* Neque ille, qui omnia penitùs cognoscit, habetque præsentia, dubitare potest aut de rerum naturâ, aut de consiliorum exitu. Quare otiosa tunc est deliberatio, quæ dubia explorat, inutilia respuit, opportuna complectitur. Ostendit igitur quid Dominus in causâ Achab decrevisset priùs, et quo modo quæ in ipsius caput statuisset, impleri aut voluerit, aut certè permiserit, idque symbolo ad hominum sensum et cogitationem attemperato. Quia ergo voluit capitali judicio vindicare peccata quæ Achab post superiorem veniam admisisset, sedere fingitur tanquàm judex, qui de opportunâ sumendi supplicii ratione deliberat. Et quia Deus interdùm per bonos, nonnunquàm per spiritus malos decretum in improbos homines supplicium exequitur, ideò stipatus apparuit à dextris et à sinistris frequenti satellitio. Hinc à dextris boni, illinc à sinistris mali spiritus astabant. Hactenùs decretum. Eorum verò, quæ sequuntur, executio nimirùm pœnæ, quædam à Deo decreta, nonnulla verò tantùm permissa sunt, ut quòd in eo bello Syriaco periret Achab: de quo sic Deus, aut potiùs angelus ille, qui divinam præ se ferebat imaginem, vers. 19.

VERS. 20. — QUIS DECIPIET ACHAB REGEM ISRAEL, UT ASCENDAT ET CADAT IN RAMOTH GALAAD (1)? Ubi duo videtur voluisse Dominus, et

(1) S. Gregor., libro 2 Moral. cap. 16, citans hanc Michææ visionem: « *A dexterâ ergo « Dei*, inquit, *et sinistrâ, angelorum exercitus « stat, quia et voluntas electorum spirituum divinæ « pietati concordat et reproborum, sensus suæ « malitiæ serviens judicio districtionis ejus obtem- « perat.* » (Corn. à Lap.)

(1) Il se présente ici une difficulté sur ce qu'il est dit que Dieu demanda *qui séduirait Achab, roi d'Israël, afin qu'il marchât contre Ramoth de Galaad, et qu'il y périt*. Car l'idée que la foi nous donne que Dieu est la vérité essentielle, semble répugner à ce que dit ce prophète, qu'il cherchait quelqu'un pour séduire Achab. Sur quoi saint Augustin nous instruit en cette manière: « Dieu, dit-il, connaît « seul, ou au moins il connaît sans comparaison « plus parfaitement que tous les hommes, de « quelle peine ou de quelle récompense cha- « cun est digne. C'est pourquoi il est incapa- « ble de tromper jamais personne par lui- « même; car il est le Père de la vérité, la vérité « essentielle et l'esprit de vérité. Mais traitant « chacun selon qu'il mérite d'être traité, et « selon que le demandent les règles mêmes de « la vérité et de la justice, lorsque quelqu'un « s'est rendu digne d'être séduit, quoiqu'il ne « le séduise jamais ni par lui-même, ni par « aucun homme qui soit attaché à l'amour de « la vérité, ni par aucun ange de ceux qui

quòd deciperetur Achab, et quòd deceptus in eo caderet bello : cædem Achab Deus omninò voluit, deceptionem permisit sicut alia omnia, quæ statim in regis supplicio contigerunt. Et quòd spiritus mendax prophetas in errorem induxerit ; et quòd illi ad bellum illud Syriacum regem credulum et obsequentem impulerint. Facit ad hoc plurimùm quod dixit Augustinus lib. 2 ad Simplicium, q. 6, tom. 4: « Dixit, inquit, « hoc Michæas propheta, quomodò fuit sibi de- « monstratum. Occulta enim res et nimis secreta, « ita demonstratur prophetis, sicut potest ca- « pere sensus humanus, et cùm etiam rerum « imaginibus in revelationibus tanquàm verbis « instruitur. » Quomodò Deus illud velle, atque etiam præcipere dicatur, quod tantùm permittit, docent scholastici in primâ parte S. Thomæ, q. 19 ; vide ibi Gab. Vasquez disput. 95, cap. 10, et plures alios, quorum in Scripturâ passim occurrunt exempla, quæ hìc referre necessarium non est : nunc explicemus singula.

Primùm hæc visio fuit imaginaria, sicut pleræque aliæ in Scripturâ, quales in somnis tam prophetis quàm aliis, qui longè aberant à religione, interdùm oblatæ sunt : ut Pharaoni, Nabuchodonosori, quæ tamen veros rerum eventus portenderunt. Neque desunt, qui putent has species rerum objectas esse prophetæ dormienti, quod fortassè verum, sicut Danieli, cap. 2, in nocte revelatum est spectrum quod viderat Nabuchodonosor, et illius solutio, et iterùm cap. 7. Verùm aliter communiter interpretes ; vide Abulensem, q. 12. Quomodocumque hoc fuerit, hæc consultatio tantùm fuit in prophetæ phantasiâ, quâ significatum est prophetæ deceptos alios à dæmone prophetas, quos ante consuluerat Achab, permittente Deo, et ipsum Achab in spem falsam inductum periturum, et exercitum ex Israelitide gente collectum, quasi privatum à pastore gregem dispergendum.

Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat et cadat in Ramoth Galaad ? Hìc nihil indicatur aliud, quàm voluisse Deum permittere, ut ab aliquo deceptus Achab, cujus mortem jam ante decreverat, in bello caderet. Quod tum pro repetendâ Ramoth adversùs Syros adornabat.

Et dixit unus verba hujuscemodi, et alius aliter. Cùm varii essent decipiendi modi, unum tandem illorum Dominus permisit, quo usus est spiritus utique malus, qui dixit futurum se esse spiritum mendacem in ore prophetarum, ita ut ipse mentiretur, et alios quoque induceret, ut vaticinio mendaci regi fortunatum bellorum exitum promitterent, eòque adducerent, ut quæ cogitârat de tentando bello Syrio, pertinaci consilio persequeretur. Philastrius hæresi 27 ante adventum Christi verba quædam addit, quæ in textu non sunt, quæ in eo concilio dixit spiritus mendax : *Faciam me quasi angelum lucis, et verba similia eloquar, et ducam eum in prælium, et ibi eum deseram, et sic morietur, et ait Dominus ad eum: Vade, et sic facies.* Rab. Salomon hunc spiritum animam esse putat Naboth, quæ venisse dicitur in illud concilium, ut sanguinem ulcisceretur effusum ab Achab, quod merum Rabbini hujus somnium optimè confutat Abulens. q. 13. (1)

« sont éloignés de tout esprit de tromperie, il « se sert pour le séduire, ou de ceux d'entre « les hommes qui sont encore assujettis aux « cupidités du siècle, ou des mauvais anges, « dont la volonté criminelle sert ou à punir les « crimes des méchants, ou à exercer et à pu- « rifier ceux qui participent véritablement à la « renaissance spirituelle et divine. Car c'est « ainsi, continue ce Père, que nous voyons « que le roi Achab fut séduit par les fausses « prédictions des faux prophètes, et que l'E- « criture nous témoigne que cela n'arriva point « sans un juste jugement de Dieu, parce que « ce prince méritait véritablement d'être sé- « duit. Et il le fut, non par un bon ange, qui « est incapable de tromper les hommes, mais « par un ange de ténèbres, qui demanda « avec joie que ce ministère lui fût commis, et « qui s'en chargea avec ardeur. »

Il paraît donc que la justice et la sagesse souveraine du Seigneur, qui ne peut tromper par elle-même, ni être trompée, permet néanmoins à l'esprit d'erreur d'exercer un ministère de séduction à l'égard des hommes qui se ferment les oreilles et les yeux, ainsi que ce roi impie, pour ne point voir et ne point entendre la vérité. Que si l'Ecriture semble témoigner alors que Dieu commanda au démon d'en user ainsi, c'est, comme le remarque Théodoret, que le démon, quelque volonté qu'il ait de tromper les hommes, ne peut point le faire si Dieu ne le lui permet, et que lorsque Dieu le lui permet, c'est toujours par un jugement très-juste qu'il exerce envers ces sourds et ces aveugles volontaires, qui, refusant de l'écouter lorsqu'il leur parle, méritent d'être livrés et à leurs propres ténèbres, et à celles de l'esprit menteur qui est déchu de la lumière de la vérité.

(Sacy.)

(1) Vers. 21. — Egressus est autem spiritus; q.d.: Obtulit se Domino ad decipiendum Achab diabolus quispiam, hujus enim officium est mentiri et decipere : hoc enim facere nequeunt angeli boni, ideòque veraces et fideles. « Neque

VERS. 22. — (1) DECIPIES, ET PRÆVALEBIS : EGREDERE, ET FAC ITA. Hic nullum est imperium Dei, sed permissio quædam, et conniventia, quæ in Scripturâ sacrâ per modum imperandi explicari solent. Ut illud Christi ad Judam Joan. 13, v. 17 : *Quod facis, fac citiùs.* Vel, ut ego potiùs reor, imperativus ille *egredere,* et *fac*, pro futuro ponitur, ita ut Deus significet, ita prorsùs futurum, quemadmodùm spiritus ille mendax meditabatur. Quòd autem imperativus vicem subeat futuri, idque non infrequenter, multa probant, quorum nos hìc aliqua proferemus exempla. Genes. 42, v.16, ubi Vulgatus, *vos autem eritis in vinculis,* Hebraicè est, *vos autem ligamini.* Deuteron. 32, vers. 49, ubi Vulgatus : *Morere in monte, quem conscendens jungeris populis tuis,* tam *morere*, quàm *jungeris*, sunt in imperativo, et illud *jungeris*, docet illud *morere*, explicandum esse per futurum. Neque alius potest esse sensus, cùm Deus non jusserit Moysi, ut seipsum occidat, sed tantùm prædicit illi in eodem monte esse moriendum, Genes. 20, v. 7, ubi Vulgatus : *Orabit pro te, et vives ;* et Proverb. 4, v. 4 : *Custodi præcepta mea, et vives,* Hebr. est חיה *vachaiah*, id est, *vive.* In eodem ergo sensu accipio illud Proverb. 9, v. 6 : *Relinquite infantiam, et vivite.* Plura invenies exempla apud Pagninum lib. 3 Institutionum cap. 12.

VERS. 24. — ACCESSIT AUTEM SEDECIAS FILIUS CHANAANA, ET PERCUSSIT MICHÆAM IN MAXILLAM. Hic prophetarum omnium, quos spiritus mendacii decepit, videtur fuisse princeps, quando et cornua sumpsit ferrea, quod aliorum fecit nemo, et colaphum impegit, quod non auderet spectante principe, nisi magnâ apud illum et reliquos esset auctoritate. Quàm sit illa ignominia gravis, quæ provenit à maxillâ percussâ, ostendimus ad illud Isai. cap. 3 : *Et faciem pauperum commolitis.* Ubi ostendimus tam apud Hebræos, quàm apud Hispanos maxillam alapâ percussam sumi pro maximâ ignominiâ. Tradit Josephus lib. 8 Antiq. cap. 10, persuasisse hunc Sedeciam regi Michæam non divinum oraculum, sed suum somnium prodidisse. Neque curandum quid ille ex suo cerebro commentus fuerit, cùm Eliæ, qui maximus tunc putabatur prophetarum, apertè contradicat. Elias enim moriturum dixit esse regem in agro Jezrael, non in Ramoth Galaad. Quare si cui illorum habenda fides, majorem Eliæ haberi oportere, quàm Michææ. Deinde si Domini esset propheta Michæas, aruisset manus quæ illius maxillæ colaphum impegit, sicut olim manus Jeroboam, cujus Deus audaciam subitâ quâdam ariditate mulctavit. Cum Josepho sentiunt Magister Historiæ Scholasticæ, Abulensis quæst. 15, Lyra, et complures alii.

VERS. 25. — VISURUS ES IN DIE ILLA, QUANDO INGREDIERIS CUBICULUM, INTRA CUBICULUM (1). De hoc dicendi modo satis multa supra, cap. 20, v. 30, ad illud : *In cubiculum, quod erat intra cubiculum.*

VERS. 27. — PANE TRIBULATIONIS, ET AQUA ANGUSTIÆ (2). Hæc, opinor, proverbiali specie sumuntur pro vitâ durâ, seu pro victu parco et insuavi, qui longam potiùs mortem trahat, quàm vitam sustentet, qualia hostibus captivis suppeditare solent illi, qui eorum vitam non brevi morte, sed lentâ fame consumere volunt. Hoc idem dixit Deus Isai. cap. 30, v. 20 : *Dabit vobis Dominus panem arctum et aquam brevem.*

« enim, ut ait S. Gregor. 2 Moral. 16, fas est « credere bonum spiritum fallaciæ deservire « voluisse, ut diceret : *Egrediar, et ero spiritus « mendax in ore omnium prophetarum ejus :* sed « quia Achab ex præcedentibus peccatis dignus « erat, ut tali debuisset deceptione damnari, « quatenùs qui sæpè volens ceciderat in cul- « pam, quandoque nolens caperetur ad pœnam. « Occultâ justitiâ licentia malignis spiritibus da- « tur, ut quos volentes in peccati laqueo stran- « gulent, in peccati pœnam etiam nolentes tra- « hant. » Idem docet S. August. lib. 83 quæst. (Corn. à Lap.)

(1) EGREDIAR, ET ERO SPIRITUS MENDAX IN ORE OMNIUM PROPHETARUM EJUS, q.d.: Suggeram mendacium et mandax promissum omnibus pseudoprophetis Achab, ut illi uno ore regi promittant victoriam in prælio, cùm ipse in eodem sit necandus. Rursùm S. Epiphan. hæres. 25 : « Spiritus, inquit, erroris est velut « flatus in tibiâ; diversis modis unumquemque « stolidum concitans adversùs veritatem : nam « et ipsa tibia imitamentum est draconis, per « quem locutus est diabolus et decepit Evam. » (Corn. à Lap.)

(1) Oraculi hujus fides in Sedeciam quo tempore constiterit, ignoratur. Facilè post obitum Achabi quæsitus est ad necem, in pœnam regis mendaciis suis ad infelicem illam expeditionem inducti. (Calmet.)

(2) Sunt qui hæc verba exponant : Detrudite illum in carcerem, eumque longam trahere esuriem pane et aquâ cogite ; brevem enim panem et aquam illi sufficite, ut vivere quidem, sed satiari non possit : *Pane angusto, et aquâ arctâ.* Textum huic respondentem in Paralipomenis, iisdem expressum verbis, reddit S. Hieronymus : *Date ei panis modicum, et aquæ pauxillùm.* Alii : Date illi panem plebeium, et aquam ingratam, qualis propinatur sontibus et miseris quibusque. Deus in Isaiâ, minitatur populo suo : *Dabo vobis panem arctum, et aquam brevem ;* vel panem angustiæ, et aquam oppressionis. (Calmet.)

Aqua brevis idem est, quod aqua angustiæ, et Hebraicè eædem prorsùs voces. (1)

Vers. 30. — Dixit itaque rex Israel ad Josaphat : Sume arma, et ingredere prælium , et indue te vestibus tuis (2). Quidam hoc urbanitati attribuunt regis Achab , quasi primas in exercitu partes attribuere voluerit jam affini regi Josaphat et sociali fœdere conjuncto, ut præsit castris , et suo arbitratu rem totam bellicam moderetur. Alii suæ incolumitati hoc modo consuluisse arbitrantur Achab ; quia sciebat solere in reges , ac imperatores totum belli pondus incumbere , quia etiam regium caput aliter , atque aliter affectum , rem totam aut perdit , aut tuetur. Quare prudenter suspicabatur rex cautus et timidus omnium tela fore in suum caput intenta. Neque improbabile est compertum fuisse Achab , quid suis edixisset Benadad , nempe ut omnium eò ferretur impetus , ut rex Israel aut caperetur , aut periret omninò. Ut autem aliquo artificio intentum in se inimicorum impetum declinaret , regium splendorem reliquit Josaphat , vulgarem et cum gregario milite communem sibi habitum assumpsit. Quo artificio et olim plurimi, et nostrâ ætate non pauci inimicorum odia atque conatus eluserunt. Neque puduit aut ignobilem induisse vestem , aut vile obiisse ministerium , dummodò aut declinarent mortem , aut servitutem effugerent.

Vers. 31. — Non pugnabitis contra majorem , neque contra minorem quempiam , nisi contra regem Israel solum. Quo rex Syriæ consilio hoc suis mandatum dederit , incertum , cùm eâ de re Scriptura sileat : est tamen verisimile aut id voluisse , quod nuper dicebamus , quia aut ipse viderat , aut aliorum narratione didicerat in regio capite magna bellorum momenta consistere. Aut certè, quod mihi magis videtur esse probabile , quia eluere voluit labem proximo bello suo nomini inustam , cùm captus est , et regi Israel potestati traditus , à quo libertatem consecutus est, et vitam , quam belli jure jam amiserat. Hanc autem ignominiam tunc existimabatur depulsurus idoneè , si regem ipsum , in cujus ipse potestate fuerat , in suam aliquando potestatem redigeret ; cuique vitam et libertatem concederet , et eo modo et detergeret dedecus , et compensaret beneficium. Quòd si constaret inter utrumque regem , et perpetuæ amicitiæ fœdus esse compositum , satis videbatur gravis esse causa , cur in unum regem belli pondus intenderet , et ab illo violati fœderis pœnas exigeret.

Vers. 32. — Et exclamavit Josaphat, intellexeruntque principes curruum quod non esset rex Israel. Eò convenerunt principes exercitûs ubi regis splendor apparebat, quasi eo loco foret Achab; cùm autem totam aciem in se conversam videret Josaphat, et nihil esse propiùs quàm ut sibi eriperetur anima , seipsum exclamando prodidit , cùmque illum infensæ acies viderent non esse Achab , continuerunt ab eo manus et studium , animumque bellandi aliò transtulerunt.

Sed hìc rogabis, cur hic clamavit, aut quæ vox ista fuerit regis Josaphat? Varii varia cogitant. Quidam clamâsse putant ut auxilio sibi esset rex Israel, et cùm Achab nomen iterùm ac sæpiùs inclamaret, cognoverunt Syri ipsum non esse regem Israel , quem quærebant. Alii orâsse dicunt , et divinum nomen, atque auxilium implorâsse , et ex ipso orandi genere cognovisse Syros ipsum non esse regem Israel, qui cùm sacra complexus esset gentilica, gentilico modo fudisset preces , non eo qui Judæis esset familiaris et legitimus. Mihi magis videtur ad usum hominum, rerumque naturam accommodatum , usurpâsse identidem Syros , cùm impetum facerent in ipsum , quem putabant regem Israel , nomen Achab , quem unum ex omnibus maximè petebant, cùm seipsos ad illius cædem vicissim hortarentur his, aut similibus verbis : *Hùc adeste, hìc est Achab, pereat Achab, cavete ne hinc vobis elabatur Achab, Achab petite, abstinete ab aliis.* Tunc verò verisimile est exclamâsse Josaphat , et dixisse se non esse regem Israel. Et facit ad hanc conjecturam , quòd ubi Vulgatus legit : *Et suspicati sunt, quòd ipse esset rex Israel,* in Hebraico est, *Dixerunt : Rex Israel est iste.* Quomodò legitur lib. 2 Paralip. cap. 18, v. 31. Illud autem *dixerunt,* publicum indicat, confusumque populi clamorem, quo milites ad opprimendum regem

(1) Vers. 28. — Audite, populi omnes , hoc meum oraculum, illudque notate, ut cùm illud verè evenire videritis, me verum prænuntiâsse fateamini. (Corn. à Lap.)

(2) Septuaginta hic ferunt : *Cooperiar et ingrediar in prælium ; et tu induere vestimentum meum.* Textus Hebræus referri quidem potest ad sensum Vulgatæ ; sed reddi etiam potest : *Dixit rex Israel ad Josaphat: Muta habitum tuum, et ingredere in prælium ; tu verò indues te vestibus tuis. Et rex Israel se mutavit.* Quæ tamen nullum sensum reddunt, nisi legamus cum Septuaginta: *Tu induere vestimentum meum.* Qui enim profectò Josaphat sese alium esse simulare potuisset, nisi vestibus Achabi indutus? Denique nunquàm Syri Josaphatum pro rege Israelis accepissent, si propriis , non Achabi vestibus induebatur. (Calmet.)

mutuis se clamoribus invitant. Quo modo dicunt Hispani cùm deprehendunt hostem, aut prædam quam sequuntur : *Ael, ael, no se nos vaya.* Has autem voces non poterat non audire Josaphat, cùm propè esset, et voces quæ regem expetebant, ad mortem essent contentæ vehementer. Quare ille et negare potuit se regem esse Israel, et vultum ostendere, quò quæ verbis significârat, reipsà confirmaret. Sed est omninò dicendum clamâsse Josaphat ad Deum, cùm urgerent hostes, et Deum illi fuisse auxiliatum vel hostilem temperando furorem, vel cohibendo manum à plagâ, vel faciendo ut duces ad imperium Benadad, in quo divina apparet providentia, de unius Achab exitio cogitarent, et nihil in Josaphat meditarentur hostile. Hoc secundum est mihi certum ex illo 2 Paralip. cap. 18, v. 31 : *Cùm vidissent principes equitatûs Josaphat, dixerunt: Rex Israel est iste. Et circumdederunt eum dimicantes. At ille* (Josaphat) *clamavit ad Dominum, et auxiliatus est ei, atque avertit eos ab illo.*

Vers. 34. — Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, et casu percussit regem Israel inter pulmonem et stomachum. Nihil profuit regi Israel deposuisse regium insigne et vestimentum adhibuisse vulgare, ut declinaret vulnus quod timebat, et quod ex Michææ vaticinio suspicari poterat futurum esse lethale; nam telum quoddam incertum, et quasi à ludibundo sagittario projectum, Deus qui errare ab scopo non potest, ad pectus Achab sine errore direxit, ad eam partem in quâ vulnus altiùs adactum non potest non esse mortiferum. Ubi legimus, *inter pulmonem et stomachum*, lib. 2 Paralip. cap. 18, est, *inter cervicem et scapulas.* Hebraicè utroque loco est *ubenha debakim, ubenha siriam.* Quod alii interpretes communiter vertunt, *inter juncturas et loricam.* Chaldæus, *inter juncturas loricæ.* Quæ verba variè à variis explicantur. Quidam putant vulneratum esse regem in inguine, ubi nimirùm femur cum ventre conjungitur, quæ optimè potest appellari junctura, et ubi loricæ, seu thoracis munimentum finitur. Quod mihi ideò non placet, quia hæc longè distant à scapulis et cervicibus, ubi in lib. Parap. legimus percussum esse regem. Quare potiùs arbitror ad illam corporis partem allapsum esse spiculum, ubi pectus cum cervice conjungitur, et ubi à superiori parte finitur loricæ tegumentum; tunc enim verum est inter scapulas et cervicem, et, quod idem fermè est, inter pulmonem et stomachum adactum esse vulnus. Hæc explicatio omnes interpretum translationes non ineptè conciliat. Licet, ubi duæ sunt vulgatæ translationes, ubi loricæ nomen non audimus, non sit admodùm de loricæ nomine aut situ curandum. Quòd si lorica idem sit quod pectus, quia pectus munit, sicut etiam thorax eâdem ratione pectus nominatur, quia thorace tegitur, nihil ex his translationibus novis translationi vulgatæ paratur incommodi.

Vers. 35. — Et rex Israel stabat in curru suo contra Syros. Licet vulneratus esset ad mortem Achab, neque aliquid in eo statu navare posset utile rei bellicæ, imò neque bellantes spectare, tamen aliquid videtur meditatus prudenter, quia licet ex acie egressus esset vulneratus, deduci tamen noluit in Samariam, sed stetit in omnium conspectu contra Syros tanquàm imperator, qui è separato loco speculatur omnia, et pro rerum opportunitate dispensat. Quod fecerunt alii tum nostro, tum antiquo seculo, qui imperatorum mortem celaverunt, ne alii deponerent animos; imò et ipsos, quasi vivi forent et valentes, in acie statuerunt, ut suorum confirmarent animos et adversariorum frangerent. Et sanè ita est, et cum suo damno experti sunt magni exercitus cadente duce omnia labascere, non solùm quia consilium abest omne, sed quia animi cadunt, aut languescunt.

Unusquisque revertatur in civitatem et terram suam. Occidit sub vesperum Achab : tunc autem à tubicine edictum est, ut ex acie omnes in suas domos reverterentur. A quo fuerit indictus ille receptus non constat; est tamen verisimile ortum esse mandatum à Josaphat, cujus tunc in castris erat summa auctoritas, aut ab eo qui secundas post regem partes obtinebat. Neque Syri videntur persecuti dispersos, quia satis habuerunt sibi sublatum esse regem Israel, cujus præcipuè caput expetebant.

Vers. 38. — Laverunt currum ejus in piscina Samariæ, et linxerunt canes sanguinem ejus (1).

(1) Nihil expresserat Deus de lotione sive currûs, sive habenarum; sed tantùm, sanguinem Achabi à canibus fore lingendum. Hùc solummodo referuntur ea verba : *Juxta verbum Domini.* Singularis est planè interpretatio Septuaginta reddentium : *Et abluerunt currum super fontem Samariæ, et linxerunt sues et canes sanguinem, et meretrices laverunt se in sanguine, juxta verbum Domini.* Textus quidem Hebræus non respuit hunc sensum : *Meretrices laverunt se.* Sed vertendum malumus : *Laverunt habenas,* vel *lora.* Vox originalis significare potest cin-

Cecidisse dicitur sanguis Achab in sinum currûs, vers. 35, quem cùm in piscinâ postero die lavissent, quibus id datum esset negotii, accesserunt canes et linxerunt, sicut prædictum fuerat ab Eliâ. Quomodò autem prophetia impleta judicari debeat, cùm non in agro Jezrael, sed propè Samariam lamberint canes sanguinem Achab, diximus supra, cap. 21, ad illud : *Canes comedent Jezabel in agro Jezrael.*

Vers. 39. — Reliqua autem sermonum Achab, et universa quæ fecit, et domus eburnea quam ædificavit, cunctarumque urbium, quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel? In principio lib. 1 Regum, Proleg. § 1, diximus quis fuerit liber Verborum dierum regum Juda, vel regum Israel. Neque hìc aliquid habemus, quod insuper addamus. Sunt autem verba dierum Ephemerides, seu diariæ rationes, in quas singulorum dierum referuntur gesta, unde historiam Regum, et quæ in Paralipomenis digesta sunt, sumpserunt sacrorum monumentorum historici. Et tamen ibi relicta fuêre non pauca, quæ citant libri Regum aliquando, et libri Paralipomenon multò frequentiùs. Ex quo constat libros Verborum dierum, quorum sæpè Scriptura meminit, à libris Paralipomenon esse diversos. Non habemus in libris Paralipomenon ubi, aut qualis eburnea domus fuerit ab Achab ædificata : ædificatam autem fuisse negari non potest, sicut neque hoc in annales regios esse relatum. Quomodò ædificari possit domus ex ebore, diximus supra cap. 10, ad illud : *Fecit quoque rex Salomon thronum de ebore grandem.* Et plura super Amos cap. 3, ad illud : *Peribunt domus eburneæ.* (1)

gulum, quod applicatur vel lumbis vel loris equorum. Reddunt alii : *Laverunt arma Achab.* (Calmet.)

(1) Vers. 44. — Verumtamen excelsa non abstulit, uti nec Asa ejus pater, cujus pietatem filius imitatus est. Legimus tamen in Paralipomenis, Josaphatum *excelsa abstulisse.* Triplici ratione ista conciliantur. 1° Edita loca, idolis superstitiosa, subvertit, non verò quæ Deo Israelis sacra erant, uti exposuimus supra, agentes de Asâ. 2° In exordio regni sui abolere penitùs non valuit edita hæc loca, ubi superstitio sese communierat; dein verò id obtinuit regno confirmato. 3° Denique plures viri doctissimi mendum irrepsisse in Paralipomenis suspicantur, ut lectio ejus ad normam præsentis hujus reformanda sit, Josaphatum scilicet excelsa non abstulisse. Constat utique, sub Ezechiâ et Josiâ intacta illa adhuc perseverâsse; neque Josaphat locum tenet in censu regum pietatis undique absolutæ apud auctorem Ecclesiastici. (Calmet.)

Vers. 45. — Pacemque habuit Josaphat cum rege Israel. Duxit Joram filius Josaphat filiam Achab, ut paulò ante diximus; illa autem affinitas nexus animorum fuit. Quare sicut cum Achab parente studium animumque conjunxit, sic etiam cum illius filio, qui etiam appellabatur Joram, fœdus amicitiamque contraxit. (1)

Vers. 47.—Sed et reliquias effeminatorum, quæ remanserant in diebus Asa patris ejus, abstulit de terra. Supra, cap. 15, vers. 12, Asa dicitur immundities illas sustulisse, quæ è gentili commercio in Dei populum paulatim irrepserant. Qui fuerint isti effeminati, diximus supra, cap. 14, v. 24. Quorum ea fuit sub ea tempora proluvies, ut licet Asa illorum lustra subvertere, et execrabile nomen extinguere voluerit, non tamen ita perficere potuit, quod optabat, ut non remanserint ex illo nefario grege non exiguæ reliquiæ. Quas delere omninò, et ab illâ labe, atque ignominiâ vindicare conatus est Josaphat; quod ut tentavit piè, sic etiam feliciter consecutus est.

Vers. 48. — Nec erat tunc rex constitutus in Edom. David rex, ut habes lib. 2 Paralip. cap. 8, v. 14 : *Posuit in Idumæâ custodes, statuitque præsidium, et facta est universa Idumæa*

(1) Vers. 46. — Reliqua autem verborum (id est, rerum et factorum; est metonymia in hisce libris frequens) Josaphat, etc., nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda? nimirùm in chronicis et diariis in quibus *verba,* id est, gesta regum Juda per singulos dies descripta erant.

Plurima enim heroica facta Josaphat hìc brevitatis studio subticentur è quibus nonnulla recensentur 2 Paral. cap. 17, 2, ubi celebratur zelus Josaphat in cultu Dei propagando, et in erudiendo populo, ideòque gloria illi in præmium à Deo retributa. Rursùm, eodem libro cap. 19, narratur quòd ipse in Juda reformârit tribunalia, ac judices constituerit levitas, aliosque viros pios et incorruptos. Ad hæc cap. 20 recensetur insignis victoria, quam ipse suâ pietate et prece à Deo contra Ammon et Moab obtinuit, ubi inter alia vers. 12, orans ait : *In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Quocirca Deus suscitavit prophetam Jahaziel, qui ait vers. 17 : *Confidenter state, et videbitis auxilium Domini super vos.* Fidens ergo ipse castra præcessit, sed ita ut præmitteret cantores Deum laudantes et concinentes : *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus.* Cùmque hi cœpissent canere, Deus hostium insidias convertit in ipsosmet, ut se invicem invaderent, et mutuâ se cæde truncarent. Unde ad unum omnes perierunt, ac supervenit Josaphat cum suis ad spolia eis detrahenda. (Corn. à Lap.)

serviens David. Quare ab eo tempore usque ad regnum Joram filii Josaphat Idumæis ex Judæorum genere præfecti præponebantur. Sub Joram autem, ut habes lib. 4 Regum cap. 8, vers. 20 : *In diebus ejus* (Joram) *recessit Edom, ne esset sub Juda, et constituit sibi regem.* Hoc autem de Edom ideò videtur commemoratum hoc loco, ut ostendatur, quo in statu foret sub Josaphat res Judaica, quæ statim rebellante Idumæo suæ dignitatis atque usûs magnum suscepit detrimentum.

Vers. 49. — Rex verò Josaphat fecerat classes in mari, quæ navigarent in Ophir. Secutus, ut apparet, Josaphat Salomonis exemplum, instruxit classem quam mitteret in Ophir, ut ea inde comportaret omnia, quibus antea Salomon ornaverat Hierosolymam. Quam ad rem societatem cum illo inire voluit Ochozias rex Israel, qui Achab paulò ante in regno successerat; neque tamen ab eo, quod optabat, obtinuit; sed omnis illius conatus excidit inanis. Cùm enim in Asiongaber, in portu videlicet maris Rubri, gravis esset coorta tempestas, fractæ sunt naves, et omninò dissoluta classis. Quid sit Ophir, quid Asiongaber, diximus supra cap. 9, vers. 26. Neque aliquid ampliùs, quod hùc conferri possit, invenio. (1)

Vers. 51. — Dormivitque Josaphat cum patribus suis. Quæ reliqua sunt ad finem usque capitis, explicatione non indigent : neque aliud continent quàm mortem et sepulturam Josaphat, et quàm se gesserit impiè rex Ochozias, qui pro Achab parente in regnum Israel suffectus est; cujus fuit ut regii nominis, sic etiam impietatis legitimus hæres. Quidam sepultum esse putant Josaphat in quâdam valle, quæ ab ejus tumulo dicta existimatur vallis Josaphat; de quâ Joel. c. 3. Quod hic locus facilè confutat, qui sepultum dicit Josaphat in civitate David cum patribus suis. Cur hæc vallis dicta sit Josaphat, diximus in citatum locum Joelis : neque hic occurrit aliquid, quod adjicere magnum videatur habere operæ pretium. Plura traduntur de Josaphat lib. 2 Paralip. à cap. 17 ad cap. 21, quæ nos, ubi eò ventum fuerit, explicabimus.

(1) Vers. 50. — Ait Ochozias filius Achab ad Josaphat : Vadant servi mei cum servis tuis, etc. Contrarium legitur in Paralipomenis, ubi Josaphat et Ochozias uno consilio classem instruunt, mittendam in Tharsis; sed improbans Dominus illud fœdus, ab Josaphato cum regibus Israelis compositum, id commisit, ut fractis navibus cœptum iter abrumperetur. Discrimen istud conciliatur, si indicamus, Josaphatum primò difficilem se præbuisse ad ineundam cum Ochoziâ societatem; quam deinde à se extorqueri passus sit. Commentariorum scriptores alii censent Josaphatum et Ochoziam primò quidem junctâ operâ classem instruxisse ; quâ Numinis consilio in portu Asiongaber confractâ, novæ societati aures præbere, cùm de reparandâ classe ageretur, Josaphatum recusâsse. Id autem postremum molimen narrari hic in Scripturâ. Innuitur hâc sententiâ, vel Josaphatum suis sumptibus alteram classem instruxisse, vel consilium mittendi suos itinere maritimo penitùs abjecisse. (Calmet.)

Externa quæ in tempus hujus libri III inciderunt.

Totus hic liber, qui extrema continet Davidis gesta, et quinque regum ad mortem usque Josaphat, annos continet 126, quos ita colligo : Salomon regnavit annos 40, lib. 4 Reg. c. 11; Roboam annos 17, 3 Reg. cap. 14; Abias 3, 3 Reg. cap. 15; Asa 41, 3 Reg. 15; Josaphat 25, 3 Reg. 22, qui anni summam complent, quam supra produximus. Sumpsit liber iste exordium ab exordio regni Salomonis, seu potiùs ab extremâ ætate Davidis. Quo anno mundi incertum, cùm ratio temporum usque adeò sit incerta, ut in eorum calculo nemo ferè cum altero consentiat. Quidam iniisse regnum Salomonem arbitrantur anno ab orbe condito 3023; ita Torniellus. Quidam 3150; ita Genebrardus in Chronicis. Eusebius item in Chronico 4160; Galarza lib. 7 Institut. evangel. cap. 9, 2930, ubi quartam mundi partem, quæ cœpit à Davidis regno, exordium duxisse dicit ab anno mundi 2890; quòd si his 40 annos addas, quibus regno præfuit David, in annum 2930, incurris in imperii Salomonis exordium. Ex his sententiis tu illam elige, quam malueris; neque enim ego in tantâ, et temporum confusione, et auctorum varietate, aut affirmare quidquam, aut improbare audeo, maximè cùm ad eam rem statuendam nullum appareat grave in Scripturâ sacrâ fundamentum.

In Salomonis ætatem incurrerunt ex profanis apud Athenienses Agastus rex secundus, et Archippus tertius. Apud Assyrios Eupales trigesimus, et Lasthenes trigesimus primus rex. Apud Lacedæmones Agis rex secundus, et Archestratus tertius, et Labotes quartus. Apud Corinthios Ixion et Agilaus. Apud Romanos Alba Sylvius, sextus Latinorum rex. Hæc ex Eusebio in Chronico. Eusebius idem lib. 10 Præparat. Evangel. cap. 3, sub hæc tempora floruisse tradit viros quosdam aut musicâ, aut poeticâ facultate clarissimos, quales fuerunt

Homerus, Linus, Thamyras, Amphion, Orpheus et alii, qui suis aut factis, aut commentis poetarum fabulas impleverunt, quod etiam in Chronicis probat Genebrardus; quod mihi difficile est, si ante hoc tempus statuamus excidium Trojanum contigisse. Sed ut hæc tempora fabulosa fuerunt, ita etiam non est mirum, si hæc omnia, cùm plurimùm habeant fabularum admixtum, variis sint à variis scripta temporibus.

Sub Roboam divisum est imperium Israeliticum, cujus decem sibi partes assumpsit Jeroboam filius Nabath, qui fuit primus rex Israel. Quo tempore regnârunt apud Assyrios Laosthenes, apud Lacedæmones Doristhus, apud Ægyptios Smerdis, et Sesac, qui et Suchim dicitur ab Eusebio; hunc Herodotus Schestim appellat, ut docet Josephus lib. 8, cap. 4. Apud Athenienses Thersippus, apud Corinthios Tryminas, apud Latinos Sylvius Athis. Hæc ex Eusebio in Chronico. Iidem reges floruerunt sub Abiâ, qui tribus tantùm annis regnavit.

Sub Asâ regnârunt in Israel reges septem, Jeroboam, Nadab, Basa, Ela, Zambri, Ambri, Achab. In Assyriâ Privades et Orphratæus; in Lacedæmoniâ Agesilaus. In Ægypto Pseusenseus. Athenis Phorbas, Corinthi Bacis, seu Barcis. Apud Latinos Capis Sylvius, et alter Sylvius Capis filius. Ita fermè Euseb. Chron.

Sub Josaphat regnârunt in Israel Achab et Ochozias illius filius. In Assyriâ Orphratanes. In Lacedæmoniâ Archelaus, Athenis Mecades, Corinthi Agelas. Apud Latinos Capetus Sylvius, et Tiberinus Sylvinus, qui fluvio Tiberi nomen dedit, cùm priùs vocaretur Albula, et Agrippa Sylvius. In Ægypto Nepher Cheres, Amenophis, Osochor, Spinaces. Ita ferè Eusebius in Chronicis. Alia ab aliis adduntur plurima, quæ minùs certa sunt, et illa accuratiùs explorare longi esset negotii, et non valdè ad interpretis institutum; quare prudens ab illis abstineo, hæc strictim attigisse contentus.

INDEX RERUM.

Columnâ

SEQUITUR SANCTII IN LIBRUM II. REGUM COMMENTARIUM. 9-10

Caput VIII. Narrantur plurimæ Davidis victoriæ. Mittit Thou rex Emath filium suum congratulans, et regi gratias agens. Recensentur Davidis principes. 10

Commentarium. 11

Caput IX. David accersit Miphiboseth, filium Jonathæ. 31

Commentarium. 33

Caput X. Legatos Davidis rex Ammonitarum contumeliis afficit. Ammonitarum et Syrorum clades. 41

Commentarium. 43

Caput XI. In adulterium David incidit cum Bethsabee uxore Uriæ. Jubetur Joab ut periculo Uriam exponat. Post mortem Uriæ, Davidis uxor fit Bethsabee. 55

Commentarium. 59

Caput XII. Nathan de suo peccato Davidem arguit. Culpam rex confessus, hujus tantùm remissionem obtinet; propheta enim inter alias pœnas illi nuntiat mortem filii adulterini. Salomonis nativitas. Rabbath expugnatio, sævitiæ adhibitæ contra Ammonitas. 81

Commentarium. 87

Caput XIII. Amnon filius Davidis incestum patrat cum Thamar sorore Absalomis; stupratam illam tantùm odit quantùm antea dilexerat. Amnoni mortem intentat Absalom, et ad Tholomaï regem Gessur aufugit. 127

Commentarium. 135

Caput XIV. Reditum Absalomis à Davide Joab obtinet; Jerusalem revertitur Absalom, et per Joab facultatem obtinet prodeundi coram Davide. 153

Commentarium. 159

Caput XV. Absalom regem sese declarare facit in Hebron. A Jerusalem David aufugit. Ethaï, Cethæus, illi adhæret. Arcam et summos pontifices Jerusalem reverti jubet, necnon et Chusaï, ad eruenda Achitophelis consilia. 181

Commentarium. 187

Caput XVI. Siba servus Miphiboseth suum dominum calumniatur apud Davidem. Semeï Davidem contumeliis afficit. Jerusalem ingreditur Absalom. Coram illo Chusaï prodit. Concubinas patris sui stuprat Absalom. 213

Commentarium. 217

Caput XVII. Consilium dat Achitophel persequendi Davidis; hoc autem consilium eruit Chusaï, et monet Davidem, qui Jordanem transgreditur. Suspendio interit Achitophel. Davidem persequitur Absalom. Cibaria Davidi præbentur. 229

Commentarium. 235

Caput XVIII. Victoria exercitûs Davidis in Absalomem, qui fugiens arbori suspensus hæret. Illum Joab transfigit. Filii sui mortem David luget. 251

Commentarium. 257

Caput XIX. Mortem Absalomis Davidem lugere non cessantem Joab cogit prodire coram populo. Tribus Juda illum Jerusalem reducit. Ignoscit Semeï. Recipit Miphiboseth. Suum regi filium Berzellaï permittit. Israelis querelæ contra Judam. 279

Commentarium. 287

Caput XX. Novam seditionem movet Seba contra Davidem. Invidus fit Joab fiduciæ Davidis in Amasam, et hunc interficit. It obsessum Abela, quò Seba sese receperat. Occiditur Seba. 307

Commentarium. 313

Caput XXI. Fames trium annorum in Israele. David Gabaonitis tradit septem viros de familiâ Saülis. Pietas Respha in corpora illorum principum. Illos sepeliri jubet David. Bella contra Philistæos. 329

Commentarium. 333

Caput XXII. Canticum quod cecinit David ad gratias agendas Deo, qui illum ab omnibus hostibus liberaverat. 359
Paraphrasis. 362-363
Commentarium. 369
Caput XXIII. Davidis verba novissima. Nomina virorum ipsius fortissimorum. 415
Commentarium. 419
Caput XXIV. David jubet dinumerari populum suum. Quâ de re corripitur à prophetâ Gad. Pestis à Deo immissa in Israelem. 463
Commentarium. 467
IN LIBRUM III. REGUM COMMENTARIUM. 501-502
Caput primum. Eligitur Abisag ad calefaciendum Davidem in senectute. Populum sibi devincit Adonias, ut rex declaretur. Successor Davidis instituitur Salomon; Adoniæ ignoscit. *Ibid.*
Commentarium. 509
Caput II. Ultima dat præcepta David ad Salomonem. Moritur. Adonias interficitur. Ejicitur Abiathar. Gladio conficitur Joab in ipso altaris cornu. Morte multatur Semei. 543
Commentarium. 551
Caput III. Pharaonis filiam Salomon ducit uxorem. Sapientiam à Deo petit. Præter illam divitias et gloriam Deus illi largitur. Judicium ab illo latum inter duas mulieres. 591
Commentarium. 597
Caput IV. Salomonis primates. Dominationis illius extensio. Pax sub illius regno. Hujusce principis sapientia. 637
Commentarium. 643
Caput V. Fœdus Hiram inter et Salomonem. Mittit Hiram ligna necessaria construendo templo. Salomon eligit in Israele viros qui profuturi erant ædificationi hujusce templi. 673
Commentarium. 677
Caput VI. Descriptio templi à Salomone ædificati. 695
Commentarium. 701
Caput VII. Descriptio palatii Salomonis. Varia opera templi causâ facta. 735
Commentarium. 741
Caput VIII. Templi dedicatio. Deo suas preces Salomon offert, populoque benedicit. Numerus victimarum immolatarum in hâc solemnitate. 773
Commentarium. 785
Caput IX. Salomoni iterùm apparet Dominus. Regius ille princeps viginti urbibus regem Tyri donat. Plurimas civitates ædificat, multosque populos sibi subdit. Classem mittit in regionem Ophir. 829
Commentarium. 835
Caput X. Sabæ regina Salomonem adit. Hujusce principis sapientia divitiæque. 853
Commentarium. 857
Caput XI. Amori mulierum totus se dedit Salomon. Mulieres autem illæ in idololatriam illum trahunt. Hostes quos Deus illi suscitat. Ahias propheta Jeroboamo promittit regnum decem tribuum. Salomonis mors. Roboam illi succedit. 895
Commentarium. 903
Caput XII. Locum dat Roboam separationi decem tribuum, quæ Jeroboamum regem eligunt. Roboam bellum parat contra Jeroboamum, quod prohibet propheta Semeias. Aureorum vitulorum cultus impius à Jeroboamo institutus. 935
Commentarium. 941
Caput XIII. Coram Jeroboamo propheta quidam prædicit Josiæ nativitatem et excelsorum destructionem. A leone occiditur ille propheta, quòd præcepto Dei non paruisset. In suâ impietate permanet Jeroboam. 973
Commentarium. 977
Caput XIV. Uxorem suam Jeroboam mittit ut Ahiam prophetam consulat de filii sui morbo. Jeroboami mors. Illi Nadab succedit. Templum Jerusalem vastat Sesac rex Ægypti. Interit Roboam. Illius loco regnat Abiam. 997
Commentarium. 1001
Caput XV. Roboami impietatem Abiam imitatur. Moritur, ipsique succedit filius Asa, qui Davidis pietatem imitatur; illius loco regnat filius Josaphat. Nadab interficitur à Baasa, qui regno potitur. 1021
Commentarium. 1025
Caput XVI. Excidium familiæ Baasæ prædicit Jehu. Baasæ mors. Illi succedit Ela. Zambri Elam interficit, et regem Israelis se declarat. Amri rex eligitur à populo; in palatio suo se succendit Zambri. Amri interitus. Illi succedit Achab, et Jezabel uxorem ducit. 1041
Commentarium. 1047
Caput XVII. Prædicit Elias pluviam in terrâ jamjam non delapsuram, donec ipsius ore jubeat Deus. A corvis nutritur ille propheta. Divertit ad Sarephtha, apud viduam cujus oleum et farinam multiplicat. 1063
Commentarium. 1067
Caput XVIII. Dominus Eliam mittit ad Achab. Abdiam suadet Elias, ut adventum suum nuntiet Achab. Colloquium Achab et Eliæ. Ille super sacrificium suum ignem descendere facit, et pseudoprophetas Baal occidit. Pluviam à Deo impetrat. 1109
Commentarium. 1115
Caput XIX. Eliam interficere vult Jezabel. Ad montem Horeb sese recipit propheta. Illum Dominus mittit ad ungendum Hazaelem regem Syriæ, et Jehu regem Israel; spiritum prophetiæ accipit Eliseus, et Eliæ adhæret. 1149
Commentarium. 1153
Caput XX. Samariam obsidet Benadad, qui semel et iterùm debellatur. Achab, fœdere cum Benadad sancito, à prophetâ reprehenditur. 1192
Commentarium. 1199
Caput XXI. Naboth, denegatâ regi Achab vite suâ, jussu Jezabelis lapidatur, et ideò ab Eliâ reprehensus Achab sese humiliat. 1223
Commentarium. 1227
Caput XXII. Achab et Josaphat à Syris debellantur. Defuncto Achab, regnat Ochozias. Josaphat succedit filius Joram. 1251
Commentarium. 1261



La Bibliothèque
Université d'Ottawa
Echéance

The Library
University of Ottawa
Date Due

CE

a39003 001796233b

BS 610 .L3M5 1837 V10
MIGNE, JACQUES-PAUL.
SCRIPTURAE SACRAE CURS

CE BS 0610
.L3M5 1837 V010
COO MIGNE, JACQU SCRIPTURAE S
ACC# 1043523

U D' / OF OTTAWA
COLL ROW MODULE SHELF BOX POS C
333 10 04 04 03 01 0